This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 07438830 1

Digitized by Google

Digitized by Google

RBH

Digitized by Google

Chemosyre

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MNEMOSYNE

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, W. G. PLUYGERS, ALII.

COLLEGERUNT

H. T. KARSTEN, H. J. POLAK, H. W. VAN DER MEY.

1873 — 74

NOVA SERIES.
VOLUMEN PRIMUM, PARS 1.

LUGDUNI-BATAVORUM,
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
RICHTER & HARRASSOWITZ.
1873.

Digitized by Google

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Miscellanea philologica et critica. Scripsit C. G. Cobet. . .	1-- 58.
Varia. Scripsit W. G. Pluygers.	59— 71.
Dionis Chrysostomi locus correctus. Scripsit C. G. Cobet. .	71.
Ad Thucydidem. Scripsit H. van Herwerden. . . , . .	72— 90.
Frontoniana. Scripsit J. J. Cornelissen.	91— 96.
Miscellanea philologica et critica. Scripsit C. G. Cobet. . .	97—142.
Comici dorici versiculus. Scripsit C. G. Cobet.	142.
Scitum rustici dictum ad Pisistratum. Scripsit C. G. Cobet.	142.
Κερασὶς ὡς ὁρᾶτ'? Scripsit E. J. Kiehl.	143—144.
Observationes criticae in Heliodorum. Scripsit S. A. Naber.	145—169.
Ad Thucydidem (Continuantur ex I, 1, p. 72). Scripsit H. van Herwerden.	170—180.
Een inleidend woord tot de kritiek der Romeinsche Geschiedenis. Scripsit H. T. Karsten.	181—204.
Severianus et Callimachus. Scripsit C. G. Cobet.	204
Lacuna apud Plutarchum suppleta. Scripsit C. G. Cobet. .	118 que
Demosthenes IX, 46 sqq. Scripsit J. Brill.	205—2
Miscellanea philologica et critica. Scripsit C. G. Cobet. . .	211—2
Sctum de Thisbensibus. Scripsit C. G. Cobet.	23ι

Digitized by Google

	Pag.
Luciliana et Lucianea. Scripsit C. M. FRANCKEN.	237—292.
Nova Frontoniana. Scripsit H. VAN HERWERDEN.	293—294.
Lectiones Valerianae. Scripsit J. J. CORNELISSEN.	295—305.
Frontonis epistola graeca emendata. Scripsit C. G. COBET. .	305.
Ad Demosthenis orationem in Midiam. Scripsit H. VAN HERWERDEN.	306—312.
Emendatur Sophocles ap. Stob. Flor. 26, 1. Scripsit H. VAN HERWERDEN.	312.
Observationes Criticae in Heliodorum. Scripsit S. A. NABER.	313—353.
Menandri Fragmentum Novum. Scripsit C. G. COBET. . . .	353.
Poëta apud Scholiastam Platonis Emendatus. Scripsit C. G. COBET.	353.
Poëta incertus correctus. Scripsit C. G. COBET.	353.
Miscellanea philologica et critica. Scripsit C. G. COBET. . .	354—386.
Suidas emendatus. Scripsit C. G. COBET.	386.
Herodotea et Thucydidea. Scripsit C. BADHAM.	387—394.
Suidae error. Scripsit C. G. COBET.	394.
Coniectanea Latina. Scripsit H. VAN HERWERDEN.	395—431.
Emendatur Herodotus VII, 168, 3. Scripsit H. VAN HERWERDEN.	431.
Scholiasta Platonis emendatus. Scripsit C. G. COBET. . . .	431.
Lacuna fragmento Euripideo expleta. Scripsit W. F. A. VAN DAM.	432.
Error in loco Galeni. Scripsit C. G. COBET.	432.
nfusio inter *Κύρις* et *εἴκοσι*. Scripsit C. G. COBET. . .	432.

Digitized by Google

MISCELLANEA

PHILOLOGICA ET CRITICA

SCRIPSIT C. G. COBET.

CAPUT I.

Ad Scholia in Odysseam.

Ex editione G. Dindorfii Oxonii 1855.

Odyss. K. 121.

Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ
ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν ἄμβροτον.

Scholion: *οὐδὲν ἄτοπον τὴν εἰς τόπον οὖσαν τοιοῦτον ὑποκλέπτειν τῇ ᾠδῇ τὸν πόνον. αἱ εὐγενίδες δὲ εἰσάγονται παρ' Ὁμήρῳ ἱσουργοῦσαι.*

Sensu vacuum est *εἰς τόπον οὖσαν*, quod quia monstri est simile vera lectio non potest procul abesse. Quid latet igitur in ЄΙCΤΟΠΟΝΟΤCΑΝ? Sententia requirit *ὑφαίνουσαν*. *Mirum non est*, inquit, *Circen dum* telam texit *laborem fallere cantu.* Ecce emicat antiqua scriptura *ἱστοπονοῦσαν*. Simul corrige *τοσοῦτον* pro *τοιοῦτον*. Quemadmodum *ἰσουργός*, *ἰσουργία* et *ἰσουργεῖν* dicebant, sic et *ἰσόπονος*, *ἰσοπονία* et *ἰσοπονεῖν*. Ex his *ἰσόπονος* et *ἰσοπονία* suos auctores habent. Jam *ἰσοπονεῖν* quoque suo auctore non carebit.

Odyss. Σ. 114.

ὃς τοῦτον τὸν ἄναλτον ἀλητεύειν ἀπέπαυσας

Digitized by Google

ἐν δήμῳ· τάχα γάρ μιν ἀνάξομεν ἤπειρόνδε
εἰς Ἔχετον βασιλῆα βροτῶν δηλήμονα πάντων.

Scholion ad vs. 115 sq.: οὗτοι οἱ δύο ἐκ τῶν ἄνωθεν (vs. 84, 85) μετήχθησαν. ἐκεῖ μὲν γὰρ προτρέπων φοβεῖ, ἐνταῦθα δὲ ἀπάνθρωπον τελέως τὸ ἡμιονήπια τελεῖν.

Monstrum lectionis verae scripturae certum indicium in se babet. Ostendimus ἐν τῷ Λογίῳ Ἑρμῇ p. 183 ΗΜΙΘΟΝΗΤΙΑΠΕΙΛΕΙΝ, id est ἡμιθνῆτι ἀπειλεῖν, scribae socordia in ἡμιονήπια τελεῖν esse depravatum. Praeterea μετηνέχθησαν repone pro μετήχθησαν. Versus μεταφέρεσθαι possunt, μετάγεσθαι non possunt.

Odyss. I. 331.

αὐτὰρ τοὺς ἄλλους κλήρῳ πεπαλάσθαι ἄνωγον.

Scholion: κακῶς φασὶν ἐπιτρέπειν τῇ ἐκ τοῦ κλήρου τύχῃ τὸ πρᾶγμα δὲ . . . ἐλέσθαι τοὺς ἐπιτηδείους. ἀλλ' οὐδεὶς ἂν τοιοῦτον πρᾶγμα ἑκουσίως ὑπέσχη. τὸ δὲ ἐπιλέξασθαι καταγινωσκόντων ἦν τῶν λοιπῶν.

Lacunam indicavit Dindorfius. Nil periit nisi tenuis lineola accentum gravem forma referens et syllabam ον indicans in δέ. Repone δέον ἐλέσθαι τοὺς ἐπιτηδείους et omnia erunt perspicua. In ultimis pro καταγινωσκόντων emendandum est καταγινώσκοντος. Ulysses, inquit, si delegisset aliquot, caeteros damnare visus esset.

Odyss. Θ. 564.

ἀλλὰ τόδ' ὥς ποτε πατρὸς ἐγὼ εἰπόντος ἄκουσα
Ναυσιθόου, ὃς ἔφασκε Ποσειδάων' ἀγάσασθαι
ἡμῖν οὕνεκα πομποὶ ἀπήμονές εἰμεν ἁπάντων.
φῇ ποτε Φαιήκων ἀνδρῶν εὐεργέα νῆα
ἐκ πομπῆς ἀνιοῦσαν ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
ῥαισέμεναι, μέγα δ' ἤμιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψειν.

Scholion: ἀθετοῦνται· οἰκειότερον γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς (N. 172 sqq.) ὅταν ἴδωσι τὴν ναῦν ἀπολελιθωμένην ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἐκ τοῦ ἀποτελέσματος, ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ὑπὸ τοῦ . . . ἀναμιμνήσκεται καὶ ἡ Κίρκη

ἦ σύγ' Ὀδυσσεύς ἐσσι (K. 330)

καὶ ἐνταῦθα δὲ παλιλλογοῦνται.

Digitized by Google

Lacunam indicavit Dindorfius et hercle excidit aliquid sed non multum. Duae tantum literulae interciderunt *o* et *v* superscriptum ($\overset{N}{o}$) et legendum: *ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ὑπὸ τοῦ ὀνόματος ἀναμιμνήσκεται*, quo facto omnia plana et perspicua esse vides. Cyclops ubi Ulyssis *nomen* audivit, veteris oraculi recordatur Odyss. I. 507.

Odyss. M. 197.

αὐτὰρ ἐπειδὴ τάς γε παρήλασαν οὐδ' ἔτ' ἔπειτα
Φθογγῆς Σειρήνων ἠκούομεν οὐδέ τ' ἀοιδῆς.

Scholion ad *ἠκούομεν*: *καὶ μὲν οἴεται, οὐδὲ πρότερον ἤκουον. σημαίνει δὲ οὖν ἔξω τοῦ δύνασθαι ἀκούειν ἐγενόμεθα.*

Arena sine calce. Perierunt tres literulae, quae in hunc modum supplendae: *καὶ μὴν οἱ ἑταῖροι οὐδὲ πρότερον ἤκουον.*

Odyss. B. 388.

δύσετό τ' ἠέλιος σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
καὶ τότε νῆα θοὴν ἅλαδ' εἵρυσε.

Scholion: *πάντα ἀσφαλῶς· τὸ μὲν γὰρ λαθεῖν δυνάμενον καὶ μεθ' ἡμέραν πέπρακται, ἥ τε ἔντευξις ἡ πρὸς τοὺς πλευσομένους καὶ ἡ πρὸς τὸν τὴν ναῦν παρέξοντα, τὰ δὲ τῆς καθολικῆς τοῦ σκότους ἐπεληλυθότος.*

Male sit stupido monacho qui suum *καθολικῆς* huc insersit. Exemla una literula rescribe *τὰ δὲ τῆς καθολκῆς*. *Ἅλαδ' εἵρυσεν* est *εἰς τὴν θάλατταν καθεῖλκυσεν*, unde *καθολκή*.

Praeterea expunge importunum *καί* in *δυνάμενον* [*καὶ*] *μεθ' ἡμέραν*.

Odyss. Δ. 199.

Καὶ γὰρ ἐμὸς τέθνηκεν ἀδελφεὸς οὔ τι κάκιστος
Ἀργείων.

Scholion: *δαιμονίως οὗτος γνωμολογεῖ περὶ πάντων ὅτι οὐ χρὴ κλάειν ἀλλὰ τὸ ἴδιον πάθος ἐξήνεγκεν.*

In Codicibus vetustis *οὗτος* scribitur *οὖ*, unde *οὗτος* et *οὐ* persaepe inter se confundi videbis. Hinc lux affulget: scribe *δαιμονίως οὐ γνωμολογεῖ — ἀλλὰ τὸ ἴδιον πάθος ἐξήνεγκεν.*

Odyss. Γ. 49.

Digitized by Google

ἀλλὰ νεώτερός ἐσιν, ὁμηλικίη δ' ἐμοὶ αὐτῷ·
τοὔνεκα σοὶ προτέρῳ δώσω χρύσειον ἄλεισον.

Scholion: ἐχρῆν ὀρθοτονεῖν τὴν σοί. Ζηνόδοτος δὲ τοὔνεκά τοι γράφει νοῶν ὅτι ἐπὶ τῆς διασολῆς παραλαμβάνεται ἡ τοι.

Boni librarii bis contrarium dederunt quam quod Aristarchus scripserat, nempe: ἀγνοῶν ὅτι ἐπὶ τῆς διασολῆς παραλαμβάνεται ἡ σοί.

Τπόθεσις libri Odysseae O: ἀναγνωρισμὸν τοῦ Ὀδυσσέως λαμβάνει καὶ οὕτως μετὰ τὸ ἐν Ἀθηνᾷ τὸν Τηλέμαχον τῷ Ὀδυσσεῖ κατὰ τῶν μνηςήρων ὄλεθρος γίνεται.

Monstri aliquid alitur in verbis ἐν Ἀθηνᾷ, in quibus prorsus omni sensu vacuis antiqua et sana lectio tuto delitescit, donec felici coniectura in lucem ac vitam revocetur. Faciamus periculum. Quid tandem latere putemus in ϵNAΘHNAI? Nihil aliud quam infinitivi aoristum aliquem in — ΘHNAI exeuntem: μετὰ τὸ ***ΘHNAI τὸν Τηλέμαχον τῷ Ὀδυσσεῖ. Reliquum est ut ipsum verbum alicunde expiscemur. Sententia loci requirit εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν aut aliquid eiusdemmodi. En emicat vetus et emendata lectio ϵNΩΘHNAI, μετὰ τὸ ἐνωθῆναι τὸν Τηλέμαχον τῷ Ὀδυσσεῖ. Veteribus incognita ἐνοῦν, ἐνοῦσθαι, ἐνωθῆναι, ἠνῶσθαι, ἕνωσις cet. apud sequiores omnes sexcenties recurrunt. Ex plurimis, quae in promtu sunt, expromam unum ex Clemente Alexandrino Stromat. II. pag. 465 Polt. οὐκ ἀναςήσονται οἱ ἤδη κατεγνωσμένοι εἰς τὸ μὴ ἐνωθῆναι τοῖς ἀπταίςως βεβιωκόσιν, ubi planum est ἐνωθῆναι et εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν significatione nihil differre, sed hoc veterum et probatorum scriptorum est, illud Graeculorum.

Odyss. Δ. 216.

ὣς ἔφατ', Ἀσφαλίων δ' ἄρ' ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευεν
ὀτρηρὸς θεράπων Μενελάου κυδαλίμοιο.

Scholion: οἰκεῖον τὸ ὄνομα Μενελάου θεράποντι. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ Ἐτεωνεύς. οὐκ ἀνεπισκέπτως· ἀπὸ γὰρ τῶν συμπτωμάτων καὶ τὰ ὀνόματα τοῖς οἰκέταις τιθέναι εἰώθαμεν, ὡς καὶ ὁ Πηνελόπης δόμος διὰ τὸν τρόπον τῶν δεσποτῶν.

In Codicibus vetustioribus utrum λι an μ scriptum sit vix oculis dignoscere possis. Sic hoc loco peccatum est, namque

Digitized by Google

manifestum est ὁ Πηνελόπης Δολίος emendari oportere. *Cauli* Menelai famulus Ἀσφαλίων appellatur, ut *dolosi* Ulyssis Δολίος. Δ. 735

ἀλλά τις ὀτρηρῶς Δολίον καλέσειε γέροντα.

Praeterea distingue: τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ Ἐτεωνεὺς οὐκ ἀνεπισκέπτως.

Odyss. Λ. 187.

πάντες γὰρ καλέουσι· πατὴρ δὲ σὸς αὐτόθι μίμνει
ἀγρῷ οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται.

Scholion: πῶς οὖν οἶδεν τί εἰ »ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο;" (Od. ω. 205) νῦν οὖν ἡ κατὰ ἀντὶ τοῦ (L. τῆς) ἀπό.

Ecquid intelligis? Non opinor, sed dabo lucem. Vera lectio latet in his

ΟΙΔΕΤΙΕΙ ἐκ πόλιος κατέβαν.

Compone mihi cum his versiculum ex Ω. 205 a Dindorfio laudatum

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν.

Videu? ΟΙΔΕΠΕΙ abiit in ΟΙΔΕΤΙΕΙ, idque inepte in οἶδε (οἶδεν) τί εἰ depravatum est. Iam perfacile est omnia in integrum restituere. Referenda est annotatiuncula ad verbum κατέρχεται vs. 188 οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται: πῶς οὖν

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο.

Miratur homo quid sit quod perinde dicatur πόλινδε κατέρχεται et ἐκ πόλιος κατέβαν, et idem verbum poni sive quis *rure in urbem venial* sive *ex urbe rus abeat*. Et sunt sane Graeci omnes et Athenienses ante omnes in talibus diligentissimi. Quis umquam aliter dixit quam ἄσυδε καταβαίνειν, κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ, ἀναβαίνειν εἰς πόλιν? Theophrastus περὶ ἀγροικίας § 4: καὶ εἰς ἄσυ καταβαίνων ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος. — καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι, ubi turbatum verborum ordinem sic restitue: ὅτι βούλεται εὐθὺς καταβὰς ἀποκείρασθαι, *ubi primum in Urbem venerit*, εὐθὺς καταβάς ut εὐθὺς γενόμενος. Manet igitur difficultas praesertim apud Homerum, quo nemo est in dicendi usu diligentior. Quo pacto solvi debeat nescio, sed hoc scio ludere esse non interpretari quod

Digitized by Google

Grammaticus adscribit: *νῦν σὺν ἡ κατὰ ἀντὶ τῆς ἀπό*, quasi vero *πόλινδε ἀπέρχεται* recte dici potuisset, aut ullae praepositiones salva sententia et dicendi usu locum inter se mutare.

Odyss. Ξ. 135

τὸν μὲν ἐγὼ Φίλεόν τε καὶ ἔτρεφον ἠδὲ ἔφασκον
θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήρων ἤματα πάντα.

Scholion: *οὐκ ἀλόγως οἴεται τὰς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας καταριθμεῖν ἀποδεικνῦσα ὅτι δίκαιον τὸν εὐπαθοῦντα συνεῖναι αὐτῇ.*

Est aliquid inter *εὐπαθεῖν* et *εὖ παθεῖν*, neque difficilis optio est. Nonne vides h. l. *εὖ παθόντα* esse necessarium?

Odyss. O. 32.

ἄρσεα δ' ἀνθρώπων ἡγήσομαι· οὐδέ τις ἡμέας
αὖτως ἀπτέμψει, δώσει δέ τι ἔν γε φέρεσθαι.

Scholion: *καὶ ταῦτα ἀπρεπῆ διδάσκεσθαι πρὸς Μενελάου τὸν Τηλέμαχον τὸ ἀπαιτεῖν.*

Nullus verbo *ἀπαιτεῖν* hic locus est: corrige *τὸ ἐπαιτεῖν*. Indecorum videtur Ptolemaei purpuratis regium iuvenem ab rege Menelao *mendicare* doceri. Quam multum illi aberant a nativa aetatis Homericae simplicitate et sinceritate! Plane gemella est annotatio ad Odyss. Λ. 525

ἡμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον ἠδ' ἐπιθεῖναι.

Περιγραπτέον, inquiunt, *ὡς ἀπρεπῆ. θυρωροῦ γὰρ ἔργον*, nempe in Ptolemaeorum regia, non in equo Troiano, ubi frustra Neoptolemus Ulyssem precibus fatigat ut sese emittat foras vs. 530: *ὁ δέ με μάλα πόλλ' ἱκέτευεν ἱππόθεν ἐξέμεναι*, sed ea Alexandrini ex suae aetatis opinione ac sensu aestimantes iudicabant. Eiusdem farinae est quod ad Odyss. Τ. 34 adscripserunt. Poëta dixerat:

πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
χρύσεον λύχνον ἔχουσα φάος περικαλλὲς ἐποίει,

stomachantes grammatici, quasi haec de Arsinoë aut Berenice dicerentur, *δουλοπρεπές*, inquiunt, *καὶ λίαν εὐτελὲς τὸ τῆς διανοίας. πολλῷ γὰρ ἦν ἄμεινον ἐπιδημησάσης τῆς δαίμονος αὐτόματον ἐπιλάμψαι πολυτελὲς φῶς.* Similiter in Iliad. Γ. 424 *τινὲς λέγουσιν ὅτι ἀπρεπῶς Ἀφροδίτη μαστροπεύει πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τὴν Ἑλένην*, et paullo ante ad vs. 383: *κατηγοροῦσιν*

Digitized by Google

ὡς προαγωγὸν εἰσάγοντος αὐτοῦ τὴν θεόν. Zoïlo ista multo magis quam eruditis Criticis digna sunt.

Odyss. O. 88

βούλομαι ἤδη νεῖσθαι ἐφ' ἡμέτερ', οὐ γὰρ ὄπισθεν
οὖρον ἰὼν κατέλειπον ἐπὶ κτεάτεσσιν ἐμοῖσιν·
μὴ πατέρ' ἀντίθεον διζήμενος αὐτὸς ὄλωμαι,
ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται.

Scholion (ad vs. 90 αὐτὸς ὄλωμαι): ἀντὶ τοῦ τὸν βίον μου ἀπολέσῃ. τοῦτο δὲ ἀγνοήσαντες προσένειμαν τοῖς ἐξῆς· ὅ ἐστι σμικρολόγου, ὡς Ἀριστοφάνης φησί.

Pessime mulcata haec sunt sed haud difficulter in integrum restitui possunt. Scribendum: ἀντὶ τοῦ τὸν βίον μου ἀπολέσω, non ἀπολέσῃ, nam sic Aristophanes verba αὐτὸς ὄλωμαι accipienda esse docebat. Quod quum probaveris manifesto consequitur sequentem versiculum

ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται.

male abundare et spurium esse. Id ipsum Aristophanes dixerat his verbis: τοῦτο δὲ ἀγνοήσαντές τινες προσένειμαν τὸν ἐξῆς, nisi quod pro προσένειμαν melius in tali re προσέθηκαν dictum erit. Quod quum nescirent nonnulli, inquit, addiderunt *versum sequentem*. Eodem modo Odyss. Π. 99 annotatur: ὃ μὴ νοήσαντές τινες προσέθηκαν τὸ »ἔλθοι ἀλητεύων." ubi scribe προσέθηκαν τὸν, nempe εἶχον, quae perpetua est in talibus ellipsis.

Odyss. O. 72.

Ἰσόν τοι κακὸν ἐσθ' ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι
ξεῖνον ἐποτρύνει καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκει.
χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Scholion ad vs. 74: ἐν πολλοῖς οὐκ ἐφέρετο. καὶ ἔστιν Ἡσιόδειος τῆς φράσεως ὁ χαρακτήρ. εἰ δὲ δεχοίμεθα αὐτὸν πρὸ τῶν πρὸ ἑαυτοῦ δύο εἶχον ὀφείλει γράφεσθαι.

Scholion est antiquum et optimae notae. Cauti et circumspecti Critici est et acutissime iudicantis. Si transposueris versum stare poterit, sed melius est ut παρεμβεβλημένον eliminare. Etiam in Codicibus qui ad nos pervenerunt in margine adscripta leguntur passim ea quae aliquam insigniorem sententiae in contextu positae similitudinem prae se ferunt.

Digitized by Google

In quam mirificos et portentosos errores se implicent qui libros veteres non diu et multum triverunt ostendant hae scripturae: ad Odyss. Ξ. 206 *κυδαλίμοισι*: *γρ. ἠνδαλίμοισι*, et Π. 212 *ἠμὲν κυδῆναι*: *γρ. ηὐδῆναι*. Admirabundus Dindorfius adscribit: »*γρ. ηὐδῆναι*]?" et in superiore loco mirificum *ἠνδαλίμοισι* Buttmanno imposuit. In vetustissimis libris (vetustissimos autem dico qui saeculo IX ac X exarati sunt, ut Platonis Codex Parisinus et Demosthenis item Parisinus, et Athenaei in Marciana Venetiis) *β - η - κ* et *κυ - ηυ - ην* et *υν - βυ* scribuntur forma et nexu tam simili ut nisi oculos habeas longo usu exercitatos et ad cuiusque loci sententiam acriter animum intendas et quid Graecum sit, quid non sit, probe memineris, oculis quid horum omnium sit scriptum certo dignoscere et liquido definire minime possis. Apud Athenaeum X. p. 441. E ex Platone Comico affertur:

ἔξεστιν ὑμῖν διακενῆς κινητιᾶν.

sed *κινητιᾶν* ne Graecum quidem est, Heringa verum vidit *βινητιᾶν* reponens. In unico Codice Marciano liquido scriptum esse vidi *βινητιᾶν*, nam *β* et *κ* ita distinguuntur ut prior ductus in *κ* caetera simillimus *paullo* sit longior, sed tam tenue discrimen est ut *nisi hoc agas* te fallat legentem. Possunt etiam *κ* et *η* inter se dignosci sed tenuissima formae diversitate vel intentissimos oculos saepe fallente. Sic igitur sexcenties factum est ut *β* et *η* et *κ* mirifice inter se confunderentur. Apud Athenaeum IX. p. 370 E edebatur in fragmento Diphili:

ἀπαλώτατ' οὐδὲν μὰ Δία τοῖς ἐμοῖς καὶ τοῖς
ὅμοια πράγματ'.

optime Schweighauserus *τοῖς ἐμοῖς βλιτοῖς*. In unico Codice scriptum esse vidi *τοῖσ ἐμοῖσ βαι τοισ*. Describens ΒΛΙΤΟΙC librarius ΒΑΙ esse credidit et *βαι τοισ* dedit: deinde qui Marcianum descripserunt aut contulerunt *καί* esse opinati sunt. Eodem modo ubi *κυ* scriptum est vel *ην* vel *ηυ* esse videtur, cuius rei duo eximia exempla Porsonus protulit ad Odyss. Ξ. 206 *ἐνῆν πρω* et *ἐντὸς ἀρήνων*. Porsonus *ἐν Κύπρῳ* emendavit, *ἐντὸς ἀρκύων* Hemsterhusius. Addam tertium ex Aeschyli Choëphoris 897

ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον,
μαζὸν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα

Digitized by Google

οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα.

Vetus scriptura ΠΡΟCΩΙCΤ pervulgato errore abiit in πρὸσ ὠκὺ, quod quum in unico Codice Mediceo diserte scriptum sit, tamen πρὸς ὠὴν ex illo libro affertur. In Athenaeo, XV. pag. 700 A. edebatur Ἀναξανδρίδης δ' ἐν Τβρίου κοβυ λαβὼν τὸν Φανὸν ἄψεις μοι λύχνον. Acute Porson, ut solet, vidit esse legendum: ἐν Τβρει

οὔκουν λαβὼν τὸν Φανὸν ἄψεις μοι λύχνον;

Qui Codicem unicum inspiciet videbit diserte ουκουν esse in eo scriptum, sed υν et βυ scribuntur nexu tam parum dissimili, ut tibi primum ουκοβυ videaris videre, sed absurdum id esse videns diligenter iterum spectata vetere scriptura tandem clare cernes ουκουν. Iam vero cuius farinae sunt ηνπρω et ἀρήνων et ὠήν et ουκοβυ, eiusdem plane sunt et ἠνδαλίμοισι et ηὐδῆναι. Sunt scribarum ἀβλεπτήματα alias res agentium et quae describerent non intelligentium et parum Graece peritorum. Itaque deprenso errore manifesto ἠνδαλίμοισι et ηὐδῆναι pro κυδαλίμοισι et κυδῆναι sine damno abiici poterunt.

Quam anxia cura et quam acutis oculis vetustissimae membranae explorari debeant, iuvat in hac argumenti libertate obiter uno luculento exemplo ostendere. Editur apud Platonem *de Rep.* X. p. 612 B. οὐ τοὺς μισθοὺς οὐδὲ τὰς δόξας ἐπηνέγκαμεν ὥσπερ Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ὑμεῖς ἔφατε κτέ. Videram (neque erat difficile ad reperiendum, si quis meminisset eorum quae in libro II. p. 362 Ξ scripta sunt οὐκ αὐτὸ δικαιοσύνην ἐπαινοῦντες ἀλλὰ τὰς ἀπ' αὐτῆς εὐδοκιμήσεις, ad quae ipsa pertinet Socratis l. l. oratio) videram igitur pro ἐπηνέγκαμεν emendandum esse ἐπηνέκαμεν. Credebam emendationem esse evidentem ac manifestam, et saepius alibi ἐπήνεκα et ἐπήνεγκα inter se confusa esse memineram, quum e Madvigii *Adversariis Criticis* p. 431 intellexi doctos homines eam correctionem sprevisse, sed probat eandem Madvigius πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Fruatur quod quisque amat, et si quis suum MUMSIMUS amplectitur, non equidem invideo miror magis. Quum ante hos paucos menses Parisios viserem, ne omnino nihil agerem, vetustissimum Platonis Codicem paullo diligentius inspicere coepi et imprimis libros *de Republica* exactissima cura rimatus sum. Scin' quid in illo loco ibi legatur? Nempe diserte hoc: οὐδὲ

Digitized by Google

τὰς δόξας ἐπηινέγκαμεν. Diserte ηι scriptum esse et γ ut expungendum puncto notatum vidi. Itaque ἐπηινέκαμεν iam non est mea suspicio, sed unius omnium optimi Codicis certa et explorata lectio. Admitti ergo nunc, spero, poterit. Quod autem Madvigius l. l. bellum mecum homines quosdam doctos, qui in Germania sunt, gerere narrat, de eo quid dicam nescio. Equidem cum erroribus et vitiis, non cum hominibus, gero bellum. Si quis me errantem docte, acute et ingeniose refellit, etiam si paullo acrius et asperius mecum agit, tantum abest ut mihi iram moveat, ut eum probem magis et diligam et admirer. Scio me quoque esse in reprehendendo paullo acriorem, sed id me candide citra invidiam et odium facere et semper fecisse hoc quoque scio. Si quis contra petulanter et proterve in me arietat, ne is quidem mihi iram movet sed risum, et mox obliviscor. Neque ego arbitror cordatis in Germania hominibus istam μειρακιώδη petulantiam ullo modo placere. Ut semel defungar commemorabo unum, quod mihi ante hos paucos dies oblatum est. In Ephemeride Philologica, cui nomen *Philologischer Anzeiger*, homo doctus ne nomine quidem mihi notus de Sommerbrodtii Lucianeis iudicium ferens pag. 497 de me ea dixit quae infra scripta sunt [1]).

Lepidum hominem, dixerit aliquis: quod omnes in Germania philologos dudum probe scire narrat neque te doctore aut monitore indigere, id ipsum popularem suum queritur nescire et libros affert unde discat. Quamquam id nescire non potuit, namque id tu eum sedulo et multis exemplis docuisti. Fortasse oblitus est. Simul docuisti Platonis locum corruptum e Luciano emendari oportere, at ille contra Luciani locum integrum ex Platone corrupit. Fortasse non intellexit. O indociles discipulos tuos! Sed extra iocum. Quis est in Germania paullo humanior et urbanior homo, qui talem adolescentuli protervitatem non im-

1) »De Saltat. 81 ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ ὀρχηστῇ. Vor τῷ schiebt Sommerbrodt p. 100 ein ἐν ein; gegen einen feststehenden sprachgebrauch in solchen vergleichungen, den Krüger Sprachl. 68, 8 am genauesten formulirt hat. Beispiele giebt Bernhardy Wiss. Synt. p. 204 F. u. a.; auch Cobet V. L. 163—166 redet von diesem Sprachgebrauch in seiner art, d. h. mit einer miene, als ob er von der vorsehung ausdrücklich bestellt sei, um über diese und so viele andre, nicht eben onbekannte sachen die Welt und im besonderen die dummen Deutschen zum ernsten mal zu belehren."

Digitized by Google

probet atque oderit? Cui non omnium quidquid est in Germania hominum elegantiorum ista linguae intemperantia taedium parit et nauseam? Quin potius tenemus illud Aristophaneum, quod non minus in philologos convenit quam in poëtas:

λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
ἄνδρας Φιλολόγους ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.

Certamina esse inter Criticos necesse est: ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι, sed certemus ingenio, acumine, sollertia, non maledictis et conviciis. *Rex eris, aiunt, si recte facies.* Caeterum si quid boni repertum spernitur, vi veritatis erit contemtoribus suis superstes, et contra quidquid vanum et falsum est etiam nullo refellente peribit. Etiam in arte Critica longa dies ut opinionum commenta delet ita acute cernentium iudicia confirmat.

Sed redeat unde huc digressa est oratio et novum Scholion inspiciamus.

Odyss. I. 43.

ἔνθ' ἤτοι μὲν ἐγὼ διερῷ ποδὶ φευγέμεν ἡμέας
ἠνώγεα.

Scholion ad διερῷ ποδί: τῇ νηΐ· καὶ γὰρ ἄλλως ἵππους τὰς ναῦς.

Quid sit legendum pro ἄλλως ἵππους colliges ex Odyss. Δ. 708.

νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι
ἀνδράσι γίγνονται.

Cf. Scholion ad Iliad. Ψ. 307: ἴσως δὲ διὰ τὸ τάχος τῶν νεῶν αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι ἵππιος (Ποσειδῶν).

Odyss. I. 257.

δεισάντων Φθόγγον τε βαρὺν αὐτόν τε πέλωρον.

Scholion ad Φθόγγον: — ὅλως οὐ τίθησι τὴν λέγουσαν ἐπὶ τῆς ἀδιαρθρώτου Φωνῆς.

Corrige ὅλως δὲ τίθησι τὴν λέξιν ἐπὶ τῆς ἀ. Φ. Vitium in λέγουσαν natum est ex compendio λ́, quod et λέγει, λέγουσιν cet. et λέξις, λέξιν cet. denotare solet. Quid sit ubique legendum satis ἐκ τῶν ἀεὶ συμφραζομένων apparet, nisi si quis, qui scribarum mos est, inter legendum alias res agit.

Digitized by Google

Male dissectum est Scholion unum et idem ad Odyss. I. 565.

ἔνθα δὲ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ.

Annotavit nescio quis: περιπλανηθέντος αὐτοῦ καὶ μὴ εἰδότος ποῦ ἔπεισι (Lege εἰσί), περιττὸν τὸ προτέρω. διὸ τοὺς τόπους ἁπλῶς λέγει

Κυκλώπων δ' εἰς γαῖαν. (I. 106)
Αἰολίην δ' ἐς νῆσον. (K. 1)

ποῦ δέ εἰσιν αὗται ἢ ποῦ κείμεναι οὐκέτι διασαφεῖ.

Priorem Scholii partem περιπλανηθέντος — προτέρω adscripsit Dindorfius ad I. 565, reliqua ad initium libri sequentis. Itaque sic divulsa neque hic neque illic intelligi possunt.

Odyss. K. 323

ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα ὑπέδραμε καὶ λάβε γούνων.

Scholion: δεδοικυῖα τὴν πληγὴν ἢ τὸν θάνατον. Ridicule. Corrige οὐ τὸν θάνατον.

Odyss. Λ. 115 δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ.

Scholion: (ἡ διπλῆ) ὅτι οὐκ ἐνήλλακται ὁ χρόνος ὡς τό·

σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν (Il. Δ. 161. Cf. Schol. Ven.)

οὐ γὰρ ἦσαν οἱ μνηστῆρες συνηγμένοι εἰς τὸν οἶκον Ὀδυσσέως.

Omnia perspicua erunt ubi reposueris οὔπω γὰρ ἦσαν. Eadem opera emenda Scholion ad vs. 182.

Multum abest ut veterum Criticorum annotationes de discrepantibus editionum scripturis omnes ad nos pervenerint. Plurimas sine vestigio intercidisse certis indiciis passim colligimus. Veluti ad hunc ipsum locum commemorari debuerat Aristophanis sive lectio sive correctio, quam novimus ex iis, quae ad Odyss. B. 315 annotata supersunt. Telemachus ad procos ita dicit:

ἦ οὐχ ἅλις ὡς τὸ πάροιθεν ἐκείρετε πολλὰ καὶ ἐσθλά
κτήματ' ἐμά, μνηστῆρες, ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα.

annotatur: τοῦτο σημειοῦται Ἀριστοφάνης ὅτι ἱκανὰ ἔτη ἐγεγόνει ἀφ' οὗ οἱ μνηστῆρες συνήχθησαν. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ἐν τῇ Νεκυίᾳ (Λ. 116) ὅτι δεῖ εἶναι

οἵ τοι βίοτον κατέδοιεν,

οὐ κατέδουσιν. Editur apud poëtam:

ὀψὲ κακῶς νεῖαι ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους

Digitized by Google

νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης· δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ
ἄνδρας ὑμερφιάλους, οἵ τοι βιότον κατέδουσιν.

Quid autem Aristophanes legebat? κατέδοιεν? Sed incongruum plane id est nec verum esse potest. Admodum est veri simile Aristophanem legisse: οἵ τοι βίοτον κατέδονται. Reperies domi, inquit, qui tuas opes *comedent*, οὔπω γὰρ ἦσαν οἱ μνηστῆρες συνηγμένοι εἰς τὸν οἶκον Ὀδυσσέως, itaque non est verum κατέδουσιν, sed κατέδονται, ut de re futura. Simillima est observatio ad Odyss. Λ. 182.

δίζυραὶ δέ οἱ αἰεί,
φθίνουσιν νύκτες τε καὶ ἤματα δακρυχεούσῃ.

Scholion: οὐ διὰ τοὺς μνηστῆρας· οὔπω γὰρ ἦσαν ἐπιθέμενοι, ἀλλὰ διὰ σέ. Praesens κατέδουσι videtur Aristarchea lectio esse. Aristarchus enim quemadmodum in Iliad. Δ. 161

ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν,

redarguit Zenodoteam lectionem: τελεῖ σύν τε μεγάλῳ τίσουσιν (nam sic legendum in Marciano A ad Δ. 161), sic hoc loco Aristophaneam scripturam κατέδονται refutavit.

Odyss. Λ. 220.

ἀλλὰ τὰ μέν τε πυρὸς κρατερὸν μένος αἰθομένοιο
δαμνᾷ ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ λευκὸ ὀστέα θυμός.

Scholion: δαμνᾷ ὡς κιρνᾷ. οἱ δὲ δάμναται ὥς κεν πρῶτα λίπῃ, ὡς Κράτης. ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης συνεδάμνα ἢ τοῦ δαμνᾶται ἀποκοπή.

Molesti imprimis sunt librariorum errores, ubi veteres scripturae a Criticis commemoratae vitium et labem conceperunt, namque sic quod antiqui Poëtae interpretes vix servaverant denuo nobis periit, nisi sicubi emendabilis error est. In Codice Veneto ad Il. A. 351 adscriptum est (ἡ διπλῆ ἡ περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει χεῖρας ἀναπτάς, pro χεῖρας ὀρεγνύς. Quid igitur scripsit Zenodotus? nàm χεῖρας ἀναπτάς nihil est. An forte χεῖρ' ἀνάπιτνάς? In tenebris micamus. In Odysseae loco aliquid perspici potest. Corrigendum est enim: ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης δάμνατ' ἐπεί κε πρῶτα, ἔσι δὲ δάμνατ' ἡ τοῦ δάμνανται ἀποκοπή. Et haec quidem scriptura verior et Homero reddenda

δάμνατ' ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ λευκὸ ὀστέα θυμός.

Digitized by Google

ut et Iliad. Ξ. 199

δάμνασαι ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους.

Solent scribae formas veteres δάμνασθαι, κίρνασθαι, πίλνασθαι, uti et πρίασθαι, κίχρασθαι et sim. accentu vitiare πριᾶσθαι scribentes et κιχρᾶσθαι et δαμνᾶσθαι. Ubi semel emendaveris ἡ τοῦ δάμναται ἀποκοπή pro vitioso δαμνᾶται, reliqua sponte sequuntur. Caeterum rectissime Porsonus monuit δαμνάω δαμνῶ nusquam apud poëtam occurrere, sed aut δάμνημι aut δάμναμαι, cuius verbi *futurum* δαμῶ δαμόω, δαμᾷ δαμάᾳ et δαμόωσιν notis apud Homerum locis legitur.

Ad Odyss. Λ. 321 narratur Phaedra πρὸς Θησέα διαβαλεῖν ὡς Ἱππολύτου πείθοντος αὐτήν, imo vero πειρῶντος, sed videntur sequiores veterem verbi πειρᾶν notionem amisisse, unde crebri errores nati.

Notum est quam facile et quam saepe contra loci sententiam κατά et μετά inter se mutent locum. Memini me vel μεταδουλοῦσθαι legere pro καταδουλοῦσθαι. Vide nunc mihi quod scriptum est in Scholio ad Odyss. Λ. 322 pag. 506, 10 apud Dindorfium: προσορμίσας δὲ τῇ Δίᾳ νήσῳ ἐκβὰς ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μετακοιμᾶσθαι. Quod cave Lexicis inseras, unde plura vitio nata expellenda esse video quam nova superesse addenda.

Odyss. Λ. 399

ἦέ σέ γ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν,

Scholion: οἱ ἠέ ἀθετοῦνται ὑπ' Ἀριστοφάνους ὡς ἀπὸ τῶν εἰρησομένων μετενεχθέντες.

Porsonus: οἱ ἠέ) *id est versus ab ἠέ incipientes.* Quis sic loquitur? Scribe οἱ ἑ (πέντε) ἀθετοῦνται, nempe vs. 399—403.

Difficillimum saepe est annotationes in librorum marginibus adscriptas et nulla nota distinctas ad quem quaeque locum referenda sit liquido definire. Apud Dindorfium p. 514 et 515 ex optimo Codice Harleiano tres feruntur optimae notae Aristarchi et Aristophanis annotationes hae:

I. ἀθετοῦνται παρὰ Ἀριστοφάνει.

II. οὐδὲ οὗτοι ἐφέροντο ἐν τοῖς πλείστοις, ὡς μαχόμενοι τοῖς προκειμένοις.

Digitized by Google

III. ἀθετεῖται διὰ τὸ εὔηθες. εἰ γὰρ ἐπέπειϛο ὅτι οὔπω τέθνηκε πρὸς τί ἐρωτᾷ

ἦπου ἔτι ζώοντος ἀκούετε;

Harum primam Dindorfius retulit ad vs. 435—440 errore manifesto. Quanto melius referas ad vs. 429—434, ut Agamemnon dicere desinat in verbis asperrimis

ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

quibus statim respondet Ulysses:

ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ γόνον Ἀτρέος εὐρύοπα Ζεύς
ἐκπάγλως ἤχθηρε γυναικείας διὰ βουλάς.

Secunda annotatio adscribitur a Dindorfio vs. 452, sed in notula subiecta retrahitur ad vs. 454—456. Rectissime, ut opinor. Sed fallitur in tertia, quam vs. 458 apposuit. Sine controversia enim pertinet ad vs. 461

οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δῖος Ὀρέϛης.

in hunc enim solum conveniunt verba Critici: εἰ γὰρ ἐπέπειϛο ὅτι οὔπω τέθνηκε κτέ.

Post pauca ad vs. 502 optima Aristarchea scriptura commemoratur haec:

τῷ κέ τεων ϛύξαιμι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους,
οἳ κεῖνον βιόωνται.

pro singulari τῷ κέ τεῳ, quod cum οἳ βιόωνται parum congruenter iungitur.

Ad Odyss. Λ. 546 annotatur; διὰ τὸ ἐμὲ τοῦ Ἀχιλλέως ἐπαρεῖν τὰ ὅπλα. ad haec Dindorfius »ἐπαρεῖν vitiosum." Facile credimus. Quid est legendum? λαβεῖν.

Pervulgato errore scribitur in Scholio ad vs. 568: πῶς οἶδε τούτους ἢ τοὺς λοιποὺς ἔσω τῶν Ἅιδου πυλῶν ὄντας καὶ τῶν ποταμῶν; imo vero πῶς εἶδε.

Post pauca ad vs. 571 ἥμενοι ἑϛάοτες τε Scholion est: ἥμενοι οἱ ἐντελεῖϛ, ἑϛάοτες οἱ εὐτελεῖϛ. Nihili est ἐντελεῖϛ. Non illepide grammaticus dixerat: ἥμενοι οἱ ἐν τέλει, ἑϛάοτες οἱ εὐτελεῖϛ.

Digitized by Google

Dii in *iuvenes* conversi sunt in Scholio ad Odyss. Λ. 582: *Τάνταλος — συνδιατρίβων τοῖς νέοις καὶ συνεσιώμενος αὐτοῖς.* Fortasse compendium ΘΟ͞ΙC pro *θεοῖς* alicui fraudi fuit.

Ad Odyss. M. 15

πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν,

Scholion est: *Ζηνόδοτος γράφει*

ἀκροτάτῳ τύμβῳ ἵνα σῆμα πέλοιτο.

ἵνα σήλης σημεῖον ἢ ἔσαι δὲ παρακούω τοῦ Ἐλπήνορος εἰπόντος

πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμόν. (Λ. 77)

corrupta haec sunt sed facili negotio emendanda in hunc modum: *ἵνα σήλης σημεῖον ᾖ. ἔσαι δὲ παρακοὴ τοῦ Ἐλπήνορος εἰπόντος κτέ.*

Ad Odyss. N. 42

ἀμύμονα δ' οἶκοι ἄκοιτιν Νοσήσας εὕροιμι.

Scholion est: — *καὶ τὴν ἄκοιτιν εὕροιμι ἀμύμονα καὶ ἀνεπιμώμητον.* Ad haec Dindorfius: »*ἀνεπιμώμητον Cramerus pro ἀνεπιμέμητον.*" Recepit idem in Stephani Thesaurum. Hoc est unum ex iis, quae vitio nata expungenda censeo. In *ἀνεπιμέμητον* male latet *ἀνεπίμεμπτον.*

Odyss. N. 66.

ἔπεμπε γυναῖκας: ἡ ἑτέρα τῶν Ἀρισάρχου νέεσθαι εἶχε (pro *γυναῖκας*). *καὶ ἄμεινον τὸν μὲν κήρυκα διηγεῖσθαι, τὰς δὲ δουλίδας νεέσθαι.* Fieri potest: sed pro *διηγεῖσθαι* repone ex ipso poëta vs. 65 *ἡγεῖσθαι. Pracire*, non *enarrare* praeconem dixerat.

Odyss. N. 123.

μή πού τις ὀδιτάων ἀνθρώπων

πρίν γ' Ὀδυσῆ' ἔγρεσθαι ἐπελθὼν δηλήσαιτο.

Scholion: *Ἀρίσαρχος μήπω χρονικῶς, διὸ καὶ ἐπήγαγε »πρὶν Ὀδυσῆ' ἔγρεσθαι.*" Recte Dindorfius: *Mirum si μήπω probaverit Aristarchus.* Μήπως verum videtur. Simili errore scribitur Odyss. Γ. 226

ὦ γέρον, οὔ πω τοῦτο ἔπος τελέεσθαι ὀΐω.

Suidas v. *Οὔπως: οὐδένα τρόπον. καὶ Θουκυδίδης ἐν ε καὶ Ὅμηρος*

Digitized by Google

ὦ γέρον, οὔπως ἔγωγε τοῦτο τελέεσθαι ὄΐω.

qui servato οὔπως ex Homero emendandus.

Ad Odyss. N. 119 legitur longa Porphyrii annotatio, quales permultae cum auctoris nomine in Scholiis Venetis ad Iliadem reperiuntur, unde facile in his idem auctor agnoscitur. Porphyrius multa ab Antisthene, plura ab Aristotele, nonnulla ab Heraclide Pontico de Homero scripta sedulo lectitavit multaque ex his ad Homeri interpretationem expromere solet. Sed malum factum quod nihil magnopere, quod nobis usui esse possit, ex illis philosophis in medium profertur. Plus est in una Aristarchi observatione boni quam in omnibus quae Porphyrius ex Philosophorum de Homero scriptis nobis servavit. Sunt non illepidae de quibusdam locis Homericis confabulationes legentibus istiusmodi deliciarum amantibus multo iucundiores quam ad Homerum intelligendum utiliores, qualia sat multa Socrates apud Platonem et Xenophontem παίζει τε καὶ εἰρωνεύεται. Huiuscemodi est disputatio Heraclidae Pontici, quam nobis Porphyrius servavit. Est paulo verbosior sed non iniucunda lectu, neque Homericae interpretationi utilis, sed hic illic vitiis et mendis obsita, quae partim abstergere conabimur, quod eo lubentius faciemus quia Heraclides tersa admodum et nitida oratione utitur. Et sunt quaedam tenuiora, ut p. 563, 25 ubi inserto articulo scribendum: ταχυτάτας (τὰς) ἀποπομπὰς ποιεῖσθαι τῶν ξένων, et p. 564, 3 τὰ μὲν περὶ τὸν πόλεμον δεινότατον τῶν ὄντων (pro θνητῶν) εἶναι, et p. 565, 1 τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσαντο pro ἀγωγήν, sed graviora vulnera locus accepit p. 565, 10: οὐ γὰρ τὴν ἀπόδειξιν ἐφοβήθησαν ὡς λαθεῖν ἐβουλήθησαν ἐν ᾧ τόπῳ κατοικοῦσιν, ubi res ipsa, qua de agitur, demonstrat legendum esse: οὐ γὰρ οὕτω τὴν ἀδοξίαν ἐφοβήθησαν κτέ. et misere corrupta sunt ultima: ἤδη δὲ πλάττομεν ἐκ τῶν ἐπῶν τι τοῖς Φαίαξιν αἱρετώτερον συμβαῖνον διόπερ ἴδιον τρίτης ἀδοξίας κίνδυνος. Sunt haec flagitiose corrupta ita tamen ut veterem scripturam ex iis pellucentem agnoscere possis, quae haec est: διὸ περιεῖδον τὸν τῆς ἀδοξίας κίνδυνον, quae respondent superioribus: Φασί τι πρᾶξαι τοὺς Φαίακας τοιοῦτον ἐξ οὗ κίνδυνος ἦν ἀδοξίᾳ περιπεσεῖν.

Notanda est apud Heraclidem p. 563, 29 locutio: οὐδὲν οὖν

Digitized by Google

ἄλογον — αὐτοὺς ἀποσέλλειν ταχέως τοὺς ξένους, πρὶν ἐντὸς γενέσθαι τῶν παρ' αὐτοῖς τοὺς ἐπιδημοῦντας, ubi vides ἐντὸς γενέσθαι τινός idem esse quod ἔμπειρον γενέσθαι. Attulit nonnulla his similia Hemsterhusius ad Stephani Thesaurum v. Ἐντός, veluti ἐντὸς λόγων, τέχνης, μέθης, γάμων. Eodem retulerim Timonis Phliasii versiculum apud Diogenem Laërtium IX. 5. 1

πολλῶν Φαντασμῶν ἐπάνω, παύρων γε μὲν εἴσω.

Odyss. N. 144 σοὶ δ' ἔξι καὶ ἐξοπίσω τίσις αἰεί. Scholion: — ἐν σοὶ ζῇ τιμωρία τοῦ ἀτιμάζοντός σε. Compendium verbi ἐξίν in ζ mutatum est. Lege ἐν σοί ἐξιν ἡ τιμωρία.

Male retulit Dindorfius ad vs. 152 Scholion: Ἀριστοφάνης δὲ γράφει μὴ δέ σφιν. ἀντιλέγει δ' ἐν ὑπομνήμασιν Ἀρίσταρχος, nam sine ulla controversia retrahendum est ad vs. 158 ubi Aristophanes legebat:

ἵνα θαυμάζωσιν ἅπαντες
ἄνθρωποι μηδέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι.

pro μέγα δέ σφιν, quam Aristophanis opinionem vel, ut rectius dicam, infelicem correctionem Aristarchus in Commentariis redarguisse dicitur.

Odyss. N. 173.

ὃς ἔφασκε Ποσειδάων' ἀγάσασθαι ἡμῖν

Scholion in Codice Harleiano: διὰ τοῦσ ἀγάσασθαι. verum est ΔΙΑΤΟΤϵΑΓΑϹϵϹΘΑΙ, διὰ τοῦ ε ἀγάσεσθαι. Nihil cogitat scriba qui διὰ τούς in tali loco dare potuit. Incogitanter alius ad vs. 177

ῥαισέμεναι, μέγα δ' ἦμιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψειν.

adscribit: βαρυντέον τὴν ἡμῖν pro ἦμιν, sed consuetum est illis inter scribendum alias res agere. Palmam μετεωρίας et ἀβλεψίας reliquis praeripuit, qui ad Iliad. K. 450

ἦ τε καὶ ὕστερον εἶσθα θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,

adscripsit in Codice Veneto A. οὕτως ἐγένετο τὸ ἧσθα, εἰ μὴ τὸ δεύτερον εἶς, εἶτα εἶσθα, quum dare deberet: τὸ εἶσθα, εἶμι, τὸ δεύτερον εἶς, εἶτα εἶσθα.

Digitized by Google

Odyss. N. 390.

καί κε τριηκοσίοισιν ἐγὼν ἄνδρεσσι μαχοίμην
σὺν σοί, πότνα θεά, ὅτε μοι πρόφρασσ' ἐπαρήγοις.

Scholion ad vs. 391. ὑπονοεῖται ὁ τίχος διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὑπερβολήν. ἐν τῇ Λ γοῦν τῆς Ἰλιάδος πλείοσι τριακοσίων ἀντέσχη καὶ παρούσης Ἀθηνᾶς.

Excidit necessaria vocula καὶ μὴ παρούσης Ἀθηνᾶς. Respicitur Iliad. Λ. 482.

Ad vs. 398—401 Scholion est: ἀθετοῦνται διὰ τὸ ἦθος ὡς ἔκαστον ἐπεξιέναι.

Haec quidem sensu cassa sunt. Suspicor olim scriptum fuisse διὰ τὸ εὐήθως ἕκαστον ἐπεξιέναι. Ut enim rectissime eadem leguntur vs. 430 sqq. ita εὐήθεια est ea nunc ipsi Ulyssi singula enumerare.

In Scholio ad Odyss. Ξ. 12 legitur Aeschyli ἐν Φιλοκτήτῃ scnarius

κρεμάσας τόξον πίτυος ἐκ μελανδρύου.

ut metrum constet κρεμάσασα editur. Rectius duabus literulis repetitis repones:

κρεμάσας τὸ τόξον πίτυος ἐκ μελανδρύου.

Ad Odyss. Ξ. 162—164 Scholion: ὑποπτεύονται οἱ τρεῖς ὡς ἀσύμφωνοι πρὸς τὰ πρὸ αὐτῶν καὶ ὡς ὕποπτοι καὶ ὡς ἄπιστοι. πόθεν γὰρ ἤδει εἰ καὶ ἐκ Δωδώνης ὑποστρέφων οὐ πλοῖσει;

Manifesto mendosum est οὐ πλοῖσει, sed parata est certa et evidens emendatio εὐπλοήσει. Idem repperit Volgraaff meus in Stud. Palaeogr. p. 100. Praeterea mirum esse vides ὑποπτεύονται — ὡς ὕποπτοι. Verum videtur νοθεύονται.

Legitur Scholion ad Ξ. 179 quod quid sibi velit non facile dictu est ἐν σχήματι ὡς τό·

γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. (Il. Ω. 58)

καὶ

οἵ σ' ὠτειλῆς αἷμ' ἀπολιχμήσονται. (Il. Φ. 122)

Refertur a Dindorfio ad vs. 179 errore manifesto. Considera mihi duos versiculos 178 sq.

Digitized by Google

τοῦ δέ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας ἔνδον ἐΐσας
ἠέ τις ἀνθρώπων· ὁ δ' ἔβη μετὰ πατρὸς ἀκουήν.

Subnata mihi suspicio est in priore versu hanc scripturam olim fuisse

τὸν δέ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας,

et grammaticum nescio quem hanc compositionem similibus exemplis illustrare voluisse. Simile est Il. Φ. 38

ὁ δ' ἐρινεὸν ὀξέϊ χαλκῷ Τάμνε νέους ὄρπηκας.

et alia complura passim. Simillimum est τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν, et φρένας in plane gemella compositione ponitur Il. Z. 355

ἐπεὶ σὲ μάλιςα πόνος φρένας ἀμφιβέβηκεν,

quod sedulo imitantur Tragici, ut in μὴ φόβος σε νικάτω φρένας, aut φόβος μ' ἔχει φρένας, apud Thiersch. Homer. Gramm. § 273, 4. Accedunt his denique Il. Ψ. 782.

ὦ πόποι, ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας.

et Π. 660

ἐπεὶ βασιλῆα ἴδον βεβλαμμένον ἦτορ.

Sed quidquid huius rei est id certe mihi videtur extra controversiam esse Scholion, quod supra adscripsimus, ad illam scripturam unice congruere et sic omnia recte habere.

Odyss. Ξ. 199 ἐκ μὲν Κρητάων: ἀπὸ τοῦ Κρῆται. καὶ τὰς Ἀθήνας γὰρ ποτὲ ἐνικῶς ποτὲ πληθυντικῶς ὀνομάζει. τοῦτο δὲ ζηλώσας ὁ Καλλίμαχος τὸν Κολωνὸν θηλυκῶς καὶ πληθυντικῶς εἶπεν·

ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέσιον ἤγαγε δήμου
τῶν ἑτέρων.

Rectissime suspicatur Buttmannus ex Callimachi Hecale eum locum esse desumtum. Suidas enim, cui nihil praeter τὴν Ἑκάλην ex Callimacheis videtur ad manum fuisse, et apud quem, ut suspicor, complusculi ἐκ τῆς Ἑκάλης versiculi sine poëtae nomine latent, bis ad eum locum respexit v. Κολωνάων et v. Ὁμέσιον: ὁμόοικον, ὁμωρόφιον, γαμετήν. Ipsius bonae vetulae verba sunt ad Theseum ita dicentis: ἠγάγετό μέ τις γυναῖκα ἐκ τῶν Κολωνῶν τῶν ἑτέρων. Quid sit autem ἐκ τῶν Κολωνῶν τῶν ἑτέρων nemo melius docebit quam Pherecrates apud Harpocrat. v. Κολωνίτας·

Digitized by Google

οὗτος πόθεν ἥκεις; Β. εἰς Κολωνὸν ἱέμην
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

Admoneo Dindorfii gratia, qui Porsoni coniecturam τῶν ἑτάρων recepit in textum.

Quia utilissimum est iunioribus certas et manifestas emendationes spectare, adscribam locum a Bergkio felicissime correctum ad Odyss. Ξ. 228

ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Fertur in optimo Harleiano: τοῦτο ἀρχίλοχος μεταφράσεως ἄλλος ἄλλῳ κραδίην γένηται. Bergkius emendavit: μετέφρασεν ὡς ἄλλος ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται.

ΙΕΝΕΤΑΙ tralaticio errore pro ΙΑΙΝΕΤΑΙ scriptum peperit ΓΕΝΕΤΑΙ, quod a sciolo in γένηται *correctum* est scilicet.

Pulchrior etiam est Dindorfii emendatio versiculi Sophoclei ad Odyss. Η. 106. In libris est: Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ

ὥσπερ γὰρ ἐν φύλλοισιν αἰγείρου μακρᾶς
κἂν ἄλλο μηδὲν ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κινήσῃς αὔραις ἀνακουφίζει πτερόν.

peracute vidit Dindorfius in ΚΙΝΗCΗCΑΤΡΑΙCΑΝΑΚΟΤΦΙΖΕΙ latere κινεῖ τις αὔρα κἀνακουφίζει. In ΗC latet ΤΙC et Κ ut solet in ΙC dissectum est.

Odyss. Ξ. 352.

μάλα δ' ὦκα θύρηθ' ἔα ἀμφὶς ἐκείνων.

Hinc Hesychius Θύρηθ' ἔα: ἔξω ἧμην. Scholion: τὸ πλῆρες θύρηθεν. — τὸ γὰρ θύρηθεν σημαίνει τὸ ἔξωθεν, ὅπερ Ἀττικοὶ θύρῃσι λέγουσιν. In his Scholiis, quae ex diversissimis fontibus sunt in unum comportata, optimae principum Criticorum observationes permixtae sunt observatiunculis pessimis et levissimis homuncionum nihili. Τὸ πλῆρες non est θύρηθεν, neque Attici τὸ ἔξωθεν appellant θύρῃσι, neque omnino θύρῃσιν est Atticum. Athenienses dicebant θύρασι, θύραθεν et θύραζε, pro quibus lingua Epicorum habet θύρηθι, θύρηθεν et idem θύραζε, neque adeo magis inter se apud Atticos θύρασι et θύραθεν permutari possunt quam apud Homerum θύρηθι et θύρηθεν. Ergo τὸ πλῆρες est θύρηθι, quod ἔξω significat, ut θύρηθεν est ἔξωθεν. Neque ἐν in θύρηθεν elidi potest, ut opinor. Simili-

Digitized by Google

mum vitium scribarum socordia commissum in Scholio ad Odyss. Ξ. 185 δαίνυσθαί τ' ἀκέοντ': ἐκ πλήρους ἀκέοντας, absurde, ut vides, pro ἀκέοντε.

Ad Odyss. Ξ. 503 annotatur: καὶ ὁ Ἀθηνοκλῆς προηθέτει. Lacerae sunt hae scholiorum veterum reliquiae et multis partibus mutilatae. Qui versus sint ἠθετημένοι et quibus rationibus et a quo post Athenoclem haec omnia perierunt. Docti homines resecuerunt vs. 504—506, et relinquunt in ultima Ulyssis oratione vs. 504

ὡς νῦν ἠβώοιμι βίη τέ μοι ἔμπεδος εἴη.

qui repetitus est e vs. 468 et nunc quidem οὐδὲν πρὸς ἔπος infercitur. Optime Ulysses finem dicendi faciet in vs. 502. Rem factam narrat, quid petat narrando Eumaeo conciciendum reliquit, neque eum ea spes fefellit. Ea ipsa causa movit Athenoclem, ut versus importunos eiiciendos esse censeret. Sed est in ea parte Scholii vitium quod obiter eximam. Editur: ἀφανίζουσι γὰρ τὸ χωρίον τοῦ αἰνίγματος διαρρήδην αἰτοῦντος. ἄλλως τε καὶ ὁ Εὔμαιος ὕστερον λέγει

αἶνος μέντοι ἀμύμων ὃν κατέλεξας.

Rectissime ea omnia mihi quidem disputata videntur, sed quid, quaeso, est τὸ χωρίον τοῦ αἰνίγματος? Nihil. Ne diu te teneam, vera lectio est ἀφανίζουσι τὸ χαρίεν τοῦ αἰνίγματος. *Lepor* narrationis Athenocli sic perire videtur, et recte quidem. Αἶνος quid sit in Scholiis Grammatici certant. Athenocli αἴνιγμα videtur esse, idem aliis, qui αἰνιγματώδης λόγος interpretantur, aliis ἔπαινος ὁ εἰς προτροπῆς περιπέτειαν παραινετικήν. An haec intelligis? Conieci παραινετικός, sed in caeteris haereo, λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. Optime αἶνος intelligitur ab iis qui Archilochi versiculos adscripserunt ubi nihil aliud est quam μῦθος, λόγος, *fabula* seu vera seu ficta,

Αἶνός τις ἀνθρώπων (ὅδε)
ὡς ἄρ' ἀλώπηξ κἄετὸς ξυνωνίην
ἔμιξαν.

in aliis ἔθεντο, quod usitatius est, ut in ludicro fragmento apud Suidam v. Ἑταιρεία.

Θέντο μετ' ἀλλήλοισιν ἑταιρείην μύε δοιώ
οὐ καθ' ὁμὰ ζώοντες. ὁ μὲν κατὰ νειὸν ἐρήμην

Digitized by Google

ἐτρέφεθ', ὃς δὲ δόμοισιν ἐν ἀφνειῶν τρέφετ' ἀνδρῶν.

Perlepida est linguae Epicae gravitas et pompa in tanta argumenti tenuitate. Quam me delectant μύε δοιώ. Quo esset oratio lepidior credo Babrium scripsisse μετ' ἀλλήλοιιν. Sed e diverticulo in viam.

Odyss. O. 7.

Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκύς, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
νύκτα δι' ἀμβροσίην μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν.

Scholion ad vs. 8 ἔγειρεν: ἤθροιζεν οὗτος καὶ συνῆγεν· ἢ τὰ μελεδήματα ἐκεῖνον διανίςη καὶ διήγειρεν.

Perpetua est in libris confusio verborum ἀγείρειν et ἐγείρειν, quia αγ et εγ scribuntur nexu tam simili ut nisi diu et multum sis exercitatus oculis utrum scriptum sit discernere non possis. Etiam hoc loco dittographia ex Scholio arguitur ἄγειρεν et ἔγειρεν. Ad ἄγειρεν, refertur ἤθροιζεν et συνῆγεν, ad ἔγειρεν contra διανίςη et διήγειρεν. Ultra sit potior scriptura non est dubitatio, οὐχ ὕπνος ἔχε satis commendat vulgatum ἔγειρεν.

Eadem est scripturae varietas in Iliad. Φ. 287. ταχέες δ' ἵπποι ἔγερθεν. ubi Scholia Veneta ἄγερθεν: οὕτως Ἀρίςαρχος. ἄλλοι δὲ ἔγερθεν. Contra est. ἄγερθεν et ἔγερθεν locum inter se mutare debent. Quam saepe in soluta oratione ἀγείρειν in ἐγείρειν abierit (rarius contra) propediem in Libanio ostendam. Prorsus eadem ratio est in αχ et εχ. Scripturae Codicum planum non faciunt ἄχθος an ἔχθος legendum sit, ἄχθομαι an ἔχθομαι. Hinc in Scholio ad Odyss. O. 236 male scribitur μετὰ τὸ ἐνεχθῆναι τὰς βοῦς pro ἀναχθῆναι, et saepius οἱ ςίχοι μετήχθησαν pro μετηνέχθησαν, quod huic affine vitium est. Passim occurrit μετενηνεγμένοι, in aoristo hic illic peccatur.

Tam nihil in talibus scribae cogitant ut ad νεφεληρέτα Odyss. A. 63 annotetur ἐν τῷ ἀέρι ἐγείρονται αἱ νεφέλαι.

Ad Odyss. O. 19 Dindorfius duo antiqua Scholia retulit:

Ἀθετεῖ Ἀριςοφάνης ἐπὶ ςμικρολογίᾳ παντελῶς. ὀρθοτονητέον δὲ τὴν σεῦ καὶ τὴν ἐκ τῷ δόμων συναπτέον.

et alterum:

Ἔνιοι τοὺς τρεῖς νοθεύουσιν ὅτι μηδὲν τούτων ἐπανελθὼν ποιεῖ· εἰ μὴ περισσὸν ἦν τὸ καινοτομεῖν ἥκοντος τοῦ πατρός.

Digitized by Google

Prior annotatio ad versum 19 pertinet:

μή νύ τι σεῦ ἀέκητι δόμων ἐκ κτῆμα φέρηται.

sed secunda sine controversia referenda est ad vs. 24—26:

ἀλλὰ σύγ' ἐλθὼν αὐτὸς ἐπιτρέψειας ἕκαστα
δμωάων ἥ τίς τοι ἀρίστη φαίνεται εἶναι,
εἰς ὅ κέ τοι φήνωσι θεοὶ κυδρὴν παράκοιτιν.

Nam Telemachus *ἐκκινελθὼν οὐδὲν τούτων ἐποίησεν.*

Scholio ad Odyss. O. 45 *νοθεύεται ὡς διακεκλασμένος ἐξ ἡμισιχίου τῆς Ἰλιάδος*, respondet Scholion ad Iliad. K. 158 unde vitium eximam. Editur: *ὁ ἀζηρίσκος ὅτι ἐντεῦθεν εἰς τὴν Ὀδύσσειαν μετάκειται ἐπὶ τοῦ Πεισιστράτου κλινιδίου καθεύδοντος παρὰ Μενελάῳ.* imo vero *ἐπὶ τοῦ Πεισιστράτου ἐπὶ κλινιδίου καθεύδοντος.*

Odyss. O. 95.

ἀγχίμολον δέ οἱ ἦλθε Βοηθοΐδης Ἐτεωνεύς,
ἀνσὰς ἐξ εὐνῆς ἐπεὶ οὐ πολὺ ναῖεν ἀπ' αὐτοῦ.

Scholion ad vs. 96: *οὐκ ἀναγκαῖον ἀθετεῖν. οὐ γὰρ δῆλοι οἱ θεράποντες ὥστε ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ οἰκεῖν.*

Quam absurda scripturae vitia nos in libris etiam melioribus ludificantur! Qui *servi*, *δοῦλοι*, appellari debebant, nunc sine sensu *δῆλοι* esse dicuntur. Omnia plana sunt in hisce: *οὐ γὰρ δοῦλοι οἱ θεράποντες. Clientes*, *πελάται* aut *θῆτες* poterant *χωρὶς οἰκεῖν*, et sic nihil causae est cur *ἐπεὶ οὐ πολὺ ναῖεν ἀπ' αὐτοῦ* fraudis vel interpolationis ullam moveat suspicionem. Haec est Grammatici sententia.

Ad Odyss. O. 106 retulit Dindorfius Herodiani Scholion: *τρεῖς ὀξεῖαι· καὶ εἴπομεν ἐν τῇ Ἰλιάδι τὸ αἴτιον*, et adscripsit: »*Annotatio ab hoc loco aliena.*" Facile credimus, nam quid quaeso ea annotatiuncula facit ad versum:

τῶν ἓν' ἀειραμένη Ἑλένη Φέρε δῖα γυναικῶν.

sed tu refer ad praecedentem versum ita scriptum:

ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποικίλοι οὓς κάμεν αὐτή.

et confer Scholia Veneta ad Iliad. Z. 289 ubi idem versus recurrit.

Digitized by Google

Qui adscripsit ad Odyss. O. 157 Ὀδυσῆϊ ἐνὶ οἴκῳ: Ἀττικόν ἐσιν, ὡς τὸ ἥρωι Λαομέδοντι πολίσσαμεν, habebat ob oculos scripturam Ὀδυσῇ, ut in Iliad. H. 453 scribitur ἥρῳ Λαομέδοντι, et iungebat Ὀδυσῇ ἐνὶ οἴκῳ εἴποιμι. Melius, credo, vulgo scribitur κιχὼν Ὀδυσῆ ἐνὶ οἴκῳ.

Ad Odyss. O. 174:

ὡς ὅδε χῆν' ἥρπαξ' ἀτιταλλομένην ἐνὶ οἴκῳ.

annotatur ad ἀτιταλλομένην: κυρίως μὲν ἐκ νηπίου, νῦν δὲ μετ' ἐπιμελείας τρεφομένην. Pro ἐκ νηπίου, quod nihili est, Codex Harleianus ἐκπιοῦν. Verum est ἐπὶ νηπίου.

Odyss. O. 204.

ὣδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι·
σρέψ' ἵππους ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης.

Scholion: σρέψ'] τὸ πλῆρες ἔσρεψεν οὐ σρέψα. ἀπ' ἄλλης γὰρ ἀρχῆς ἐσι. Rescribe sodes οὐ σρέψαι pro οὐ σρέψα.

In longiore Scholio ad Odyss. O. 225 legendum: παραγενόμεναι γὰρ εἰς τὸν τῆς θεοῦ (Iunonis Argivae) νεὼν ἔσκωπτον αὐτὴν (non αὐτὸν) λέγουσαι πλουσιώτερον μᾶλλον εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς οἶκον καὶ διὰ τοῦτο μανεισῶν παραγενόμενος ὁ Μελάμπους ὑπέσχετο πάντως θεραπεύσειν (non θεραπεύειν). Μανεισῶν felix est Buttmanni emendatio pro μάντις ὤν. Plurima indicia sunt optimum omnium Codicem Harleianum ex vetusto libro literis uncialibus exarato esse descriptum, unde MANΘICΩN in μάντις ὤν abire potuerit. Post pauca pro ἀπαγγειλαμένου — μέρος τῆς βασιλείας repone ἐπαγγειλαμένου.

Odyss. O. 248.

τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντ' Ἀλκμαίων Ἀμφίλοχός τε.

Scholion: οὐκ οἶδεν Ὅμηρος τὸν Ἀλκμάονα μητροκτόνον. Recte Ἀλκμάονα idque Homero reddendum, Ἀλκμάων pro Ἀλκμαίων. Atticis Ἀλκμέων, ut Ἀμυθέων ex Ἀμυθάων, Doribus Ἀλκμάν ut Ποτειδάν ex Ποσειδάων. Confirmant versus poëtarum, ut in notissimo

Νέρων, Ὀρέσης, Ἀλκμέων μητροκτόνοι.

Posteri Attice Ἀλκμεωνίδαι, Dorice Ἀλκμανίδαι, ut apud Pindarum Pyth. VII. 2

Ἀλκμανιδᾶν εὐρυσθενεῖ γενεᾷ.

Digitized by Google

Odyss. O. 373.

τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.

Scholion: οὕτω τοὺς ἱκέτας ἔλεγον. τινὲς δὲ τῆς Ἀφροδίτης. Excidit praepositio: τινὲς δὲ ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης. Usitatius dixisset quisquis est ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων. Offendebat fastidiosas aulicorum aures antiqua et εὐθυρρήμων oratio αἰδοίοισιν ἔδωκα, ut apud Sallustium: *quicumque manu, ventre, pene bona patria laceraverat.* Itaque commenti sunt aliquid grammatici, οὕτω τοὺς ἱκέτας ἔλεγον, quod quam incongruum sit vides. Alii naturae memores rem suo vocabulo appellaverunt, ut Alexis apud Plutarchum *de aud. poët.* p. 21 D.

τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν,
τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντα χρὴ καλεῖν.

Ad Odyss. O. 432.

ὄφρα ἴδῃ πατρὸς καὶ μητέρος ὑψερεφὲς δῶ.

profertur scripturae discrepantia γρ. ὄφρ' εἴδῃς. Dindorfius »voluit εἰδῇς." Non opinor, sed ὄφρα ἴδῃς, quod vulgatae praetulerim.

In Scholio ad Odyss. Π. 15 praepositio et male abundat et, ubi necessaria est, periit. Editur: καὶ οἱ κύνες σαίνουσι πρὸς αὐτὸν ὡς ἂν συνήθως ὁρῶντες οἵ τε μνηςῆρες πλεύσαντα αὐτὸν οἴονται περὶ τοὺς ἀγροὺς εἶναι. Scribendum σαίνουσιν αὐτόν sine praepositione, nam canes ut ὑλακτεῖν τινα sic et σαίνειν τινά dicuntur, ut omnia quae cauda adulantur. Sophocles apud Athen. VII. p. 277 B.

χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπερρόθει
σαίνοντες οὐραίοισι τὴν κεκτημένην.

Contra periit praepositio in sqq. ubi καταπλεύσαντα legendum pro πλεύσαντα.

Solita ellipsi editur ad Odyss. Π. 57. ὅτι νῦν ὀρθῶς εἴρηται — κατὰ δὲ τὴν πρώτην οὐχ ὑγιῶς, pro οἱ ἀςερίσκοι ὅτι κτέ. Suppletur ellipsis sed cum scripturae vitio ad Odyss. Ξ. 188: ἀςερίσκος πρόσκειται ἄχρι εἴχων τριῶν, nam requiritur pluralis ἀςερίσκοι πρόσκεινται. Qui nobis nota fecit et explicuit τὰ τοῦ Ἀριςάρχου σημεῖα Aristonicus, eum ipsum in hac re testem

Digitized by Google

habemus, sed Aristonicum ipsum nobis dicere testimonium ignoramus et incertum aliquem grammaticum ea dicere vulgo credimus. Aristonicus igitur ita scribit: *τῆς δὲ ἀθετήσεως αὐτῷ (τῷ Ἀρισάρχῳ) διττὸς ὁ λόγος. ὁ μὲν γάρ ἐστι σημαίνων ὅτι οὐχ Ὁμήρου τὸ ἔπος, ὡς ἐλέγετο ἐπὶ τοῦ*

τέρπεται ἐν θαλίῃ καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.

ἀδύνατον γὰρ τὴν διηνεκῶς παρθένον παραδεδομένην γεγαμῆσθαι. ὁ δὲ (Ἀρίσαρχος) αἰτίαν ἐπιφέρει ὡς τῶν ποιημάτων ἐν τῇ τάξει διημαρτημένων. ὅταν δ' ὁ Ἀγαμέμνων λέγῃ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα

αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη πόλεμοί τε μάχαι τε.

ἐνταῦθα ἠθετῆσθαί φησι χάριν τοῦ βασιλέως ὀφείλοντος εἰ τοιοῦτός ἐστιν ἐν πολέμῳ ὁ κατ' ἐπικουρίαν ἥκων. διόπερ ἐπὶ μὲν τοῦ λεγομένου ὑπ' Ἀγαμέμνονος ὀβελὸς παρακείσεται καὶ πρὸς τούτῳ ἀστερίσκος. δηλοῖ δὲ τοῦτο ὅπου ἂν ᾖ κείμενος σὺν τῷ ὀβελῷ ὅτι Ὁμήρου μέν ἐστι, φαύλως δ' ἐνθάδε κεῖται.

Dicam primum quo argumento haec Aristonici ipsius esse collegerim, deinde testimonium Aristonici gravi errore et mendo liberabo. Legitur locus, cuius partem descripsi, in praestantissimo Codice Veneto A in primis foliis, quae textum cum Scholiis praecedunt. Ex primis foliis pars, ut fit, abscissa olim periit. Quanti pretii liber esset in Graecia effoeta et decrepita nemo intelligebat. Si cui membranaceo folio esset opus a vetusto libro nullam in rem utili avellebat. Sic Athenaei duo priores libri in vetustissimo Marciano Codice interciderunt. Supersunt nunc in Veneto A disiecta quaedam folia paucula, quorum octavum est in quo illa quae dedi scripta sunt sine initio et fine, quia avulsum periit et praecedens folium et sequens. Cuius autem illa sunt? Suboluit id mihi ex eo more veterum, quo Grammaticorum Praefationes praemittebantur libris in quorum marginibus (*μετωπίοις*) observationes et Scholia cuiusque Grammatici annotata essent. Sic, ut hoc utar, Erotiani interpretationes *τῶν Ἱπποκρατείων γλωσσῶν* ad ipsum Hippocratis textum ad quem quaeque locum pertinebant in ora libri adscribebantur. Praefatio autem Erotiani in primis libri foliis praemittebatur. Neque id aliter fieri poterat: in margine circa textum non erat Praefationi locus: itaque in membranis libro praemissis describebatur, ne illa pars operis omissa periret. Qui praeclarum Codicem Venetum A scripsit ad quem-

Digitized by Google

que Homeri locum in marginibus circa textum apposuit *τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως*, et omnibus libris praeter ultimum subscripsit: *Παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως. τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας καὶ Νικάνορος περὶ στιγμῆς*, ubi verba *τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας* manifesto declarant ex Herodiani libris *περὶ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας excerpta tantum* esse adscripta, unde certo colligi licet duos priores libros *τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα* et *τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως integros* in marginibus textus Homerici descriptos fuisse. Itaque Praefationem quoque utriusque libri non esse omissam et praeteritam manifestum est, sed de more seorsim descriptam toti operi esse praemissam, id quod in Aristonico (ne de Didymi opera et ratione, quam in scribendo secutus sit de industria dicamus) prorsus erat necessarium. In marginibus enim textus Homerici *τὰ σημεῖα* ipsa apponebantur, et cur Aristarchus ad quemque locum singula *σημεῖα* addiderit exponebatur, sed de ipsis *σημείοις* in universum, et quae esset *τῶν σημείων* ratio et usus, Aristonicus in operis exordio et introitu lectores certiores facere debuit. Haec ipsa causa est cur nihil esset opus in singulis locis notarum nomen indicare, quoniam ea omnia in Praefatione libri recte et ordine enarrata fuerunt. Ut enim uno exemplo rem per se planam et perspicuam faciam etiam planiorem, Aristonicus in Praefatione explicuerat *τὴν περιεστιγμένην διπλῆν* ab Aristarcho ad eos locos esse adpictam, ubi Zenodotei textus scripturae ab Aristarchea recensione discreparent, vel aliis verbis ubi Aristarchus vitiosas Zenodoteae recensionis lectiones emendasset. Quod quum semel in operis introitu diligenter esset demonstratum, nihil erat opus ad singulas Zenodoti discrepantes lectiones adscribere: *ἡ περιεστιγμένη διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κτέ.* sed satis erat: *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει*, et similiter in caeteris *σημείοις*. Iam vero haec omnia reputans fragmentum incerti Grammatici in vetusto Codice Marciano A repertum sumito mihi aliquis in manus et diligenter inspicito:

**** ἦ τὸ ἔφη. ὁ δὲ τοῦτο μὴ νοήσας ἀλλὰ λαβὼν πάλιν τὸ $\overline{\text{φη}}$ ἀντὶ τοῦ $\overline{\text{ὡς}}$ ὑπέταξεν ἐκ περισσοῦ*

πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα.

Digitized by Google

Σημειοῦται δὲ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀπερισίκτῳ διπλῇ τὰς ὁμωνυμίας ἁπάσας, ὅτι οὐ νοήσας τὸ τοιοῦτον ἔγραψεν ὁτὲ μὲν Πυλαιμένεα ὁτὲ δὲ Κυλαιμένεα. πρὸς μὲν δὴ Ζηνόδοτον αὐτῷ ἡ παράθεσις τῆς περιεσιγμένης διπλῆς πρὸς ἑκάσην γραφὴν ἀκριβέστερον θεωρεῖται. De quo haec dicuntur et quis loquitur? Dicuntur haec de Aristarcho Zenodoti vitiosas scripturas et alios errores refellente ac *σημείοις* diversis notante. Loquitur autem is qui se ad singulos Homeri locos, ubi *ἡ περιεσιγμένη διπλῆ* apposita ab Aristarcho esset, diligentius de his egisse commemorat. Ecqua igitur dubitatio potest esse quin ipsius Aristonici verba audiamus initio libri *περὶ τῶν Ἀριστάρχου σημείων* narrantis quae cuiusque *σημείου* ratio et significatio apud Aristarchum fuisset. Ubi semel haec suspicio non improbabilis, ut opinor, subiit animum excutiamus paullo curiosius reliqua. Est in Iliade Ξ. 499.

ὁ δὲ Φὴ κώδειαν ἀνασχών
πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα.

ubi haec est ex Aristonico excerpta annotatio: *ἡ (περιεσιγμένη) διπλῆ ὅτι ἀναγνόντες τινὲς Φὴ κώδειαν ὑφ' ἓν, ἵν' ᾖ ὡς κώδειαν, προσεπέταξαν τὸν ἠθετημένον. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος τὸ Φῇ ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν. ἴσως δὲ καὶ Ἀντίμαχος ἐντεῦθεν ἐπλανήθη Φὴ γεράνοισιν εἰπών. δεῖ δὲ ἔξωθεν προσλαμβάνειν τὸ ὡς καὶ ἀθετεῖν τὸν στίχον.* Quid tibi videtur? Estne idem de eadem re agens? sed reliqua videamus. Sequitur in fragmento: *σημειοῦται δὲ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀπερισίκτῳ διπλῇ τὰς ὁμωνυμίας ἁπάσας.* Audi nunc Aristonicum ad Iliad. B. 837: *ἡ διπλῆ ὅτι ὁ Ἄσιος οὗτος ὁμώνυμός ἐστι τῷ Ἑκάβης ἀδελφῷ. ἐσημειοῦτο δὲ ὁ Ἀρίσταρχος τὰς ὁμωνυμίας πρὸς τὰ (περὶ* insere) *Πυλαιμένους.* Satin' apparet eadem ab eodem dici? Qui illa ex Aristonici libro in marginibus Codicis Veneti descripsit ipsius Aristonici verbis utitur, et sine nomine Aristarchi *σημειοῦται*, inquit, *τὰς ὁμωνυμίας ἁπάσας πρὸς τὸν Ζηνόδοτον*, et satis est, namque illa omnia Aristarchea esse constabat. Conf. Lehrs. *de Aristarchi studiis Homericis* pag. 10. Aliis locis Scholiorum confector suis verbis Aristonici sententiam refert, et saepius *σημειοῦνταί τινες*, nonnumquam *ἐσημειοῦτο ὁ Ἀρίσταρχος* et simili modo scribit. Sic supra vidimus *ὅτι ἀναγνόντες τινὲς Φῇ κώδειαν* pro *ἀναγνοὺς ὁ Ζηνόδοτος. Τὰ περὶ Πυλαιμένους* eodem modo nar-

Digitized by Google

rantur ex Aristonico ad Iliad. N. 658. Zenodoti lectio, vel potius levis coniectura, Iliad. E. 576. Κυλαιμένεα pro Πυλαιμένεα in Scholiis non commemoratur, quemadmodum passim nunc multa desiderantur quae olim in iis scripta fuisse satis constat. Reliquam partem fragmenti mox cum Aristonici reliquiis componemus, quibus omnibus diligenter expensis concedent mihi, spero, homines docti partem Praefationis Aristonici ad nos pervenisse. Nunc valebit illud Euripideum

λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

Aliud est grammaticum sine nomine incertae aetatis audire, aliud antiquum et nobilem Criticum harum rerum peritissimum et in Aristarchi scriptis et commentariis diu et multum versatum testem habere. Τὸν δὲ ὀβελόν, inquit, ἔλαβεν ἐκ τῆς Ζηνοδότου διορθώσεως· παρετίθει δὲ αὐτὸν τοῖς ἐκβαλλομένοις ἐκ τῆς ποιήσεως στίχοις ὡς τοῖς νεκροῖς τῶν ἀνθρώπων. Quae quia ipse Aristonicus dicit certam habent et exploratam fidem. Eodem modo quidquid de Pisistrato et Pisistrati sodalibus antiqua carmina interpolantibus apud sequiores narratur minus habet ponderis quam ipsius Aristonici de Aristarcho disertum testimonium: ὁ δὲ (Ἀρίσταρχος) αἰτίαν ἐπιφέρει ὡς τῶν ποιημάτων ἐν τῇ τάξει διημαρτημένων. Iam ex Aristonici praefatione gravem errorem eximamus. Primum rem ipsam, qua de agitur, paucis proponam. Legitur in Iliade bis versus idem. A. 177.

ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι διοτρεφέων βασιλήων,
αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη πόλεμοί τε μάχαι τε.

et E. 891.

ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν·
αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη πόλεμοί τε μάχαι τε.

Haec ab Iove irato ad Martem dicuntur, illa ab irato Agamemnone ad Achillem. Aristarchi erat sententia ea in Iovis ad Martem oratione recte dici et suo loco esse posita, contra in oratione Agamemnonis ad Achillem incongrua esse et ex libro v in I versiculum male et praepostere esse translatum. Itaque ad A. 177 posuit ὀβελὸν μετ' ἀστερίσκου significans versum esse Homeri, sed alieno loco positum et expungendum, contra ad E. 891 ἀστερίσκον παρέθηκε denotans versum hunc recte et ordine nunc legi sed hinc perperam in alienam sedem migrasse.

Digitized by Google

Inspiciamus nunc Aristonici reliquias. Ad E. 891 annotatur: *ὁ ἀσεπίσκος ὅτι ἐντεῦθεν μετενήνεκται ἐν τῇ πρώτῃ ῥαψῳδίᾳ ἐπὶ τὸν πρὸς τὸν Ἀχιλλέα ὑπὸ Ἀγαμέμνονος λόγον.* Optime habent omnia, et qui Aristarchi sententiam noverat poterat talem annotationem animo praecipere. Itaque etiam quod ad A. 177 annotatum reperietur animo praecipi et quodammodo praedici poterit: nempe hoc aut aliquid his simile: *ὀβελὸς μετ' ἀσεπίσκου ὅτι ἐνταῦθα κακῶς μετάκειται ἐκ τῆς Ε ῥαψῳδίας.* Iam inspiciamus Codicem Venetum ut quam recte coniecerimus appareat, *αἰεὶ γάρ τοι ἔρις: ἀσεπίσκος ὅτι ἐνταῦθα ὀρθῶς εἴρηται, ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσείᾳ οὔ.* Manifestum est haec esse flagitiose corrupta et nec terram, quod aiunt, nec coelum tangere. Quia liquido constat quid sit ab Aristonico adnotatum, emendatam scripturam nec magno opere desideramus et facili negotio ex corruptis reliquiis colligere et supplere possumus: *ὀβελὸς μετ' ἀσεπίσκου ὅτι ἐνταῦθα κακῶς εἴρηται, ἐν δὲ τῇ Ε ῥαψῳδίᾳ εὖ.* Emendari haec potuerunt quia aliunde certa emendationis adiumenta suppetebant, sed alia sunt in Scholiis Venetis non minus foede et flagitiose corrupta et interpolata, quibus nulla aliunde lux affulget, quamobrem aeternis prementur tenebris, *ἀνηκέστως ἔχουσι* nec ulla speranda salus. Sed si quando ex libro tam vitioso aliquid monstri proferetur *νᾶφε καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν.* Veniamus iam ad Aristonici praefationem, *ὅταν δ' ὁ Ἀγαμέμνων*, inquit, *λέγῃ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα*

αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε Φίλη πόλεμοί τε μάχαι τε.

ἐνταῦθα ἠθετῆσθαί Φησι χάριν τοῦ βασιλέως ὀΦείλοντος εἰ τοιοῦτός ἐστιν ἐν πολέμῳ ὁ κατ' ἐπικουρίαν ἥκων. διόπερ ἐπὶ ΜΕΝ τοῦ λεγομένου ὑπ' Ἀγαμέμνονος ὀβελὸς παρακείσεται καὶ πρὸς τούτῳ ἀσεπίσκος. δηλοῖ δὲ τοῦτο ὅπου ἂν ᾖ κείμενος σὺν τῷ ὀβελῷ ὅτι Ὁμήρου μέν ἐστι, Φαύλως δ' ἐνταῦθα κεῖται. Etiam me indicente unusquisque videbit haec lacunosa esse et hiare omissis nonnullis quae ad sententiam necessaria sint et ex oppositis non multo labore colligantur. Verbis *ἐπὶ ΜΕΝ τοῦ λεγομένου ὑπ' Ἀγαμέμνονος ὀβελὸς παρακείσεται καὶ πρὸς τούτῳ ἀσεπίσκος* necessario respondebant *ἐπὶ ΔΕ τῶν ὑπὸ Διὸς εἰρημένων μόνος ὁ ἀσεπίσκος.* Iam tu vides cur illa interciderint: scribae oculi a priore *ἀσεπίσκος* ad posterius aberrarunt et sic perierunt media. Similis lacuna est in iis quae praecedunt et in iis quae se-

Digitized by Google

quuntur. Illic Iovis irati ad Martem oratio commemorari debuit, hic quam vim solus ἀζερίσκος haberet. Non est Aristonici oratio tam exquisita ut eam imitando referre non possimus. In hunc fere modum ultima scripta fuisse coniicio: δηλοῖ δὲ τοῦτο ὅπου ἂν ᾖ κείμενος σὺν τῷ ὀβελῷ ὅτι Ὁμήρου μέν ἐζι φαύλως δ' ἐνταῦθα κεῖται, ὅταν δὲ μόνος ὁ ἀζερίσκος ὅτι νῦν μὲν ὀρθῶς εἴρηται, κακῶς δ' ἐντεῦθεν ἀλλόζε ποι μετάκειται. Simili fere modo priora facile suppleri poterunt et omnia sana et expedita erunt et Aristonico digna. Quod in Praefatione monuit de Odyss. Λ. 603

τέρπεται ἐν θαλίῃ καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.

idem ex ipsius σημείοις sumtum legitur in Scholiis ad Odyss. Λ. 601: οὐκ οἶδε — τὴν Ἥβην γεγαμημένην ἀλλὰ παρθένον. διὸ καὶ παρθενικὰ ἔργα ἀποτελεῖ· οἰνοχοεῖ γὰρ καὶ λούει, et ad Iliad. Δ. 2: ἡ διπλῆ ὅτι παρθένος ἡ Ἥβη· οἰνοχοεῖ γάρ· οὐκ ἄρα γεγάμηται ὑΦ' Ἡρακλέους, ὡς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Νέκυιαν ἠθετημένοις, et ad Iliad. Ε. 905:

τὸν δ' Ἥβη λοῦσεν, χαρίεντα δὲ εἵματα ἕσσεν,

ex Aristonico descripta leguntur: ἡ διπλῆ ὅτι παρθενικὸν τὸ λούειν. οὐκ οἶδεν ἄρα ὑΦ' Ἡρακλέους αὐτὴν γεγαμημένην ὡς ἐν τοῖς ἠθετημένοις ἐν Ὀδυσσείᾳ. Ad haec igitur respiciens dixerat: παρθενικὰ ἔργα ἀποτελεῖ. οἰνοχοεῖ γὰρ καὶ λούει, et hinc in Praefatione scripsit: ἀδύνατον γὰρ τὴν διηνεκῶς παρθένον παραδεδομένην γεγαμῆσθαι, quae omnia ab eodem iisdem ferme verbis observata esse satis est manifestum. Denique quae est ultima in Aristonici Praefatione observatio de versibus bis in Odyss. repetitis Γ. 73 et I. 253.

ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐζέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
ἦ τι κατὰ πρῆξιν ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε,
οἷά τε λῃζῆρες ὑπεὶρ ἅλα; τοί τ' ἀλόωνται
ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι Φέροντες,

de his Aristonicus in Praefatione breviter ita dixit: ἔζι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος τῆς ἀθετήσεως ὅταν τοῖς αὐτοῖς ζίχοις πολλάκις χρῆται ὁτὲ μὲν οἰκείοις περιτιθεὶς προσώποις τὰ λεγόμενα, ὁτὲ δὲ οὔ, ὡς ἔχει τὰ τοῦ Κύκλωπος τοῦ ἀνημερωτάτου ῥήματα ὑπὸ τοῦ συνετωτάτου Νέζορος λεγόμενα πρὸς Τηλέμαχον »ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐζέ; — ψυχὰς παρθέμενοι." ταῦτα γὰρ ἥρμοζεν ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος Ὀδυσσεῖ εἰρῆσθαι, οὐχ ὑπὸ Νέζορος Τηλεμάχῳ. De eadem

Digitized by Google

re copiose exposuit Aristonicus in annotatione ad Odyss. Γ. 71 quo Scholio, nihil praestantius, nihil luculentius ex Aristonici σημείοις descriptum vidi, non in brevius ieiune contractum sed αὐτολεξεὶ pleraque ex Aristarchi commentariis sumta. Quae eximia annotatio quia una parte laborat priorem eius partem describam: τοὺς μετ' αὐτὸν τρεῖς σίχους ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐνθάδε σημειοῦται τοῖς ἀστερίσκοις, ὅτε δὲ ὑπὸ τοῦ Κύκλωπος λέγονται καὶ ὀβελίσκους τοῖς ἀστερίσκοις παρατίθησιν ὡς ἐντεῦθεν μετενηνεγμένων τῶν σίχων. πόθεν γὰρ τῷ Κύκλωπι λῃστῶν ἔννοια ἢ σωμυλλομένῳ Φάναι »σῖ τ' ἀλόωνται ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι Φέροντες;" ὁ δὲ Ἀρίσαρχος οἰκειότερον αὐτοὺς τετάχθαι ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Κύκλωπός φησιν· οὐδὲ γὰρ νῦν οἱ περὶ Τηλέμαχον λῃστρικόν τι ἐμφαίνουσιν. δοτέον δέ, φησὶ, τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα. καὶ γὰρ ναῦν αὐτὸν παράγει εἰδότα

ἀλλά μοι εἶΦ' ὅπῃ ἔσχες ἰὼν εὐεργέα νῆα.

καὶ συνίησιν Ἑλλάδα φωνήν. Videmus ex his primum Aristophanem iisdem σημείοις quibus Aristarchum usum esse ὀβελοῖς sive ὀβελίσκοις et ἀστερίσκοις. Zenodotum ea primum reperisse suspicor, unde Aristophanem, deinde et Aristarchum sumsisse, ut diserte Aristonicum audivimus dicentem: τὸν δὲ ὀβελὸν ἔλαβεν ἐκ τῆς Ζηνοδότου διορθώσεως. Deinde non satis commode haec divisa sunt: οὐδὲ γὰρ νῦν οἱ περὶ Τηλέμαχον λῃστρικόν τι ἐμφαίνουσιν, et δοτέον δὲ τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα. Sed ea verba, quae sanum et sobrium Aristarchi iudicium arguunt in nulla re modum excedentis, δοτέον τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα, referenda sunt ad Aristophanis dubitationes πόθεν τῷ Κύκλωπι λῃστῶν ἔννοια; κτἑ. *Eodem iure*, inquit, *mireris eum navim nosse et Graece intelligere: danda sunt talia poëtae.* Extrema pars loci non est integra. Demonstrat Aristarchus praedonem esse non honestum sed improbum facinus veteribus visum ex ipsis Homeri verbis. Nam contraria sunt, inquit, ἤ τι κατὰ πρῆξιν et μαψιδίως, sed omittitur quod gravissimum est, nempe ψυχὰς παρθέμενοι id est τὰς ψυχὰς παραβαλόμενοι sive κινδυνεύοντες περὶ τῆς ψυχῆς, quod de iis dicitur, qui capti aut deprensi malum facinus *capitibus suis luebant*, ut in Aristophanis Pluto vs. 523.

τίς γὰρ πλουτῶν ἐθελήσει
κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτοῦ τοῦτο ποιῆσαι;

Digitized by Google

nempe *ἀνδραποδιστὴς εἶναι*. Sic igitur et praedones *cum capitis periculo* praedabantur et sic Thucydidis opinio I. 5 optime refellitur.

Restat ut ostendam cur Aristonicus in Praefatione scripserit: *ἢ τὸ ἔφη. ὁ δὲ τοῦτο μὴ νοήσας ἀλλὰ λαβὼν* ΠΑΛΙΝ *τὸ Φὴ ἀντὶ τοῦ ὡς ὑπέταξεν ἐκ περισσοῦ*

πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα.

Nempe bis Zenodotus eum errorem commiserat. Ad Iliad. B. 144

κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης.

annotatur: (*ἡ διπλῆ περιεσιγμένη*) *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Φὴ κυματα. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος τὸ Φή ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν.*

Ad Odyss. Π. 281 annotatur: *νοθεύονται ιή. πόθεν γὰρ ᾔδει τὰ ὅπλα ἐν τῷ ἀνδρῶνι ἀντικείμενα*; imo vero *ἔτι κείμενα*.

Odyss. Π. 305.

καί κέ τεο δμώων ἀνδρῶν ἔτι πειρηθεῖμεν.

Scholion: *τὸ τε ἀόριστον. διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ κε ὁ τόνος. ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ἐτεοδμώων, τῶν ἀγαθῶν θεραπόντων. τινὲς δὲ οὕτως ὅτεο δμώων τῶν ὄντων ἡμετέρων δούλων.*

Scatent haec vitiis. Primum corrige *τὸ τεο ἀόριστον*. Docet grammaticus scribendum esse *καί κέ τεο*, nam *τεο* indefinitum (pronomen) est, itaque *κέ* habet accentum. In reliquis est Scholion duplex de re eadem. Prius est: *ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ἐτεοδμώων τῶν ἀγαθῶν θεραπόντων*. alterum: *τινὲς δὲ οὕτως ἐτεοδμώων τῶν ὄντως ἡμετέρων δμώων*. Quum esset antiqua scriptura ΚΑΙΚΕΤΕΟΔΜΩΩΝ Ptolemaeus *ὁ Ἀσκαλωνίτης* argutari coepit et *καί κ' ἐτεοδμώων* censuit esse scribendum, unde apud Hesychium est: *Ἐτεοδμώων: τῶν γνησίως δουλευόντων*. Argutiae autem hae sunt et nullius pretii. Duo grammatici Ptolemaei coniecturam commemorant, quorum antiquior auctorem nominat solito cognomine *ὁ Ἀσκαλωνίτης*, alter sequiorum more omisso nomine *τινές* supponit, ut in *σημειοῦνταί τινες* de Aristarcho, *ἀναγνόντες τινές* de Zenodoto. Deinde duo diversa scholia in unum coaluerunt et videntur *duae* opiniones et *duae* lectiones commemorari, quum sit una et eadem.

Quod autem ΚΑΙΚΕΤΕΟΔΜΩΩΝ alii aliter dispescebant argumento est Grammaticos Alexandrinos pervetustis Homeri

Digitized by Google

libris usos esse, qui *uncialibus*, ut aiunt, literis exarati vocabula non divisa sed uno tenore continuata exhibebant, ut esset nonnumquam ambiguum quo pacto syllabae in vocabula essent dispescendae. Exempla de multis pauca proferam. Ad Odyss. Λ. 489.

βουλοίμην ΚΕΠΑΡΟΤΡΟΣ *ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ.*

Scholion est *ἐπάρουρος: ὡς ἐπίγειος τῷ τόνῳ καὶ τῷ σημαινομένῳ. τινὲς δὲ πάρουρος ὁ ἀκόλουθος οὐκ εὖ.* Ambigebant utrum *κ' ἐπάρουρος* an *κε πάρουρος* esset scribendum. Similiter ad Λ. 519

Φοίτα μακρὰ βιβᾶσα ΚΑΤΑΣΦΟΔΕΛΟΝ *λειμῶνα*,

annotatur: *ἄδηλον πότερον σφοδελὸν ἢ ἀσφόδελον. λέγεται γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ* Α. Grammatici certant utrum vetus scriptura in *κατὰ σφοδελόν* dispescenda sit an in *κατ' ἀσφοδελόν*. Similiter Odyss. Σ. 184

οἵη δ' οὐκ εἴσειμι μετ' ἀνέρας. αἰδέομαι γάρ.

Haerebant in ΟΥΚΕΙCΕΙΜΙ. Scholion: *τὸ πλῆρες ἐκεῖσε* (leg. *κεῖσε*) *εἶμι. τινὲς δὲ εἴσειμι. ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον.* Dubitabant utrum *οὐ κεῖσ' εἶμι* an *οὐκ εἴσειμι* esset verius. Grammaticus illud praetulit, hoc vulgatum est, rectissime, ut opinor.

In nonnullis dissidebant Critici qua ratione syllabae essent disponendae, veluti Odyss. Α. 112.

οἱ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
νίζον καὶ ΠΡΟΤΙΘΕΝΤΟΙΔΕ *κρέα πολλὰ δατεῦντο.*

et Odyss. Γ. 10.

οἱ δ' ἰθὺς ΚΑΤΑΓΟΝΤΟΙΔ *ἰςία νηὸς ἔϊσης*
σεῖλαν ἀείραντες.

ubi annotatur: *Ἀρίσαρχος κάταγον εἶτα τοὶ δ' ἰςία. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς κατάγοντο. τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῦ*

νίζον καὶ προτίθεντο ἰδὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο.

ubi supplendum: *Ἡρωδιανὸς κατάγοντο ἰδέ*, et scribendum: *νίζον καὶ πρότιθεν τοὶ δὲ κτέ.* Hinc apparet Scholion ad Α. 112 perturbatum esse et mutilatum: *ἄμεινόν φησιν Ἡρωδιανὸς ἀναγιγνώσκειν καὶ πρότιθεν, τοὶ δέ.* namque Aristarchi haec sententia est, non Herodiani, quem sibi in utroque loco constitisse par est. Deinde recte monetur: *ὁ λόγος οὕτω μᾶλλον ἀκόλουθος· οἱ μὲν οἶνον ἔμισγον, οἱ δὲ σπόγγοισι νίζον, οἱ δὲ κρέα ἐμέριζον*, et additur his verissima observatio: *καὶ ἄλλως τὸν*

Digitized by Google

παρατατικὸν τοῦ τίθημι ἐνεργητικῶς οἷδε λεγόμενον ὁ ποιητὴς οὐ παθητικῶς »παρὰ δέ σφι τίθει." Ex ipsa rei natura *famuli*, qui convivis aut mensam aut cibos *apponunt*, προτιθέναι et παρατιθέναι dicendi sunt, non προτίθεσθαι et παρατίθεσθαι. Itaque summo iure Aristarcheae lectiones utroque loco receptae sunt.

Codices vetustissimi, unde Critici veteres Homeri textum constituebant, scripti πρὸ Εὐκλείδου exarati erant Ἀττικοῖς γράμμασι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραμματικήν, quae neque duplices neque longas vocales H et Ω noverat, et hinc quoque nonnulli errores suscepti et quaedam scripturae discrepantia nata est. In Odyss. A. 254

ὦ πόποι, ἦ δὴ πολλὸν ἀποιχομένου Ὀδυσῆος
δεύῃ, ὅ κε μνησῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφείη.

ferebatur antiqua lectio ΔΕΤΕΙ, de qua grammaticus ita iudicat: μήποτε ἄμεινον ᾖ διὰ τοῦ ει γράφειν. καὶ ἔστιν οἷον τῆς ἀρχαίας γραμματικῆς ἕν τι καὶ τοῦτο τῶν ὑπολελειμμένων. Perspicuum est scribi oportere: διὰ τοῦ HI γράφειν, nam scriptura per ΕΙ, inquit, unum est ex his quae ex antiqua scribendi consuetudine remanserunt, id est per negligentiam relicta sunt quum Ἰωνικοῖς γράμμασι scribi vocalis longa HI deberet. Similiter ad Odyss. Λ. 275

μνησῆρας μὲν ἐπὶ σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι,
μητέρα δ', εἴ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι
ἀψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο.

Veterum Criticorum nescio quis annotavit: τῇ ἀρχαίᾳ συνηθείᾳ ἐγέγραπτο ΜΕΤΕΡ ἀντὶ τοῦ ΜΗΤΗΡ. τοῦτο ἀγνοήσας τις προσέθηκε τὸ Α. Plane gemellum est quod annotatur ad Odyss. A. 52.

θεὰ δ' ἐν δώματα ναίει
Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος ὅς τε θαλάσσης
πάσης βένθεα οἶδεν.

Scholion: ἐγέγραπτο κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφήν· εἶτά τις μὴ νοήσας προσέθηκε τὸ ΟC. Excidit ipsa vetus scriptura et supplendum: ἐγέγραπτο κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ΟΛΟΟΦΡΟΝ, εἶτά τις κτἑ. ΟΛΟΟΦΡΟΝ autem ὀλοόφρων erat scribendum, quod nonnulli verum esse putabant. Sic in Euripidis Phoenissis us. 682 pro

Digitized by Google

σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν.

olim suspicatus est aliquis Criticorum

σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν

a poëta esse profectum. Itaque sic scribit in Scholio ad h. l. *Γράφεται* (leg. *Γραπτέον*)

Σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν,

ἵν' ᾖ τῷ ἐκγόνῳ σου τῷ Κάδμῳ αἱ θεαὶ κατέκτισαν τὰς Θήβας. γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἁμάρτημα. πρὸ ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐκλείδου μήπω τῶν μακρῶν εὐρημένων τοῖς βραχέσι ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο, τῷ Ε ἀντὶ τοῦ Η καὶ τῷ Ο ἀντὶ τοῦ Ω. ἔγραφον οὖν τὸ ΔΗΜΩΙ μετὰ τοῦ Ι ΔΕΜΟΙ. μὴ νοήσαντες δὲ ὅτι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν δεῖ μετατεθῆναι τὸ Ο εἰς τὸ Ω ἐτάραξαν τὸ νόημα. Eadem utrobique ratio est: ΔΕΥΤΕΙ, inquit ille, est antiqua scriptura pro *δεύῃ*, hic autem ΣΟΙ ΕΚΓΟΝΟΙ ait vetusto more scriptum est pro *σῷ ἐκγόνῳ*.

Memorabile est imprimis Scholion ad Iliad. Λ. 104

υἷε δύο Πριάμοιο — ὥ ποτ' Ἀχιλλεύς

Ἴδῃς ἐν κνημοῖσι δίδῃ μόσχοιο λύγοισιν,

ubi Aristarchus Zenodotum arguit, cui vetus orthographia O pro Ω imposuerit. *ἡ διπλῆ (περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει* ON. *μήποτε δὲ πεπλάνηται γεγραμμένου τοῦ Ο ὑπ' ἀρχαϊκῆς σημασίας ἀντὶ τοῦ Ω προσθεὶς τὸ* N. Non vetere *significatione* sed vetere scribendi *consuetudine* O erat positum pro Ω. Itaque emendandum *ὑπ' ἀρχαϊκῆς συνηθείας*. Sed nemo in eam rem, qua de agimus, disertius testimonium dixit quam *Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεὺς* (Aristidis Smyrnaei Rhetoris amicus et magister) *ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Παντοδαπῶν* ad Iliad. Ξ. 241.

τῷ κεν ἐπισχοίης λιπαροὺς πόδας εἰλαπινάζων.

ubi ex antiqua scriptura ЄΠΙCΧΟΙЄC inveteraverat mendum *ἐπισχοῖες* pro *ἐπισχοίης*. Alexander perite correxit errorem et addidit: *παρεφθάρη δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων*, id est ab iis, qui *τοὺς τῶν Ἀττικῶν γραμμάτων χαρακτῆρας εἰς τοὺς τῶν Ἰωνικῶν μετέβαλον*. Etiam aliis locis ex eo fonte manasse errores et ipsum Aristarchum in tali re errasse in sequentibus ostendam.

Superest in textu Homerico, quo nunc utimur, mendum ex illa vetere scribendi consuetudine relictum, quod obiter eximam. Editur in Iliad. N. 288.

Digitized by Google

εἴ περ γάρ κε βλεῖο πονεύμενος ἠὲ τυπείης.

Quid est βλεῖο? Vetus scriptura πρὸ Εὐκλείδου ΒΛΕΙΟ τῶν μακρῶν οὔπω εὑρημένων. Aoristo Homerico ἐβλήμην, βλῆσθαι, βλήμενος per omnia similis est Atticorum aoristus ἐνεπλήμην, ἔμπλησο, ἐμπλῆσθαι, ἐμπλήμενος. Optativi forma in talibus, ut ratio docet et confirmat usus, exit in -ΗΙΜΗΝ, -ΗΙΟ, -ΗΙΤΟ, ut in βεβλήμην, μεμνήμην, κεκτήμην. Nota sunt exempla apud Aristophanem in *Acharn.* vs. 236

ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

et in *Lysistrata* vs. 235

εἰ δὲ παραβαίην ὕδατος ἐμπλῆθ' ἡ κύλιξ.

Itaque et nunc γέγονε περὶ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἁμάρτημα, namque ΒΛΗΙΜΗΝ, ΒΛΗΙΟ, ΒΛΗΙΤΟ Graeca sunt et poëtae reddendum: εἴπερ γάρ κε βλῇο, et de βλεῖο recte dixeris: τῆς ἀρχαίας γραμματικῆς ἔν τι καὶ τοῦτο τῶν ὑπολελειμμένων.

Audi nunc grammaticos veteres in Codice Marciano ad h. l. βλεῖο: βληθείης. ἔστι δὲ ἀκόλουθον μετοχῇ τῇ βλέμενος. κέχρηται Ἐπίχαρμος καὶ τῷ ἐνεργητικῷ

αἶκα τὺ βλείης σφενδόνᾳ.

ὡς οὖν θέμενος θεῖο οὕτω βλέμενος βλεῖο. τὸ δὲ βλείης τῇ βλείς παράκειται. Cave te decipiant. Nihil habet commune βλεῖο, cum θεῖο, θέμενος, et participium βλέμενος in grammaticorum cerebris natum est. Homerica sunt ἢ δουρὶ τυπεὶς ἢ βλήμενος ἰῷ, βλήμενος ἢ ἰῷ ἢ ἔγχεϊ, βλήμενος ἠὲ τυπείς et sim. Toto coelo diversa est ratio in βλείης apud Epicharmum, et participium βλείς multum vereor ne sit eiusdem farinae atque βλέμενος. Nihil aliud ex ea annotatione discimus nisi ΒΛΘΙΟ esse vulgatam scripturam et vulgo sine suspicione ita legi. Ἐβλήμην habet et coniunctivum in Odyss. P. 472

ὁππότ' ἀνὴρ περὶ οἷσι μαχειόμενος κτεάτεσσι
βλήεται,

quod est ex ΒΛΗΤΑΙ distractum.

Antiqua scriptura Attica reponi debet ad H. 104. pag. 331, 20: τὴν κρόκην τῇ χειρὶ ἔνηθον αἱ παλαιαὶ γυναῖκες, ὥς που καὶ Εὔπολίς φησι

τῇ χειρὶ νῆθε μαλθακωτάτην κρόκην.

Attici νῆν dicebant, ut κνῆν, σμῆν, ψῆν, et Eupolis dederat:

Digitized by Google

τῇ χειρὶ νῶσαι, quod a Codice oblatum editor sprevit. Homines docti de verbo NHN in magno errore versantur, et utar hac occasione ut hunc errorem, si possim, refutem et tollam. Doctorum opinio est verbum *nendi* triplicem apud veteres et probatos scriptores formam habere νεῖν et νῆν et νήθειν. Mihi contra persuasum est unam esse *solam* apud veteres formam NHN, *unam* apud sequiores NHΘEIN. *Nemo* Veterum νήθειν dicit, *nemo* recentiorum νῆν. Excipio eos qui inepte ὑπεραττικίζουσιν, ut Aelianus solet. Id per se ipsum magnam ex analogia veri speciem habere fortasse mihi concedent qui in tali causa iudices esse possunt, quorum neminem antepono Dindorfio, qui vulgarem opinionem in Stephani Thesauro strenue defendit, et omnia quae huc faciunt diligenter collecta composuit. Quemadmodum Attici veteres κνῆν dicebant non κνήθειν, et σμῆν non σμήχειν, et ψῆν non ψήχειν, et νεῖν non νήχεσθαι, sic et νῆν constanter dicebant non νήθειν. Ex νῆν nata sunt νῆμα, ἐπίνητρον et νητική, non ex νήθειν, unde νῆσμα et ἐπίνηστρον et νηστική propagata fuissent. Sic et νητός, unde compositum ἔϋννητος legitur Iliad. Σ. 595 χιτῶνας ἐϋννήτους et Ω. 580 ἐϋννητόν τε χιτῶνα, et Odyss. H. 97 ἔνθ' ἔνι πέπλοι λεπτοὶ ἐϋννητοι. Audiamus Herodianum in Etym. Magno v. Νῆμα: οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ νήθω. νῆσμα γὰρ ἂν ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Νῶ τὸ νήθω. ὅθεν καὶ

νεῖ νήματα,

Ἡσίοδος. καὶ ὁ παρατατικός

Μάλιστα (leg. Μᾶλις) μὲν ἔνη,

ἀπὸ τούτου οὖν τὸ νῆμα. Herodiani haec esse, optimi testis, colliges ex Etymol. M. v. Ἔννη: ἔστι νῶ τὸ σημαῖνον τὸ νήθω — ὁ παρατατικὸς ἔνων, ἔνης, ἔνη ὡς ἔζων, ἔζης, ἔζη καὶ πλεονασμῷ τοῦ N ἜNNH. οὕτως Ἡρωδιανός. Optime Gaisford. ad h. l. et Dindorfius illa retulerunt ad verba τῆς Σαπφοῦς servata ab Hephaestione p. 81, 10 Gaisf.

Μᾶλις μὲν ἔννη λέπτον ἔχοισ' ἐπ' ἀτράκτω λίνον.

Iam tu considera mihi diligenter priorem Herodiani locum. Quid agit Grammaticus? Nempe ut demonstret esse verbum νῶ (ex νάω contractum) unde sit νῆμα et ἔνη (ἔννη) ut ἔζη. Quid igitur sibi vult Hesiodeum *Oper. et D.* 775.

τῇ γάρ τοι ΝΕΙ νήματ' ἀερσιπότητος ἀράχνης,

Digitized by Google

non est isti verbo locus, neque olim fuit, sed NHI, *νῆ νήματα*, et ab Hesiodo profectum et ab Herodiano scriptum est, et sic demum testimonii perdocti grammatici ratio constat: est *νῆν*, inquit, *νῆμα*, *νῆ* et imperfectum *ἔνη*. Unde igitur *νεῖ* natum est et in Hesiodi libris et apud Etymologum? Ex pervulgato eruditorum errore, quem apud Hesychium et Photium poteris *ἐπ' αὐτοφώρῳ* deprehendere. Apud Hesychium circumfertur:

Νημερτής.
Νεῖν: νήθειν.
Νηνεμία.

et apud Photium:

Νημερτής.
Νεῖν: νήθειν κρόκην.
Νηνεμία.

Tenemus impostores: quod ratio suadet, id series glossarum demonstrat. Inter Νημερτής et Νηνεμία locus est verae formae Νῆν, non est formae vitiosae Νεῖν. Sed quia sedebat hoc istis magistris *nere νεῖν* appellari apud veteres pro suo *νήθειν*, antiquas scripturas temere et incogitanter interpolabant. Neque tamen omnis memoria verba *νῆν* apud Hesiodum abolita est. Attulit Lennepius nescio cuius annotatiunculam hanc: *τινὲς δὲ τὸ νεῖ νήματα διὰ τοῦ Η ἔγραψαν ὡς ἀποκοπὲν ἐκ τοῦ νήθει*. Delirat homo cum sua apocope. Nihil est tam absurdum quod non sit ab aliquo grammatico dictum, et venire solet mihi ad haec in mentem quod Athenaeus alicubi iocatur: *οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον εἰ μὴ ἰατροὶ ἦσαν*. Servavit tamen nobis lectionem *νῆ* unice veram. Qua autem evidentia Hesychio et Photio suum Νῆν reddidimus, vide an non eadem Polluci opem ferre possis VII. 32. *ἐφ' οὗ δὲ νήθουσιν ἢ νῶσιν* (*τὸ γὰρ νήθειν οἱ Ἀττικοὶ νεῖν λέγουσιν*) *ἐπίνητρον καλεῖται καὶ ὄνος*, et iterum X. 125 *καὶ ὄνον, ἐφ' οὗ νῶσι, καὶ ἐπίνητρον*. Quid diceres sicubi ita legeretur: *βιοῦσιν ἢ ζῶσιν* (*τὸ γὰρ βιοῦν οἱ Ἀττικοὶ ζεῖν λέγουσιν*). Vitium diceres esse manifestum, namque praecedens *ζῶσιν* tantum non clamare *ζῆν* verum esse. Estne autem diversa ratio loci apud Pollucem? Non est. Quin tu ergo *νῆν* emendas? Quid igitur superest? Hesychius: *Ἔνει Ἀττικῶς ἔνηθεν*. Egregium vero testem producunt scatentem vitiis innumeris et aliorum et suis. At procedit in medium *ὁ Ἀντιαττικιστής* e Bekkeri

Digitized by Google

Anecdotis p. 109, 23, et; ut solet, confidenter Νήθειν, inquit, οὐ μόνον νεῖν. Ecquem testem et auctorem laudat? Nullum. Describitur a Photio: Νήθειν οὐ μόνον νεῖν τὴν κρόκην. Novimus hominem et hominis inscitiam ac temeritatem omnia etiam aperte vitiosa (ut ἐγρηγόρησαν pro ἐγρηγόρεσαν apud Xenophontem) cupide arripientis ut Atticistas male ureret. Hunc ipsum hominem suspicor a Phrynicho castigari ubi in Praefatione scribit: οὐ λανθάνει δέ σε, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν κατὰ παιδείαν, ὥς τινες ἀποπλανηθέντες τῆς ἀρχαίας Φωνῆς καὶ ἐπὶ τὴν ἀμαθίαν καταφεύγοντες πορίζουσι μάρτυρας (leg. μαρτυρίας) τινὰς τοῦ προειρῆσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τάσδε τὰς Φωνάς· ἡμεῖς δὲ οὐ πρὸς τὰ διημαρτημένα ἀφορῶμεν, ἀλλὰ πρὸς τὰ δοκιμώτατα τῶν ἀρχαίων. Quae verba unusquisque lubentissime sua faciet. Quid autem facias homine qui γρηγορεῖν pro ἐγρηγορέναι apud Xenophontem sine vitio legi opinetur? Idem facile inducet in animum νήθειν pro νεῖν apud Atticos fuisse in usu. Quod autem nullum testem produxit, non ipsi imputandum, sed iis qui eius librum in hanc exilem brevitatem plurimis resectis contraxerunt. Videor enim mihi non nescire quid alicubi viderit et statim arripuerit ut Atticistis obiiceret, de quo statim dicam postquam Grammaticorum locos exhibuero, ubi vera et genuina forma salva et incolumis evaserit. Hesychius Νῶντα: νήθοντα. Photius Νώμενος ὁ νηθόμενος. Disertius etiam Herodianus apud Etym. M. v. Ἔννη: νώμενος ὡς κλώμενος, quibus Eupolis accedit

τῇ χειρὶ νῶσαι μαλθακωτάτην κρόκην,

ut in melioribus libris scriptum est. Restat iis qui a me dissentiunt unum praesidium, locus Platonis in *Politico* p. 289 C: τοὺς περὶ τὸ νήθειν τε καὶ ξαίνειν, quae verba respondent iis quae leguntur supra p. 282 A. καὶ μὴν ξαντικήν γε καὶ νησικὴν καὶ πάντα τὰ περὶ τὴν ποίησιν τῆς ἐσθῆτος. Bis, dixerit aliquis, tua opinio his refutatur, namque Plato et νήθειν usurpat et inde natum νησική, nam tibi si credimus νητική appellari debebat. Concedo νησική esse e νήθειν natum, et si recte habet νησική de verbi νήθειν usu ambigi non posse. Sed quid si demonstratum dedero a Platone νητικήν esse scriptum. Qui poteris? inquies. Facillime: producam testem idoneum. In Photii Lexico glossae Platonicae quam plurimae feruntur, quas ille (ut alibi ostendimus) ex

Digitized by Google

Boëtho et Aelio Dionysio sedulo descripsit, quorum hic in glossis Platonicis multus est, ille totus. Audi. Νητική: ἄνευ τοῦ σ τὴν περὶ τὸ νήθειν τέχνην. Itaque quemadmodum sciolus in altero *Politici* loco formam veterem obliteravit, sic altero verbum vetus in vulgarem formam convertit. Plato ipse dederat: τοὺς περὶ τὸ νῆν τε καὶ ξαίνειν. Animadverte iam mihi quam calamitosum sit antiquum νῆν et quam rarum. *Semel* habet Hesiodus, semel Sappho, Eupolis, Plato. Praeterea nusquam comparet nisi apud Grammaticos. Apud Hesiodum νῇ in νεῖ corruptum est, apud Eupolidem νῶσαι in νῆθε, apud Platonem νῆν in νήθειν, et νητικήν in νηστικήν. Apud Grammaticos νῆν *constanter* in νεῖν conversum vidimus. Ipsi Lexicographi νεῖν pro *nere* Graecum esse non dubitant. Hesychius Νεῖν: νήθειν σήμονα, κολυμβᾶν, νήχεσθαι, inter Νεῖμον et Νεῖν οὐκ οἶδεν interposuit. Suidas Νεῖν κολυμβᾶν καὶ τὸ νήθειν κρόκην, et adscripsit testimonia ubi esset *natare*. Cur alterius significationis nullum addiderit non miramur. Nulla sunt.

Caeterum nihil aliud ex NHN natum est praeter compositum ἐπινῆν, unde illud Homericum

γιγνομένῳ ἐπέννησε λίνῳ ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Sequiores ἐπινήθειν dicebant, unde ἐπινησθέντα et ἐπινενησμένα formabant. Solus Aelianus, qui νῶσι recoxit, etiam ἐπινηθέντα inde natum usurpat.

Ὄρχαμος unde esset nescio quis Grammaticus ad Odyss. Δ. 156 ita docuit: παρὰ τὸ ἄρχω ἄρχαμος καὶ ὄρχαμος, ὡς παρδαλῆ ἡ δορὰ καὶ πάρδαλις τὸ ζῷον.

Ad ultima Dindorfius: »*Verba ab hoc loco aliena.*" Minime, sed prorsus necessaria, si unam literulam correxeris: πόρδαλις τὸ ζῷον. Nota res est et multorum testimoniis confirmata, quod dicam verbis Apollonii in Lexico Hom. v. Πόρδαλις: — Φαίνεται λέγων ἐπὶ τοῦ ζῴου διὰ τοῦ Ο, ἐπὶ δὲ τῆς δορᾶς διὰ τοῦ Α. Ipsius Aristarchi haec erat sententia: itaque ad Iliad. N. 103 ubi nunc editur:

θώων παρδαλίων τε λύκων τ' ἴρια πέλονται.

manifesto errore annotatur in Veneto A: Ἀρίσαρχος παρδαλίων, ἄλλοι δὲ πορδαλίων, nam contra est et παρδαλίων -πορδαλίων sedem inter se mutare debent. Similiter πόρδαλις et πορδάλιος

Digitized by Google

μένος reponendum Iliad. Φ. 573, Odyss. Δ. 457 et Iliad. P. 20 ubi recurrit in Scholiis Venetis vitium idem: πορδάλιος: διὰ τοῦ Α αἱ Ἀριστάρχου, imo vero παρδάλιος: διὰ τοῦ Ο κτέ. et iterum ad Φ. 573: διὰ τοῦ Α πάρδαλις εἶχον αἱ Ἀριστάρχου, contra diserta multorum testimonia, in his Photii v. Πόρδαλιν οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, Ἀττικοὶ πάρδαλιν. Ὅμηρος τὸ μὲν ζῷον διὰ τοῦ Ο, τὴν δορὰν δὲ διὰ τοῦ Α, quae ad verbum describens Eustathius p. 1251, 52 ἐν παλαιῷ ῥητορικῷ λεξικῷ (Aelii Dionysii, ut opinor) se invenisse scribit. Habes iam bellissimae Etymologiae argumentum ἄρχαμος ὄρχαμος ut παρδαλέη πόρδαλις. Novimus ista magistrorum deliramenta. In sexcentis Etymologiis passim per scholia dispersis *unam solam* me memini legere, quae et vera esset et utilis, ad Odyss. Z. 121. θεουδής: θεοδεὴς ἢ δεισιδαίμων, sed statim additur ἢ θεοαδὴς παρὰ τὸ ἀδεῖν. Ludens in verbis felici casu homo scopum feriit.

Tralaticius error est in Scholio ad Odyss. Δ. 181: περιπαθῶς ὀλοφύρεται ὡς αὐτὸς δεινὰ πεπονθώς. ἔγκειται δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνθρώπινον. Sensu vacua haec sunt, AMA in ἀλλὰ abiit. Scribe: ἔγκειται δὲ ἅμα καὶ τὸ ἀνθρώπινον. Propagati sunt libri, quibus hodie utimur, ex Codicibus pervetustis, qui literis uncialibus erant exarati. Multa huius rei exempla iam notavimus, insigne unum addam. Ad Odyss. Π. 471 Ἑρμαῖος λόφος annotatur ὁ σωρὸς τῶν λίθων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἑρμαῖον ὀνομάζεται ἢ πάθος ἰώμενος βωμός. Monstrum lectionis πάθος ἰώμενος intus sanam lectionem abscondit, quae perita manu est foras elicienda. Quid igitur subest in ΠΑΘΟCΙΩΜΕΝΟC? nempe καθωσιωμένος βωμός. Apud sequiores καθωσιωμένος est καθιερωμένος, *consecratus*.

Ad locum Odyss. Ω. 205.

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο,

in Scholiis vulgatis annotatur: ὑποσιτέον μετὰ τοῦτο, ἐπεί τοι ψιλὸς λόφος ἐστίν.

Duo diversissima Scholia absurde in unum coaluerunt. Nicanoris τοῦ στιγματίου prior pars est. οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν: ὑποσιτέον μετὰ τοῦτο: secunda in hunc modum constituenda: κατέβαν: ἐπεὶ ὑψηλὸς ὁ λόφος ἐστίν. *In alto tumulo*

Digitized by Google

urbs dicitur esse sita et hinc demum intelligitur cur *κατέβαν* dicatur. Simul exemtus est scrupulus, qui nos supra pag. 5 male habebat, ubi restituimus *ἀπορίαν* nescio cuius grammatici hancce:

πατὴρ δὲ σὸς αὐτόθι μίμνει
ἀγρῷ οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται (Od. Λ. 188)

πῶς οὖν

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο.

Miratur quisquis est cur perinde dicatur *πόλινδε κατέρχεται* et *ἐκ πόλιος κατέβαν*, quum tamen haec inter se contraria sint *rure in urbem venire* et *ex urbe rus abire*. In Attica illud *καταβαίνειν ἄςυδε* dicitur, hoc *ἐξ ἄςεος ἀναβαίνειν* usu tam certo et perpetuo quam ex ipsa rei natura necessario. Nemo umquam Graecorum in talibus peccat, nedum Homerus. Quicumque ex Graecia Troiam abit dicitur apud Homerum *ἀναπλεῖν*, *ἀναβαίνειν*, *ἀνάγειν*. Iliad Λ. 22.

πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος οὔνεκ' Ἀχαιοί
ἐς Τροίην νήεσσιν ἀναπλεύσεσθαι ἔμελλον.

Odyss. Λ. 210

πρίν γε τὸν εἰς Τροίην ἀναβήμεναι.

Iliad N 626.

οἵ μευ κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ
μὰψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες.

quod quum Zenodotus non animadvertisset ab Aristarcho castigatur ad Il. N. 626. *ἠγνόηκεν ὅτι ἀναγωγὴν καλεῖ τὸν ἐκ Πελοποννήσου εἰς Τροίαν πλοῦν.* [1]) Idem notatur ad Iliad. Γ. 48 *γυναῖκ' εὐειδέ' ἀνῆγες: ἡ διπλῆ ὅτι ἀναγωγὴν λέγει τὸν ἐκ Πελοποννήσου εἰς Τροίαν πλοῦν· ἔςι γὰρ ὑψηλότερα τὰ πρὸς αὐτούς*, et iterum ad Z. 292. et I. 337. Quicumque rure venit in urbem *κατέρχεται*. Odyss. Λ. 188.

μίμνει | ἀγρῷ οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται.

---

1) Ad Iliad. *N*. 367.

ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον
ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν οἶας Ἀχαιῶν.

Scholion est: *αἱ μὲν Ἀριςάρχου ἀνωσέμεν. Ζηνόδοτος δέ φησι μὴ λέγεσθαι τὸν ἐκ Τροίας πλοῦν ἀναγωγήν.* „*Inepta loquitur*" Lehrs. de Arist. p. 119. Non suo vitio. Supplendum et corrigendum: *αἱ μὲν Ἀριςάρχου ἀπωσέμεν Ζηνόδοτος* (*δὲ ἀνωσέμεν*: *Ἀρίςαρχος*) *δέ φησι κτέ.* Scribae oculi ad secundum *δέ* transsiluerunt.

Digitized by Google

Odyss. O. 504.

ἐσπέριος δ' εἰς ἄγυ ἰδὼν ἐμὰ ἔργα κάτειμι.

Odyss. N. 267

τὸν μὲν ἐγὼ κατιόντα βάλον χαλκήρεϊ δουρί
ἀγρόθεν.

Quicumque aut rure aut ex urbe portum petit aut litus κατέρχεται. Odyss. A. 303.

αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα θοὴν κατελεύσομαι ἤδη.

Odyss. B. 407.

αὐτὰρ ἐπεί β' ἐπὶ νῆα κατήλυθον ἠδὲ θάλασσαν.

Odyss. Λ. 1.

αὐτὰρ ἐπεί β' ἐπὶ νῆα κατήλθομεν ἠδὲ θάλασσαν.

et multis aliis locis. Contra de eo qui ex portu urbem petiit Odyss. T. 190

αὐτίκα δ' Ἰδομενῆα μετάλλα ἄγυδ' ἀνελθών.

Quicumque ex urbe Troia in campum egreditur καταβαίνει, quia urbs in alto sita est.

Iliad. Ω. 329

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν πόλιος κατέβαν πεδίον δ' ἀφίκοντο.

ubi haud scio an non potior sit lectio servata in simillimo versu Odysseae ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν. quod verum esse apparet ex Scholiis ad Il. E. 26. κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας: ἐν ταπεινῷ γὰρ τὸ ναύσταθμον, ἡ δὲ πόλις ὑνεμόεσσα. καί

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν.

quae quia de Troia dicuntur referenda sunt ad Iliad. Ω. 329. Itaque in Odyssea quoque Ω. 205 ἐπεὶ ὑψηλὸς ὁ λόφος ἐστίν, in quo sita urbs est, optime habet:

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο.

In Homeri carminibus eodem sensu promiscue ponuntur εἶμι et εἴσομαι, ἔπειμι et ἐπιείσομαι et plura similia. Quemadmodum dicitur νῦν δ' εἶμι Φθίηνδε et εἶμι γὰρ εἰς Σπάρτην, sic Odyss. O. 213

ἀλλ' αὐτὸς καλέων δεῦρ' εἶσεται οὐδέ ἑ φημι
ἂψ ἰέναι κενεόν.

Ut dicitur Odyss. Ψ. 359

ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼ πολυδένδρεον ἀγρὸν ἔπειμι.

sic Iliad. Λ. 424 et T. 454.

νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι, ὅν κε κιχείω.

Digitized by Google

Aoristi quoque forma *εἴσατο* saepius apud Homerum legitur. Iliad E. 538.

διαπρὸ δὲ εἴσατο χαλκός.

et O. 415

ἄντ' Αἴαντος ἐείσατο.

et O. 544

τὼ μὲν ἐεισάσθην—συλήσειν.

et composita Φ. 424

καί ῥ' ἐπιεισαμένη πρὸς σήθεα χειρὶ παχείῃ
ἤλασεν.

Recte Hesychius Ἐπιεισαμένη: ἐφορμήσασα.[1]) et Λ. 358.

ὄφρα δὲ Τυδείδης μετὰ δούρατος ὤχετ' ἐρωήν
τῆλε διὰ προμάχων ὅθι οἱ καταείσατο γαίης.

quo pertinent Hesychii duae glossae.

Καταείσατο: κατῆλθεν.

et Καταείσατο γαίῃ: κατέδυ καὶ κατεπλήγη εἰς τὴν γῆν, ubi corrige *κατεπάγη εἰς τὴν γῆν*. Quod autem *γαίῃ* dedit pro *γαίης* fallitur: iungenda sunt *ὅθι γαίης καταείσατο*, id est *ὅπου γῆς κατεπάγη*.

Discrimen inter *εἴσομαι* (*εἶμι*, *πορεύσομαι*) et *εἴσομαι* (*γνώσομαι*) fugit Zenodotum, qui Iliad. Φ. 535 scripsit:

εἴσομαι ἐξ ἁλόθεν χαλεπὴν ὄρσασα θύελλαν.

Animadvertit errorem Aristarchus, qui *ὄρσουσα* restituit.

Forma autem haec *ἐπιείσομαι* in Homeri libris, quibus nunc utimur, videtur mihi nonnumqnam obliterata esse et interpretationi suprascriptae cessisse locum. Mirabitur fortasse aliquis si dixero mendis etiam turpissimis ad hunc diem carmina Homerica foedata esse. Multorum versuum scriptura certa nititur veterum Criticorum auctoritate, in quibus aliquid novare velle fortasse inconsultum sit et temerarium, sed complures loci vitiosi circumferuntur, quorum nemo est testis et auctor (ut ita dicam) praeter libros Mss. qui ad nostram aetatem perdurarunt. Non est in toto Homero foedius mendum quam in Iliad. I. 230

ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι
νῆας ἐϋσσέλμους.

---

1) Ex Aristarchi commentariis, vide Aristonici notam ad h. l. et iterum ad Iliad. *N.* 45 *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ εἰσάμενος πολλὰ σημαίνει. νῦν μὲν ὁμοιωθείς, ἐν ἄλλοις δὲ «καί ῥ' ἐπιεισαμένη» ἐφορμήσασα.*

Digitized by Google

Absurdum est σαωσέμεν. Sententia postulat σωθῆναι; *salvas esse.* Opponuntur inter se apud Homerum σόον ἔμμεναι et ἀπολέσθαι, ut in notissimo:

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι.

et in Odyss. Δ. 98.

ὤφελον οἱ ἄνδρες σόοι ἔμμεναι οἳ τότ' ὄλοντο,

et aliis locis. Ergo emendandum est σόας ἔμεν pro σαωσέμεν. Atque ita emendavit Madvigius in *Advers. Crit.* pag. 186 nescius locum sic a me ante multos annos esse emendatum in *Mnemosyne* Tom. IX. p. 392. Semel tantum hoc faciam ut commemorem emendationem loci ab alio post repertam a me olim esse editam, et nollem id a Madvigio, summo viro, toties etiam in re minus gravi esse factum. *Pauperis est numerare pecus.* Quis autem aut Grammaticus aut Criticus aut glossarum interpres aut Λέξεως collector laboranti scripturae opem tulit? Nemo hercle. Addam duos locos ex eadem Iliados Rhapsodia sumtos et manifesto corruptos, quibus nemo dum neque veterum neque post renatas literas medetur. Legitur I. 326.

ἤματα δ' αἱματόεντα διέπρησσον πολεμίζων
ἀνδράσι μαρνάμενος ὀάρων ἕνεκα σΦετεράων.

Emenda μαρναμένοις pro μαρνάμενος et omnes loci difficultates una inserta literula sustuleris. Neque magis Poëta dixit quod nunc scribitur I. 226

πάρα γὰρ μενοεικέα πολλά
δαίνυσθ', ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν.

Violatur metrum, nam ἔργα in tam antiqua parte carminis suum δίγαμμα amisisse non potest: violatur etiam linguae Homericae consuetudo, ex qua in tali periphrasi epitheton ad ἔργα apponi debet, veluti Iliad. E. 428

οὗτοι, τέκνον ἐμόν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

nempe sic dicendum ἱμερόεντα ἔργα γάμοιο, non ἱμερόεντος. Itaque emendandum est:

ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπήρατα ἔργα μέμηλεν.

Nulla dubitatio est quin sic olim in vetustioribus et melioribus libris scriptum fuerit σόας ἔμεν, μαρναμένοις et ἐπήρατα ἔργα, sed nemo testis superest, unde antiqua veritas indagari potuerit et in integrum restitui. Tacent Scholia antiqua, ta-

Digitized by Google

cent glossarum interpretes, tacent λέξεων conditores. Leve tantum vestigium est in Scholio Codicis Veneti B ad Iliad. I. 327

πολεμίζων

ἀνδράσι ΜΑΡΝΑΜΕΝΟC δάρων ἕνεκα σφετεράων. »οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἕνεκ' ἦλυθον" (Iliad. A. 152), inquit, ἀλλὰ διὰ τὸ γύναιον τοῦ Μενελάου. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ »δάρων ἕνεκα σφετεράων." Quasi vero ea verba aliud quid significare possint quam *pro uxoribus suis*. Sed audi quid addat: ἢ τολμηρῶς, φησὶ, πολεμῶν πρὸς ἄνδρας ὑπὲρ παίδων καὶ γυναικῶν ῥιψοκινδύνως ἀγωνιζομένους. Hoc verum et sanum est, sed qui ita interpretatur eum manifestum est hanc scripturam ob oculos habere:

πολεμίζων

ἀνδράσι ΜΑΡΝΑΜΕΝΟΙC δάρων ἕνεκα σφετεράων,

namque hoc est πολεμῶν πρὸς ἄνδρας ῥιψοκινδύνως ἀγωνιζομένους ὑπὲρ παίδων καὶ γυναικῶν. Plus etiam habet ponderis antiqua annotatio ad Iliad. Σ. 265.

ἀλλὰ περὶ πτόλιός τε μαχήσεται ἠδὲ γυναικῶν.
τοῦτο σημειωτέον πρὸς τό· (Iliad E. 486)

τύνη δ' ἔρυκας ἀτὰρ οὐδ' ἄλλοισι κελεύεις
λαοῖσιν μενέμεν καὶ ἀμυνέμεναι ὤρεσσιν.

καὶ

δάρων ἕνεκα σφετεράων.

ὅτι κἀκεῖ γυναιξὶ λέγει καθάπερ ἐνθάδε ῥητῶς ἐξηγούμενος ἐκεῖνο λέγει. Namque omnes hi loci ad Troianos pertinent *pro uxoribus suis* dimicantes. Praeterea quam saepe factum esse videmus ut interpretamenta in veteris et exquisitae glossae locum subrepserint, cuius rei nisi antiqua Scholia fecissent indicium, quis, quaeso, talem fraudem odorari et arguere potuisset? Vulgata lectio erat in Iliad. Φ. 455

ϛεῦτο δ' ὅγ' ἀμφοτέρων ἀποκοψέμεν οὔατα καλά.

Quis in tali versu vitium vel fraudem ullo modo suspicari potuisset, nisi reperta esset Aristarchi annotatio: ἡ διπλῆ ὅτι — καταχρηϛικῶς ἀπολεψέμεν ἀντὶ τοῦ ἀποκόψειν, unde Poëtae tandem redditum est suum:

ϛεῦτο δ' ὅγ' ἀμφοτέρων ἀπολεψέμεν οὔατα καλά.

Quam significanter et γραφικῶς in tali re ἀπολέπειν dicatur

Digitized by Google

pro vulgari ἀποκόπτειν nil attinet demonstrare. Eodem modo in Odyss. M. 54.

εἰ δέ κε λίσσηαι ἑτάρους λῦσαί τε κελεύῃς
οἱ δέ σ' ἔτι πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι δεόντων.

Quodnam tandem est in his verbis interpolationis vel levissimum vestigium? Tamen poëta non sic cecinerat, ut antiqua ad h. l. annotatiuncula demonstrat haec: Ἀρίσαρχος γράφει διδόντων ὡς τιθέντων. Porsonus verum vidit. »*Lege* διδέντων a δίδημι. *Imperfectum* δίδη *ipse Homerus usurpat* Il. Λ. 105."

Ἴδης ἐν κνημοῖσι δίδη μόσχοισι λύγοισιν.

Quis ad hanc lucem non facile animadvertit similem, vel potius plane eandem, interpolationem in Odyss. M. 196.

πλείοσί μ' ἐν δεσμοῖσι δέον μᾶλλόν τε πίεζον.

imo vero ἐν δεσμοῖσι δίδεν, id est ἐδίδεσαν ὡς τίθεν ἀντὶ τοῦ ἐτίθεσαν, ut solent poëtae epici rem *eandem iisdem* verbis repetere, πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι διδέντων et πλείοσί μ' ἐν δεσμοῖσι δίδεν. Antiquae γλῶσσαι, quas ex longo exilio tandem in suam sedem revocatas videmus, latent in Hesychiana λέξει, si quis perita manu ex vitiosis et absurdis scripturis veras elicere potest. Editur apud Hesychium: Ἀπολελεψειμέναι ἀποκειραμένου ἀπολελεψειμένου τὰ καλά. Nonne meridiana luce clarius est in his subesse: Ἀπολεψέμεν οὔατα καλά? cum interpretatione ἀποκερεῖν. Clare pellucet vera et antiqua lectio ex misere corruptis reliquiis, et locus Homeri adhibitus vel pertinacissimo cuique assensum extorquebit. Eodem plane modo etiam διδέντων et δίδεν in Hesychiana farragine abscondita latent. Circumferuntur in illa confusa et indigesta mole hae glossae:

Διδείασι: δεσμεύουσι.
Δίδει: δεσμεύει.
Δίδειε: ἔδεισαν.
Δίδημι: δεσμεύω.
Διδεῖναι: δῆσαι.
Διδόντων: δεσμευόντων.

Porsonus Διδέασι correxit et Xenophonti reddendum demonstravit in *Anabasi* V. VIII. 24. τοὺς μὲν γὰρ κύνας τοὺς χαλεποὺς τὰς μὲν ἡμέρας διδέασι, τὰς δὲ νύκτας ἀφιᾶσιν. Idem

Digitized by Google

Δίδη: ἔδεσμεν protulit ex Homero et pro Διδόντων reposuit διδέντων. Vide mihi in quanto periculo sint veteres γλῶσσαι apud dormitantes scribas, qui quum ob oculos habeant διδέντων ὡς τιθέντων et Διδέντων: δεσμευόντων, utrobique supina negligentia scribunt διδόντων. Nempe διδόντων noverant, διδέντων quid esset non intelligebant. Reliqua apud Hesychium non sunt ad emendandum difficilia. Διδεῖναι convertendum est in Διδέναι ὡς τιθέναι, et in Δίδειε: ἔδεισαν, nihil aliud latet quam Δίδεν: ἔδησαν, sumtum e versu Homerico

πλείοσί μ' ἐν δεσμοῖσι ΔΙΔΕΝ μᾶλλόν τε πίεζον.

Venio nunc ad locos Homericos, quorum causa haec praemisi. Verbum ἐπέρχομαι apud Homerum habet duplicem futuri temporis formam ἔπειμι et ἐπιείσομαι. Hinc Apollonius in Lexico:

Ἐπιείσομαι: ἐπελεύσομαι.

et Hesychius:

Ἐπιείσεται: ἐπελεύσεται.

nam sic rectissime correxit Reiskius vulgatam Ἐπινείσεται. Sequiores autem priscum et Homericum ἐλεύσομαι cum compositis recoxerunt. Itaque antiqua futuri forma ἐπιείσομαι in sermone populari habet formam sibi respondentem ἐπελεύσομαι, et qui veterem glossam ἐπιείσομαι volunt interpretari adscribunt ἐπελεύσομαι. Bis in Iliade ἐπιείσομαι salvum et incolume evasit, Iliad. Λ. 367 et Υ. 454

νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι ὅν κε κιχείω.

et semel in Odyssea Ο. 504

αὐτὰρ ἐγὼν ἀγροὺς ἐπιείσομαι ἠδὲ βοτῆρας.

ad eum versum annotatur in Harleiano recte ἐπελεύσομαι, in Marciano male γρ. ἐπελεύσομαι, et interpretamentum in variam lectionem convertitur, quo facto sequitur ut in textum irrepat, ut ἀποκοψέμεν pro ἀπολεψέμεν, δεόντων et δέον pro διδέντων et δίδεν. Atque ita factum est. Legitur ad Odyss. Π. 130. ἀναγκαία ἡ Εὐμαίου πρὸς τὴν πόλιν ἀποστολή· τοῖς γὰρ ἑταίροις εἰρήκει

αὐτὰρ ἐγὼν ἀγροὺς ἐπελεύσομαι ἠδὲ βοτῆρας,
ἐσπέριος δ' εἰς ἄστυ ἰδὼν ἐμὰ ἔργα κάτειμι.

Viden? interpretamentum antiquam glossam expulit. Bonum factum quod Codices verum servarunt. Sed destituunt nos libri in Odyss. Α. 88

Digitized by Google

αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκην ἐσελεύσομαι,

et Odyss. P. 52

αὐτὰρ ἐγὼν ἀγορὴν ἐσελεύσομαι.

Annotatur ad A. 88. γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ Δ Ἰθάκην ἐσελεύσομαι, et ad. P. 52 ἀγορὴν ἐσελεύσομαι: Ἀριστοφάνης ἐλεύσομαι. Atque hoc quidem manifesto mendosum est. Ambigi fortasse potuit utrum ἀγορήν an ἀγορήνδε, Ἰθάκην an Ἰθάκηνδε verior esset scriptura, sed simplex ἐλεύσομαι nullum hic locum habet. Equidem olim suspicatus sum veterem ac veram lectionem esse hanc

αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκην ἐπιείσομαι,

et

αὐτὰρ ἐγὼν ἀγορὴν ἐπιείσομαι,

ut recte scribitur Odyss. O. 504

αὐτὰρ ἐγὼν ἀγροὺς ἐπιείσομαι,

et Odyss. Ψ. 359

ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼ πολυδένδρεον ἀγρὸν ἔπειμι.

Qua ratione perire potuerit antiqua lectio apparet, cur ἐπιείσομαι sit praeferendum dicam. Rectissime dicitur οἴκονδε ἐσιέναι et optime habet locus in Iliad. Z. 365

καὶ γὰρ ἐγὼν οἴκονδ' ἐσελεύσομαι,

sed ut ἀγρὸν ἐσιέναι vel ἀγρόνδε absurdum est, sic ne ἀγορὴν ἐσιέναι quidem probum est neque Ἰθάκην ἐσιέναι; ut Latine *inire forum*, aut *in forum introire* non dicitur, sed *ire ad forum*, et aliud est *in Ithacam ire* et *Ithacam introire*, quod de infesto exercitu recte ponitur, de Minerva, quae se in Ithacam ituram dicit, non item. Expellamus igitur utrobique vetus interpretamentum et antiquam et sanam lectionem veluti iure postliminii in sedem pristinam restituamus.

Quaemadmodum in libris Mss. vocabula quaedam μυριόλεκτα compendiis scribuntur, sic Homeri nomen et Aristarchi habent compendium. Ὅμηρος scribitur ὅμ litera ρ mediam μ secante, unde passim ὅμως legitur pro ὅμηρος. Aristarchi nomen scribitur ἀρί suprascripta litera χ, unde multi suscepti errores. Ad Odyss. I. 73, et alibi saepius, ἀρίων pro Ἀρίσαρχος Marcianus exhibet. Vide autem mihi immanem scribae errorem ad Iliad. Τ. 365 Ἀθετοῦνται εἴχοι τέσσαρες. — ὁ δὲ Σι-

Digitized by Google

δώνιος ἠθετηκέναι μὲν τὸ πρῶτόν φησιν αὐτῶν τοὺς ἀριθμούς, ὕστερον δὲ περιελεῖν τοὺς ὀβελοὺς ποιητικὸν νομίσαντας τὸ τοιοῦτο. Satin' certum est emendari oportere: ἠθετηκέναι μὲν τὸ πρῶτόν φησιν αὐτοὺς τὸν Ἀρίσαρχον — ποιητικὸν νομίσαντα.

Odyss. Θ. 581.

ἦ τίς τοι καὶ πηὸς ἀπέφθιτο Ἰλιόθι πρό
ἐσθλὸς ἐὼν γαμβρὸς ἢ πενθερός, οἵ τε μάλιστα
κήδιοι τελέθουσι μετ' αἶμά τε καὶ γένος αὐτῶν.

Scholion: σαφῶς ἐκ τούτου δηλοῦται ὅτι πηὸς οὐ κατ' ἐπωνυμίαν οἰκεῖος ἢ φίλος ἀλλ' ἑταῖρος ὡς οἱ πολλοὶ τῶν γλωσσογράφων. Flagitiose corrupta haec sunt sed facilis et parata emendatio est: ὅτι πηὸς ὁ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖος [ἢ φίλος] ἀλλ' οὐχ ἑταῖρος, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν γλωσσογράφων. Est haec antiqua et bonae notae observatio ἐκ τῶν Ἀριστονίκου σημείων. Ex eodem fonte Apollonius ΠΗΟΣ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖος. *Affines* ita dici et consanguineis opponi optime docet ipse Poëta. Apollonius Rhodius quum vellet dicere: *huius affinitas eum in bellum traxit* ita cecinit I. 48.

τῆς μιν ἀνώγει
πηοσύνη καὶ κῆδος ἐνικρινθῆναι ὁμίλῳ.

Ex πηός procudit πηοσύνη et addidit κῆδος sensu Attico. Bellissime omnia, ut vides.

Odyss. Ε. 39.

πόλλ' ὅσ' ἂν οὐδέ ποτε Τροίης ἐξήρατ' Ὀδυσσεύς
εἴπερ ἀπήμων ἦλθε λαχὼν ἀπὸ λῆΐδος αἶσαν.

Scholion: Τροίης: διαιρετέον· τὸ γὰρ ἐξῆς Τροίης ἀπὸ λῃΐδος, ἀπὸ τῆς Τρωϊκῆς λείας ἐξαίρετα ἔλαβεν. Scribendum Τροΐης ἀπὸ λῃΐδος. Aristarchea haec doctrina est, ὅτι διαιρετέον τὸ Τροίης et Τροΐης legendum ut sit pro Τρωϊκῆς. Comparanda sunt cum his quae scripta sunt ad Iliad. Α. 129 οὕτως Ἀρίσαρχος τρισυλλάβως

(δῶσι πόλιν Τροΐην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι,

non Τροίην.) καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῷ Λ. τῆς Ὀδυσσείας (510)

ἤτοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροΐην φραζοίμεθα βουλάς.

καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις. et iterum ex Aristonico: — ἔστιν οὖν ὁ λόγος περὶ μιᾶς πόλεως τῶν περιοίκων. ταύτας γὰρ ἐπόρθει

Digitized by Google

ὁ Ἀχιλλεύς. διὸ καὶ ἐν τρισὶ συλλαβαῖς ἀναγινώσκεται. et ad Odyss. Λ. 510. τρισυλλάβως τὸ Τροΐην ὡς καὶ Ἀρίσαρχός φησιν. In his Aristarchus partim verum vidit, partim fallitur. Rectissime vidit non de urbe Troia haec dici, sed oppidum aliquod in agro Troiano his verbis significari, idque liquido apparere dixit ex Iliad. A. 163.

οὐ μὴν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.

ad quem locum Aristarchus: φανερόν, inquit, ἐκ τούτου ὡς καὶ ἐν τοῖς ἑπάνω περί τινος τῶν περιχώρων ἐςὶ πόλεων ὁ λόγος. Acute vidit et verissima haec sunt. Achilles ad Agamemnonem placandum non ita dixit: *sarciemus tibi damnum ubi Troiam ceperimus*, sed *si quando oppidum aliquod in Troiano agro captum diripiemus*. Confirmat hanc sententiam Graecitatis ratio et usus et linguae Homericae consuetudo. Latine optime dicitur *urbs Roma*, *urbs Troia* et sim. sed neque Homerus neque Graecorum quisquam urbium nominibus per appositionem addit πόλις, neque πόλις Τροίη dicitur sed Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν, et apud Aristophanem in lepido loco *Avium* vs. 1565

τὸ μὲν πόλισμα τῆς Νεφελοκοκκυγίας
ὁρᾶν τοδὶ πάρεσιν, οἵ πρεσβεύομεν,

non τὴν Νεφελοκοκκυγίαν. Hoc igitur ab Aristarcho grati accipimus, sed quod Τροΐην scripsit ἐν τρισὶ συλλαβαῖς in ea re levem errorem commisit. Ex ΤΡΩC nascitur ΤΡΩΙΟC et femininum ΤΡΩΙΗ (ut ex ΔΜΩC fit ΔΜΩΙΗ) et ΤΡΩΙΑC et ΤΡΩΙΚΟC. Τρωϊκός legitur Il. K. 11 πεδίον τὸ Τρωϊκόν, et Ψ. 464 Τρωϊκὸν ἅμ πεδίον, et Π. 369 λεῖπε δὲ λαὸν Τρωϊκόν, et P. 724 et Φ. 296. ΤΡΩΙΑΔΕC Poëtae arbitrio aut τρισυλλάβως ut in his: Il. Z. 442 et X. 105.

αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους.

et H. 297.

Τρῶας ἐϋφρανέω καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους.

et Ω. 704.

ὄψεσθε Τρῶες καὶ Τρῳάδες Ἕκτορ' ἰόντες.

τετρασυλλάβως contra Il. I. 139 et 281.

Τρωϊάδας δὲ γυναῖκας ἐείκοσιν αὐτὸς ἑλέσθω.

et Σ. 122.

καί τινα Τρωϊάδων καὶ Δαρδανίδων βαθυκόλπων.

Digitized by Google

et X. 514.

ἀλλὰ πρὸς Τρώων καὶ Τρωϊάδων κλέος εἶναι.

et Π. 831, et in Odyssea N. 263.

σερέσαι τῆς λῃΐδος ἤθελε πάσης | Τρωϊάδος.

Et de his quidem nulla est controversia: Τρωϊάς et Τρωϊάδες contrahuntur in Τρῳάς et Τρῳάδες, et Τρωάς, Τρωάδες, sunt scribarum errores τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα, quod inesse debet, prae socordia omittentium. Eadem prorsus ratio est in ΤΡΩΙΟC et ΤΡΩΙΗ. ΤΡΩΙΟC modo τρισυλλάβως effertur, ut Iliad. Ε. 222 et Θ. 106. οἵοι Τρώϊοι ἵπποι, et Ψ. 378. ἄρσενες ἵπποι Τρώϊοι. et N. 262. δούρατα—Τρώϊα, τὰ κταμένων ἀποαίνυμαι. Contra aliis locis κατὰ συναίρεσιν effertur δισυλλάβως accentu in ultimam reiecto, Τρῳός et Τρῳαί. In his formis Editores tantum non ubique titubare et errare videbis. Modo omittunt τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα, modo addunt. In aliis reiiciunt accentum in ultimam, in aliis in primam retrahunt. Proponam primum vulgares scripturas. *Troianae mulieres* vulgo passim Τρωαί appellantur. Il. Γ. 384 περὶ δὲ Τρωαὶ ἄλις ἦσαν. Γ. 411. Τρωαὶ δέ μ' ὀπίσσω | πᾶσαι μωμήσονται. Σ. 339. ἀμφὶ δέ σε Τρωαὶ καὶ Δαρδανίδες. Χ. 430.

Τρωῇσιν δ' Ἑκάβη ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο.

et X. 426. μετὰ Τρωῇσιν ἔειπεν, et X. 434. Τρωσί τε καὶ Τρωῇσιν, et Z. 380 et 385. Τρωαὶ εὐπλόκαμοι, et sic aliis locis constanter. Verum ubi non Troianae *mulieres* sed *canes* aut *equae* Troianae commemorantur, repente mutata vocabuli forma scribitur Τρῷαι non Τρωαί, ut P. 255 et Σ. 179.

Πάτροκλον Τρῷῃσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι.

et P. 127.

τὸν δὲ νέκυν Τρῴῃσιν ἐρυσσάμενος κυσὶ δοίη.

et P. 273. κυσὶ κῦρμα γενέσθαι | Τρῴῃσιν. et Π. 393.

ὥς ἵπποι Τρῷαι μεγάλα σενάχοντο θέουσαι.

et in masculino genere Ψ. 291

ἵππους δὲ Τρῴους ὕπαγε ζυγόν.

Quaemadmodum in Codicibus, quos nos antiquissimos habemus, sic in iis, quibus veteres magistri utebantur, τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα nonnumquam male addebatur, saepissime negligenter omittebatur. Hinc sexcenties in Scholiis admonetur scribendum esse aut σὺν τῷ ἰῶτα, μετὰ τοῦ ἰῶτα aut χωρὶς τοῦ

Digitized by Google

ἰῶτα, ἄνευ τοῦ ἰῶτα. In hoc ipso ΤΡΩΙΟC iam veteres nonnulli ambigebant. Ad Il. E. 461

Τρῴας δὲ σίχας οὖλος Ἄρης ὤτρυνε μετελθών.

perierunt Scholia antiqua, sed ex Codicibus LV affertur: ἐν τῇ Σινωπικῇ καὶ Κυπρίᾳ καὶ Ἀντιμάχου Τρωΐας εἶχε σὺν τῷ ἰῶτα, ὡς ἵππους δὲ Τρωΐους· ἡ μέντοι κοινὴ Τρῶας ὡς Κᾶρας, ubi scribe Τρῳάς et Τρῳούς. Ergo vetustissimis Editionibus Sinopica et Cypria et Antimachi erat opus ut constitueretur utrum Τρῳάς an Τρῶας esset scribendum, et praevaluit in vulgata vitiosa scriptura Τρῶας. Poterat tamen lis sine tanto molimine ex certa analogia componi, ut mox ostendam. Superest etiam in Codicibus BLV Nicanoris τοῦ σιγματίου ad h. l. annotatio haec: Τρῳάς: ἀντὶ τοῦ Τρωϊκάς, καὶ δεῖ ὑποσίζειν εἰς τὸ σίχας. εἰ δὲ γράφεται Τρῶας ἢ εἰς τὸ σίχας ὑποσικτέον ἵν' ᾖ Τρῶας ἀντὶ τοῦ Τρώων ὡς »ἐρινεὸν τάμνε νέους ὄρπηκας" (Iliad. Φ. 38), ἢ εἰς τὸ δέ ὑποσικτέον ἵν' ᾖ τὸ ἑξῆς· Τρῶας ὤτρυνε τὰς σίχας μετελθών. *En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.* Hoc demum est interpretari! Sed nunc hoc tantum ago ut demonstrem veteres quoque magistros inter Τρῳάς et Τρῶας dubios haesisse. De forma Τρωάς nemo cogitat, quae nulla erat omnino. Nulla est apud Veteres controversia quin ΤΡΩΙΟC ubi sit disyllabum Τρῳός scribi oporteat. Dabo testes. Herodianus ad Ψ. 291. Τρῳούς ὡς πολλούς ἀνεγνώσθη. προείπομεν δὲ περὶ τῆς προσῳδίας. Nempe ad E. 461 ubi Scholia antiqua in lacuna Codicis Marciani A nos deficiunt. Grammaticus Crameri laudatus a Dindorfio in Thes. τὸ δὲ Τρῳός παραλόγως ὠξύνθη. γίνεται οὖν ἐκ τοῦ Τρώς Τρωός Τρώϊος καὶ Τρῳός. »ἵππους δὲ Τρῳούς" (Il. Ψ. 291).

Ex his credo iam facile est rationem concludere et linguae Homericae analogiam firmiter constituere. Quemadmodum constanter aut Τρωϊάδες aut Τρῳάδες dicitur (non Τρωάδες), sic aut Τρώϊος aut Τρῳός summa constantia scribendum. Τρωαί neque testes habet et cum analogia pugnat. De accentu in Τρῳός nulla est controversia. Quum autem dicatur ἄρσενες ἵπποι ΤΡΩΙΟΙ et γυναῖκες ΤΡΩΙΑΙ et κύνες ΤΡΩΙΑΙ et δούρατα ΤΡΩΙΑ, ecquis est qui serio dubitet quin in his omnibus ΤΡΩΙΟΙ et ΤΡΩΙΑΙ et ΤΡΩΙΑ sit vocabulum unum et idem genere diversum atque adeo uno eodemque modo ubique scri-

Digitized by Google

bendum, Τρφαί et Τρφαὶ ἵπποι, et Τρφὰς σίχας et Τρφῇσι κυσίν et ἵππους Τρφούς?

Nunc credo satis intelligitur quid circa πόλιν Τροΐην faciendum esse censeam. Vetus scriptura etiam nunc παρεφθάρη ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων. Erat ΤΡΟΙΕΝ, in quo latet ΤΡΩΙΗΝ: itaque in Iliados loco scribendum:

δῶσι πόλιν Τ ρ ω ὴ ν εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.

et in Odyssea:

ἤτοι ὅτ' ἀμΦὶ πόλιν Τ ρ ω ὴ ν Φραζοίμεθα βουλάς.

sed in tertio loco:

πόλλ' ὅσ' ἂν οὐδέ ποτ' ἐκ Τροίης ἐξήρατ' Ὀδυσσεύς
εἴπερ ἀπήμων ἦλθε λαχὼν ἀπὸ λῆΐδος αἶσαν,

numquam patietur Homericae constructionis nativa simplicitas ut Τροΐης ἀπὸ λῆΐδος coniungantur. Βίαιον γὰρ τοῦτό γε, nimis durum et coactum hoc quidem est, ut veteres Critici loquuntur.

Videmus igitur ipsum Aristarchum πλανηθέντα ὑπὸ τῆς ἀρχαϊκῆς συνηθείας, et satis apparet Τροίην pro Τρῳήν scriptum, ut ἐπισχοῖες pro ἐπισχοίης, esse τῆς ἀρχαίας γραμματικῆς ἔν τι καὶ τοῦτο τῶν ὑπολελειμμένων.

Ut sibi inter se respondent Τρῶες et Τρφαί, sic et δμῶες et δμφαί (non δμωαί). Huius rei in Editionibus nostris nullum est vestigium sed liquido constat primum ex analogia: Τρώς, Τρώϊος (Τρφός) et sic Τρφαί et eodem modo δμώς, δμώϊος et sic δμφαί: deinde ex disertis Aristarchi testimoniis. Ad Odysseam T. 121.

μή τίς μοι δμωῶν νεμεσήσεται.

annotatur: δμωιῶν σὺν τῷ ἰῶτα καὶ περισπωμένως, θηλυκὸν γάρ ἐστιν. οὕτως Ἀρίσαρχος καὶ Ἡρωδιανός, et ad Iliad. T. 332.

κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε καὶ ὑψερεΦὲς μέγα δῶμα.

Scholion: οὕτως Ἀρίσαρχος δ μ ῶ α ς ἔξω τοῦ ἰῶτα. id est »δμῶας servos, non δμφάς servas Aristarchus scribit." Diserte in Marciano B. δμῶας: ἀρσενικῶς τὸ δ μ ῶ α ς. συνυπακούεται δὲ αὐτῷ καὶ τὸ θηλυκόν.

Multis aliis locis τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα, quia ante multa saecula desitum erat scribi, prorsus intercidit, sed partim ex analogia, partim veterum Criticorum auctoritate, partim Codicum antiquissimorum indiciis aut iam revocatum est aut certa emendatione aliquando revocabitur, de qua re infra dabitur dicendi locus.

Digitized by Google

Felix emendatio a Polakko meo reperta est ad Odys. H. 318. διὸ καὶ κοιμώμενον ἀποτίθενται τὸν Ὀδυσσέα διὰ τὸ μὴ ἰδεῖν εἰς ποῖον καὶ ἅμα ἀναπλέουσιν. Rem acu tetigit ex ΚΑΙΑΜΑ eliciens ΚΛΙΜΑ, sed in accentu erravit κλῖμα scribens. Melius Nauckius, qui ante multos annos in eandem emendationem inciderat (in *Observatt. Crit. de trag. Graec. fragm.* p. 3), κλίμα dedit, idque manifesto probavit in Observ. Criticis nuper editis [1]). Nempe distinguenda in his sunt tempora. Veteres constanter κλῖμα dicebant et κρῖμα, et omnino omnia sic formata habent olim in penultima *longam* vocalem, quum reliqua ex eadem stirpe nata omnia *brevem* habeant: πόσις dicitur et πότης, ποτός, ποτέος, ποτικός, sed πῶμα. Sic φῦμα, θῦμα, ἔνδῦμα, κατάλῦμα, ῥῦμα, πλῦμα omnes dicebant, sed in cognatis correpta vocalis est φύσις, θυσία, δύσις, λύσις, ἄπλυτος, cet. Sic ἧμα (ἱέναι), θῆμα, βῆμα, σύσημα, ὑπόδημα, παραίρημα, εὕρημα productam habent penultimam, reliqua indidem orta correptam, ἄφεσις, θέσις, βάσις, ϛάσις, ὑπόδεσις, αἵρεσις, παρεύρεσις cett. Sic ex ἀροῦν formatur ἄροσις, ἀροτήρ, ἄροτος, ἄροτρον, sed ἄρωμα. Anecd. Bekkeri pag. 450. Ἀρώματα οὐ τὰ θυμιάματα οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν ἀλλὰ τὰ ἐσπαρμένα. Aristophanes in *Pace* 1157.

εὖ ποιοῦντος κὠφελοῦντος | τοῦ θεοῦ τἀρώματα.

Sic igitur κλίσις, κλισία, κρίσις, κριτής, sed κλῖμα et κρῖμα. Sed antiquae Graecitatis haec ratio est, sequiores omnia de genere hoc penultima brevi formabant, κλίμα, κρίμα, πόμα, εὕρεμα, ἀφαίρεμα, ἐπίθεμα, κάθεμα, σύμβαμα etc. Hinc veterum scripta formis noviciis vitiari coepta sunt. Ubicumque πόμα nunc apud veteres legitur vitiosa lectio est pro πῶμα. In antiquissimo Platonis Codice Parisino prima manus, ut nuper vidi, ubique πῶμα dederat, sed toties male sedulus corrector ῶ eraso πόμα substituit. Ergo κρῖμα et κλῖμα antiquae formae sunt, sed aetate Porphyrii, unde Scholion sumtum est, εἰς ποῖον κλίμα scribendum. Multis exemplis, quae Nauckius collegit, ex Nonno pleraque inepto versificatore, addo unum Dioscoridis (Anthol. Palat. VII. 407.)

---

1) *Kritische Bemerkungen* (Bulletin de l'Académie des Sciences de Saint-Pétersbourg Tom. XVII. pag. 260).

Digitized by Google

ἥδιον Φιλέουσι νέοις προσανάκλιμ' ἐρώτων.

Recte κλίμα scribitur in Scholio ad Od. M. 39 ἔχουσαι πτερὰ ἀνέπτησαν εἰς τὸ Τυρρηνικὸν κλίμα, et ad K. 189. Saepe et in Scholiis Venetis ad Iliadem κλίμα legitur, Γ. 277 κατ' ἄλλο κλίμα, T. 222 et 223 et aliis locis.

In Scholiis nostris ad Od. I. 202 semel πώματα legitur: Φιάλαι τινὲς ἦσαν καὶ ἱερὰ πώματα, sed tu scribe ἐκπώματα. In ἔκπωμα numquam scribae peccant. Cur? Ἔκπωμα iis non erat in usu, ποτήριον omnes dicebant.

Ad K. 240 coaluerunt in unum duo Scholia, quae adversis frontibus concurrunt. Prius est Aristonici (ἡ διπλῆ) πρὸς τὴν ἐξῆς ἀθέτησιν, ὅτι τὸ σῶμα μόνον ἠλλοιοῦτο, ἡ δὲ ψυχὴ ἔμενεν ἀμετάβλητος. πῶς οὖν ἂν λέγοι

σοὶ δέ τις ἐν φήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν.

quem versum K. 329 Aristarchus hoc argumento ductus obelo confixit. Reliqua sunt λυτικοῦ τινος difficultatem frigide et vitiosa subtilitate solventis. Porphyrium esse suspicor. Quod in extremo Scholio legitur: σαίνουσιν ὥσπερ δελφῖνες Φιλάνορα δ' οὐκ ἔλιπον βιοτάν κατὰ Πίνδαρον, de Bacchi sociis dictum videtur, qui in delphinos conversi (Hymn. in Bacchum vs. 52.

πάντες ὁμῶς πήδησαν ἐπεὶ ἴδον εἰς ἅλα δῖαν
δελφῖνές τ' ἐγένοντο)

tamen *humani generis amorem non exuisse* a Pindaro dicuntur.

Scholion ad Il. I. 453. Ἀρισόδημος ὁ Νυσαεὺς ῥήτωρ τε ἀλλὰ καὶ γραμματικός—ἐπενόησε γραφὴν τὴν τῇ οὐ πιθόμην οὐδὲ ἔρεξα. Scribe ΑΜΑ pro ΑΛΛΑ et ἐπενόησε γράφειν

τῇ οὐ πιθόμην οὐδ' ἔρξα.

Odyss. X. 403. βεβρωκὼς βοός: ὅμοιον τῷ »ὄφρα πίῃς οἴνοιο" προσγενῇ γὰρ τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν Ἀττικοὶ λέγουσιν. Corrige »ὄφρα πίοι οἴνοιο." Od. X. 11. sed quid sibi vult προσγενῇ? Ridiculum vitium vides. Scriptum erat πρὸς γ̄, quod quum librarius non intelligeret προσγενῇ de suo dedit sine sensu. Significat autem πρὸς γενικήν, nempe τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν *cum genitivo* construi apud Atticos solere.

(*Continuabitur*)

Digitized by Google

VARIA.

CATULLUS carmine XI amicos post alia non bona dicta haec puellae deferre iubet:

nec meum respectet ut ante amorem,
qui illius culpa cecidit velut prati
ultimi flos, praetereunte postquam
tactus aratro est.

Displicet floris succisi et marcescentis imago ad languentem aut extinctum amorem relata. Habet ea suum locum ac solet adhiberi in miserabili iuvenis immature atque in aetatis flore abrepti commemoratione. Et vero ad eam rem illustrandam nihil luculentius afferri potest aut quod magis sit appositum. Sedenim floris et iuvenis similitudo, quae in ea imagine animum percellit et movet, non in eo posita est, quod uterque moritur et interit: nam quid non moritur et non interit? verum in eo quod uterque in primae aetatis specie et suavitate immatura morte perit. Quod longe secus est, si eadem imago ad extinctum amorem illustrandum conferatur; qui nihil cum flore a stirpe deiecti commune habet, aut quod par sit et simile, nisi quod interit uterque, sicut intereunt cetera omnia.

Scripsit haec Catullus, si audimus qui prudentissime de eius aetate statuunt, non multo ante vitae finem, cum iam morbo laborabat et mortem prospiciebat. Eam corporis mentisque conditionem carmen exprimet, si verbo unam litteram demseris: qui illius culpa **cecidi** velut—flos.

Digitized by Google

In eiusdem carmine XII

Marrucine Asini, manu sinistra
non belle uteris, in ioco atque vino
tollis lintea negligentiorum.
hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:
quamvis sordida res et invenusta est.
non credis mihi? crede Pollioni
fratri, qui tua furta vel talento
mutari velit: est enim leporum
disertus puer ac facetiarum. e. q. s.

Versu sexto crede Pollioni fratri et quae proxime sequuntur impeditam interpretationem habent. Nam primum haeres in mutandi verbo, quod si de emtione venditione sumas, in qua re nonnumquam ponitur, intelligas necesse est, quod ineptum est, Pollionem lintea a fratre furto ablata velle talento emi vendi; sin vero emendi notionem ad redimendi significatum detorqueas, ut dictum esse videatur puerum vel talento fratris culpam velle redimi, sine exemplo ita dici concedendum erit. Praetetea tenebit te verbi forma passiva, qua non declaratur, id quod expectaveris, tanti facere puerum existimationem fratris, ut ipse velit eius infamiam talento redimere, sed significatur satis eum habere, si alius quispiam fraternum dedecus hoc pretio redimere velit. Tum, quae est praecipua huius loci difficultas, reddenda erit ratio, cur talento puer Romanus non nummis rem aestimaverit, redimi voluerit. Equidem, donec ea ratio inventa erit, de traditae lectionis sinceritate dubitabo.

In indaganda vera poetae scriptura utile erit tenere Catullum, quam semel cogitandi quasi orbitam impresserit, in eam solere relabi atque in simili argumento similia referre. Itaque cum nostro loco carmen ad Thallum conferendum erit (XXV). Inest ibi furtum convivale, inest adeo surreptum sudarium Saetabum, sicuti in nostro carmine; sed alia poena denuntiatur: Thallus ni reddat flagris caedetur:

quae nunc tuis ab unguibus reglutina et remitte,
ne laneum latusculum manusque mollicellas
inusta turpiter tibi flagella conscribillent;

Asinius carmine multabitur:

quare aut hendecasyllabos trecentos

Digitized by Google

expecta aut mihi linteum remitte.

Quid, si quam severiorem poenam ipse Catullus in Thallum intendit, eadem animosum puerum, qui disertus leporum ac facetiarum illiberale genus iocandi ferre non posset, fratrem dignum ducere dicat? Crede, inquit, fratri, qui tua furta **vite lenta multari** velit.

Multari Vossius ex libro Vaticano, quem antiquam lectionem forte rettulisse magis quam fide retinuisse arbitror. Rogare quispiam possit, cur potius vitigineum fustem, in castrensi animadversione vulgarem, quam aut ulmeum aut salignum aut alium quempiam in poena fratris Pollio adhibitum esse voluerit. Parata responsio est, vitem per carminis legem multo facilius inferri potuisse, quam ceterarum arborum vocabula.

CICERO ad Fam. I. Ep. 2, 1.

Videbatur enim reconciliata nobis voluntas esse senatus, quod cum dicendo, tum singulis appellandis rogandisque perspexeram. Et post cum et post tum excidit praepositio: **in** dicendo, **in** singulis appellandis; nam animos hominum perspexit tum cum dicebat, appellabat.

Ad Fam. III. Ep. 10, 3.

Pomptinius cum maximis suis rebus coactus a me invitissimo decessisset,—Laodiceam revertit. Deceditur loco, ab homine disceditur. Leg. **discessisset.**

Ad. Fam. V. Ep. 8, 5.

Quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum hoc ad te scribere, me, si quid ipse intellegerem aut ad voluntatem aut ad commodum aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturum; sin autem quidpiam aut a te essem admonitus aut a tuis, effecturum, ut intellegeres nihil neque te scripsisse neque quemquam tuorum frustra ad me detulisse. Ea est horum verborum sententia, ut frustra et ad detulisse et ad

Digitized by Google

scripsisse pertineat. Verum ea est verborum dispositio ut ad hoc retrahi nequeat. Suspicor Ciceronem scripsisse: neque te scripsisse **nequiquam**, neque quemquam tuorum frustra ad me detulisse.

Ad Fam. V. Ep. 12, 4.

Cicero a perpetuis illorum temporum historiis, quas Lucceius instituerat, res suas seiungi atque proprio volumine comprehendi cupiebat. Itaque demonstrat quam luculentum sit argumentum ad gloriam et dignitatem scriptoris: in quo, inquit, et illa poteris uti civilium commutationum scientia, vel in explicandis causis rerum novarum, vel in remediis incommodorum. Manca et mutila oratio. Nam si explicandi verbum utriusque membri commune esset, certe in altero in abesset. Si Cicero scripsit in **expromendis** remediis, verbum in hac vicinitate scribentis oculos facile fallere potuit.

Ad Fam. VII. Ep. 2, 2.

De Bursa te gaudere certo scio; sed nimis verecunde mihi gratularis. Putas enim, ut scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam laetitiam putare. Credas mihi velim magis me iudicio hoc quam morte inimici laetatum. Primum enim iudicio malo quam gladio, deinde gloria potius amici quam calamitate; — postremo — oderam multo peius hunc, quam illum ipsum Clodium. Illum enim oppugnaram, hunc defenderam. etc.

Omnia clara et illustria. Inimicus quem, quod minus velit, sustulit gladius cum calamitate amici, Clodius; quem, quod malit, iudicium cum gloria amici, Bursa. Atque novi amicorum alterum eum cuius calamitatem nollet; alterum vero, cuius malit gloriam quaero neque invenio, neque adeo inter mortales fuisse suspicor. Etenim gloriam reperit ex iudicio, quo reus sit condemnatus, is qui accusavit. Atqui Bursam in iudicium vocavit et damnavit ipse Cicero. Is ergo hic de sua non de incerti cuiusdam amici gloria cogitavit. Scripsisse videtur deinde gloria **propria** potius quam amici

Digitized by Google

calamitate. Et alia in eandem sententiam scripta excogitari possunt.

Retraxi vocabulum quod ad sententiam necessarium videbatur; ablego contra quod inutile est — nam post commemoratam de inimici morte laetitiam, praesertim in litteris a°. U. 702 datis, quis non in animo habet Clodium? — et in hac coniunctione pronominum vitiosum, nomen Clodium. Nam pronomen hoc loco simpliciter pro ipso nomine positum est; si notaret Clodium tanquam notum hominem aut nobilem, nomen a pronomine divelli non poterat, sed recte erat illum Clodium ipsum, aut ipsum illum Clodium.

Crebro in Ciceronis epistolis nomina hominum interpolata sunt. Cuius generis multa iam viri docti sustulerunt. Restant tamen tollenda, veluti ad Fam. XV. 8. Quare gratum mihi feceris si uxori tuae [Iuniae] gravissimae atque optimae feminae meis verbis eris gratulatus. Ad. Q. fr. II. Ep. 4, 1. Homo petulans et audax [Vatinius] valde perturbatus debilitatusque discessit. Ibid. Ep. 6, 5. Hunc igitur [Catonem] Lentulus a legibus removit. Ibid. III. 9, 9. Ciceronem et ut rogas amo, et ut meretur et debeo; dimitto autem a me et ut a magistris ne abducam et quod mater [Porcia] non discedit, sine qua edacitatem pueri pertimesco. In quo loco falsum matris nomen interpolatorem arguit; sed ne verum quidem nomen posse ferri iam viderat Manutius.

Illis in locis nomina sine fraude, commonendi causa, in margine aut inter versus adscripta per librariorum inscitiam inter scriptoris verba delata sunt. Alia ratio est ad Q. fr. III. Ep. 4, 1. Gabinius absolutus est. Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque eius infantius, nihil illo consilio sordidius. Sed tamen, nisi incredibilis contentio et preces Pompei, dictaturae etiam rumor plenus timoris fuisset, ipsi Lentulo non respondisset, qui tamen illo accusatore illoque consilio sententiis condemnatus sit XXXII, cum LXX tulissent. In iudicio accusaverant Lentulus et subscriptores, frigide cuncti et sine ingenio aut dicendi facul-

Digitized by Google

tate. Quid attinebat unum Lentulum nominare, cuius adeo infantiae Gabinius cessurus fuisset, nisi Pompei opibus niteretur, cum ceterorum facundia reo nihilo magis formidolosa fuisset. Tum reus cuius salus unice ex potentiorum auxilio pendeat, si id desit, non solet expectare iudicium et accusatorum orationes quibus non sit responsurus atque, postquam inimicis os praebuerit, turpiter ac ridicule ex oculis iudicum se proripere, sed ante iudicium clam proficisci et solum vertere. Praeterea ipsa oratio fraudem arguere videtur. Nam qui dicit illo accusatore illoque consilio is accusatorem et consilium designat temporis rei actae notatione. Ponamus causam Gabinianam pridie actam esse quam haec epistola scripta sit, ille accusator, illud consilium, significabit fere: accusator iudicesque quales heri habuimus. Eiusmodi autem indicatio hominum rerumque generalis est neque locum habet si ipsa nomina posita sunt. Ergo ipsi Lentulo interpolata sunt. Intulit ea non librarius ex margine per errorem, sed consulto homo doctus, qui cum nesciret quid non respondere per se positum significaret, censeret orationem hiare. — De principio huius loci quid sit sentiendum dubito. Nam suspicor ne ibi quidem nomen Lentuli a Cicerone positum esse. Qua in re tenendum est Quintum de accusatoribus Gabinii ex litteris fratris certum esse (ep. 2 et 3) iamque exitum iudicii expectare. Mihi quidem elegantior videtur ea oratio: Omnino nihil illo accusatore [Lentulo] subscriptoribusque eius infantius, nihil illo consilio sordidius, — qui tamen illo accusatore illoque consilio — condemnatus sit, quam ea quae nunc vulgo proponitur. Verum quantum elegantiae decorisque sensui in re critica tribuere velit pro se quisque videat et decernat, atque in ea re praesertim leniter ferat ceterorum dissensum.

Ad Fam. IX. Ep. 22, 2.

Satis constat apud antiquiores pronominis ille syllabam priorem crebro in carmine aut nullam esse aut esse pro brevi. In ea causa nondum vidi quemquam usum esse Ciceronis testimonio, unde intelligitur etiam illo tempore in ore Romano tam brevem fuisse syllabam, ut in certis saltem litterarum coniunctionibus vix audi-

Digitized by Google

retur. Memini, inquit, in senatu disertum consularem ita eloqui: hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obscenius? Nulla autem erat obscenitas, si in illam prior syllaba exaudita est; quae, quoniam adiuncta praecedenti an nullum auribus latinum vocabulum arripiendum praebuisset, necessario alteram syllabam suam attraxisset atque eo ipso a sequenti dicam disiunxisset. Verum cum ánlamdicam reciperent aures, mens aut caste ánlam dicam, aut spurce án lamdicam dividere potuit. Si vero ánillamdicam auditum esset, cum ánil lamdicam, quod nihili esset, non posset mentes intrare, nihil praeter ánillam dicam intelligi poterat; in quo quid fuisset obsceni?

Ad Fam. X. Ep. 1, 4.

Furnium Planco pluribus commendat; teque, inquit, hoc existimare volo, quidquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse. Nota est ea proprietas sermonis latini per quam conferre curam, operam, officia, et multa possunt addi, dicatur pro curare rem, elaborare in re, servire commodis alicuius. Erit ergo conferre iudicium, iudicandi facultatem adhibere sive iudicare, et dixerit Cicero: quidquid in Furnium iudicandi facultatis adhibueris id in me adhibitum esse putabo. Alia scripsisse videtur: quidquid in eum **studii** officiique contuleris.

Ad Fam. XIII. Ep. 50, 2.

L. Manlium Acilio commendat, qui pro consule Siciliam obtinebat. Peto abs te, ut eum sive aderit sive non venerit in Siciliam, ita tractes, ut intelligat meam sibi commendationem magno adiumento fuisse. Quoquo modo tractare absentem, qui non venerit, Acilio durum ac difficile erit. Scripsit Cicero: sive **mox** venerit.

Ad Fam. XIV. Ep. 1, 5.

Terentia Ciceroni vicum se venditurum scripserat, ut ad illorum temporum necessitates suppeterent copiae. Improbat consilium maritus censetque nummos filiolo reservandos esse, in

Digitized by Google

amicos sumtus esse reiciendos. hac illius argumentatione: si erunt in officio amici, pecunia non deerit; si non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. Efficiendi verbum cassum et inane est, nisi oratione aut cogitatione id quod efficitur inferatur. Id hoc loco ex superioribus arcessendum est, ea sententia, ut dicatur: tu tua pecunia non poteris efficere ut amici sint in officio. Atqui in officio esse hoc loco est dare pecuniam. Ergo haec exibunt: tu tua pecunia non poteris efficere, ut dent amici pecuniam. Assequor vim argumenti si scripsit Cicero tu sufficere — non poteris, hac sententia: tuae opes non tantae sunt, ut possis sola omnes horum temporum sumtus sustinere; ergo nisi amici subveniunt tamen periimus. Itaque tu ne rem tuam inutiliter accidas.

Ad Q. fr. I. Ep. 1, 22.

Fratri quas in provinciali iurisdictione imitetur C. Octavii in praetura urbana proponit facilitatem, lenitatem, diligentiam. Quodsi haec lenitas grata Romae est, ubi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magistratus, tot auxilia, tanta vis, tanta senatus auctoritas, quam iucunda tandem praetoris comitas in Asia potest esse. Enumerantur remedia ad acerbitatem praetoriam in urbe parata, cum ea quae in se ipsi urbani homines invenire solebant, fortem animum et linguam promtam, sive, ut Ciceroni videbatur, arrogantiam, immoderatam libertatem, infinitam licentiam, tum ea quae extrinsecus petenda in capite rerum facilius quam in provincia comparabantur. In quibus primo loco ponuntur magistratuum auxilia, quae par maiorve potestas intercedendo ferebat; tum alterum quoddam, quod quale sit in mutila oratione non dispicitur; tertia senatus auctoritas. In ea enumeratione praetermissa videtur, quae minime praetermitti poterat, vis **tribunorum**. Nam abest tribunorum mentio, qui communi magistratuum appellatione contineri non solebant; neque poterant abesse, quos satis constabat contra decretum praetoris appellari se pati et iudicium tollere. Cuius generis e. g. illud iniquissimi intercessoris beneficium fuisse videtur, de quo Cicero in Antonium II. §. 3.

Digitized by Google

Eiusdem epistolae § 30 infra scribo ut nihi scribenda esse videtur. Quare cura, ut hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem Asiae prorogatus esse videatur; **atque**, quoniam in te retinendo fuit Asia felicior quam nos in deducendo, perfice ut laetitia provinciae desiderium nostrum leniatur. Vulgo, sine atque, videatur. Quoniam. Omissae coniunctionis ratio apparet.

Neque ab ea ratione multum distat quae § 33 leguntur: Graecis — quod sunt vectigales non ita acerbum videri debet, propterea quod sine imperio populi Romani suis institutis **semper** per se ipsi ita fuerunt. Vulgo abest semper.

Ad. Q. fr. I. Ep. 2, 12.

Litteras ad te parum fraterne scripseram; quas oratione Diodoti commotus, de pactione statim **cum** audieram, iracundius scripseram et revocare cupiebam. Scripsi cum; Cicero quom scripserat; id librarii in quod corruperunt.

Ex eodem quom alio loco (ad Q. fr. III. 4, 6) quam natum est: haec scripsi — in Tusculanum proficiscens; ea de re non longius, **cum** vellem, quod Pomptinio — adesse volebam. Libri quam vellem. Iterum eodem vitio scriptum est ad Fam. II. Ep. 17, 6.

Ad. Q. fr. I. Ep. 3, 9.

Messalam tui studiosum esse arbitror, Pompeium etiam simulatorem; i. e. Pompeium etiam tui studiosum esse arbitror. Sed quid attinebat in hac commemoratione facti, cum praesertim bene velle fratri hominem arbitraretur, maledictum simulationis iacere. Ego vero Ciceronem de Pompei animo dubitasse puto et scripsisse Pompeium etiam **simulaturum**.

Ad Q. fr. II. Ep. 2, 1.

Post alia Cicero novum argumentum aggressus ita scripsisse fertur; Sed ego adhuc emi nihil. Culleonis auctio

Digitized by Google

facta est. Tusculano emptor nemo fuit. Si condicio valde bene fuerit, fortasse non omittam. Certe scripsit: Cullconis auctio facta est. Sed ego adhuc emi nihil e. q. s.

In epistola proxima superiore § 1: Senatus fuit frequentior quam putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos. Consulares nos fuimus et duo consules designati, P. Servilius, M. Lucullus, Lepidus, Volcatius, Glabrio, praetores. Sane frequentes fuimus: vidit Schutzius duo consules designati post nomen Glabrionis, qui inter consulares numeratur, transponendum esse.

Hos locos composui, quoniam in utroque transposita verba totos versus perantiqui harum epistolarum libri explesse probabile est. Itaque, quatenus certum litterarum numerum cuiusque libri versus continere soleant, effici potest quotenarum litterarum versus in illo antiquo libro fuerint, unde Mediceus manavit; quem numerum tenere in critica arte exercenda insignem utilitatem habere potest. Versus autem quos dixi hi sunt:

culleonis auctio factast
sed ego adhuc emi nihil
et
duo consules designati.

Ad. Q. fr. II. Ep. 18*a*, 2.

Facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ego vero —, quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, — cursu corrigam tarditatem cum equis tum vero, quoniam tu scribis poema ab eo nostrum probari, quadrigis poeticis. Cursu i. e. currendo ut aliquis tarditatem corrigat, potest cogitari; sed ut currendo corrigat tarditatem equis et quadrigis, non potest. Scribendum: cursus corrigam tarditatem: i. e. quoniam sero ac tarde ad cursum surrexi et in cursu non satis properavi, utar equis, ut citius perveniam quo volo.

Digitized by Google

Ad Q. fr. III. Ep. 1, 18.

Quod interiore epistola scribis me Idib. Sept. Pompeio legatum iri, id ego non audivi. Qui locus aut quae pars epistolae interior appelletur discere pervelim, nam in epistolarum copia quae superest nusquam commemoratur. Satis notum est Romanos crebro, si quas litteras perscripsissent, deposuisse chartam, dum aut ipsi haberent aut praeberent amici tabellarii facultatem qui perferret. Si quid novi interim accidisset, chartam repetebant idque infra adiciebant (vide e. g. huius epistolae § 17, 19, 23). Ita in unam chartam complurium dierum coniciebantur litterae, quae cum quo recentiores essent eo inferiorem locum obtinerent, in superiore aut in inferiore epistola scriptae erant Superiorem epistolam dabunt Ep. ad Fam. I; 9 26, et ad Q. fr. III. 8, 1, inferiorem, si recte vidi, locus noster.

Ad. Q. fr. III. Ep. 9, 2.

Milo in spem consulatus tantos sumtus faciebat, ut de eius re familiari Cicero timeret. Ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς, inquit, qui ludos HS CCCI comparet. Cuius in hoc uno considerantiam et ego sustinebo ut potero, et tu ut possis est tuorum nervorum. Numerus pecuniae per librarios incertus, sed sine dubio immensus supra morem et modum. Cetera nondum ita illustrata vidi, ut intelligatur quid Marcus se facturum scribat, aut a fratris nervis expectet ut is facere possit. Nam librorum considerantiam, quod a viris doctis probabiliter in inconsiderantiam rescriptum est, loco pepulisse Graecum vocabulum quod Cicero posuisset, haud temere suspicatur Orellius. In quo restituendo ita demum artis legibus satisfactum erit, si vocabulum reperietur, quod et ad totius loci sententiam ita sit accommodatum, ut simul appareat qua de causa Cicero Graecum vocabulum Latino praetulerit, et quod significationi subditicii vocabuli Latini respondeat. Nam id certe grammatico, qui Latinum vocabulum adscripsit, tribuendum videtur, ut Graecum intellexerit et recte sit interpretatus. Verum eiusmodi vocabulum, quod illis legibus satis faciat, ad-

Digitized by Google

huc requiritur; nam quod Orellio in mentem venit μετεωρίαν id ab universa sententiae ratione alienum est.

Atque ne id quidem praetervidendum est, nequaquam constare Latinum inconsiderantiam, ex interlineari spatio a librario devocatum eandem occupare sedem, in qua Graecum Cicero posuerit. Nam in hoc uno inconsiderantiam (sive malis Graeco vocabulo dementiam, temeritatem significatum fuisse) dictum est, quasi praeterquam in ludis comparandis ceteroquin Milo considerate ac sapienter agere Ciceroni videretur; quod longe secus erat. Hic autem duplex nascitur suspicio. Nam sive Cicero scripsit cuius [vocabulum Graecum] et ego sustinebo, is qui inconsiderantiam intulit ita in verborum seriem intulisse videtur, ut Graecum vocabulum eiusve reliquias medias includeret, in hunc modum: in [vocabulum Graecum] considerantiam: et vero HOCVNO Graeci nominis exitum MOCYNH referre videtur, sive scripsit cuius [vocabulum Graecum] in hoc uno et ego sustinebo, idem post in hoc uno intulit, quod ante ea verba inferri oportebat. Atque prouti librarium egisse statuas, ita alia sententia Ciceronem scripsisse ducas necesse est. Qui si scripsit in hoc uno, ad ludos dumtaxat comparandos, si non scripsit, ad universos petitionis sumtus sustinendos opem et operam suam professus est Nam in reliqua dubitatione hoc firmiter teneo, illud quod Cicero et ipsum se sustenturum dicit et a fratre exspectare ut is quoque sustineat, non esse Milonis aliquod animi vitium, quod utpote inter amicos leniter sit ferendum: quid enim ea molestia hoc tempore ad Quintum pertinebat, qui longe a Milone et ab urbe aberat: sed effusam largitionem et infinitos sumtus petitionis.

Milo, ut par erat, ab amicis exspectabat, et vero postulaverat, opinor, ut in officio essent atque exhaustae arcae quoquo modo subvenirent. Cicerones quoque appellasse videtur. In ea re Marcus de se: sustinebo ut potero. Poterat autem, si deerant nummi, conferre ad epulas instruendas, ad ornanda spectaculorum loca, alia eiusdem generis ad sublevandum hominem necessarium accommodata. Quintum vero, quem satis sciebat hoc tempore non florere opibus, admonet, si ipse iam adiuvare non possit, esse qui suppeditent facultatem liberalitatis. Homines

Digitized by Google

autem unde frater comparet, quo Milonis sumtus possit sustentare, iidem sunt in quorum fines mox eum cum legione in hiberna profecturum esse Marcus nuperrime cognoverat, nempe isti Nervii, ut audiunt in Ep. 8, 2. Ego vero legendum puto: cuius inconsiderantiam — et ego sustinebo, ut potero, et tu ut possis est tuorum **Nerviorum**. Nervii autem si carerent ceteris rebus, quibus Quintus officium debitum persolveret, ipsi saltem poterant mitti ad bestias ac belluarum dentibus unguibusque discerpti sanguine et gemitu suffragari Miloni. Cf. Cic. in Pisonem § 89.

Eiusdem epistolae § 8 ita corrupta est, ut quid Cicero scripserit certo demonstrari nequeat. In re incerta conabor dare quod probabile videri possit. De Felicis testamento tum magis querere (libr. querare) si scies. Quas enim tabulas se putavit obsignare, in quibus **se**muncia**m** (libr. inunciis) firmissime **iam** (libr. firmissimum), tenuera**s** (libr. tenesuero), lapsus **eas** (libr. est) per errorem et suum et Sicurae servi non obsignavit, quas noluit eas obsignavit." Ernestius: tenuerat. Equidem plusquamperfectum hic recte locum obtinere puto. Nam de tabulis dudum factis et repositis cum praesumtione quadam rei perfectae et absolutae recte dicitur: tabulas in quibus tenuisti non obsigno, obsignabo; idque in praeterito tempore in plusquamperfecto efferri potest.

W. G. PLUYGERS.

DIONIS CHRYSOSTOMI LOCUS CORRECTUS.

Editur apud Dionem Chrysostomum XXX. p. 557 Reisk. *ὁ κόσμος οἶκός ἐστι πάνυ καλός τε καὶ θεῖος ὑπὸ θεῶν κατεσκευασμένος ὥσπερ ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων τε καὶ πλουσίων καλουμένων ἀνδρῶν οὕστινας ὁρῶμεν κατεσκευασμένους.* Vera et antiqua lectio erat ΑΝΔΡΩΝΑCTINAC. Bonus scriba ubi *ἀνδρῶν* dederat, ut viri *virili* genere dicerentur, ACTINAC in *οὕστινας* convertit. Melius erat legere *ἀνδρῶνάς τινας ὁρῶμεν κατεσκευασμένους.*

C. G. C.

Digitized by Google

AD THUCYDIDEM.

Libri I Cap. 7 init. Τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ὠκίσθησαν καὶ ἤδη πλοϊμωτέρων ὄντων περιουσίας μᾶλλον ἔχουσαι χρημάτων ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς τείχεσιν ἐκτίζοντο καὶ τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον ἐμπορίας τε ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τοὺς προσοίκους ἕκαστοι ἰσχύος. Ut valde dubium est, num τείχεσι κτίζειν Graeca sit compositio, ita nudum ἐκτίζοντο melius responderet opposito in altero membro periodi ὠκίσθησαν. Rem conficit, quod capite demum sequenti narratur: καί τινες καὶ τείχη περιεβάλλοντο κτέ., ita ut h. l. de oppidis moenibus cingendis sermo esse nequeat. Neque tamen idcirco expungendum est τείχεσιν, sed transpositione corrigendum: ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς ἐκτίζοντο καὶ τείχεσι τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον κτέ. Ad dicendi rationem cf. IV 102.

Cap. 10: ὅμως δὲ, οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης κτέ. Omissum articulum nequaquam defendit locus II 72: ἡμεῖς δὲ πόλιν μὲν καὶ οἰκίας ἡμῖν παράδοτε, quem locum attulit Poppo. Rectissime enim ibi omissus, quaemadmodum omitti solet in formulis τέκνα (παῖδες) καὶ γυναῖκες, αὐτὸς καὶ γένος, ἐξώλειαν ἐπαρᾶσθαι αὐτῷ καὶ οἰκίᾳ, similibusque multis. Non magis licet cum Classeno interpretari »da Sparta nie *zur Stadt* zusammengezogen wurde." Etenim modo auctor dixerat: Λακεδαιμονίων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, et nudum verbum ξυνοικίζεσθαι iam id ipsum significat, quod voluit vir egregius. Nec tam arcta notione gaudet πόλις. Mantinea, ut hoc utar, quamvis κατὰ κώμας οἰκουμένη, nihilo secius audiebat πόλις.

Digitized by Google

His igitur de causis facio cum Hermanno interpreti tribuente πόλεως.

Cap. 18. δυνάμει γὰρ ταῦτα μέγιστα διεφάνη. Pro διεφάνη Classenus ad h. l. coniecit δὴ ἐφάνη, et post eum idem proposuit Badhamus. At vide IV 108: ἐψευσμένοις μὲν τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως ἐπὶ τοσοῦτον ὅση ὕστερον διεφάνη et VI 17: οὔτε οἱ ἄλλοι Ἕλληνες διεφάνησαν τοσοῦτοι ὄντες ὅσοι ἔκαστοι σφᾶς αὐτοὺς ἠρίθμουν. Insuper compares formulam Herodoteam ὡς διέδεξε.

Cap. 25 versus fin. περιφρονοῦντες pro ὑπερφρονοῦντες dictum, ut apud Aristophanem Nub. 225 sq. Fallitur igitur ad h. l. Classenus, ab Atticorum usu hoc verbum *eo sensu* alienum esse putans. Est tamen rarissimum.

Cap. 44. ἐπιμαχίαν δ' ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. Verbum ἐποιήσαντο non sine causa interpretis esse ratus Cobetus inseruit ὥςε. Vide tamen I, 117 extr., II. 4 extr., V. 48, VI 79 init.

Cap. 47 Μεικιάδης. Fortasse praestat Μικιάδης, quod est in libris FG. Compara Μίκα, Μικίων, Μίκκος. Apud Plinium N. H. XXXVI, 5, 11 memoratur statuarius nomine *Micciades*.

Cap. 56. ἡ μὲν οὖν Κόρκυρα οὕτω περιγίγνεται [τῷ πολέμῳ τῶν Κορινθίων]. Quae inclusi vocabula mihi valde suspecta sunt, propterea quod, ut apparet e capite praecedenti, Corcyra vix dici potuit ab auctore vicisse Corinthios. Contra deletis istis insula recte dicetur *nancta esse salutem et feliciter belli pericula evasisse*. Cf. Classenus ad h. l.

Cap. 75 καὶ ἅμα βουλόμενοι περὶ τοῦ παντὸς λόγου τοῦ ἐς ἡμᾶς καθεςῶτος δηλῶσαι ὡς οὔτε ἀπεικότως ἔχομεν ἃ κεκτήμεθα, ἥ τε πόλις ἡμῶν ἀξία λόγου ἐςίν. Nescio an clarius historicus scripserit: περὶ τοῦ παντὸς ψόγου κτέ. (cf. καταβοὴν et ἐγκλήμασι in praegressis), quum praesertim mox in eadem periodo utatur vocabulo λόγος sensu diverso. Vide insuper cap. 70 init.

Cap. 74. ὥςε φαμὲν οὐχ ἧσσον αὐτοὶ ὠφελῆσαι ὑμᾶς ἢ τυχεῖν τούτου. Pravus verborum ordo: transposito pronomine rescribatur: ἢ αὐτοὶ τυχεῖν τούτου.

Cap. 86: ἡμεῖς δὲ ὁμοῖοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν, καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἢν σωφρονῶμεν, οὐ περιοψόμεθα ἀδικουμένους οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν. Ad τιμωρεῖν cogitando supplendum videtur τοῖς ξυμμάχοις ἀδικουμένοις. Non magis necessarium Thucydidi

Digitized by Google

erat addere *αὐτοῖς*, quam erat Demostheni contra Aristocr. § 81 scribenti: *ἃ θεοὶ κατέδειξαν καὶ μετὰ ταῦτα ἄνθρωποι χρῶνται πάντα τὸν χρόνον*. Cf. ibid § 205: *Θεμιστοκλέα—ἐξήλασαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ μηδισμὸν κατέγνωσαν*. Et ita saepe Graeci loquuntur. Deinde sic pergit: *οἱ δ' οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν*, i. e. *οἱ δ' ἤδη κακῶς πάσχουσιν*. Ergo *οἱ δέ* sunt *οἱ ἡμέτεροι ξύμμαχοι*, non Athenienses, ut male locum interpretatus est Classenus, quasi scriptum esset: *οἱ δ' οὐκέτι μελλήσουσι κακῶς πάσχειν*. Fortasse tamen Thucydides paullo et clarius et elegantius scripsit: *οὐ περιοψόμεθα ἀδικουμένους οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν τοῖς οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν*, sive malis, quod vel leniore manu rescribi possit, *οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν, οἵ γ'* (*quippe qui*) *οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν*. Illam tamen rationem praetulerim.

Cap. 87. Ad verba *δείξας τι χωρίον—ἐπὶ θάτερον* cf. Dio Cassius XLVI 36 § 1.

Cap. 90. *ᾠήθησαν τε αὐτοὺς μὴ τειχίζειν ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου μᾶλλον ὅσοις ξυνεισήκει ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν* [*τοὺς περιβόλους*]. Recte Bekkerus eiusque exemplo Classenus e deterioribus libris receperunt *εἰσήκει*, cuius subiectum *τὰ τείχη* cogitando repetendum e praegresso verbo *τειχίζειν* non aliter quam initio capitis 91, ubi legitur: *ὅτι τειχίζεταί τε καὶ ἤδη ὕψος λαμβάνει*. Inde vero, nisi fallor, apparet interpretis esse verba *τοὺς περιβόλους*, quae si genuina forent, Thucydides procul dubio pro *εἰσήκει* scribere maluisset *ἦσαν*. Vocabulum peti potuit e capite praecedenti.

Cap. 100 extr. *διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἡδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξύμπαντες*. Recte ita scriberetur, si alibi exstaret oppidum eiusdem nominis, a quo foret distinguendum. Nunc nescio an corrigendum sit *τῆς Ἡδωνικῆς*.

Cap. 102 *μάλιστα δ' αὐτοὺς* (Athenienses Lacedaemonii) *ἐπεκαλέσαντο ὅτι τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι, τῆς δὲ πολιορκίας μακρᾶς καθεσηκυίας τούτου ἐνδεᾶ ἐφαίνετο· βίᾳ γὰρ ἂν εἷλον τὸ χωρίον*. Badhamus in *Adhortatione ad discipulos Sydneyenses* rescripsit *ἑλεῖν*, addita interpretatione: *Sic enim putabant se urbem vi capturos*. Perperam, si quid video. Tu verte: *ni enim ita esset, oppidum vi cepissent*. Vide IV 54 *ἀνέσησαν γὰρ ἂν οἱ Ἀθηναῖοι Κυθηρίους*, i. e. *nam, sin minus, Athenienses* cett.

Digitized by Google

Ibid. 126 ἐκείνῳ γὰρ ἂν πρὸ τούτου ἐχρῶντο. Hinc apud Platonem e Symposio p. 196 A. exulare iubeo interpretamentum εἰ σκληρὸς ἦν. Cf., si tanti est, quae annotavi ad Oedipum Regem, vs. 220.

Cap. 114 extr.: καὶ τὸ πλέον οὐκέτι προελθόντες. Verius videtur: κἀς τὸ πλέον, ut scribitur II 21 § 1 et IV 182 § 2.

Cap. 115 νεωτερίσαι βουλόμενοι τὴν πολιτείαν. Vide St. Thuc. p. 18 et Anal. Crit. p. 2. Eodem fere tempore mecum in easdem coniecturas incidit Meinekius in Hermne, insuper proponens: νεοχμῶσαι—τὴν πολιτείαν. Et sic fieri potest, ut legerit Cassius Dio, cuius excerpta vide pag. 21 ed. Dindorfi ap. Teubnerum. Quamquam lib. LXII 20 § 4 idem dixit: ὅπως μηδὲν περὶ τὴν Ἀρμενίαν νεοχμωθῇ.

Cap. 116 extr. ἐπὶ Καύνου καὶ Καρίας. Grammaticae vim inferre puto Meinekii coniecturam delentis copulam. Nam Graecum foret ἐπὶ Καύνου τῆς Καρίας. Nec tamen quicquam novandum arbitror. Nam alibi quoque Thucydides vocula καὶ coniungit accuratiorem et generaliorem loci definitionem, ita fere, ut illam huic praemittere consueverit. Sic v. c. VII 30 § 1 legitur: ἐπὶ τὸν Εὔριπον καὶ τὴν θάλασσαν et IV 8: κατὰ τὸ τείχισμα τῶν Ἀθηναίων καὶ τὴν Πύλον, et alibi alia eiusdem generis.

Cap. 120. ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν. *St. Thuc.* p. 19 corrigebam ξυνηλλάγησαν. In eandem emendationem postea incidit Madvigius, nisi quod contra usum nostri proposuit συνηλλάγησαν.

Cap. 132. ὑποψίας δὲ πολλὰς παρεῖχε (Pausanias) τῇ τε παρανομίᾳ καὶ ζηλώσει τῶν βαρβάρων μὴ ἴσος βούλεσθαι εἶναι τοῖς παροῦσι τά τε ἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν εἴ τί που ἐξεδεδιήτητο τῶν καθεστώτων νομίμων καὶ ὅτι ἐπὶ τὸν τρίποδά ποτε τὸν ἐν Δελφοῖς—ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι κτέ. Acute Badhamus *Adhort.* p. 10 perspiciens vocabula τοῖς παροῦσι coniungenda esse non praegressis sed sequentibus, coniecit: εἶναι, τοῖς παροῦσί τε τἄλλα κτέ. At ut taceam scribendi morem Thucydideum ita requirere τοῖς τε παροῦσι, Graece scribi solet aut καὶ τἆλλα καὶ ὅτι aut τά τε ἄλλα καὶ ὅτι, nec loci rationi convenire videtur, quod ipse dedit, τἆλλα καὶ ὅτι. Sollertem igitur emendationem ita liceat perficere, ut scribamus: μὴ ἴσος βούλεσθαι εἶναι, (καὶ) τοῖς παροῦσι τά τε ἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν—καὶ

Digitized by Google

ὅτι. Copula vocabuli praecedentis terminatione absorpta esse videtur.

Ibidem in extremo capite: δείσας κατ' ἐνθύμησίν τινα ὅτι οὐδείς πω τῶν πρὸ ἑαυτοῦ ἀγγέλων πάλιν ἀφίκετο καὶ παραποιησάμενος σφραγῖδα, ἵν', ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης [ἢ] καὶ ἐκεῖνός τι μεταγράψαι αἰτήσῃ, μὴ ἐπιγνῷ, λύει τὰς ἐπιστολὰς, ἐν αἷς ὑπονοήσας τι τοιοῦτο προσεπεσάλθαι καὶ αὐτὸν ηὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν. Delendo et transponendo Badhamus violentissime et praeter omnem probabilitatem haec verba sic refingit: σφραγῖδα, ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης ὑπονοήσας τοιοῦτόν τι προσεπεσάλθαι ἢ κἀκεῖνος τι μεταγράψαι αἰτήσῃ, λύει τὰς ἐπιστολὰς ἐν αἷς αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν. Prius certe quam huiusmodi quid tentaret, probandum ei fuerat, ineptam esse scripturam vulgatam. Id vero neutiquam perspicio. »Homo ille Argilius cum »(sic enim partim recte iam olim locum verterunt) sigillum »Pausaniae sigillo simile fecisset — ut, si opinione sua decep»tus fuisset, aut etiam si quid ille mutare voluisset non agnos»ceret — epistolae vincula laxavit. In qua suspicatus aliquid »huiusmodi praeterea mandatum esse, se quoque scriptum »caedique destinatum invenit."

Ultimorum autem verborum interior sententia haec est: quae epistola aperta suspicionem eius, aliquid huiusmodi praeterea mandatum esse, confirmavit: suam enim necem in ea imperatam repperit. Vocula καί, nisi fallor, minus ad αὐτόν pertinet quam ad universam sententiam habetque fere eam vim, qua gaudet in nota formula: ὡς δὲ ταῦτα ἔδοξεν αὐτῷ καὶ ἐποίησεν οὕτως. Prorsus autem non intellego, cur vocabula ὑπονοήσας— προσεπεσάλθαι aptius ponantur post τῆς δόξης, quod quid sibi velit satis superque declarant superiora illa: ὅτι οὐδείς — πάλιν ἀφίκετο, quam ubi leguntur in codicibus, neque magis quid vitiosi sit in verbis ἵνα μὴ ἐπιγνῷ, quae Badhamus una litura delevit. Sola verba: ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης ἢ καὶ ἐκεῖνός τι μεταγράψαι αἰτήσῃ levissime me iudice depravata sunt. Nempe simile homo sibi procurat sigillum, ut eo utatur, si dominus se opinione falsum literas poposcerit: etenim, confirmata suspicione, opinor, etiam poscenti literas non erat redditurus, sed ephoris indicaturus Pausaniae proditionem. Inde igitur liquet Thucydidem scribere debuisse: ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης κἀκεῖ-

Digitized by Google

νός τι μεταγράψαι αἰτήσῃ, non quod hodie legimus: ἢ κἀκεῖνος. Vocula ἢ aut e cauda praecedentis vocabuli aut per dittographiam quamdam e sequenti copula, quacum facile permutatur, nasci potuit. Videatur Bastii *Comm. pal.* p. 932 et Dindorfii adnotatio ad personati Xenophontis *Remp. Laced.* II 13.

Cap. 131. τῶν τε ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε. Scilicet: ἐντὸς τοῦ διαφράγματος καὶ θατέρου τοίχου τῆς καλύβης.

Cap. 142. καὶ μὴν οὐδ' ἡ ἐπιτείχισις οὐδὲ τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἄξιον φοβηθῆναι. τὴν μὲν γὰρ χαλεπὸν καὶ ἐν εἰρήνῃ πόλιν ἀντίπαλον παρασκευάσασθαι, ἥ που δὴ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ οὐχ ἧσσον ἐκείνοις ἡμῶν ἀντεπιτετειχισμένων. Locum controversum sic interpretor, ut πόλιν ἀντίπαλον subiectum, τὴν (scil. ἐπιτείχισιν) obiectum esse putem. Nec Φρούριον, quae Krügeri est opinio, ex mea quidem sententia opponitur τῇ ἐπιτειχίσει, sed ad ipsam illam munitionem pertinet; quocirca in sequentibus scribere malim: οὐ μέντοι ἰκκνόν γε ἔσαι (ἀντ)επιτειχίζειν τε κωλύειν ἡμᾶς κτέ. Ita periodus: Φρούριον — ταῖς ναυσὶν ἀμύνεσθαι serviet ad illustranda verba: οὐχ ἧσσον ἐκείνοις ἡμῶν ἀντεπιτετειχισμένων, nec quicquam erit toto loco lucidius. »Difficile enim est »urbi, quae potentiam nostrae parem habeat, vel in pace »huiusmodi munitiones extruere; iam vero multo difficilius erit »hoc ipsum facere in hostico et praecipue cum nos adversus »illos non minus muniti simus quam illi contra nos. Quod »si quem locum praesidio firmarint, aliquam quidem agri »nostri partem suis excursionibus et nostrorum ad illos trans»fugiis vastabunt." Hucusque recte interpres Latinus apud Bekkerum, sed idem male sic pergit: »sed tamen haec munitio »non poterit nos circumvallare et impedire, ne in ipsorum agrum »navigemus et (qua re pollemus) navibus illos ulciscamur." Debuerat enim, nisi fallor, sic: *sed tamen non poterit nos impedire, quominus in ipsorum agrum navigantes cum et ipsi alia munimenta adversus eos extruamus* (cogita Pylum velim et Cythera) *tum navibus illos ulciscamur.*

Libri II Cap. 3 prope initium: ἐνόμισαν ἐπιτιθέμενοι ῥᾳδίως κρατῆσαι. Aeneas *Poliorcet.* cap. 2 rectius legit κρατήσειν. Ex eodem Aeneae loco confirmari poterit coniectura mea, quam proposui Stud. Thuc. pag. 23, in cap. 4 (ἐμπείρους δὲ ἔχοντες

Digitized by Google

τοὺς διώκοντας τοῦ μὴ ἐκφεύγειν) tria ultima vocabula abiicienda esse.

Cap. 8. ἡ δ' εὔνοια παρὰ πολὺ ἐποίει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους. Hunc locum imitando expressit Cassius Dio LVII 6 § 2.

Cap. 10. ξυγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων πασῶν καὶ τοὺς μάλις' ἐν τέλει καὶ ἀξιολογωτάτους παρεῖναι τοιάδε ἔλεξεν. Consensu editores receperunt egregiam Sintenis coniecturam παρήνει τοιάδε, deleto ἔλεξεν. Sed codicum lectio defensorem nacta est Meinekium in Herme III p. 348 sq. comparantem locum VIII 86 § 6: ὅταν τις καλῇ παρεῖναι. At fugit virum praeclarum ibi παρεῖναι non pendere a καλῇ, sed ab εἰκών. Vide v. c. IV. 2. med. εἶπον — ἐπιμεληθῆναι. Distinguendum enim illic: ὁ δ' Ἀλκιβιάδης, ἐπαινέσας αὐτοὺς καὶ εἰκὼν, ὅταν τις καλῇ, παρεῖναι, οὕτως ἀπέπεμπεν.

Cap. 13 prope initium. Consimile aliquid de Hannibale et Fabio Maximo narrat Cassius Dio I p. 92 sq. ed. Dind.

Cap. 15. med. τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα πόλις ἦν. Verba sic scripta significant »antea vero arx, *quae nunc extat*, urbs erat", quasi haec distinguatur ab alia nescio qua arce antiquiore. At voluit procul dubio Thucydides: »antea vero *quae hodie arx est* urbs erat." Quare scripsisse censendus est, non repetito articulo: τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις νῦν οὖσα πόλις ἦν.

Locum in medio capite 35 ὅ τε γὰρ ξυνειδὼς — ἀκούοι ter imitatus est Cassius Dio XLIV 36 LIII 3 § 1 et LVI 35 § 5 sq.

Cap. 36 οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες. De quatuor ultimis vocabulis iniuria suspectis egi St. Thuc. p. 28. Comparetur praeterea locus Demosthenis π. παραπρ. § 276 et Platonis Menex. p. 233 A.

Cap. 39. οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. St. Thuc. p. 29 correxi ἰσοπαλεῖς ἐπὶ τοὺς, quae coniectura ita placuit Usenero (in Museo Rhenano 1870 p. 586), ut *lenitatis causa* transponere mallet: ἐπὶ τοὺς κινδύνους ἰσοπαλεῖς. Quae tamen ratio cur lenior existimetur, non perspicio.

Cap. 40. καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς· οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους. βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν ὥς' ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σῴζειν· ὁ δ' ἀντοφείλων ἀμβλύτερος, εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν ἀλλ' ἐς ὀφείλημα

Digitized by Google

τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. Nonne requiritur: εἰδὼς οὐχ ὡς χάριν ἀλλ' ὡς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων? Sic melius etiam intellegetur, quo pacto scriptor verbum ἀποδιδόναι, quod proprium est *de gratia debitisque reddendis*, cum substantivo ἀρετή iungi potuerit. Nec tamen male deleta bis praepositione scriberetur: εἰδὼς οὐ χάριν, ἀλλ' ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων, et nescio an haec sit ipsa historici manus, quam sive interpretando sive, ut captum suum superantem, de industria magistelli oblitterarint. Quod hodie legitur, vix Graecum esse existimo.

Cap. 41 extr. πανταχοῦ δὲ μνημεῖα κακῶν τε κἀγαθῶν ἀΐδια ξυγκατοικίσαντες. Scholiasta: κακῶν] πρὸς τοὺς πάσχοντας. Placuit ea interpretatio fere criticis praeter Lehnerum, qui quorundam librorum lectionem καλῶν amplexus est in act. phil. Monac. III p. 34. Quem Göllerus in ed. sua carpit, quod non viderit κακῶν referri ad superiora illa: οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ. Attamen fallitur ipse vituperator; nam illuc referri non posse liquido apparet cum ex usu verbi ξυγκατοικίζειν tum e verbis: ἀλλὰ πᾶσαν — γενέσθαι, siquidem ibi de hostibus *bello petitis* non de *aggredientibus* sermo est.

Cap. 49. καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ. Thucydides Atticorum more solet: οὐκ ἐν πολλῷ. E libro VII notavi haec exempla: Cap. 36 οὐκ ἐν πολλῷ, Cap. 70 οὐ δι' ὀλίγου, Cap. 79 οὐκ ἐπ' ὀλίγων. Contra II 56 recte legitur ἐξ οὐ προσηκόντων, quia οὐκ ἐκ προσηκόντων foret κακόφωνον.

Cap. 61 v. fin. ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις ἐθέλειν ὑφίστασθαι. Recte libri deteriores habent Accusativum, vel sine libris restituendum. Dativus enim hoc verbi sensu soloecus est. Nulla est autem in hisce minutiis codicum auctoritas, siquidem utrum α an αι-scriptum sit in libris antiquis dispici vix potest.

Cap. 62. ἢ οὐ κηπίον καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου. Cf. Dexippi fragm. p. 183. 11: καὶ ὅσα πλούτου ἐγκαλλωπίσματα et Dindorfi praefatio ad Hist. Graec. min. vol. I p. XXXIX.

Cap. 65 pr. fin. καὶ οὐ πρότερον ἐνέδοσαν ἢ αὐτοὶ ἐν σφίσιν κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περιπεσόντες ἐσφάλησαν. Pronomen σφίσι pro σφίσιν αὐτοῖς nullum tuetur exemplum eorum quae ad h. l. collegit Krügerus, nec mihi quidem satisfaciunt quas ad h. l. protulit coniecturas.

Classenus nescio qua diversarum structurarum confusione

Digitized by Google

vulgatam defendere aggressus nisi forte tibi magis quam mihi persuaserit, fortasse mecum facies rescribenti: ἢ σφίσιν αὐτοῖς sive malis ἢ αὐτοὶ σφίσιν (αὐτοῖς) κτέ. Quippe non genuinam esse praepositionem noli dubitare. *Qui* enim *sua ipsius culpa incidit in calamitatem*, ἑαυτῷ περιπίπτειν Graece dicitur. Apud Herod. I 108 Astyages ad Harpagum, cui Cyrum infantem occidendum tradiderat: Ἅρπαγε πρῆγμα τὸ ἄν τοι προσθέω μηδαμῶς παραχρήσῃ, μηδὲ ἐμέ τε παραβάλῃ καὶ ἄλλους ἑλόμενος ἐξ ὑστέρης σοὶ αὐτῷ περιπέσῃς.

Cap. 68 initio: κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [τοῦ θέρους τελευτῶντος]. Verba inclusa vereor ne sint interpretis. Cf. capitis praecedentis initium.

Cap. 75 extr. Cf. Dexippus p. 186, 10 sqq. in Hist. Gr. min. ed. Dind. vol. I.

Cap. 92 post med.: ἔσησαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον [ὡς νενικηκότες τῆς τροπῆς, ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν]. Vocabula τῆς τροπῆς expungit Badhamus *Adhort.* p. 12. Quod me iudice non sufficit. Quippe illa vocabula ὡς νενικηκότες ipsa per se videntur glossema, quod et alibi in locis quibusdam similibus apud nostrum apparet. Vide quae disputavi Stud. Th. p. 37 et 98. Succedit his aliud scholium τῆς τροπῆς, deinde tertium ἃς—διέφθειραν, petitum e verbis praegressis. Thucydides, si quid addere voluisset, scripsisset potius: ἔσησαν τροπαῖον τῆς πρὸς τῇ γῇ διαφθορᾶς τῶν νεῶν, ut scribit VII, 54: τῆς πρὸς τῷ τείχει ἀπολήψεως τῶν ὁπλιτῶν. Quare una litura deleverim verba e pluribus scholiis consarcinata.

Libri III cap. 3 extr. οἱ δ'οὔτε ἐς τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον τά τε ἄλλα τῶν τειχῶν καὶ τῶν λιμένων περὶ τὰ ἡμιτέλεστα Φραξάμενοι ἐφύλασσον. Classenus ex Haasii coniectura edidit πέρι, recte refutatus a Meinekio in *Herme* III p. 261 monenti Thucydidem scripturum fuisse τῶν τειχῶν πέρι καὶ τῶν λιμένων. Quo circa ipse Meinekius proposuit: τῶν τειχῶν καὶ τῶν λεμένων περιξ τὰ ἡμιτέλεσα, ἐφύλασσον. Iam vero vocabula τὰ ἄλλα non possunt esse obiectum verbo ἐφύλασσον, quandoquidem insanum est scribere Mytilenaeos *reliqua* custodivisse, ubi non apparat *quid non custodirent*. Unum restat, ut τἄλλα significet: *quod ad cetera attinet*, et ἐφύλασσον sit intransitivum = φυλακὰς εἶχον.

Digitized by Google

At ne sic quidem recte dictum erit, nisi pro ἐφύλασσον rescripserimus ἐφυλάσσοντο, i. e. *cavebant*. Nam abstinentia a ludis extra urbem erat *cautela*, opinor, non *custodia*. Ne multa: coniicio: οἱ δ' οὔτε ἐς τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον τά τε ἄλλα, τῶν τειχῶν καὶ τῶν λιμένων μέρη τὰ ἡμιτέλεσα φρᾰξάμενοι, ἐφυλάσσοντο. *Hi vero neque ad Maloenta* (ludorum causa) *egressi sunt, et cetera quoque cavebant, obstructis tam murorum quam portuum partibus nondum perfectis.*

Cap. 22. ἅμα δὲ καὶ διέχοντες πολὺ ἦσαν. Iniuria πολύ suspectat Krügerus. Cf. Eunapius apud Suidam s. v. παρασάτης: πολὺ διεσῶτας ἀλλήλων χωρεῖν ἐκέλευον, ὅπως μὴ δουποίη τὰ ὅπλα, μήτε τῷ παρασάτῃ θλιβόμενα μήτε τῷ φέροντι διὰ τὸν συνωθισμὸν περικτυπούμενα.

Cap. 39 initio: ὧν ἐγὼ πειρώμενος ἀποτρέπειν ὑμᾶς ἀποφαίνω Μυτιληναίους μάλιστα δὴ μίαν πόλιν ἠδικηκότας ὑμᾶς. Corrigendum ἀποφανῶ, quia sequitur quam his verbis orator pollicetur demonstratio.

In eodem capite extremo: καὶ τυχόντες μὲν πόλιν ἐφθαρμένην παραλαβόντες τῆς ἔπειτα προσόδου δι' ἣν ἰσχύομεν, τὸ λοιπὸν σερήσεσθε. Corrigendum ἐσερήσεσθε, quae forma saepe a scribis servata est apud Dionem Cassium. Postulat enim sententia: *privati eritis*, non *privabimini*, ut apparet e praegresso κεκινδυνεύσεται et sequenti ἕξομεν (non ληψόμεθα). Pro ἔπειτα autem quod uno cum τὸ λοιπὸν isto praesertim loco ferri non potest, non male rescripseris ἐκεῖθεν.

Cap. 40 init. Οὐκοῦν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα κτέ. Libri variant inter προθεῖναι et προσθεῖναι, quorum neutrum bene coit cum substantivo ἐλπίδα. Graecum est προτεῖναι ἐλπίδα, quod historico reddas.

Notus est versus Euripideus ex Andromeda apud Stobaeum:

μή μοι προτείνων ἐλπίδ' ἐξάγου δάκρυ.

Ibidem cap. med.: ἄλλως δὲ γνόντες τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε, ὑμᾶς δ' αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. Badhamus in *adhort.* p. 13 coniecit ἀποδικαιώσεσθε, *iusta defensione privabitis*, comparans ἀποδοκιμάζειν, ἀπαξιοῦν, ἀπέδοξε, quae non sufficiunt me iudice ad nusquam lectum vocabulum Thucydidi obtrudendum. Potius obsequar Elmsleio corrigenti δικαιώσετε.

Cap. 43 extr. εἰ γάρ ὅ τε πείσας καὶ ὁ ἐπισπόμενος ὁμοίως

Digitized by Google

ἐβλάπτοντο, σωφρονέστερον ἂν ἐκρίνετε· νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἤντινα τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε καὶ οὐ τὰς ὑμετέρας αὐτῶν, εἰ πολλαὶ οὖσαι ξυνεξήμαρτον. Badhamus ib. p. 14 suspicatur: ἤν τι ἀτυχῆτε κτέ., quod non displiceret, nisi ita minus recte additum videretur σφαλέντες. Qua circa malim: νῦν δὲ πρὸς ὀργήν, ἤν τι τύχητε σφαλέντες, ἔστιν ὅτε (sive hoc ordine: νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἔστιν ὅτε, ἤν τι τύχητε σφαλέντες) τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε κτέ.

Cap. 56. ἐν καιροῖς οἷς σπάνιον ἦν τῶν Ἑλλήνων τινὰ ἀρετὴν τῇ Ξέρξου δυνάμει ἀντιτάξασθαι. Pulchre et ὑψηλῶς dictum de iis quorum paene omnis δύναμις erat in virtute! Omne lumen orationis exstinguit Badhami coniectura epicum adverbium ἄντην pro ἀρετήν perquam infeliciter substituenti. Verbum autem medium prorsus eodem modo noster usurpavit II 87: πρὸς μὲν οὖν τὸ ἐμπειρότερον αὐτῶν τὸ ἀτολμότερον ἀντιτάξασθε. Non magis correctione indigent verba sequentia: οἱ μὴ τὰ ξύμφορα—πράσσοντες, quae violenter admodum tentat idem vir doctus. Recte ea explicat Classenus.

Cap. 58 med. οὓς ἀποθανόντας ὑπὸ Μήδων καὶ ταφέντας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐτιμῶμεν κατ' ἔτος ἕκαστον ἐσθήμασί τε καὶ τοῖς ἄλλοις. Vide quae ad h. l. annotavi St. Thuc. p. 44, ubi θύμασι legendum conieci; nec hodie muto sententiam. Dignus est qui comparetur Plutarchi locus Aristid. cap. 21, ubi *tauri nigri sacrificium* et reliqua νόμιμα accurate describuntur ab oculato, ut videtur, teste. Nec tamen male legi posse, quod ibidem proposui ἐναγίσμασι, testantur eiusdem scriptoris (ibidem) verba haece: κυρωθέντων δὲ τούτων οἱ Πλαταιεῖς ὑπεδέξαντο τοῖς πεσοῦσι καὶ κειμένοις αὐτόθι τῶν Ἑλλήνων ἐναγίζειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν.

Cap. 59: ἐπιβοώμενοι – προφερόμενοι. Locum imitatur Dio C. in excerptis Vaticanis ed. Dind. I. p. 49 § 19, et indidem verba quaedam mutuatus est in *ineptissimo* loco, qui est XXXIX 38 § 3.

Cap. 62 ὅπερ δ' ἐστὶ νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα. Praetulerim: καὶ τῷ σώφρονι πάντων ἐναντιώτατον. Deinde sic pergit Thucydides: καὶ οὗτοι ἰδίας

Digitized by Google

δυνάμεις ἐλπίσαντες ἔτι μᾶλλον σχήσειν, εἰ τὰ τοῦ Μήδου κρατήσειε, κατέχοντες ἰσχύι τὸ πλῆθος ἐπηγάγοντο αὐτόν. Omnis igitur culpa tribuitur solis oligarchis. Quare iure mireris sequi haec: καὶ ἡ ξύμπασα πόλις, οὐκ αὐτοκράτωρ οὖσα ἑαυτῆς, τοῦτ' ἔπραξεν, οὐδ' ἄξιον αὐτῇ ὀνειδίσαι ὧν μὴ μετὰ νόμων ἥμαρτεν. Sed non dubito rescribendum esse: καὶ (οὐχ) ἡ ξύμπασα πόλις οὐδ' αὐτοκράτωρ οὖσα ἑαυτῆς τοῦτ' ἔπραξεν, i. e. ἐπηγάγετο τὸν Μῆδον.

Cap. 82. Οὕτως ὠμὴ (ἡ) φάσις προυχώρησε, καὶ ἔδοξε μᾶλλον, διότι ἐν τοῖς πρώτη ἐγένετο· ἐπεὶ ὕστερόν γε καὶ πᾶν ὡς εἰπεῖν τὸ Ἑλληνικὸν ἐκινήθη, διαφορῶν οὐσῶν ἑκασταχοῦ τοῖς τε τῶν δήμων προστάταις τοὺς Ἀθηναίους ἐπάγεσθαι καὶ τοῖς ὀλίγοις τοὺς Λακεδαιμονίους [καὶ?] ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν οὐδ' ἑτοίμων παρακαλεῖν αὐτούς, κτέ. Recte iam Krügerus haesit in οὐδ' ἑτοίμων, quod ne addito quidem participio ὄντων satis aptum ei videbatur. Merito: nam manifestum esse reor corrigendum esse οὐδὲ τολμώντων κτέ. Ipsa autem sequentia sic constituerim: ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν οὐδὲ τολμώντων παρακαλεῖν αὐτούς, πολεμουμένων δὲ καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις (οὔσης - ni praestat γιγνομένης -, ἐπὶ) τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ προσποιήσει ῥᾳδίως αἱ ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίζειν τι βουλομένοις ἐπορίζοντο i. e. »bellantibus vero Atheniensibus et Lacedaemoniis quum ceterae Graeciae civitates alteri utri populo societate se coniungerent, novarum rerum studiosis facile offerebantur hos vel illos accersendi occasiones, quo adversarios suos opprimentes sibimet ipsis compararent potentiam.« Ceterum recte observavit Classenus Dionysium Halicarnasensem (de Thuc. cap. 28 et 29) non legisse in exemplari suo totum locum, qui est inde a verbis καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ usque ad vocabula: τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ.

Prope finem huius capitis turpe glossema obsidet verba: καὶ ἡ μετὰ ψήφου ἀδίκου [καταγνώσεως] ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν ἑτοῖμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονικίαν ἐκπιμπλάναι.

Cap. 97. ὑπέφευγον γὰρ οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐκάθηντο ἐπὶ τῶν λόφων τῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως. Absurde sic scribitur; non enim poterant iidem homines simul *fugere* et *sedere*. Ita certe requireretur ἐκάθιζον. Sed procul dubio corrigendum ὑπέφυγον, i. e.

Digitized by Google

subterfugerant (et nunc *sedebant*). Non opus esse in ea re Plusquamperfecto, neminem Graece peritum latebit.

Cap. 98 initio. Μέχρι μὲν οὖν οἱ τοξόται εἶχόν τε τὰ βέλη αὐτοῖς καὶ οἷοί τε ἦσαν χρῆσθαι, οἱ δ' ἀντεῖχον· τοξευόμενοι γὰρ οἱ Αἰτωλοὶ [ἄνθρωποι ψιλοὶ] ἀνεξέλλοντο. Suspecta mihi sunt quae sepsi uncinis. Nam ne ὁπλῖται quidem sagittis sunt invulnerabiles et ipsi sagittarii non minus ψιλοί erant quam Aetoli. Videntur autem ista vocabula huc adscripta esse e sequentibus: οἱ δ' Αἰτωλοὶ ἐσακοντίζοντες πολλοὺς μὲν αὐτοῦ ἐν τῇ τροπῇ κατὰ πόδας αἱροῦντες ἄνθρωποι ποδώκεις καὶ ψιλοὶ διέφθειρον, ubi sunt aptissima. Vide etiam cap. 112 med.

Cap. 115. ἀναχωρήσαντες δ' ἐς Ῥήγιον Πυθόδωρον τὸν Ἰσολόχου, Ἀθηναίων στρατηγὸν, καταλαμβάνουσιν ἐπὶ τὰς ναῦς διάδοχον ὧν ὁ Λάχης ἦρχε. Praepositio ἐπὶ cum Acc. neque cum καταλαμβάνουσιν iungi potest neque cum διάδοχον. Scriba proclivi errore CTPATHΓONKATAΛAMBANOTCIN legisse videtur pro CTPATHΓONHKONTAKATAΛAMBANOTCIN, i. e. στρατηγὸν ἥκοντα κατελαμβάνουσιν ἐπὶ τὰς ναῦς διάδοχον κτέ.

Libri IV cap. 6. ἅμα δὲ πρῷ ἐσβαλόντες. Vocula πρῷ *de primo vere* quamvis parum usitatum satis defendi videtur usu adiectivorum πρῷος et πρῷμος, similiter anni tempestatem spectantium. Quod autem substituendum proposuit in Herme Meinekius ἦρι eo minus probandum, quod ita unusquisque lector contra mentem historici ἅμ' ἦρι coniunctim lecturus erat.

Cap. 8. ἐλπίζοντες ῥᾳδίως αἱρήσειν οἰκοδόμημα διὰ ταχέων εἰργασμένον καὶ ἀνθρώπων ὀλίγων ἐνόντων. De *militibus* quia sermo est, nescio an corrigendum sit ἀνδρῶν pro ἀνθρώπων, nisi forte vocabulum est glossatoris additamentum.

Cap. 11. ἐβόα λέγων ὡς οὐκ εἰκὸς εἴη ξύλων φειδομένους κτέ. Naberus (Verslagen en mededeelingen der Kon. Acad. van wetensch. afd. lett. 1870) pro ξύλων coniecit κάλων, ut Brasidas usus esse putetur vocabulo Laconico, quod est in nota epistola apud Xenophontem in Hellenicis: ἔρρει τὰ κᾶλα κτέ. Quae non solum incertissima, sed etiam parum probabilis me iudice suspicio est. Nam cur ξύλα hic naves recte dici dubitemus, neutiquam assequor. Immo h. l. ex mea quidem sententia multo aptius est ad contemptum significandum quam vocabulum, quod

Digitized by Google

pro ναῦς usu receptum fuisse videtur apud Lacones. Non sine allusione ad ipsum illud κᾶλα in Hippocratis ad ephoros epistola Xenophon Hell. I, 1 § 24 sic pergit: Φαρνάβαζος δὲ παντὶ τῷ τῶν πελοποννησίων στρατεύματι καὶ τοῖς συμμάχοις παρακελευσάμενος μὴ ἀθυμεῖν ἕνεκα ξύλων ὡς ὄντων πολλῶν ἐν τῇ βασιλέως, ἕως ἂν τὰ σώματα σῶα (l. σᾶ) ᾖ. Apud Aristophanem Eq. 1046 e libro Ravennati reponendum: ὁ σιδηροῦν τεῖχός ἐστι καὶ ξύλων. Cf. *Appendix ad Studia Critica in poetas scenicos Graecorum* pag. 30. Vide etiam Plutarchi locum in vita Aristides cap. X, ubi Mardonius νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις χερσαίους ἀνθρώπους οὐκ ἐπισταμένους κώπην ἐλαύνειν.

Cap. 14 extr. ἔμενον κατὰ χώραν [ἐπὶ τῇ Πύλῳ]. Recte me expunxisse tria ultima vocabula St. Thuc. p. 51 etiam inde confirmatur, quod formula μένειν κατὰ χώραν apud nostri imitatorem Dionem Cassium frequentissime obvia ubique legitur sine additamento.

Cap. 18 καίτοι οὔτε δυνάμεως ἐνδείᾳ ἐπάθομεν αὐτὸ οὔτε μείζονος προσγενομένης ὑβρίσαντες, ἀπὸ δὲ τῶν ἀεὶ ὑπαρχόντων γνώμῃ σφαλέντες, ἐν ᾧ πᾶσι τὸ αὐτὸ ὁμοίως ὑπάρχει. Verba et obscura et propter repetitum sine causa idonea idem verbum parum elegantia. At Thucydides, si eius mentem bene assecutus sum, scriptum reliquit: ἀπὸ δὲ τῶν ἀεὶ ὑπαρχόντων γνώμης σφαλέντες ἐν ᾧ (i. e. ἐν τούτῳ ἐν ᾧ, scil. *in belli fortuna*) πᾶσι ταὐτὸν ὁμοίως ἔστι πάσχειν. Nempe ταὐτὸν (sive τοῦτο malis mecum) est ipsum illud γνώμης σφαλῆναι. Facillime confundi potuisse ᾧ᾽ πάσχει et ὑπάρχει, idque eo facilius, ubi modo praecesserat ὑπαρχόντων, nemo facile negabit.

Cap. 19. εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν παρατυχούσης τινὸς σωτηρίας, εἴτε καὶ ἐκπολιορκηθέντες μᾶλλον ἂν χειρωθεῖεν. Vocula ἄν non transponenda cum Krügero ante διαφύγοιεν, sed delenda videtur. Contra βίᾳ locum magis idoneum nanciscetur transposita in locum particulae conditionalis. Χειροῦν s. χειροῦσθαι βίᾳ et πρὸς βίαν familiarem Graecis esse compositionem in vulgus notum est.

Cap. 32 init. ἅμα δὲ ἕῳ [γιγνομένῃ]. Homericum est ἅμ᾽ ἠοῖ φαινομένῃφι, sed exemplum desidero, ubi Atticus scriptor pedester frequentissimae formulae ἅμ᾽ ἕῳ addiderit participium. Quare non possum, quin magistello tribuam γιγνομένῃ.

Digitized by Google

Cap 41. πέμψαντες σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἐλήζοντο τὴν Λακωνικὴν καὶ πλεῖσα ἔβλαπτον ὁμόφωνοι ὄντες, οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀπαθεῖς ὄντες ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ [ληϊσίας καὶ] τοιούτου πολέμου κτέ. Vocabula inclusa vide ne sint interpretis.

Cap. 55 med. ἔς τε τὰ πολεμικὰ, εἴπερ ποτὲ, μάλιστα δὴ ὀκνηρότεροι ἐγένοντο. Haec verba non satis intellego, nisi inserta post μάλιστα δὴ vocula τότε. Nemo enim μάλιστα δὴ, aut cum πολεμικά aut cum ὀκνηρότεροι ἐγένοντο iungi posse contendet.

In extremo capite Thucydides dare potuerat: πᾶν ὅτι κινήσειαν ᾤοντο ἁμαρτήσεσθαι διὰ τὸ τὴν γνώμην ἀνεχέγγυοι (pro ἀνεχέγγυον) γεγενῆσθαι ἐκ τῆς πρὶν ἀηθείας τοῦ κακοπραγεῖν. Dicitur enim ἐχέγγυος tam de personis quam de rebus. Cf. Plut. Aem. Paull. cap. 8, Public. 3, Soph. O. C. 285. Ita tametsi rescribendum esse pro certo affirmare non ausim, rogatos tamen velim me peritiores, annon pugnet pro illa lectione omissum pronomen αὐτῶν vel αὐτοῖς.

Cap. 56 init. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις τότε τὴν παραβαλάσσιον δῃοῦσι τὰ μὲν πολλὰ ἡσύχασαν ὡς καθ' ἑκάστην φρουρὰν γίγνοιτό τις ἀπόβασις, πλήθει [τε] ἐλάσσους ἕκαστοι ἡγούμενοι εἶναι καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ. Verba sic scripta nullam sanam admittentia interpretationem facillima erunt ad intellegendum, si mutato mecum καί in ὡς, quocum confundi solet in codicibus, deleveris vocalem τε post πλήθει, loco iam corrupto insertam a correctore, ut responderet sequenti copulae. Ὡς ἐν τῷ τοιούτῳ significat: *utpote in hoc rerum statu.* Quippe Peloponnesii omnem fiduciam amiserant. Cf. cap. 55. Classenus locum sic interpretatur, quasi scriptum exstaret: πλήθει τε ἐλάσσους ἕκαστοι ἡγούμενοι εἶναι καὶ ὄντες ἐν τῷ τοιούτῳ. Quam interpretationem mihi certe non probavit. Si tamen vera est, inserendum saltem erit participium.

Cap. 60 extr. τιμωρίᾳ γὰρ οὐκ εὐτυχεῖ δικαίως, ὅτι καὶ ἀδικεῖται, οὐδ' ἰσχὺς βέβαιον, διότι καὶ εὔελπι. Badhamus *Adhort.* p. 18 pro δικαίως ὅτι reposuit διότι, sed refellitur loco Cassii Dionis XLIV 27: οὔτε τὸ πλεονεκτούμενον ἔν τινι πάντως εὐτυχεῖ, ὅτι καὶ ἀδικεῖται, οὔτε τὸ δυνάμει προῦχον πάντως κατορθοῖ, διότι καὶ προήκει. Unde pro δικαίως, quod permire dictum est, correxerim πάντως, quem ad modum Dionem legisse probabile fit ex alio quoque loco, qui est in excerptis

Digitized by Google

Vaticanis ed. Dind. p. 6, 4. Eadem Thucydidis sententia Cassio obversata videtur XXXVIII 36 § 2.

Cap. 63 init.: καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς [παρόντας Ἀθηναίους] κατ' ἀμφότερα ἐκπλαγέντες. Reiskium melius quondam correxisse τοὺς pro τὸ quam nuper Badhamum φοβερόν pro φοβερούς probavit mihi eiusdem Dionis, quam nemo Thucydidem emendaturus impune negleget, diligens perscrutatio. Vide Dionis locum in Dindorfii editione p. 79, 49, unde simul tibi apparebit non iniuria me Stud. Thuc. p. 149 suspecta habuisse ut magistelli additamentum vocabula παρόντας Ἀθηναίους. Duce eodem (p. 72, 11) suspicor ultima huius capitis verba: ἀλλὰ καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν sic emendanda esse: ἀλλὰ κἂν ἄρα εὐτυχῶμεν, non enim prorsus sufficere videtur, quod codicum vestigia minus presse secutus Cobetus proposuit: ἀλλὰ κἂν εὐτυχῶμεν. Inversa ratione a Thucydide (cap. 64) Dio LXII, 4 § 3 accipiat: καὶ ἓν ὄνομα κοινὸν κεκλημένους pro librorum lectione κεκτημένους, gratiam ei redditurus. Nam confirmare hic locus videtur, quod dudum suspicabar, loco Thucydideo nomen proprium Σικελιώτας esse insiticium. Non his contentus beneficiis recte scribi confirmat cap. 67 verba: εἰάθεσαν ἐπὶ (l. ἐφ') ἁμάξῃ πείθοντες τὸν ἄρχοντα διὰ τῆς τάφρου κατακομίζειν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ἐκπλεῖν, ubi Krügerus aut deletam malit praepositionem ἐπὶ aut scriptum ἐφ' ἁμάξης. Scribit enim Dio LXVIII 26: τὰ πλοῖα — ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἤγαγεν ἐφ' ἁμάξαις.

Cap. 68 prope finem: ἐς κίνδυνον φανερὸν τὴν πόλιν καταγαγεῖν. Expectabam verbum simplex ἀγαγεῖν. Praepositio potuit adhaerere e superscripto glossemate κατασχῆσαι.

Cap. 69 ἀρξάμενοι δ' ἀπὸ τοῦ τείχους ὃ εἶχον καὶ διοικοδομήσαντες τὸ πρὸς Μεγαρέας κτέ. Ultima verba interpretantur *de muro ducto inter ambas longorum murorum tibias.* Qualis muri quae fuerit utilitas nequaquam perspicio, neque articulus de muro nondum exstanti, sed qui nunc demum exstruitur, ferri posse videtur. Procul dubio locus vitium contraxit, neque id ad corrigendum perdifficile. Transpositis enim vocabulis τῆς Νισαίας, quae codd. exhibent post θάλασσαν, ad hoc exemplum locum constituendum existimo: ἀρξάμενοι δ' ἀπὸ

Digitized by Google

τοῦ τείχους ὃ εἶχον καὶ διοικοδομήσαντες τὸ πρὸς Μεγαρέας τῆς Νισαίας, ἀπ' ἐκείνου ἑκατέρωθεν ἐς θάλασσαν τάφρον τε καὶ τείχη διελομένη ἡ φρατιὰ ἔκ τε τοῦ προαστείου (Nisaeae scil.) λίθοις καὶ πλίνθοις χρώμενοι καὶ κόπτοντες κτέ. Narrat auctor, qua ratione fieret Nisaeae περιτείχισις. Facto initio a moenibus, quae tenebant, Atheniens-es et aedificato muro transverso ab ea parte Nisaeae quae spectat Megara, illinc utrimque fossam et moenia ducunt ad mare, ita ut Nisaea ab omni parte (partim moenibus et fossis partim mari) cingeretur. Muros autem aedificant lapidibus et lateribus e suburbio petitis. Murus, qui Megara spectabat, ducendus erat per longa moenia, quae Nisaeam cum urbe iungebant, *transversus*, quo pertinent quae narrat Thucydides capite extremo: καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μακρὰ τείχη ἀπορρήξαντες ἀπὸ τῆς τῶν Μεγαρέων πόλεως κτέ. Hinc etiam loco, quem tractamus, usus est verbo διοικοδομεῖν.

Cap. 73 initio quae leguntur pessime habita sunt a scribis, nec leni remedio corrigi posse videntur. Hoc enim videre mihi videor, verba καὶ αὐτοῖς ὥσπερ ἀκονιτὶ τὴν νίκην δικαίως ἂν τίθεσθαι et loco posita esse alieno et mendo laborare. Totum locum, de quo multa disputarunt viri docti, hoc modo tentavi: καλῶς δ' ἐνόμιζον σφίσιν ἀμφότερα ἔχειν, ἅμα μὲν τὸ μὴ ἐπιχειρεῖν προτέρους μηδὲ μάχης καὶ κινδύνου ἐκόντας ἄρξαι, ἐπειδή γ' ἐν φανερῷ ἔδειξαν ἑτοῖμοι ὄντες ἀμύνεσθαι, ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ πρὸς τοὺς Μεγαρέας ὀρθῶς ξυμβαίνειν. εἰ μὲν γὰρ μὴ ὥφθησαν ἐλθόντες, οὐκ ἂν ἐν τύχῃ γίγνεσθαι σφίσιν (cf. Dio C. 40, 54), ἀλλὰ σκοπῶς ἂν ὥσπερ ἠσσηθέντων σερηθῆναι εὐθὺς τῆς πόλεως· νῦν δὲ κἂν τυχεῖν αὐτοὺς Ἀθηναίους μὴ βουληθέντας ἀγωνίζεσθαι, ὡς' ἀμαχεὶ ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς (αὐτὰ σφίσιν?) ὧν ἕνεκα ἦλθον, καὶ [αὐτοῖς?] ὥσπερ ἀκονιτὶ τὴν νίκην δικαίως ἂν ἀνατίθεσθαι· ὅπερ καὶ ἐγένετο. Verba sic correcta interprete non indigent Ἀνατίθεσθαι iam coniecit Krügerus.

Mox suspicor: τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως κινδυνευούσης καὶ (etiam) τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν, χρόνον δ' ἐπισχόντες, ὡς οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων (οὐδ' ἀφ' ἑτέρων?) ἐπεχειρεῖτο, ἀπῆλθον πρότερον οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Νίσαιαν καὶ αὖθις οἱ Πελοποννήσιοι ὅθενπερ ὡρμήθησαν. Codices: τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἑκάσων κινδυνεύειν

Digitized by Google

εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν, χρόνον δὲ ἐπισχόντες, ὡς οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων ἐπεχειρεῖτο, ἀπῆλθον κτέ.

Accedat haec mea coniectura aliorum tentaminibus non paucis.

Cap. 75. καὶ — Λάμαχος — ὁρμήσας ἐς τὸν Κάληκα ποταμὸν ἀπόλλυσι τὰς ναῦς ὕδατος ἄνωθεν γενομένου καὶ κατελθόντος αἰφνιδίου τοῦ ῥεύματος. Adducto loco Xenophontis Memor. IV 3 § 14 ὁ κεραυνὸς ἄνωθεν ἀφίεται etiam hic ἄνωθεν interpretantur ἐξ οὐρανοῦ. Dubito num recte, quia et locutio ὕδωρ γίγνεται iam per se significans *pluit* eiusmodi additamentum respuere videtur, et opponitur in sequentibus κατελθόντος. Quare nescio an potius ἄνωθεν interpretandum sit *in partibus mediterraneis*. Non opus est rescribere ἄνω. Vide v. c. 108 prope initium. Qualis res sit quam narrat h. l. scriptor, non raro in patria nostra experientia docemur. Alvei tamen nostrorum fluminum ita comparati sunt, ut fluctuum vis sit adiacentibus agris quam navigiis infestior.

Cap. 80. ἐπεὶ καὶ τόδ' ἔπραξαν, φοβούμενοι αὐτῶν τὴν νεότητα καὶ τὸ πλῆθος. In quibusdam est τὴν σκαιότητα, sed neutrum vocabulum ferri potest. Adulescentulus olim conieci Thucydidem scripsisse, quo ducit loci sententia, νεωτεροποιίαν, sed quo tempore scribebam *Studia Thucydidea* (quae vide p. 60) mutationis vehementia deterritus huic coniecturae praetuli, quod postea in mentem venerat, γενναιότητα, i. e. ἀνδρείαν. Hodie tametsi fortes fuisse Heletas non negaverim, sentio tamen magis Spartanis metuendam fuisse *novarum rerum studium*, quo a bellis inde Messeniacis semper tenebantur Helotae. Et νεωτεροποιίαν revera ab historico profectum esse arguit fere locus Dionis Cassii procul dubio hinc expressus, qui legitur LXII 9 § 2 sic scriptus: μήτε οὖν τὸ πλῆθος αὐτῶν φοβηθῆτε καὶ τὴν νεωτεροποιίαν. Vocabulo noster usus est I, 102.

Cap. 85. καὶ γὰρ οὐ μόνον ὅτι αὐτοὶ ἀνθίσασθε, ἀλλὰ καὶ οἷς ἂν ἐπίω ἧσσόν τις ἐμοὶ πρόσεισι, δυσχερὲς ποιούμενοι εἰ ἐπὶ οὓς πρῶτον ἦλθον ὑμᾶς καὶ πόλιν ἀξιόχρεων παρεχομένους καὶ ξύνεσιν δοκοῦντας ἔχειν, μὴ ἐδέξασθε. Paullo nitidiora et melius Graeca haec verba olim ex historici calamo fluxisse mihi videntur. Necessarium enim arbitror: εἰ ἐφ' οὓς πρώτους ἦλθον ὑμᾶς, ὡς καὶ πόλιν ἀξιόχρεων παρεχομένους καὶ ξύνεσιν δοκοῦντας ἔχειν, μὴ ἐδέξασθε.

Digitized by Google

Capite 86 haud procul ab initio leniter adiuvanda scriptura codicum corrigendo: *οὐκοῦν ἀξιῶ οὔτ' αὐτὸς ὑποπτεύεσθαι, πίσεις γε διδοὺς τὰς μεγίστας, οὐδὲ* (pro *οὔτε*) *τιμωρὸς ἀδύνατος νομισθῆναι, προσχωρεῖν τε ὑμᾶς θαρσήσαντας.* Nam sententia est bimembris *οὔτε — τε*, sed prius membrum bipartito divisum per *οὐδέ*. Sic demum apparebit, recte habere, quod Poppo in *ἄλλως* vel *ἀδίκως* mutabat, *αὐτός*, quippe provocatum sequenti *ὑμᾶς*, cui e regione opponitur.

Cap. 87. *καὶ οὐκ ἂν μείζω πρὸς τοῖς ὅρκοις βεβαίωσιν λάβοιτε ἢ οἷς τὰ ἔργα ἐκ τῶν λόγων ἀναθρούμενα δόκησιν ἀναγκαίαν παρέχεται ὡς καὶ ξυμφέρει ὁμοίως ὡς εἶπον.* Dio XLIV 38 § 1 potius *λάβοι τις* ante oculos habuisse videtur, idque me iudice praestat. Vix enim Graecum videtur, certe durissime dictum, quod interpretantur *ἢ οἷς = παρὰ τούτων οἷς*. Rescripto autem *λάβοι τις*, commode *ἢ οἷς* positum erit pro *ἢ ἐκεῖνοι οἷς*. Deinde *εἶπον* est prima persona singularis, non tertia pluralis numeri.

Cap. 92 laborat interpunctio. Distingue: *πῶς οὐ χρὴ — ἐλθεῖν (παράδειγμα — διάκειται) καὶ γνῶναι — παγήσεται;*

Cap. 106. *καὶ τὸ κήρυγμα πρὸς τὸν Φόβον δίκαιον εἶναι ἐλάμβανον, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι διὰ τὸ ἄσμενοι ἂν ἐξελθεῖν, ἡγούμενοι οὐκ ἐν ὁμοίῳ σφίσιν εἶναι τὰ δεινὰ καὶ ἅμα οὐ προσδεχόμενοι βοήθειαν ἐν τάχει, ὁ δ' ἄλλος ὅμιλος πόλεώς τε [ἐν τῷ ἴσῳ] οὐ ξερισκόμενοι καὶ κινδύνου παρὰ δόξαν ἀφιέμενοι.* Vocabula inclusa deleverim olim, ut videtur, sive comparandi sive interpretandi causa adscripta formulae *ἐν ὁμοίῳ*. Mox expectabam: *ὁ δὲ Θουκυδίδης καὶ αἱ νῆες τῇ αὐτῇ* (sive *τῇ αὐτῇ ταύτῃ* pro *ταύτῃ τῇ*) *ἡμέρᾳ ὀψὲ κατέπλεον ἐς τὴν Ἠιόνα.*

Cap. 108 versus finem: *ὧν αἰσθόμενοι οἱ μὲν Ἀθηναῖοι Φυλακὰς, ὡς ἐξ ὀλίγου καὶ ἐν χειμῶνι, διέπεμπον ἐς τὰς πόλεις, ὁ δ' ἐς τὴν Λακεδαίμονα* (scil. *ἔπεμπεν*) *ἐφιέμενος στρατιὰν [τε] προσαποστέλλειν [ἐκέλευε], καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Στρυμόνι ναυπηγίαν τριήρων παρεσκευάζετο.* Sic demum, deletis emblematis, perspicitur qua vi Thucydides usus sit participio *ἐφιέμενος*, quod non sine causa male habuit viros doctos. Misit Brasidas Lacedaemonem, novas ut sibi copias mitterent *mandans*.

(*Continuabitur.*)

H. VAN HERWERDEN.

Digitized by Google

FRONTONIANA.

Epistularum ad M. Caesarem lib. I, 2, p. 3 [1]). *Quid ego ista mea fortuna satis dixerim, vel quomodo istam necessitatem meam durissimam condigne incusavero?*

Haec verba, quoniam sententiam, quae intelligi posset, plane nullam praeberent, virorum doctorum alii alio modo emendare conati sunt. Quorum tamen nemo ea proposuit, quae Nabero probanda visa sunt; vulgatam lectionem enim intactam reliquit. Nisi vero omnia fallunt, aegra sententia sanari potest scribendo: *Quid ego istam meam fortunam, satius dixerim istam necessitatem meam durissimam, condigne incusavero?* Nescio an inepta illa *vel quomodo* ludi cuidam magistro debeantur, qui v.v. *satius dixerim* quodammodo interpretari conatus sit. *Satius dicam* pro vulgari *potius dicam* invenies apud Varronem R. R. I, 2ad. fin.

In eadem Ep. paulo post haec leguntur: *Et tu me amicum vocas, qui non abruptis omnibus cursu concito pervolo.*

Pro *omnibus*, quod Iacobsii coniecturae debetur, Maius in Codice *domibus* se legisse testatur. Contra Naberus re vera legi OCMIB affirmat, duas primas litteras vero incertas esse. Quum verbum desiderari satis manifestum videatur fere idem valens, quod *vinculum*, *ligamentum*, haud inepte conicias veram lectionem esse *nexibus*. *Nexus* pro *vincula* apud Tacitum legere potes, (Ann. III, 28) haec scribentem: *apud quos exsoluti plerique legis nexus modicum in praesens levamentum fuere.*

I, 6, p. 15. *Hiemps est et crudum mare hibernum est; adesse non potuit.*

Aut fallor, aut *crudum mare* quale tandem sit, nullo modo

1) Editione usus sum, quae Naberi curis a. 1867 in lucem prodiit.

Digitized by Google

intelligi potest. Heindorfius *dudum* corrigere maluit, quam vulgata lectione acquiescere. Equidem praetulerim *hiemps est et clusum mare hibernum; adesse non potuit.*

II, 6, p. 30. *Postquam ad te proxime scripsi, postea nihil operae praetium quod ad te scriberetur, aut quod monitum ad aliquem modum iuvaret. Nam διὰ τῶν αὐτῶν fere dies tramisimus. Idem theatrum, idem odium, idem desiderium tuum.*

Forsitan M. Caesar, urbis oblectamentorum varii generis taedio affectus, scripserit *idem theatrum, idem odeum, idem desiderium tuum.* De Odeo cf. quae disputat Friedlaenderus, Darstellungen III, p. 254.

II, 6, p. 31. *Caelum neapolitanum plane commodum, sed vehementer varium. In singulis scripulis horarum frigidius aut tepidius aut horridius fit.*

Immo vero *torridius*; in seqq. enim meridiem fervidam fuisse legimus.

III, 12, p. 49. *Quid est igitur? quod verum dicere ex te disco. Ea res* [verum dicere] *prorsum diis hominibusque ardua.*

Verba, quae uncis inclusi, expungenda videntur, ut quae male e praecedentibus repetita sint.

III, 15, p. 52. *Quibus ille* [i. e. Socrates] *nodis Protagoram et Polum et Thrasymachum et sophistas ceteros versare atque inretire solitus?*

Pro *modis* nescio an rectius scripseris *nodis* i. e. difficilibus quaestionibus vel interrogationibus, quibus satisfacere arduum est. Cf. Coel. ad Cic. Fam. 8, 11, 1: *Acriter nos tuae supplicationes torserunt, incideramus enim in difficilem nodum;* Iuven. Sat. 8, 50: *Qui iuris nodos et legum aenigmata solvat.*

III, 6, p. 54. *Haec mecum anxie volutans inveniebam te multum supra aetatem quanta est, multum supra tempus, quo operam his studiis dedisti, multum etiam supra opinionem meam.... in eloquentia promovisse.*

Pro *quanta* requiro *quantula*, quo verbo aptius credo significatur, Caesarem teneriore etiam tum aetate fuisse. Codex habet *quantus*, cum correctura *quantum.*

IV, 1, p. 59. *Omnes deinde paulatim vitia insita exuerent, virtutem sectarentur, probitatem condiscerent; pudore impudentiam, obsequio contumeliam, benignitate malivolentiam commutarent.*

Digitized by Google

Quia post *obsequio* verbum desideratur e regione ei oppositum, pro *contumeliam contumaciam* reponendum est.

Ibid. *Nec tamen dissimulaverim multo hoc esse difficilius, quam ut faerae ac leones cithara mitigentur.*

Parum dubito, quin *pantherae ac leones* Frontoni restituendum sit.

IV, 3, p. 62. *Nam praeter hos, partim scriptorum animadvertas particulatim elegantis, Novium et Pomponium et id genus in verbis rusticanis et iocularibus ac ridiculariis, Attam in muliebribus, Sisennam in lasciviis, Lucilium in cuiusque artis ac negotii propriis.*

Inepte Attae hoc laudi datur, quod verbis *muliebribus* usus est. Ni fallor enim muliebria verba mollia sunt et enervata, quae suco carent et sanguine. Ad Ciceronem provoco, apud quem (Tusc. 2, 6, 15) de enervata muliebrique sententia mentionem factam esse video. Frustra locum quaesivi, ubi adiectivum *muliebris* translata significatione cum laude dictum sit. Potius crediderim, quaemadmodum Novium et Pomponium in verbis rusticanis, ita Attam in *scurrilibus* i. e. urbanis elegantem fuisse. Etenim satis notum est, scurras aliquoties cum laude quadam homines urbanos vocatos esse, comes et elegantes, qui assidue in urbe essent, numquam in agris. Cf. Plaut. Trin. I, 2, 165: *urbani assidue cives, quos scurras vocant;* Most. I, 1, 14: *Tu urbanus vero scurra, deliciae populi, rus mihi tu obiectas?* Quae quum ita sint, *scurrilis* interdum idem valere vides quod *urbanus, facetus, elegans.* Cf. Valerius Max. 8, 8, 3: *Ut enim in rebus seriis Scaevolam sic in scurrilibus lusibus hominem agebat*; in quibus *scurrilis* cum laude dictum esse vides.

V, 36, p. 86. *Si te in provincia, mi magister, adierit Themistocles quidam, qui se Apollonio, magistro meo dicat philosophiae cognitum, eum esse qui hac hieme Romam venerit et mihi voluntate magistri per filium Apollonium sit demonstratus: ei tu, mi magister, velim quod possis bene facias, bene suadeas.*

In Codice legitur *eum sese;* Maius correxit *eum esse;* mihi vero potius scribendum videtur *eumque se esse.*

Ad Antoninum lib. II, 5, p. 107. *Omnes autem Ciceronis epistulas legendas censeo mea sententia, vel magis quam*

Digitized by Google

omnes eius orationes. Epistulis Ciceronis nihil est perfectius.

Haud leviter offendunt v.v. *mea sententia* praecedens *censeo* continuo sequentia. Fieri potest, ut librarii nescio cuius socordia de suo loco migraverint, Fronto autem revera scripserit: *Omnes autem Ciceronis epistulas legendas censeo, vel magis quam omnes eius orationes. Mea sententia epistulis Ciceronis nihil est perfectius.*

Ad Verum II, 1, p. 128. *His te consiliis, Imperator, a prima pueritia tua non circus profecto nec lorica, sed libri et litterarum disciplinae imbuebant. Cum multa eiusmodi consiliosa exempla in historiis et in orationibus lectitares, ad rem militarem magistra eloquentia usus es.*

Vehementer in his displicet v. *circus*. Sententia enim verbum desiderare videtur, quod cum *lorica* coniunctum rem militarem translate significet. Veram igitur lectionem *arcus* esse suspicor.

II, 1, p. 129. *Ipsum hoc tuum a te diu[ti]na prudentia consultum, quod non ante signis conlatis manum cum hostibus conseruisti.*

Potius *diuina* olim scriptum esse crediderim.

De orationibus, p. 157. *Primum illud in isto genere dicendi vitium turpissimum, quod eandem sententiam nulliens alio atque alio amictu indutam referunt. Ut histriones, quum palleolatim saltant, caudam cycni, capillum Veneris, Furiae flagellum eodem pallio demonstrant.*

Intelligere possum histriones saltantes eadem pallii lacinia et capillum Veneris demonstravisse et Furiae flagellum. Insignia enim demonstraverunt, quibus utriusque deae imagines conspicuae fuerunt. At haereo in cauda *cycni*. Iam primum quaestio oritur, cuiusnam cycni caudam expresserint. Nempe regis illius Ligurum, Stheneli filii, vel potius Neptuni et Calyces filii, quos utrosque in Cycnos conversos esse fabula erat (Ovid. Met. 2, 367; 12, 72 sqq.). Histriones enim fere solebant in primis deorum dearumve vel semideorum hominum imagines saltando et gesticulando referre (cf. Lucian. *περὶ ὀρχήσεως* 63 et 83; Athen. I, 39; Iuv. Sat. 6, 63). Hoc est aliquid, fateor. At cycnus, opinor, non magis quam quaevis alia natans avis, cauda tam longa conspicuus est, ut pallii lacinia apte demonstrari posset. Caudam

Digitized by Google

autem ea magnitudine, ut tali modo referri posset, non nisi deorum marinorum effigies habebant. Quamobrem veram lectionem esse suspicor *caudam Glauci*. Testis mihi quodammodo Velleius est, qui (II, 83) scribit, Plancum in convivio quodam nudum caputque redimitum arundine et caudam trahentem Glaucum saltasse. Cf. Nerei effigies apud Panofkam, Musée Blacas, tab. 20.

Deinceps haec leguntur: *ita isti unam eandemque sententiam multimodis faciunt, ventilant, commutant.*

In *disfaciunt* nescio an *dispandunt* lateat, quod certe cum loci sententia haud inepte congruere videtur.

Ad amicos I, 1, p. 173. *Paulatim denique iste* [i. e. commendandi] *mos progressus est, ut etiam eos, qui .... iudicio disceptarent, non tamen improba res videretur iudicibus ..... commendare.*

Inter *denique* et *iste* intercidisse videtur *eo*.

Principia historiae, p. 207. *Primus ipse in agmine haud saepius equo vehi quam pedibus fatisci: tam solem torridum facile quam diem serenum ferre: pulverem confertum pro nebulis pati.*

Inepte hoc laudi datur Lucio, quod *solem torridum* tam facile tulit quam diem serenum. Nam quum nisi die sereno sol torrere non soleat, qui solem torrentem fert, et fert opinor diem serenum. Pro *solem torridum* scribas velim *caelum turbidum* i. e. triste et nubibus obscuratum. Cf. Plin. Ep. 8, 17: *immite et turbidum caelum*; Plin. N. H. 11, 10, 10: *turbidi dies.*

Laudes neglegentiae p. 215. *Adversus diligentis ... et circumspectos et exsultantis opibus fraudes et captiones et insidiae parantur.*

Malim *consultantis*, quod loci tenori accommodatius videtur.

De bello parthico p. 221. *Fac memineris et cum animo tuo cogites, G. Caesarem atrocissimo bello Gallico cum alia multa militaria, tum etiam duos de Analogia libros scrupulosissimos scripsisse: inter tela volantia de nominibus declinandis, de verborum aspirationibus et rationibus inter classica et tubas.*

Docemur hoc loco, Caesarem bello Gallico et multa scripta militaria et duos de Analogia libros scripsisse. Scripta illa

Digitized by Google

militaria quin Commentarii sint, nemini dubium erit, etsi nusquam alibi, quantum scio, illo nomine appellati sunt. Praeterea iure quodam miraris, qui tandem *multa* fuisse noster affirmare potuerit. At hoc in primis Frontonem agere vides, ut libros illos de Analogia scrupulosissime conscriptos esse sciamus. In huius rei significatione omnis sententiae vis tam penitus posita est, ut verbum desiderare nequeas, quo quaemadmodum alia scripta illa composita essent, indicetur, et quidem eiusmodi verbum, quod scrupuloso apte opponi possit. Qua de causa Frontonem monuisse suspicor, Caesarem ut libros de Analogia *scrupulosissimos* (i. e. cum cura et studio compositos) sic alia mul*ta tumultuaria* (i. e. sine praemeditatione et subito) scripsisse. Scripta autem illa tumultuaria non Commentarii tantum sed Epistolae etiam intelligenda sunt.

De Feriis Alsiensibus III, p. 225. *Nam qua te dicam gratia Alsium maritimum et voluptarium locum et, ut ait Plautus, locum lubricum delegisse, nisi ut bene haberes genio?*

Si *bene haberes* retinere vis, cum Heindorfio *genium* corrigas fere necesse est. At *genium bene habere* num Latinum sit dubitare audeo. Malim pro *haberes*, *faceres* corrigere Coll. Plaut. Pers. 2, 3, 11: *Genio meo multa bona faciam.*

Ibid. p. 226. *Quid? Numa senex sanctissimus nonne inter liba et decimas profanandas et suovetaurilia mactanda aetatem egit, epulorum dictator, cenarum libator, feriarum promulgator?*

Vv. *epulorum dictator* quid sibi velint, extra meum cadere intellectum ingenue confiteor. Re vera olim scriptum esse conicio *templorum dicator*. Quicunque autem v. *dicator* improbare velit, tamquam prorsus novum et inauditum, is mihi reputet quaeso v.v. *libator* et *promulgator*, praeter hoc loco, nusquam apud quemquam legi scriptorem.

De nepote amisso, p. 235. *Quod cuique potui, pro copia commodavi. Merentibus promtius, immerentibus audacius opem tuli.*

Haud diffidenter affirmare ausim *audacius* spurium esse, Frontonemque re vera scripsisse, id quod sententia flagitat, *cunctantius.*

J. J. CORNELISSEN.

Scr. Dav. d. XXIV Nov.

Digitized by Google

MISCELLANEA
PHILOLOGICA ET CRITICA

SCRIPSIT C. G. COBET.

CAPUT II.

Ad Crateri ψηφισμάτων συναγωγήν.

Erat Athenis tabularium in aede Matris deorum in foro iuxta curiam. Supercrat etiam quum Pausanias Hadriano imperante Athenas viseret. Pausan. I. 3. ὃ ᾠκοδόμηται δὲ καὶ μητρὸς θεῶν ἱερὸν — καὶ πλησίον (τὸ add.) τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον. Ante aedem erat ara, in qua sedebant supplices qui civium opem implorabant. Aeschines *in Tim.* § 60. ἔρχεται γυμνὸς εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ καθίζει ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Tabularium saepe commemoratur ab Oratoribus. Demosthenes *de Corona* p. 381. 1. ἐν τοῖς κοινοῖς τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐν τῷ Μητρῴῳ ταῦτ' ἐστιν ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται. Aeschines *in Ctesiph.* p. 80, 32. ἐν τῷ Μητρῴῳ παρὰ τὸ βουλευτήριον. Dinarchus κατὰ Δημοσθένους p. 101, 12. παρὰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣ πάντων τῶν ἐν τοῖς γράμμασι δικαίων φύλαξ τῇ πόλει καθέστηκεν. Aeschines *in Ctesiph.* p. 64, 21. καλόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καλὸν ἡ τῶν δημοσίων γραμμάτων φυλακή· ἀκίνητον γάρ ἐστι καὶ οὐ συμμεταπίπτει τοῖς αὐτομολοῦσιν ἐν τῇ πολιτείᾳ, et *de Falsa Legat.* p. 40, 3. κάλλιστον γὰρ οἶμαι πρᾶγμα καὶ χρησιμώτατον τοῖς διαβαλλομένοις παρ' ὑμῖν γίγνεται. καὶ γὰρ τοὺς χρόνους καὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τοὺς ἐπιψηφίσαντας ἐν τοῖς δημοσίοις γράμμασι τὸν ἅπαντα χρόνον φυλάττετε, et ibid. p. 35, 28. οἱ μὲν χρόνοι τῆς αἱρέσεως [ὅτε ἐξεπέμφθησαν] καὶ τὰ τῶν

Digitized by Google

πρεσβευσάντων ὀνόματα ἐν τοῖς δημοσίοις ἀναγέγραπται γράμμασιν, ubi expungenda sunt verba ὅτε ἐξεπέμφθησαν, cuiusmodi insulsa emblemata apud Aeschinem pullulant.

Servabantur ἐν τῷ Μητρῴῳ primum Leges, deinde τὰ ψηφίσματα τά τε τῆς βουλῆς καὶ τὰ τοῦ δήμου, et praeterea aliae tabulae publicae omne genus. De legibus et alii testes sunt et Harpocration v. Μητρῷον: Λυκοῦργος ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, τοὺς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν τῷ Μητρῴῳ· δηλοῖ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου, et accusator Aristogitonis (Demosth. p. 799) »si *spretis legibus omnibus*, inquit, istum absolveritis, πῶς εἰς τὸ Μητρῷον βαδιεῖσθε, ἄν τι βούλησθε. Et Solonis quidem leges ἐν τῷ Πρυτανείῳ servabantur (Pausan. I. 18. 3. πλησίον δὲ τὸ Πρυτανεῖον, ἐν ᾧ νόμοι οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι), reliquae omnes ἐν τῷ Μητρῴῳ. Servabantur ibidem τὰ ψηφίσματα eaque αὐτόγραφα ab antiquissima inde memoria post Urbem a Persis recuperatam usque ad bellum Mithridaticum et captas a Sylla Athenas [1]). Ἀπελλικῶν ὁ Τήϊος, Aristionis tyranni familiaris, nomine magis quam re philosophus Peripateticus φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος (Strabo XIII. p. 609 Casaub.) homo locupletissimus magnam vim librorum coëmit et in his πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία (Strabo l. l.). Idem tabularii praefecto largitione corrupto antiquissima ψηφίσματα αὐτόγραφα ἐκ τοῦ Μητρῴου surripuit. Audi Posidonium in luculentissimo fragmento apud Athenaeum V. p. 214. D. ἐκπέμψας εἰς τὴν νῆσον (Δῆλον) Ἀπελλικῶντα τὸν Τήϊον, πολίτην δὲ Ἀθηναίων (leg. Ἀθηναῖον) γενόμενον, ποικιλώτατόν τινα καὶ ἀψίκορον ζήσαντα βίον· ὅτε μὲν γὰρ ἐφιλοσόφει (καὶ del.) τὰ περιπατητικὰ καὶ τὴν Ἀριστοτέλους βιβλιοθήκην καὶ ἄλλας συνηγόραζε συχνάς· ἦν γὰρ πολυχρήματος· τά τε ἐκ τοῦ Μητρῴου τῶν παλαιῶν ΑΤΤΟΓΡΑΦΑ ψηφίσματα ὑφαιρούμενος ἐκτᾶτο καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων εἴ τι παλαιὸν εἴη καὶ ἀπόθετον. Luculentum et disertum testimonium est, idque Posidonii gravissimi et eruditissimi viri et illorum temporum aequalis: τὰ ἐκ τοῦ Μητρῴου τῶν παλαιῶν ΑΤΤΟΓΡΑΦΑ ψηφίσματα Apellicon surripuit.

1) Quae Demosthenes commemorat *Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους ψηφίσματα de Fals. Leg.* § 303. Τίς ὁ τοὺς μακροὺς καὶ καλοὺς λόγους ἐκείνους δημηγορῶν καὶ τὸ (leg. τὰ) *Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους ψήφισμα* (leg. ψηφίσματα) *ἀναγιγνώσκων*; non ex tabulario sed *fama* accepta esse res ipsa loquitur.

Digitized by Google

Ergo supererant etiam tum et aliorum et (ut infra videbimus) Periclis ψηφίσματα *ipsius manu scripta*. Haec omnia Sylla Romam abstulit. Plutarchus in vita Syllae cap. 26 Sylla ab Epheso Athenas reversus, inquit, μυηθεὶς ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλικῶντος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, et Strabo XIII p. 609. εὐθὺς μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτὴν Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην (ὁ del.) τὰς Ἀθήνας ἐλών. Et Strabo et Plutarchus multis narrant libros Aristotelis et Theophrasti tum primum Romae in lucem editos sed mendis erroribusque obsitos socordia scribarum. Antiqua ψηφίσματα nemo posthac commemorat et haud ita multo post flammis et incendio, ut plerosque in urbe Roma libros, absumta esse credibile est.

Non tamen omnia funditus perierunt. Craterus enim aliquis sive, ut Meinekius Niebuhrio credidit, »*Crateri Macedonis ex Phila filius, Antigoni regis frater uterinus*", sive, ut mihi quidem multo veri similius videtur esse, antiquarius aliquis eiusdem nominis neque regio genere ortus et aetate aliquanto recentior, τὰ τῶν παλαιῶν αὐτόγραφα ψηφίσματα ἐκ τοῦ Μητρῴου descripta et commentario illustrata, in quo multis Historicorum et Comicorum veterum testimoniis usus est, edidit in lucem et modeste Ψηφισμάτων Συναγωγήν inscripsit. Fecit operae pretium Meinekius quum in Epimetro ad Stephanum Byzantinum p. 714 sqq. Crateri fragmenta undique collecta et ordine digessit et perdocta annotatione enarravit correxitque. In quibus quum mihi et alia quaedam paulo melius constituenda esse viderentur et corrigenda nonnulla, quae Meinekius inemendata reliquisset, et praesertim Crateri fragmenta insignem in modum augenda esse et locupletanda ex illis locis ubi sine auctoris nomine ita latebant ut tamen ἐκ τῆς Κρατεροῦ Συναγωγῆς esse satis appareret, placuit Meinekii Epimetro hunc veluti cumulum et alterum Epimetrum adiicere.

Harpocration v. Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λέγων Πλαταιᾶς γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ. οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν ὥσπερ οὐδὲ Κρατερὸς ἐν τῇ τῶν ψηφισμάτων συναγωγῇ. Manifesto mendosum est ὥσπερ οὐδὲ, quasi vero necesse esset de ea re scripsisse Craterum aut id inter omnes constaret. Quid multa? Corrige οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν ὡς

Digitized by Google

ἱστορεῖ Κρατερός. Sic est apud Schol. Arist. *Ran.* 320 ὡς ἱστορεῖ Κρατερὸς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ψηφισμάτων, et ad *Av.* 1037. καθάπερ Κρατερὸς ἱστορεῖ. Iam omnia sunt plana et perspicua. Non Harpocration negat id dixisse quemquam, sed Craterus historiae Atticae sedulus et impiger indagator et in Historicorum scriptis diu et multum versatus.

Neque tamen in animum possum inducere Neaerae accusatorem, quem ut non esse Demosthenem concedo, ita Demosthenis popularem esse et aequalem satis apud me constat, oculatum testem nos fallere ubi scribit p. 1377. Πλαταιῆς μόνοι τῶν Ἑλλήνων ἡμῖν ἐβοήθησαν Μαραθῶνάδε. — καὶ ἔτι καὶ νῦν τῆς ἀνδραγαθίας αὐτῶν ὑπομνήματα ἡ ἐν τῇ Ποικίλῃ σοᾷ γραφὴ δεδήλωκεν· ὡς ἕκαστος γὰρ τάχους εἶχεν εὐθὺς προσβοηθῶν γέγραπται, οἱ τὰς κυνᾶς τὰς Βοιωτίας ἔχοντες, tam plane arguunt oculatum testem de re omnibus nota dicentem, ut me quidem contra dicentis Crateri auctoritas nihil moveat, praesertim quum ei opponere liceat oculatum testem Pausaniam I. 15. 2. qui omnes ἐν τῇ Ποικίλῃ σοᾷ picturas descripsit et § 3. τελευταῖοι δέ, inquit, τῆς γραφῆς εἰσὶν οἱ μαχεσάμενοι Μαραθῶνι. Βοιωτῶν οἱ Πλάταιαν ἔχοντες καὶ ὅσον ἦν Ἀττικὸν ἴασιν ἐς χεῖρας τοῖς βαρβάροις. Mirabitur fortasse aliquis longam diem non multum de picturae veteris colore detraxisse, sed audiat Plutarchum in Aristide cap. 20. post victoriam Plataeensem, inquit, ἐξεῖλον ὀγδοήκοντα τάλαντα τοῖς Πλαταιεῦσιν ἀφ' ὧν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ᾠκοδόμησαν ἱερὸν καὶ τὸ ἕδος ἔζησαν καὶ γραφαῖς τὸν νεὼν διεκόσμησαν, αἳ ΜΕΧΡΙ ΝΥΝ ΑΚΜΑΖΟΥΣΑΙ διαμένουσιν. Vidit easdem picturas Plataeis in aede Minervae Martialis (Ἀθηνᾶς Ἀρείας) et descripsit Pausanias IX. 4. 2, qui Polygnoti Thasii pictoris et Onasiae Argivi esse narrat. Idem Polygnotus Athenis τὴν Ποικίλην σοὰν pinxerat, teste Harpocratione v. Πολύγνωτος. His igitur testibus usi Crateri testimonium nunc quidem reiiciemus.

Apud Harpocrationem v. Ναυτοδίκαι editur: Κρατερὸς ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ψηφισμάτων φησίν·

Ἐὰν δέ τις ἐξ ἀμφοῖν ξένοιν γεγονὼς φρατρίζῃ διώκειν εἶναι τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων οἷς δίκαι εἰσί, λαγχάνειν δὲ τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ πρὸς τοὺς Ναυτοδίκας.

Primum restituenda sunt verba solemnia τῷ βουλομένῳ Ἀθη-

Digitized by Google

ναίων οἷς ἔξεσι, pro *οἷς δίκαι εἰσί*, quod absurdum est. Ut saepe alibi δι et ἐξ confusa has turbas dederunt, Aeschines *in Tim.* § 23. *τότε ἤδη κελεύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον οἷς ἔξεσιν*, et § 32 *δοκιμασίαν ἐπαγγειλάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεσιν*, et alibi passim. Deinde *Φρατρίζῃ* vitiosum est. Dindorfius ad Harpocrationem et Meinekius in Epimetro I p. 717 imponi sibi passi sunt a futili magistro, cuius haec est annotatiuncula apud Stephanum Byzantinum p. 671. *ἐλέγετο δὲ Φράτηρ καὶ Φράτωρ. ἀλλὰ τὸ μὲν Φράτηρ ἀρχαῖον, θάτερον δὲ νεώτερον. — λέγεται καὶ Φρατρίζειν τὸ εἰς αὐτὴν συνιέναι καὶ μετὰ τοῦ Α Φρατριάζειν, ὅπερ σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς. — ἐλέγοντο δὲ καὶ Φρᾶτραι καὶ Φᾶτραι.* Sunt haec plena errorum. Athenienses summa constantia omnes ubique dicebant *Φράτηρ Φράτερες, εἰσάγειν εἰς τοὺς Φράτερας*. Aristophanes *Avib.* 765:

Φυσάτω πάππους παρ' ἡμῖν καὶ Φανοῦνται Φράτερες.

et in *Ranis* 418:

ὃς ἐπτέτης ὢν οὐκ ἔΦυσε Φράτερας,

et alibi. Pro *Φράτηρ* sequiores Graeculi *Φράτωρ* dicere coeperunt fallaci analogiae specie decepti, *ῥήτωρ, πράκτωρ, οἰκήτωρ*, sic et *Φράτωρ*. Est igitur *Φράτωρ νεωτερικόν*, sive *παραφθορὰ τῶν νεωτέρων*. Et illis quidem licebat dicere quod vellent, sed quod non licebat suas loquendi sordes veteribus affricuerunt et ubicumque *Φράτηρ* et *Φράτερες* apud antiquos scriptores legebatur suum novicium et vitiosum *Φράτωρ* et *Φράτορες* substituerunt. *Rarissime* in libris perantiquis et diligentissime scriptis vetus forma illaesa evasit. Protulit nonnulla Dindorfius ad Steph. Thes. v. *Φράτηρ*. Sed *plerisque omnibus* locis mendosam formam reperies. Quater apud Aristophanem *Φράτερες* et *Φράτερας* nunc recte legitur, quater in optimo Ravennate *Φράτορες* et *Φράτορας* diserte scriptum est, similiterque apud Oratores omnes caeterosque passim. Semel Plato usus est in *Timaeo* p. 21. B. *εἶπεν οὖν τις τῶν Φρατόρων*, ubi praestantissimus liber Parisinus A *solus* servavit, *εἶπεν οὖν δή τις τῶν Φρατέρων*. Ergo *Φράτορες* undique sunt expellendi spreta futili auctoritate scribarum ad suam loquendi consuetudinem, *ἐπὶ τὴν συνήθειαν, εὐεπιΦόρων*. Videamus de verbo. Solum *Φρατριάζειν* probum et sanum et antiquum est, et *Φρατρίζειν* ut *Φράτωρ* est *τῶν νεωτέρων παρα-*

Digitized by Google

φθορά. Nascitur enim ex φρατρία φρατριάζειν, ut ex ἐκκλησία ἐκκλησιάζειν. Ex ἁλής ἁλίζω oritur, sed ex ἁλία ἁλιάζειν, ut in *Lysistrata* vs. 93

τίς δ' αὖ συναλίαξε τόνδε τὸν ςόλον;

φρατρίζειν nihil est et tam inepte formatum quasi quis ἐκκλησίζειν vellet dicere pro ἐκκλησιάζειν. At sequiores ita loquebantur.

ἐξῆν ὃ βούλοιντ', ὦ κράτις', αὐτοῖς λέγειν,
ἀλλὰ τί πρὸς ἡμᾶς τοῦτο πρὸς τῆς Ἑςίας;

modo ne ea labe antiquarum literarum monumenta inquinare velint. Ergo φρατρίζειν quoque ubicumque legitur furca expellendum. Hoc ipsum suadet Stephanus Byz. ubi scribit λέγεται καὶ Φράτριον τόπος ἐν ᾧ οἱ τῆς αὐτῆς φρατρίας συνάγονται. λέγεται καὶ φρατρίζειν τὸ εἰς αὐτὴν συνιέναι. καὶ μετὰ τοῦ Α φρατριάζειν, ὅπερ σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς, quod de certo et perpetuo usu est accipiendum. Caeterum corrige λέγεται καὶ φρατρεῖον τόπος ἐν ᾧ — συνάγονται et εἰς αὐτὸ συνιέναι. Φρατρεῖον enim formatur ut πρυτανεῖον, et perpetuus est in talibus scribarum error ut in ςρατήγιον pro ςρατηγεῖον. Apud Pollucem quoque peccatur III. 52 τὸ δὲ ἱερὸν, εἰς ὃ συνήεσαν, Φράτριον (Φρατρεῖον) ἐκαλεῖτο καὶ τὸ σύςημα Φρατρία, οἱ δὲ καθ' ἕκαςον Φράτορες, et post pauca: ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Φράτερες. Pollux nihilo est doctior et diligentior in his quam scribae sunt, et affluens libris et monumentis antiquitatis desultoria levitate iis utitur et te incertiorem quam eras dudum relinquit. In aliis rebus ipsi quid rei sit ex antiquis testibus liquido colligimus, sed in ea, qua de agimus, omnis memoria olim intermortua est: neque Φρατρεῖον usquam locorum apparet neque ἐς Φρατρεῖον συνιέναι apud quemquam reperitur, et φρατριάζειν, ut δημοτεύεσθαι, nihil aliud est nisi τῆς αὐτῆς φρατρίας εἶναι, ut hoc δημότην εἶναι.

Sed omnium foedissimus error est in ultimis: ἐλέγοντο δὲ καὶ ΦΡΑΤΡΑΙ καὶ ΦΑΤΡΑΙ. Φρήτρη et ἀΦρήτωρ Homerica sunt. Iliad. B. 363.

κρῖν' ἄνδρας κατὰ Φῦλα, κατὰ Φρήτρας, Ἀγάμεμνον,
ὡς Φρήτρη Φρήτρηφιν ἀρήγῃ, Φῦλα δὲ Φύλοις,

quae satis inepte imitatus est Babrius apud Suidam v. Φρήτρη

οἳ σΦᾶς ἐκόσμουν καὶ διεῖλον εἰς Φρήτρας
λόχους τε καὶ Φάλαγγας ὥσπερ ἀνθρώπους.

Si quis ex eo quaesivisset quid esset εἰς Φρήτρας διαιρεῖν, nil

Digitized by Google

sani respondere potuisset. Bellissimum est etiam *διεῖλον εἰς λόχους τε καὶ φάλαγγας*! Verba tinniunt sensu incerto, *χρὴ δὲ τὰ πλάσματα πιθανὰ εἶναι*, ut recte veteres iudicant. Caeterum neque *φρᾶτραι* usquam locorum reperiuntur et subrideo ubi video Lexicorum conditores quid sit *φρήτρη* ex bono archiepiscopo Eustathio sciscitantes. Quis vel Thucydide vivo scire poterat quae essent *φρῆτραι* Homericae aetatis? Critici et antiquarii in talibus comminiscuntur aliquid quod habeat aliquam probabilitatis speciem sed nihil quod aut certum sit aut evidens. Aristarchi sententia de ea re latet in Apollonii Lexico v. *Φρήτρη*, sed corruptus locus est, cui feram opem. Editur: *Φρήτρη κυρίως μὲν ἡ πατρία καὶ συγγένεια, Ὅμηρος δὲ καταχρηστικῶς τοῖς κατὰ πόλιν μαχομένοις. σημαίνει δὲ διὰ τῶν φύλων τοὺς κατὰ ἔθνη.* Corrige: *Ὅμηρος δὲ καταχρηστικῶς τοὺς κατὰ πόλιν μαχομένους σημαίνει, σημαίνει δὲ διὰ τῶν φύλων τοὺς κατ' ἔθνη*, id est *σύνταττε τοὺς μὲν πολίτας τοῖς πολίταις, τοὺς δὲ ὁμοεθνεῖς τοῖς ὁμοεθνέσιν*, quasi vero non semper ex ipsa rei natura id esset ita fieri solitum in Graecorum bellis, ut cives cum civibus in acie coniuncti starent. Quid sit igitur *Φρήτρη* liquido sciri non potest, sed esse *Φρήτρη* vocabulum Graecum probum et antiquum id certe scimus, sed *φῆτραι* et *φᾶτραι* nihil est, ut neque Latine Fater pro Frater. Nata sunt ista stolido errore eorum qui libros veteres negligenter et alias res agentes inspiciebant. Scribitur *Φρ* sic ut in summa *Φ* ponatur uncinus pertenuis et facile aciem fugiens. Vide Bast. *Comment. Palaeogr.* p. 747 et in Tabula III. 10 quo pacto *Φρένας*, *Φρίξ* et sim. scribantur. Hinc et alii multi errores sunt suscepti; quae *fossa* olim fuerat (*τάφρος*) repente in *sepulchrum* (*τάφος*) convertitur, et *Φράτερες*, *Φρᾶτραι*, *Φρατριάζειν* ex ea socordia partem sui amiserunt. Leve damnum, nisi docti homines et olim et nunc mendosas istas scripturas et vitio natas pro veris et probis recepissent. Et Eustathio quidem venia dari potest imperito homini, cui *Φατριάζειν* videtur *εὐφωνότερον* quam *Φρατριάζειν* p. 735, 51, sed Dindorfium miror, qui scribarum stuporem optime novit, in eundem errorem esse implicitum et *Φατριάζειν* invito Demostheni obtrusisse XLIII. 13. *μεθ' ὧν καὶ Θεόπομπος— ἐΦατρίαζε*. Videtur vitium in his formis satis antiquum esse. Eustathius habebat *τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα* Aelii Dionysii, Hadriano

Digitized by Google

aequalis, unde haec excerpsit p. 239, 51: Αἴλιος Διονύσιός φησι· *Φατρία*, ἣν Ἴωνες *πατρίαν* καὶ ὅτι *Φράτορες* οἱ τῆς αὐτῆς *Φατρίας*. οἱ δὲ ΑΡΧΑΙΟΙ *Φράτερας* φασὶ διὰ τοῦ Ε, οὗ φησὶν ἡ ὀρθὴ *Φράτηρ*, deinde ex altero Lexico (Pausaniae) affert: *Φράτηρ* Ἀττικοί φασιν, Ἴωνες δὲ διὰ τοῦ Ω — ὅθεν *Φρατρίζειν* τὸ εἰς *Φρατρίαν* συνιέναι. Quid dixerint Aelii Dionysii et Pausaniae aequales non moramur, Veteres quid dixerint lubenter ab illis discimus. Itaque solum *Φράτηρ* antiquum est et hinc *Φράτριος* Ζεύς et *Φρατρία* et *Φρατριάζειν*, quae formae Atticis scriptoribus ubique reddendae explosis et abiectis formis *Φράτωρ* et *εἰσάγειν εἰς τοὺς Φράτορας*, et Ζεὺς *Φρατόριος* et *Φατρία* et *Φατριάζειν* et quod duplici nomine vitiosum est *Φατρίζειν*.

Itaque, ut redeam unde huc digressi sumus, in antiquo Psephismate apud Craterum emenda: Ἐὰν δέ τις ἐξ ἀμφοῖν *ξένοιν γεγονὼς Φρατριάζῃ* διώκειν εἶναι τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων οἷς ἔξεστιν.

Quia saepe proderit in tempore meminisse δι et ἐξ inter se passim confundi solere, adscribam huius confusionis exemplum ἀναντίλεκτον. Legitur apud Iamblichum in vita Pythagorae § 164. ἐχρῶντο δὲ καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσι *διειλεγμέναις* πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῶν. Diserte scriptum est in archetypo Florentino, unde reliqui omnes Iamblichi Codices manarunt, διειλεγμέναις, sed διειλεγμέναις nihil est, loci *selecti* appellantur λέξεις ἐξειλεγμέναι. Non sunt autem haec Iamblichi ipsius verba, sed ex antiquo auctore ab eo bis ad verbum descripta § 111 et § 164. Priore loco sine mendo legitur: χρῆσθαι δὲ καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσιν *ἐξειλεγμέναις* πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς, ut nulla superesse possit dubitatio.

Meinekius pag. 716 affert locum ex Plutarchi vita Cimonis 13. ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάττης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηῒ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν, neque in his vitii quidquam inesse suspicatur. Sed ἵππου δρόμος per se nihil significat et ἀεί in ἀεὶ ἀπέχειν otiosum est et ineptum. Emendemus igitur ἵππου μὲν δρόμον ΗΜΕΡΑC τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάττης, id est: intervallum quod equus *uno die* cursu conficere possit. Dabo idoneum fideiussorem Demosthenem, *de Fals. Legat.*

Digitized by Google

p. 428: ἅπαντες ἀκηκόατε Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου ταύτην τὴν ὑπὸ πάντων θρυλουμένην εἰρήνην πρεσβεύσαντα ἵππου μὲν δρόμον ἡμέρας πεζῇ μὴ καταβαίνειν ἐπὶ τὴν θάλατταν βασιλέα, ἐντὸς δὲ Χελιδονεῶν καὶ Κυανεῶν πλοίῳ μακρῷ μὴ πλεῖν κτέ. unde Plutarcho redde Χελιδονεῶν et Κυανεῶν et πλεῖν pro πλέειν.

Illam περιβόητον καὶ ὑπὸ πάντων θρυλουμένην εἰρήνην numquam esse compositam, sed ab Atheniensibus fictam nunc quidem constat inter omnes. Lepidi Athenienses monstrabant tamen στήλην λιθίνην, in qua illius pacis leges luculentae insculptae legebantur, sed acutissime Theopompus fraudem manifestam redarguit. Animadvertit enim τὴν στήλην οὐ τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασιν ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων esse inscriptam: itaque *post Euclidem* demum suppositam. Cf. Harpocration v. Ἀττικοῖς γράμμασι. Nihil huic argumento opponi potest, tamen surdis cecinit auribus, ἐν δὲ τοῖς ψηφίσμασιν ἃ συνήγαγε Κρατερὸς ἀντίγραφα συνθηκῶν ὡς γενομένων κατατέτακται, ut scribit Plutarchus in Cimone l. l.

Hinc simul intelligimus Craterum non tantum ex tabulario veterum monumentorum ἀντίγραφα dedisse, sed, ut Polemo ὁ στηλοκόπας postea fecit in aliis Graeciae urbibus, sic eum Athenis ἐκ τῶν στηλῶν τῶν δημοσίᾳ κειμένων τῶν τε χαλκῶν καὶ τῶν λιθίνων antiqua documenta collegisse, unde et titulus operis Ψηφισμάτων Συναγωγή.

De litteris Atticis antiquis et Ionicis, quas post Euclidem demum Athenienses publice receperunt, omnia nota sunt. Addo antiquum scholion ad Iliad. H. 185. οὐχ οἱ αὐτοὶ ἦσαν παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι χαρακτῆρες. διάφορα δὲ καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὀνόματα, ὡς τὸ σάν. Καλλίστρατος δὲ ὁ Σάμιος ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν ταύτην μετήνεγκε τὴν γραμματικὴν καὶ παρέδωκεν Ἀθηναίοις ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλήτου, ὥς φησιν Ἔφορος, imo vero ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου.

Iterum Meinekius utitur loco Plutarchi depravato p. 717 e vita Aristidis 26. Craterus, inquit, memoriae prodidit Ἀριστείδην ἁλῶναι δωροδοκίας Διοφάντου τοῦ Ἀμφιτροπῆθεν κατηγοροῦντος, ὡς ὅτε τοὺς Φόρους ἔπραττε παρὰ τῶν Ἰώνων χρήματα λαβόντος, ἐκτῖσαι δ' οὐκ ἔχοντα τὴν καταδίκην πεντήκοντα μνῶν οὖσαν ἐκπλεῦσαι καὶ περὶ τὴν Ἰωνίαν ἀποθανεῖν. Nihil potest esse certius

Digitized by Google

quam emendandum esse in hunc modum: ὡς, ὅτε τοὺς Φόρους ΘΤΑΤΤΘ, παρὰ τῶν Ἰώνων χρήματα λαβόντος. Quod Cornelius Nepos scribit »quantum pecuniae quaeque civitas daret Aristides delectus est qui constitueret" id apud Graecos passim dicitur ὁ Ἀριστείδης ἔταξε τοὺς Φόρους, (ut apud Aeschinem *in Ctesiph.* p. 255. Ἀριστείδην τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν) et in ea re summa est δωροδοκίας aut occasio aut facultas aut suspicio. Non est de nihilo quod Craterus Aristidis accusatorem diserte nominat Διόφαντον τὸν Ἀμφιτροπῆθεν. Unde tandem nomen hominis potuit resciscere nisi ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων, ex tabulis publicis ἐν τῷ Μητρῴῳ servatis, in quibus iudicia publica, accusatorum et reorum nomina et cuiusque iudicii exitus diligenter descripta erant. Confirmantur haec altero Crateri fragmento, quod quia Crateri nomen in corruptela latebat, Meinekii diligentiam effugit. In Lexico Rhetorico Cantabrigiensi v. Εἰσαγγελία, ubi scribendum emendate: ἡ κατὰ Θεμιστοκλέους εἰσαγγελία, ἣν εἰσήγγειλε κατὰ Κρατερὸν Λεωβώτης Ἀλκμέωνος Ἀγρυλῆθεν, pro lectione unici Codicis: εἴτε θεμιστοκλέα εἰσαγγὴ ἡ εἰσήγγειλε κρατερὸς λεσβώτης ἀλκμαίωνος ἀγραυλῆθεν. Iam compone mihi cum his locum Plutarchi in Themistocle 23. ὁ δὲ γραψάμενος (τὸν Θεμιστοκλέα) προδοσίας Λεωβότης ἦν Ἀλκμαίωνος Ἀγραύληθεν, scrib. Λεωβώτης Ἀλκμέωνος Ἀγρυλῆθεν. Unde hoc sumsit Plutarchus? Nempe a Cratero. Unde Craterus? ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων. Itaque quidquid Plutarchus obloquitur, Aristides sub vitae exitum iniquo iudicio circumventus cessit Athenis et in Asia diem obiit. Aliquamdiu post mortem laudibus in coelum efferri coeptus est, imprimis a philosophis Aeschine et Platone, et publice subventum est inopiae et filiarum et filii Lysimachi. Audi Plutarchum in Aristide 27. Λυσιμάχῳ δὲ τῷ υἱῷ μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος. Diligenter considerandа sunt ultima verba Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος. Aristidem satis constat diem obiisse circa annum 469 an 468. Alcibiades natus circa annum 449 etiamsi adolescens admodum remp. capessere coepit et εἰπεῖν ἐν τῷ δήμῳ, multis tamen annis post Aristidem mortuum potuit demum γράψαι τὸ ψήφισμα ut »filiae Aristidis publice alerentur et de

Digitized by Google

communi aerario dotibus datis collocarentur" (Corn. Nep. Arist. 3) et Plutarchus in Aristide cap. 27. *τὰς μὲν θυγατέρας ἐκ τοῦ πρυτανείου τοῖς νυμφίοις ἐκδοθῆναι δημοσίᾳ τῆς πόλεως τὸν γάμον ἐγγυώσης καὶ προῖκα τρισχιλίας δραχμὰς ἑκατέρᾳ ψηφισαμένης.* Sero admodum, ut equidem opinor: *quadraginta* minimum annis postquam pater ex vita excesserat. Fabulae hae sunt. Aristides iniquo iudicio circumventus sub vitae exitum patria caruit. Filias et filium nemo respexit. Interea cessit invidia et Aristidis fama et laudes celebrari coeptae postquam nova aetas succreverat, quae Periclem adlatrabat et veteres extollendo deterebat. Hinc illa postea nata sunt

ἐν ταῖσιν ἰοσεφάνοις οἰκεῖ ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις
οἷόσπερ Ἀρισείδη πρότερον καὶ Μιλτιάδη ξυνεσίτει.

Tum vero arbitror Alcibiade auctore publice subventum esse Aristidis filio Lysimacho (de quo Plato in Lachete) quum esset in re angusta aetate provectus. Veteris iniuriae et iniqui iudicii omnis abolita memoria est et nova fabula de Atheniensium erga Aristidis liberos liberalitate ad posteros propagata. Audi Aeschinem *in Ctesiph.* § 257. *ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν — Ἀρισείδην τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, οὗ τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος.* Ubi quod verum esset ex Cratero patefactum est mirari Plutarchus et falsum id esse credere. *Τούτων*, inquit, *οὐδὲν ἔγγραφον ὁ Κρατερὸς τεκμήριον παρέσχεν.* Sed Craterus *ἐκ τῶν ψηφισμάτων* historiam illorum temporum contexens ubi scripserat: *μετὰ τὴν Θεμιστοκλέους φυγὴν ὥσπερ ἐξυβρίσας ὁ δῆμος ἀνέφυσε πλῆθος συκοφαντῶν, οἳ τοὺς ἀρίστους καὶ δυνατωτάτους ἄνδρας διώκοντες ὑπέβαλλον τῷ φθόνῳ τῶν πολλῶν ἐπαιρομένων ὑπ' εὐτυχίας καὶ δυνάμεως* (Plut. Arist. 26), eius rei exempla ex documentis suis protulit, neque erat necesse ipsa *ψηφίσματα* describere, quae verbis solemnibus concepta praeter accusatorum et reorum nomina et iudiciorum exitum nihil memorabile habebant. Commemoravit igitur accusatorem *Διόφαντον τὸν Ἀμφιτροπῆθεν* et crimen *ἀλῶναι δωροδοκίας* et damnationem *τὴν καταδίκην πεντήκοντα μνῶν οὖσαν*, quae omnia unde tandem potuit cognita habere praesertim obscuri sycophantae nomen *Διοφάντου τοῦ Ἀμφιτροπῆθεν*, nisi ex antiquo documento? Sed instat Plutarchus: qui fit, inquit, ut nemo eorum, *ὅσοι τὰ πλημμεληθέντα τῷ δήμῳ περὶ τοὺς στρατηγοὺς διεξίασιν*, huius dam-

Digitized by Google

nationis usquam mentionem fecerint? *τὸν μὲν ἐξοστρακισμὸν παρατίθενται, καταδίκης δὲ τοιαύτης οὐδαμοῦ μνημονεύουσιν.* Quid mirum? Longa dies et nova fama rem populo ingratam occultaverat, et absque Cratero fuisset nemo umquam de ea re scivisset quidquam. Habeamus igitur *οἱ Φιλαληθεῖς* hanc Cratero et Plutarcho gratiam. Sed est operae pretium Plutarchi locum iterum diligenter considerare et cum Demosthenis loco in *Leptinea* componere. Plutarchi haec verba sunt (*Aristid.* cap. 27): *καὶ τὰς μὲν θυγατέρας ἰσοροῦσιν ἐκ τοῦ πρυτανείου τοῖς νυμφίοις ἐκδοθῆναι δημοσίᾳ τῆς πόλεως τὸν γάμον ἐγγυώσης καὶ προῖκα τρισχιλίας δραχμὰς ἑκατέρᾳ ψηφισαμένης, Λυσιμάχῳ δὲ τῷ υἱῷ μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπέταξεν Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος.* In his quae de filiabus Aristidis publice elocatis scripsit secutus est famam apud nescio quem scriptorem proditam; *ἰσοροῦσιν*, inquit: et erat ea fama apud posteriores quidem multorum testimoniis celebrata. Satis est audire Aeschinem in *Ctesiphontea* § 257. *ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν — τὸν Ἀριστείδην τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, οὗ τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος,* quae perinde falsa et ficta sunt atque ea quae ab eodem (in *Timarch.* § 173) de Socratis iudicio narrantur: *ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς ἕνα τῶν τριάκοντα.* Praeterierant post mortem Socratis anni quinquaginta et paullo amplius quum haec fabula pro re certissima in iudicio narraretur, et miremur mendacem famam circumferri eius rei, quae ante annos ferme centum et triginta acta esset. Fabulae sunt. Quod autem de Lysimacho, Aristidis filio, Plutarchus retulit nititur certa fide documenti publici: *ἔδωκεν ὁ δῆμος — Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος.* Illud ipsum Alcibiadis *ψήφισμα* protulit et iudicibus recitari iussit Demosthenes in *Leptinea* pag. 491, 26. Dicebat Leptines »apud maiores nostros non erant ista praemia neque isti honores." Respondet Demosthenes: *ἡ πόλις ἡμῶν ἐτίμα καὶ τότε τοὺς ἀγαθούς* sed alio modo et affert exemplum: *Λυσιμάχῳ δωρεὰν ἐνὶ τῶν τότε χρησίμων ἑκατὸν μὲν ἐν Εὐβοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς, ἔτι δὲ ἀργυρίου μνᾶς ἑκατὸν καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμάς. καὶ* (*περὶ* add.) *τούτων ψήφισμα*

Digitized by Google

ἐστιν Ἀλκιβιάδου, ἐν ᾧ ταῦτα γέγραπται, et post pauca: λαβέ μοι τὸ ψήφισμα τουτί. λέγε. Vides Alcibiadis esse psephisma idem. Lysimachus est Λυσίμαχος Ἀριστείδου Ἀλωπεκῆθεν, nobili patre natus, sed ipse post socordem et delicatam adolescentiam iners et reip. inutilis. Candide fatetur ipse apud Platonem in *Lachete* p. 179. c. ἡμῶν γὰρ ἑκάτερος (Λυσίμαχος ὁ Ἀριστείδου καὶ Μελησίας ὁ Θουκυδίδου) περὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἔχει λέγειν πρὸς τοὺς νεανίσκους καὶ ὅσα ἐν πολέμῳ εἰργάσαντο καὶ ὅσα ἐν εἰρήνῃ, διοικοῦντες τά τε τῶν συμμάχων καὶ τὰ τῇδε τῆς πόλεως. ἡμέτερα δ' αὐτῶν ἔργα οὐδέτερος ἔχει λέγειν· ταῦτα δὴ ὑπαισχυνόμεθά τε τούσδε καὶ αἰτιώμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν ὅτι ἡμᾶς μὲν εἴων τρυφᾶν ἐπειδὴ μειράκια ἐγενόμεθα, τὰ δὲ τῶν ἄλλων πράγματα ἔπραττον. Qui haec tam candide ultro fatetur non erat, ut Demosthenes praedicat, εἷς τῶν τότε χρησίμων, sed ἄχρηστος τῇ πόλει εἴ τις καὶ ἄλλος. Quamobrem igitur tali homini tam ampla praemia Alcibiade auctore publice decernuntur? Non ipsi, sed patris memoriae haec dabantur, quoniam

virtutem incolumem odimus,
sublatam ex oculis quaerimus invidi.

Jam vero videamus unde tam diligenter Plutarchus noverit ὅτι ὁ Ἀλκιβιάδης ἔγραψε τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τοῦ Λυσιμάχου. Nempe unde didicerat ὅτι τὸν Θεμιστοκλέα ἐγράψατο Λεωβώτης Ἀλκμέωνος Ἀγρυλῆθεν, ab eodem sumsit τὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ψήφισμα. Usus est Crateri τῇ τῶν ψηφισμάτων συναγωγῇ neque opus esse credidit identidem suum auctorem nominare. In talibus Plutarchus neque diligens est neque curiosus. Habebat Crateri ψηφισμάτων Συναγωγήν, eaque in vitis principum Atheniensium multum utebatur. Quantivis pretii in eam rem est ipsius Plutarchi testimonium in vita Niciae cap. 1. ἃς γοῦν Θουκυδίδης ἐξήνεγκε πράξεις καὶ Φίλιστος — ἐπιδραμὼν βραχέως — τὰ διαφεύγοντα τοὺς πολλοὺς, ὑφ' ἑτέρων δ' εἰρημένα σποράδην ἢ πρὸς ἀναθήμασιν ἢ (ἐν add.) ΨΗΦΙCΜΑCIN εὑρημένα ΠΑΛΑΙΟΙC πεπείραμαι συναγαγεῖν. Minime autem necessarium esse existimabat identidem, si quid ex Cratero descriptum commemorasset, huius auctoritatem apponere, ut in Themistocle cap. 23. ὁ δὲ γραψάμενος πρεσβείας Λεωβώτης ἦν Ἀλκμέωνος Ἀγρυλῆθεν. Notissimus erat liber et in omnium eruditorum manibus. Hinc

Digitized by Google

mihi olim subnata suspicio est multo plura ex Cratero sumta apud Plutarchum sine auctoris nomine servata esse. Plutarchus in vita Alcibiadis cap. 19. haec scribit: ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τοῦ κήρυκος, Πουλυτίωνα δὲ τὰ τοῦ δᾳδούχου, τὰ δὲ τοῦ ἱεροφάντου τὸν Ἀλκιβιάδην, τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι μύσας προσαγορευομένους, cuius loci ultima pars manifesto mendosa est; ex ipso monumento, quod mox proferam, corrige: παρεῖναι ἐπόπτας καὶ μύσας προσαγορευομένους. Tum addit: ταῦτα γὰρ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ γέγραπται Θεσσάλου τοῦ Κίμωνος εἰσαγγείλαντος Ἀλκιβιάδην ἀσεβεῖν περὶ τὼ θεώ. Paucis interpositis ei placuit ipsum antiquitatis monumentum expromere, cap. 22. τὴν μὲν οὖν εἰσαγγελίαν οὕτως ἔχουσαν ἀναγράφουσιν·

> Θέσσαλος Κίμωνος Λακιάδης Ἀλκιβιάδην Κλεινίου Σκαμβωνίδην εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην, ἀπομιμούμενον τὰ μυςήρια καὶ δεικνύοντα τοῖς αὐτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ ἔχοντα ςολὴν οἵανπερ ἱεροφάντης ἔχων δεικνύει τὰ ἱερὰ καὶ ὀνομάζοντα αὐτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον Φηγεέα, τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους μύσας προσαγορεύοντα καὶ ἐπόπτας παρὰ τὰ νόμιμα καὶ τὰ καθεςηκότα ὑπό τε Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων καὶ τῶν ἱερέων τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος.

Unde haec descripsisse Plutarchum putemus, et quinam sunt de quibus dicit τὴν εἰσαγγελίαν ἀναγράφουσιν? Ecquis praesertim admonitus punctum temporis dubitare possit, quin illa a Cratero sumta sint, qui nobilissimarum εἰσαγγελιῶν ἀντίγραφα ex tabulis publicis descripta ediderat in lucem? Documentum ipsum omnia prae se fert veritatis et antiquitatis indicia, neque ulla est dubitatio quin genuinum sit et integrum, nisi quod mendis quibusdam et erroribus est vitiatum, quibus mederi facile est. In verbis περὶ τὼ θεὼ [τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην] manifestum est emblema. Ne Plutarchus quidem id addidisset, nedum Thessalus. Deinde ἀττικισὶ scribendum δεικνύντα pro δεικνύοντα et δείκνυσι τὰ ἱερά pro δεικνύει, et articulus in-

Digitized by Google

serendus οἵανπερ ὁ ἱεροφάντης ἔχων. Tum Πουλυτίωνα repone pro Πολυτίωνα, namque illam esse genuinam nominis formam nunc docti consentiunt, et Θεόδωρον Φηγαιᾶ pro inepta lectione Φηγεέα, quae ex Φηγαιέα nata est, sed Athenienses *veteres* non aliter dicebant quam Στειριᾶ, Πειραιᾶ, Πλαταιᾶ, Μηλιᾶ, et similiter in genitivis Στειριῶς, Πειραιῶς cet. Sequiores Attici haec solvebant, hinc turbant librarii. Praeterea importunum καί delendum in verbis παρὰ τὰ νόμιμα [καὶ] τὰ καθεσηκότα ὑπό τε Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων, et in fine otiosum interpretamentum καὶ τῶν ἱερέων τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος sciolo, qui adscripsit, reddendum. Non erant alii sacerdotes, qui sacris Eleusiniis praeessent nisi Εὐμολπίδαι καὶ Κήρυκες. Apud Thucydidem VIII. 53 legimus quum de Alcibiade in patriam revocando ageretur aegre et vix impetratum esse Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων περὶ τῶν μυσικῶν, δι' ἅπερ ἔφευγε, μαρτυρομένων καὶ ἐπιθειαζόντων μὴ κατάγειν, et etiamsi forte praeter eos et alii sacerdotes sacra Eleusinia procurabant τὰ νόμιμα certe καθέσηκεν ὑπό τε Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων. Proponamus igitur nunc antiquum documentum emendatum et expolitum.

> Θέσσαλος Κίμωνος Λακιάδης Ἀλκιβιάδην Κλεινίου Σκαμβωνίδην εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ ἀπομιμούμενον τὰ μυσήρια καὶ δεικνύντα τοῖς ἑαυτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ ἔχοντα σολὴν οἵανπερ ὁ ἱεροφάντης ἔχων δείκνυσι τὰ ἱερὰ καὶ ὀνομάζοντα ἑαυτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πουλυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θέοδωρον Φηγαιᾶ, τοὺς δὲ ἄλλους ἑταίρους μύσας προσαγορεύοντα καὶ ἐπόπτας παρὰ τὰ νόμιμα τὰ καθεσηκότα ὑπό τε Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων.

Reperto igitur ἐκ τῆς Κρατεροῦ συναγωγῆς tam luculento fragmento videamus an etiam plura indidem sumta indicari possint quae nunc incerto auctore et incerta fide vagentur. Scribit Plutarchus in vita Periclis cap. 8. ἔγγραφον μὲν οὖν οὐδὲν ἀπολέλοιπεν (ὁ Περικλῆς) ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΨΗΦΙΣΜΑΤΩΝ. Perspicuum hoc quidem esse arbitror et certum, Periclis ψηφίσματα non aliunde quam ἐκ τῆς Κρατεροῦ τῶν ψηφισμάτων συναγωγῆς

Digitized by Google

Plutarcho cognita fuisse, qui et in vita Niciae *παλαιοῖς ψηφίσμασιν* usum se scribit et Crateri *συναγωγήν*, quam semel et iterum diserte laudavit, habebat in manibus. Hoc quoque mihi ab omnibus concessum iri existimo, Plutarchum Psephismata Periclis, quum eius vitam scripturus esset, haud indiligenter lectitasse, quod et per se planum est et liquido apparet ex iis quae cap. 30. scripsit: *τοῦτο μὲν οὖν τὸ ψήφισμα Περικλέους ἐστὶν εὐγνώμονος καὶ φιλανθρώπου δικαιολογίας ἐχόμενον.* Itaque probabilis admodum suspicio est, quae Psephismata apud Plutarchum in Periclis vita commemorentur et proferantur, ea aut omnia aut certe pleraque ex Crateri collectione esse desumta. Commemoratur autem psephisma Periclis cap. 8. *ὁ Περικλῆς — τὸ ψήφισμα γράψας αὐτὸς ἐκάλει τὸν ἄνδρα* (*τὸν Κίμωνα*), et cap. 17 *ὁ Περικλῆς — γράφει ψήφισμα — πάντας Ἕλληνας παρακαλεῖν κτέ.* et cap. 20 *ἐψηφίσατο* (id est *ψήφισμα ἔγραψε*) *πλεῖν εἰς Σινώπην κτέ.* et cap. 25 psephisma Periclis de bello Samiaco et cap. 29 de auxilio Corcyrensibus ferendo et decantatum illud *ψήφισμα τὸ Μεγαρικόν*, et cap. 30 alterum *ψήφισμα* de Megarensibus et *Χαρίνου ψήφισμα* et cap. 31 *Γλύκωνος ψήφισμα Μένωνι ἀτέλειαν γράψαντος*, et cap. 32 *Διοπείθους ψήφισμα* et *Ἄγνωνος* et cap. 34 ubi legendum *κληρουχίας ἔγραφεν* (non *ἀνέγραφεν*) psephisma Periclis de colonia in Aeginam deducenda, et cap. 11 multa psephismata de coloniis in Chersonesum, in insulam Andrum, in Thraciam et in Italiam deducendis. Ex his igitur nonnulla paulo diligentius inspiciamus. Imprimis memorabile est Periclis *ψήφισμα*, quod cap. 17 a Plutarcho multis enarratur: *ἀρχομένων δὲ Λακεδαιμονίων ἄχθεσθαι τῇ αὐξήσει τῶν Ἀθηναίων ἐπαίρων ὁ Περικλῆς τὸν δῆμον ἔτι μᾶλλον μέγα φρονεῖν καὶ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιοῦν πραγμάτων γράφει ψήφισμα πάντας Ἕλληνας τοὺς ὁπήποτε κατοικοῦντας* (adde *τῆς*) *Εὐρώπης ἢ* (lege *καὶ*) *τῆς Ἀσίας παρακαλεῖν καὶ μικρὰν πόλιν καὶ μεγάλην εἰς σύλλογον πέμπειν Ἀθήναζε τοὺς βουλευσομένους περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν ἃ κατέπρησαν οἱ βάρβαροι καὶ τῶν θυσιῶν ἃς ὀφείλουσιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς ὅτε πρὸς τοὺς βαρβάρους ἐμάχοντο καὶ τῆς θαλάττης ὅπως πλέωσι πάντες ἀδεῶς καὶ τὴν εἰρήνην ἄγωσιν. Ἐπὶ ταῦτα δ' ἄνδρες εἴκοσι τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων ἐπέμφθησαν ὧν πέντε μὲν Ἴωνας καὶ Δωριεῖς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ καὶ νησιώτας ἄχρι Λέσβου καὶ Ῥόδου παρε-*

Digitized by Google

κάλουν, πέντε δὲ τοὺς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ Θράκῃ μέχρι Βυζαντίου τόπους ἐπῆεσαν καὶ πέντε ἐπὶ τούτοις εἰς Βοιωτίαν καὶ Φωκίδα καὶ Πελοπόννησον, ἐκ δὲ ταύτης διὰ Λοκρῶν ἐπὶ τὴν πρόσοικον ἤπειρον ἕως Ἀκαρνανίας καὶ Ἀμβρακίας ἀπεςάλησαν, οἱ δὲ λοιποὶ δι' Εὐβοίας ἐπ' Οἰταίους καὶ τὸν Μαλιέα κόλπον καὶ Φθιώτας [καὶ del.] Ἀχαιοὺς καὶ Θεσσαλοὺς ἐπορεύοντο. Haec omnia Plutarchus ex ipso Periclis psephismate, quod apud Craterum legerat, hausisse videtur. Res ipsa exitum nullum habuit Lacedaemoniis clam adversantibus, ἐπράχθη δὲ οὐδὲν οὐδὲ συνῆλθον αἱ πόλεις Λακεδαιμονίων ὑπεναντιωθέντων. Itaque historicorum neminem existimare licet rem, quae frustra fuerit, tam multis verbis κατὰ τὸ λεπτομερέςερον enarraturum fuisse cum tam diligenti civitatium Graecarum enumeratione et locorum et itinerum descriptione. Plutarchus, qui id magis agebat ut Periclis naturam et ingenium et altam indolem in clara luce poneret quam ut res ab eo gestas cum cura enarraret, arripuit hoc et copiosius exposuit, ut quam altos spiritus Pericles gesserit et quanta in illo viro magnitudo animi fuerit luculenter appareret. τοῦτο μὲν οὖν παρεθέμην, inquit, ἐνδεικνύμενος αὐτοῦ τὸ φρόνημα καὶ τὴν μεγαλοφροσύνην. Hoc enim ante omnia Plutarchus agebat οὐ τὴν ἄχρηςον ἀθροίζων ἱςορίαν ἀλλὰ τὴν πρὸς κατανόησιν ἤθους καὶ τρόπου παραδιδούς, ut scribit in vita Niciae cap. I sub finem. Ipsum verbum παρεθέμην indicio est descripta esse haec ex antiquo scriptore, cuius fidem et auctoritatem Plutarchus sequeretur, cuius testimonio uteretur, ut est verbum παραθέσθαι in auctoritatibus afferendis usitatum. Cuius igitur auctoritatem in ea re melius sequi potuit quam ipsius Periclis, cuius eum ψηφίσματα in manibus habuisse constet? Relege mihi ad hanc lucem verba Plutarchi, et non dubitabis. Est autem aliud Plutarchum audire suis verbis aliquid narrantem, aliud ipsius Periclis vocem audire ψήφισμα in concione populo recitantis. Perlucent ubique ipsa verba ex psephismate descripta, ut fere tibi ipsum antiquum documentum ob oculos habere videaris: Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ — Περικλῆς Ξανθίππου Χολαργεὺς εἶπεν· — πάντας Ἕλληνας παρακαλεῖν καὶ μικρὰν πόλιν καὶ μεγάλην πέμπειν Ἀθήναζε οἵτινες βουλεύσονται περί τε τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν ἃ κατέπρησαν οἱ βάρβαροι κτἑ. et post pauca: πέμπειν δὲ ἄνδρας εἴκοσι τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων ὧν

Digitized by Google

πέντε μὲν Ἴωνας καὶ Δωριᾶς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ καὶ νησιώτας ἄχρι Λέσβου καὶ Ῥόδου παρακαλοῦσι κτέ. et paucis interpositis τοὺς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ Θρᾴκῃ μέχρι Βυζαντίου, deinde εἰς Βοιωτίαν καὶ Φωκίδα καὶ Πελοπόννησον. ἐκ δὲ ταύτης διὰ Λοκρῶν ἐπὶ τὴν πρόσοικον ἤπειρον ἕως Ἀκαρνανίας καὶ Ἀμβρακίας, et paulo post δι' Εὐβοίας ἐπ' Οἰταίους καὶ τὸν Μηλιᾶ [1]) κόλπον καὶ Θεσσαλούς, namque haec verba αὐτολεξεὶ e Psephismate descripta esse palam est. Fallitur autem Plutarchus quum scribit Periclem in concilium Athenas convocare voluisse πάντας Ἕλληνας τοὺς ὁπηλίκοι κατοικοῦντας τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας. Pericles enim solos *Atheniensium socios et amicos* convocat, ut et res ipsa clamat et iter legatorum, qui mittuntur εἰς Βοιωτίαν καὶ Φωκίδα καὶ Πελοπόννησον, ἐκ δὲ ταύτης διὰ Λοκρῶν ἐπὶ τὴν πρόσοικον ἤπειρον ἕως Ἀκαρνανίας καὶ Ἀμβρακίας, nam facile intelligitur in eo itinere *solam Achaiam* a legatis esse peragratam atque inde *iterum traiecto freto* ad Locros perventum. Nemo, opinor, existimabit Atheniensium legatos aut Elidem aut Arcadiam aut Spartam aut Corinthum adiisse et inde reduces διὰ Λοκρῶν Acarnaniam petiisse et Ambraciam. Hic ipse error argumento esse potest Plutarchum describere aliquod antiquitatis monumentum, idque nihil aliud esse quam τὸ Περικλέους ψήφισμα ἐκ τῆς τοῦ Κρατεροῦ συναγωγῆς satis mihi nunc videor ostendisse.

Inspiciamus nunc alium locum in vita Periclis cap. 30. ὑπῆν μὲν οὖν τις (τῷ Περικλεῖ) ὡς ἔοικε καὶ ἰδίᾳ πρὸς τοὺς Μεγαρεῖς ἀπέχθεια· κοινὴν δὲ καὶ φανερὰν ποιησάμενος αἰτίαν κατ' αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὴν ἱερὰν ὀργάδα γράφει ψήφισμα κήρυκα πεμφθῆναι πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους τὸν αὐτὸν κατηγοροῦντα τῶν Μεγαρέων. τοῦτο μὲν οὖν τὸ ψήφισμα Περικλέους ἐσὶν εὐγνώμονος καὶ φιλανθρώπου δικαιολογίας ἐχόμενον· ἐπεὶ δ' ὁ πεμφθεὶς κήρυξ Ἀνθεμόκριτος αἰτίᾳ τῶν Μεγαρέων ἀποθανεῖν ἔδοξε γράφει ψήφισμα κατ' αὐτῶν Χαρῖνος ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὃς δ' ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δὲ στρατηγοὺς ὅταν ὀμνύωσι τὸν πάτριον ὅρκον ἐπομνύειν ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσιν· ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται.

---

1) Sic Periclis aequales loquebantur. Sophocles *Philoct.* 4 τὸν Μηλιᾶ Ποίαντος υἱόν. Scholion: Ἀττικὸν δὲ τὸ Μηλιᾶ.

Digitized by Google

Manifestum est Plutarchum quum haec scriberet τό τε τοῦ Περικλέους ψήφισμα καὶ τὸ τοῦ Χαρίνου ob oculos habuisse. Quod enim psephisma Periclis narrat esse εὐγνώμονος καὶ φιλανθρώπου δικαιολογίας ἐχόμενον Plutarchi iudicium est, qui totum psephisma perlegisset, namque in iis quae inde descripsit κήρυκα πεμφθῆναι πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους τὸν αὐτὸν κατηγοροῦντα τῶν Μεγαρέων nulla omnino est δικαιολογία. Sed inest in iis turpe mendum, quod obiter eximam. κατηγοροῦντα corruptum est: nam neque Fetialis est κατηγορεῖν et requiritur *futurum*, non praesens. Quid multa? Emenda κατεροῦντα, quod in ea re solemne et legitimum verbum est et saepe a scribis corrumpi solitum. Facile est a Plutarchi verbis ea discernere quae αὐτολεξεί ex utroque phephismate descripta sunt. Primum ἀποτέμνεσθαι τὴν ὀργάδα. Sic veteres Athenienses loquebantur et ἱερὰν, quod nunc male adhaesit, natum est ex sequiorum consuetudine, qui agrum Cereri et Proserpinae consecratum non Ὀργάδα appellabant, sed τὴν γῆν τὴν ἱεράν aut τὴν χώραν τὴν ἱεράν. Demosthenes περὶ συντάξεως p. 175. οἷον ἃ πρὸς τοὺς καταράτους Μεγαρέας ἐψηφίσασθε ἀποτεμνομένους τὴν ὀργάδα, ἐξιέναι, κωλύειν, μὴ ἐπιτρέπειν. Ex Charini psephismate primum habemus ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὃς δ' ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων θανάτῳ ζημιοῦσθαι. Usitatum est in tali re quod apud Demosthenem legitur *de Corona* p. 314. ἦν γὰρ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ὑμῖν πρὸς τοὺς θεατὰς πόλεμος, neque est veri simile *odium* internecivum plebiscito decerni indicique sed *bellum*, idque ipsum Charinum scripsisse arbitror ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον πόλεμον, quibus verbis scite Plutarchus ipse utitur in vita Aristidis cap. I. οὐ γάρ ἐστι τοῖς ἀγαθοῖς ἀκήρυκτος καὶ ἄσπονδος πόλεμος πρὸς τὰς παρὰ τῶν φίλων δωρεάς. Deinde Charinus ita scripserat: οἱ δὲ στρατηγοὶ ὅταν ὀμνύωσι τὸν πάτριον ὅρκον ἐπομνύντων ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσιν, quibuscum confer Thucydidem IV. 66 Μεγαρῆς πιεζόμενοι ὑπ' Ἀθηναίων τῷ πολέμῳ ἀεὶ κατ' ἔτος ἕκαστον δὶς ἐσβαλλόντων πανστρατιᾷ ἐς τὴν χώραν κτέ. Praeterea arguit τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα locutio ἀνὰ πᾶν ἔτος. Iterum apparet antiquum nomen in verbis: ταφῆναι δὲ τὸν Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, quibus Plutarchus de suo addidit; αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται, namque

Digitized by Google

adolescens studiorum causa aliquamdiu Athenis moratus optime id noverat et monumentum Anthemocriti saepe viderat, de quo Pausanias I. 36. 3. *ἰοῦσι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν*, (exeuntibus ea porta, quae olim *αἱ Θριάσιαι πύλαι*, deinde *τὸ Δίπυλον* appellabatur) *ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱεράν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. ἐς τοῦτον Μεγαρεῦσίν ἐσιν ἀνοσιώτατον ἔργον, οἳ κήρυκα ἐλθόντα ὡς μὴ τοῦ λοιποῦ τὴν χώραν ἐπεργάζοιντο κτείνουσι τὸν Ἀνθεμόκριτον*, ubi supplendum *τὴν χώραν (τὴν ἱερὰν) ἐπεργάζοιντο*. Quod Pericle vivo dicitur *ἀποτέμνεσθαι τὴν ὀργάδα* sequiores dicebant *τὴν χώραν τὴν ἱερὰν ἐπεργάζεσθαι*. Addam his locum ex epistola Philippi apud Demosthenem p. 159 ut ex eo mendum eximam. *Μεγαρέων γοῦν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος ὥςε μυςηρίων μὲν εἴργειν αὐτοὺς, ὑπομνήματα δὲ τῆς ἀδικίας ἔςησαν ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν*, ubi scribendum *μυςηρίων μὲν εἶργον αὐτοὺς, ὑπόμνημα δὲ κτέ.* Qui hanc epistolam supposuit non erat historiae Atticae valde peritus. Est aliquid inter *μυςηρίων εἴργειν* et *πόλεμον ἄσπονδον* et *ἀκήρυκτον ἐκφέρειν*. Apponam denique annotationem Harpocrationis v. *Ἀνθεμόκριτος*: *Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα·*

τό τε βαλανεῖον τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα.

τουτέςι πρὸς ταῖς Θριασίαις πύλαις. οὗτος ἦν Ἀθηναίων μὲν κήρυξ, ὑπὸ Μεγαρέων δ' ἀπεσφάγη ἀπαγορεύων αὐτοῖς τὴν ἱερὰν ταῖν θεαῖν ὀργάδα μὴ ἐπεργάζεσθαι, ubi corrige *τὴν ἱερὰν τοῖν θεοῖν ὀργάδα*. Quod autem narrat Anthemocriti statuam *πρὸς ταῖς Θριασίαις πύλαις* fuisse, antiquum aliquem scriptorem videtur secutus. Nam olim mutato nomine *τὸ Δίπυλον* appellabatur. Ducentis annis a. Chr. rex Attalus *καταπλεύσας εἰς τὸν Πειραιᾶ — ἀνέβαινεν εἰς ἄςυ. — ἐπεὶ δ' εἰσῄει κατὰ τὸ Δίπυλον ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέςησαν τὰς ἱερείας καὶ τοὺς ἱερεῖς*, teste Polybio XVI. 25. cf. Livium XXXI. 14, 15. Plutarchus de caede Athenis a Sylla victore edita: *ἄνευ γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν ἀναιρεθέντων ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν*. in vita Syllae cap. 14. Livius XXXI. 24. Ab Dipylo accessit. Porta ea velut in ore urbis posita maior aliquanto patentiorque quam caeterae, latae sunt viae ut et oppidani dirigere aciem a foro ad portam possent: et extra limes mille ferme passus in Academiae gymnasium ferens. cf. Cic. *de Finibus* v. 1.

Digitized by Google

Tria psephismata a se lecta commemorat Plutarchus in Pericle cap. 32 καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑπόνοιαν. Δεχομένου δὲ τοῦ δήμου καὶ προσιεμένου τὰς διαβολὰς οὕτως ἤδη ψήφισμα κυροῦται Δρακοντίδου γράψαντος ὅπως οἱ λόγοι τῶν χρημάτων ὑπὸ Περικλέους εἰς τοὺς Πρυτάνεις ἀποτεθεῖεν, οἱ δὲ δικασταὶ τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες ἐν τῇ πόλει κρίνοιεν. Ἄγνων δὲ τοῦτο μὲν ἀφεῖλε τοῦ ψηφίσματος, κρίνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις εἴτε κλοπῆς καὶ δώρων εἴτε ἀδικίου βούλοιτό τις ὀνομάζειν τὴν δίωξιν. In his quoque complura comparent αὐτολεξεί ex antiquis monumentis descripta, veluti εἰσαγγέλλειν τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας. Minus veteres dicebant θεοὺς μὴ νομίζειν et περὶ τῶν μετεώρων. Odiosi et invisi erant et vivo Pericle et diu postea qui corporum caelestium motus speculabantur. Μεταρσιολέσχαι et μεταρσιολόγοι et μετεωρολόγοι et μετεωροκόποι vulgo dicti (et apud Aristophanem in *Nubibus* 332 et 359 μετεωροφένακες et μετεωροσοφισαί), vulgo flagrabant invidia et aut ἄθεοι aut μισόθεοι et θεομισεῖς habebantur. Plutarchus in Nicia 23: οὐ γὰρ ἠνείχοντο τοὺς φυσικοὺς καὶ μετεωρολέσχας τότε καλουμένους ὡς εἰς αἰτίας ἀλόγους καὶ δυνάμεις ἀπρονοήτους καὶ κατηναγκασμένα πάθη διατρίβοντας τὸ θεῖον. Quantum plausum putemus Euripidem tulisse quum caneretur in scena:

Τίς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ
μετεωρολόγων δ' ἐκὰς ἔρριψε
σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ' εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα.

nam sic scribendum: Τ*ί*ς τάδε λεύσσων, non ὃς τάδε λεύσσων, ut est apud Clementem Alex. *Strom.* V. p. 732, qui τίς in ὅς convertit ut Euripideam sententiam verbis suis accommodaret. Iam vero si Euripides ita sentit ὁ ἐπὶ σκηνῆς Φιλόσοφος quid reliquos sensisse putemus? In Platonis *Rep.* VI. p. 488. E. τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἡγεῖ ἂν τῷ ὄντι μετεωροσκόπον τε καὶ ἄχρηστον σφίσι καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς οὕτω κατεσκευασμέναις ναυσὶ πλωτήρων, vehementer mihi mendi suspectum est μετεωροσκόπον et quam-

Digitized by Google

quam in vetusto Parisino A diserte ita scriptum esse vidi ambabus manibus amplector Porsoni emendationem *μετεωροκόπον*, id est *μετεωρολέσχην καὶ περὶ τῶν μετεώρων πολλὰ εἰκῇ φλυαροῦντα*. Verbum inde natum feliciter evasit in Aristophanis *Pace* vs. 92.

ποῖ δῆτ' ἄλλως μετεωροκοπεῖς;

Quanta igitur invidia arserit Pericles *ὁ μετεωρολογίας ἐμπλησθείς* (Plato in *Phaedro* p. 270 A.), *ὁ μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος* (Plutarch. in Pericle 5) facile est ad intelligendum, ita ut Diopithes *γράψας εἰσαγγέλλειν τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας* secundo id populo facere potuerit.

Imprimis memorabile est quod scribit Plutarchus in Nicia 23 odiosos et invisos populo *τοὺς Φυσικοὺς καὶ μετεωρολέσχας τότε καλουμένους* propterea fuisse quia perinde omnes et Deos esse negabant et divinam providentiam tollebant. *ὀψὲ δ' ἡ Πλάτωνος ἐκλάμψασα δόξα διὰ τὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς καὶ ὅτι ταῖς θείαις καὶ κυριωτέραις ἀρχαῖς ὑπέταξε τὰς Φυσικὰς ἀνάγκας, ἀφεῖλε τὴν τῶν λόγων τούτων διαβολὴν καὶ τοῖς μαθήμασιν εἰς ἅπαντας ὁδὸν ἐνέδωκεν.* Plato est, quo nemo acrius *πόλεμον ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον πρὸς τοὺς ἀθέους* gesserit. Triplex erat vivo Platone *τῶν ἀσεβῶν* genus. Malo ipsius Platonis verbis uti *de Legg.* X. p. 885 B. *θεοὺς ἡγούμενος εἶναι κατὰ νόμους οὐδεὶς πώποτε οὔτε ἔργον ἀσεβὲς εἰργάσατο ἑκὼν οὔτε λόγον ἀφῆκεν ἄνομον* (imo vero *ἀνόσιον*), *ἀλλ' ἓν δή τι τῶν τριῶν πάσχων ἢ τοῦτο ὅπερ εἶπον* (*εἶναι θεοὺς*) *οὐχ ἡγούμενος, ἢ τὸ δεύτερον ὄντας οὐ Φροντίζειν ἀνθρώπων, ἢ τρίτον εὐπαραμυθήτους εἶναι θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς παραγομένους.* cf. libr. XII. p. 948. C. ubi docet propter hominum impietatem iurisiurandi religionem ex iudiciis publicis eximi oportere. Durissimam igitur legem *ἀσεβείας πέρι* scripsit X. 15 carcere aut capitali supplicio impios territans, sed non sunt haec *εὐσεβείας Φάρμακα*, neque *οἱ μετεωρολέσχαι* defecerunt. Ad Iliad. Π. 298.

ὡς δ' ὅτ' ἀΦ' ὑψηλῆς κορυΦῆς ὄρεος μεγάλοιο
κινήσῃ πυκινὴν νεΦέλην ζεροπηγερέτα Ζεύς,

tristis adscripsit grammaticus nescio quis: *καὶ ταῦτα δὲ Ὅμηρος τὰ αὐτόματα θεοῖς ἀνατίθησιν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν μετεωρολέσχαι οὐδαμοῦ προστιθέασιν ὄνομα θεοῦ.* Sed ad psephismata mea revertor.

Digitized by Google

Facile agnoscimus Ἀττικὰ ὀνόματα ex Dracontidae psephismate, ut in his: οἱ δὲ δικασταὶ τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες ἐν [τῇ] πόλει κρίνοιεν, ubi expungendus est articulus. Athenienses ἐν πόλει dicebant, ut ἐν ἄστει. Etiam τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες Attica verba sunt et mos antiquus in re gravi et plena religionis, ut apud Demosthenem *de Corona* p. 271 καὶ ταῦτα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρουσα τὴν ψῆφον ἔπραξεν, et πρὸς Μακάρτατον p. 1054. καὶ οἱ Φράτερες — λαβόντες τὴν ψῆφον κατομένων τῶν ἱερείων ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες τοῦ Διὸς τοῦ Φρατρίου — ἐψηφίσαντο τὰ δίκαια. Hanc vero religionem exemit Hagnon et tulit ut causa ageretur ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις et esset iudicium sive κλοπῆς καὶ δώρων sive ἀδικίου. Haec omnia sunt Ἀττικὰ ὀνόματα ex ipso Hagnonis psephismate descripta. Andocides περὶ μυστηρίων p. 10, 20. οὗτοι δ' αὖ ἦσαν ὁπόσοι κλοπῆς ἢ δώρων ὤφλοιεν· τούτους ἔδει καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι. Aristophanes in *Nubibus* vs. 591

ἢν Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς
εἶτα φιμώσητε τούτου 'ν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα.

quod autem addidit εἴτε ἀδικίου et res et nomen rarissimum est. Harpocration, Ἀδικίου: οἷον ἀδικήματος. ἔστι δὲ ὄνομα δίκης. ἀποτίνυται δὲ τοῦτο ἁπλοῦν ἐὰν πρὸ τῆς ἑνάτης πρυτανείας ἀποδοθῇ· εἰ δὲ μὴ διπλοῦν καταβάλλεται, ubi scribendum ἀποτίνεται pro poëtico ἀποτίνυται. Nomen ἀδικίου, notante Dindorfio, non legitur apud Oratores qui supersunt. In uno loco Dinarchi κατὰ Φιλοκλέους p. 108, 50 suspicor id in mendo latere. Editur: ἐάν τις ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογήσας τι παραβῇ τοῦτον ἔνοχον εἶναι κελεύει (ὁ νόμος) τῷ ἀδικεῖν, sed ἔνοχος τῷ ἀδικεῖν non uno nomine absurdum est et suspicor ἔνοχος τῷ ἀδικίῳ olim fuisse scriptum, id est ἀδικίου *crimine teneri*, ut ἔνοχος τοῖς ψευδομαρτυρίοις et sim. Qui autem quid sit ἀδίκιον perscrutari volent meminerint εἴτε κλοπῆς καὶ δώρων εἴτε ἀδικίου non esse Plutarchi verba, sed olim ἐν τῷ τοῦ Ἀγνωνος ψηφίσματι fuisse scripta. Vocabulum antiquum et rarissimum ΑΔΙΚΙΟΥ ne apud Plutarchum quidem sine labe evasit: in libris omnibus est ἀδίκου, quod docte Reiskius emendavit. In Plutarchi oratione eo magis διαφαίνεται τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα quasi gemmae, quia ipse Plutarchus in rebus Atticis non ἀττικίζει loquitur, sed aequalium dicendi consue-

Digitized by Google

tudinem secutus τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασιν utitur ubi Athenienses certis et propriis verbis utebantur, veluti cap. 37. ὁ Περικλῆς — νόμον ἔγραψε μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυεῖν Ἀθηναίων γεγονότας, Atticum est ἐκ δυοῖν ἀστοῖν γεγονότας, et post pauca: ἐπράθησαν οὖν ἁλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους sine controversia ἐπράθησαν corruptum est. Loquitur de iis qui malis artibus in civitatem irrepserant, quibus *civitas* ademta, non *libertas*. Itaque Plutarchus ἀπηλάθησαν dixerat, Athenienses in ea re ἀπεψηφίσθησαν dicebant. Paucis interpositis scribit: συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας ὄνομα θέμενον τὸ αὐτοῦ, potest in his Plutarchus emendate scripsisse εἰς τοὺς φράτερας, sed ἀπογράφεσθαι in tali re improprie et perperam dicitur, Athenienses certo et perpetuo usu εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτερας dicebant et ἐγγράφειν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. Exemplis in re trita quid opus? Unum tamen quia tam lepidum est proferam. In Aristophanis *Avibus* vs. 1669 quaerit ex Hercule Pisthetaerus:

ἤδη σ' ὁ πατὴρ εἰσήγαγ' ἐς τοὺς φράτερας;

cui ille:

οὐ δῆτ' ἐμέ γε καὶ δῆτ' ἐθαύμαζον πάλαι.

Deficiebant Plutarchum τὰ τοῦ Κρατεροῦ ψηφίσματα, ubi scribit de Periclis iudicio cap. 16. ἐπεγράφη δὲ τῇ δίκῃ κατήγορος ὡς μὲν Ἰδομενεὺς λέγει Κλέων, ὡς δὲ Θεόφραστος Σιμμίας (scrib. Σιμίας ex σιμός), ὁ δὲ Ποντικὸς Ἡρακλείδης Λακρατίδαν (scr. Λακρατείδαν) εἴρηκεν. Fortasse omnes vera narrant quia complures accusatores publici constituebantur, quos Atheniense s συνηγόρους appellant, Plutarchus κατηγόρους, ut in vita Periclis cap. 10 ἦν γὰρ εἷς τῶν κατηγόρων ὁ Περικλῆς ὑπὸ τοῦ δήμου προβεβλημένος in Cimonem, et post pauca: ἅπαξ ἀνέσχ τὴν προβολὴν ἀφοσιούμενος καὶ τῶν κατηγόρων ἐλάχιστα τὸν Κίμωνα λυπήσας ἀνεχώρησεν cf. Plutarch. in Cimone cap. 14.

Sine ulla controversia ἐκ τῆς τοῦ Κρατεροῦ Συναγωγῆς descriptum est τὸ ψήφισμα τὸ ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος ἐφ' οὗ οἱ τετρακόσιοι κατελύθησαν (Olym. XCII. 2. $4\frac{11}{12}$ a Chr.) καθ' ὃ ἔδοξεν Ἀντιφῶν κριθῆναι, apud Plutarchum in vitis X Oratorum p. 833 E. Plutarchus ex Caecilio Rhetore affert (ὁ Καικίλιος παρατίθε-

Digitized by Google

ται), sed undenam aliunde Caecilius nactus esse potuit nisi a Cratero, ex quo illud ipsum psephisma affertur ab Harpocratione v. *Ἄνδρων*. — *Ἄνδρωνά φησιν εἶναι Κρατερὸς ἐν Ε τῶν ψηφισμάτων τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα τὸ περὶ Ἀντιφῶντος τοῦ ῥήτορος.* Craterus igitur primum ipsum *ψήφισμα* descripsit, quod apud Plutarchum l. l. fere integrum superest. Initio lacuna est: *Ἔδοξε τῇ βουλῇ * * * * * μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας. Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει, Ἄνδρων εἶπεν.* Reliqua sunt fere omnia integra: memorabilia insunt haec: *παρασχόντων δὲ αὐτοὺς οἱ στρατηγοὶ καὶ ἐκ τῆς βουλῆς οὕστινας ἂν δοκῇ τοῖς στρατηγοῖς προσελομένοις μέχρι δέκα.* Proprium est in ea re *παρέχειν sistere in iudicio*, non *παράγειν producere*. Deinde: *προσκαλεσάσθωσαν* (recte Meineke *προσκαλεσάσθων*) *δὲ αὐτοὺς οἱ Θεσμοθέται ἐν τῇ αὔριον ἡμέρᾳ καὶ εἰσαγόντων* (scr. *εἰσαγαγόντων*, ut *παρασχόντων* et *προσκαλεσάσθων*), *ἐπειδὰν αἱ κλήσεις ἐξήκωσιν, ἐς τὸ δικαστήριον*, et *περὶ προδοσίας κατηγορεῖν τοὺς ἠρημένους συνηγόρους καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ ἄλλους ἄν τις βούληται.*

Descripto autem psephismate Craterus ex tabulis publicis exitum iudicii et damnationem reorum subscripsit. Plutarchus ita pergit: *τούτῳ ὑπογέγραπται τῷ δόγματι ἡ καταδίκη.*

Προδοσίας ὤφλον Ἀρχεπτόλεμος Ἱπποδάμου Ἀγρυλῆθεν παρὼν, Ἀντιφῶν Σοφίλου Ῥαμνούσιος παρών. τούτοιν ἐτιμήθη τοῖς ἕνδεκα παραδοθῆναι καὶ τὰ χρήματα δημόσια εἶναι καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον καὶ τὼ οἰκία κατασκάψαι αὐτοῖν καὶ ὅρους θεῖναι τοῖν οἰκοπέδοιν ἐπιγράψαντας ΑΡΧΕΠΤΟΛΕΜΟΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΦΩΝΤΟΣ ΤΟΙΝ ΠΡΟΔΟΝΤΟΙΝ. *τὼ δὲ δημάρχω ἀποφῆναι τὼ οἰκία καὶ μὴ ἐξεῖναι θάψαι Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ἀντιφῶντα Ἀθήνησι μηδὲ ὅσης Ἀθηναῖοι κρατοῦσι καὶ ἄτιμον εἶναι Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ἀντιφῶντα καὶ γένος τὸ ἐκ τούτοιν καὶ νόθους καὶ γνησίους. καὶ ἐὰν τοιήσηταί τινα ἐξ Ἀρχεπτολέμου καὶ Ἀντιφῶντος ἄτιμος ἔστω ὁ τοιησάμενος. ταῦτα δὲ γράψαι ἐν στήλῃ χαλκῇ καὶ ἥπερ ἀνάκειται τὰ περὶ Φρυνίχου καὶ τοῦτο θέσθαι.*

Dignissima et utilissima lectu haec omnia sunt et eadem omni fere errore vacua, nisi quod scribendum videtur: *καὶ ἀτίμω* (non *ἄτιμον*) *εἶναι Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ἀντιφῶντα*, et supplendum: *ἐὰν τοιήσηταί (τις) τινα (τῶν) ἐξ Ἀρχεπτολέμου.* Praeterea corrige *ἥπερ κεῖται* pro *ἀνάκειται*, non sunt enim haec *ἀναθήματα*.

Digitized by Google

Habeamus ergo Cratero et Caecilio et Plutarcho gratiam, qui luculentum antiquitatis monumentum veluti per manus ad nostram aetatem propagaverunt.

Sunt autem in vitis X Oratorum etiam plura, quae ἐκ τῆς Κρατεροῦ συναγωγῆς descripta esse haud improbabilis suspicio est. In vita Demosthenis pag. 847. D. legitur: εἶχε δὲ καὶ (ὁ Δημοσθένης) ἀδελφὴν, ἐξ ἧς καὶ Λάχου Λευκονοέως (scrib. Λάχητος τοῦ Λευκονοῶς) [1]) ἀδελφιδοῦς αὐτῷ Δημοχάρης ἐγένετο. Democharc, inquit, auctore Ἀθηναῖοι σίτησίν τε ἐν Πρυτανείῳ τοῖς συγγενέσι τοῦ Δημοσθένους ἔδοσαν καὶ αὐτῷ τετελευτηκότι τὴν εἰκόνα ἀνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ Γοργίου ἄρχοντος, id est Olympiade CXXV. 1 anno $\frac{281}{80}$ a. Chr. Demostheni igitur, quemadmodum Aristidi, plus quam *quadraginta* annis post mortem et ipsi et posteris honores sunt habiti. Ipse Democharcs filio auctore post annos decem tulit honores eosdem: ᾧ καὶ αὐτῷ πάλιν ὁ υἱὸς Λάχης Δημοχάρους Λευκονοεὺς ᾐτήσατο δωρεὰς ἐπὶ Πυθαράτου ἄρχοντος δεκάτῳ ὕστερον ἔτει. Tum post pauca ita pergit: καὶ ἔστι τὰ ψηφίσματα ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀναγεγραμμένα, et in fine operis exemplum utriusque plebisciti servatum est, cum tertio psephismate Stratoclis Lycurgo oratori praemia et honores decernentis. Haec omnia Cratero debentur suntque lectu utilissima, hic illic mendosa tamen et lacunis hiantia et negligenter edita. In primo editur Τιμοχάρης Λάχητος Λευκονοεύς pro Δημοχάρης turpi errore. In secundo supplendum εὐεργέτῃ καὶ συμβούλῳ γεγονότι πολλῶν καὶ καλῶν τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων. Notandum est dicendi genus in proximis: ἀνθ' ὧν ἐξέπεσεν ὑπὸ τῶν καταλυσάντων τὸν δῆμον· καὶ ὡς κατῆλθεν ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος ὑπὸ τοῦ δήμου συσείλαντι τὴν διοίκησιν κτέ. Sic *atticisl* dicitur ἐκπεσεῖν ὑπό τινος et ὑπό τινος κατελθεῖν. Turbas dare solet in his socors scribarum natio, cf. quae de iis scripsimus in *Var. Lectt.* p. 56. Multo integrius est Stratoclis psephisma de Lycurgo oratore: Ἐπὶ Ἀναξικράτους ἄρχοντος (Olymp. CXVIII. 2) ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ἕκτης πρυτανείας Στρατοκλῆς Εὐθυδήμου Διομειεὺς εἶπεν. Ex reliquis leve

1) Duo δῆμοι in Attica Οἶον appellabantur a solitudine et vastitate loci nomen habentes τὸ Κεραμεικὸν Οἶον et τὸ Λεκελεικὸν Οἶον. Tertium est nomen τὸ Λευκὸν Οἶον, unde Λευκονοεύς, Λευκονοῶς, Λευκονοᾶ.

Digitized by Google

mendum eximam. Editur: *ὅπως ἂν εἰδῶσι πάντες διότι τοὺς προαιρουμένους ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς ἐλευθερίας δικαίως πολιτεύεσθαι* [*καὶ*] *ζῶντας μὲν περὶ πλείστου ποιεῖται* [*καὶ*] *τελευτήσασι δὲ ἀποδίδωσι χάριτας ἀειμνήστους.* bis expungenda molesta copula est.

Quemadmodum igitur hoc quoque monumentum Cratero debemus, sic psephisma in Zenonis honorem apud Diogenem Laërtium VII. 10 non aliunde sumtum arbitror: *Ἐπ' Ἀρρενίδου ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος πέμπτης πρυτανείας Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ τρίτῃ* [1]) *καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας ἐκκλησίᾳ κυρίᾳ τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἵππων Κρατιστοτέλους Ξυπεταιὼν καὶ οἱ συμπρόεδροι, Θράσων Θράσωνος Ἀνακαιεὺς εἶπεν,* in quo scribendum *χειροτονῆσαι τὸν δῆμον τοὺς ἐπιμελησομένους πέντε ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων (ἁπάντων),* et *ὅπως ἅπαντες εἰδῶσιν ὅτι ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ζῶντας τιμᾷ καὶ τελευτήσαντας.*

Praeter psephisma Stratoclis, quod modo commemoravimus, plura eiusdem et aequalium Plutarchus in vita Demetrii Poliorcetae aut obiter attigit aut nonnulla ex iis descripsit, ut cap. 13. *ἔγραψε Δρομοκλείδης ὁ Σφήττιος ὑπὲρ τῆς τῶν ἀσπίδων ἀναθέσεως παρὰ Δημητρίου λαβεῖν χρησμόν. Αὐτὴν δὲ παραγράψω τὴν λέξιν ἐκ τοῦ ψηφίσματος οὕτως ἔχουσαν·*

> *Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθω τῷ δήμῳ χειροτονῆσαι*
> *τὸν δῆμον ἕνα ἄνδρα ἐξ Ἀθηναίων (ἁπάντων)*
> *ὅσις ἀφικόμενος πρὸς τὸν Σωτῆρα καὶ*
> *καλλιερησάμενος ἐπερωτήσει τὸν Σωτῆρα πῶς*
> *εὐσεβέσατα καὶ κάλλιστα καὶ τὴν ταχίστην ὁ δῆμος*
> *τὴν ἀποκατάστασιν ποιήσεται τῶν ἀναθημάτων.*
> *ὅ, τι δ' ἂν χρήσῃ ταῦτα πράττειν τὸν δῆμον.*

Manifestum si quod aliud emblema ex his viri docti exemerunt *ἐπερωτήσει* [*Δημήτριον*] *τὸν Σωτῆρα.* Complura id genus in Plutarchi vitas irrepserunt. Indicabo unum, quod latet in

---

1) Corrigendum *πρώτῃ* pro *τρίτῃ*. Illo tempore duodecim sunt *φυλαί*. Itaque unus et idem dies est *τοῦ τε μηνὸς καὶ τῆς πρυτανείας*. Mensis dies est *vicesimus primus δεκάτη ὑστέρα*. Hesychius: *Δεκάτη προτέρα ἡ πρὸ εἰκάδος, ὡς ὑστέρα ἡ μετ' εἰκάδα*. Demosthenes *de Fals. Leg.* p. 359, 24. *εἰκάς — δεκάτη ὑστέρα, ἐνάτη, ὀγδόη*. Ergo *τῆς πρυτανείας* est *πρώτη καὶ εἰκοστή*, non *τρίτη*.

Digitized by Google

vicinia cap. 24. *Δημήτριος δὲ — τοσαύτην ὕβριν — κατεσκέδασε τῆς ἀκροπόλεως ὥςε δοκεῖν τότε μάλιςα καθαρεύειν τὸν τόπον ὅτε Χρυσίδι καὶ Λαμίᾳ καὶ Δημοῖ καὶ Ἀντικύρᾳ συνακολαςαίνοι*, ubi nominibus scortorum adscripsit aliquis *ταῖς πόρναις ἐκείναις*, quae nunc post *Ἀντικύρᾳ* in textum irrepsisse videbis.

Iterum cap. 34 nonnulla *αὐτολεξεί* ex psephismate descripta leguntur *ἔτι δὲ προσεψηφίσαντο*

Δεδόχθαι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων πᾶν ὅ, τι ἂν ὁ βαςιλεὺς Δημήτριος κελεύςῃ τοῦτο καὶ πρὸς θεοὺς ὅςιον καὶ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιον εἶναι.

O flagitiosam adulationem! sed verba resipiunt Atticam: *ὁ γοῦν χαρακτὴρ Ἀττικὸς τῶν ῥημάτων*. Nil ex vetere fortuna et bonis artibus maiorum Athenienses retinuerant praeter orationis venustatem et leporem. Quam venustum et elegans carmen est sed idem abiectissimae adulationis, quod servavit Athenaeus VI. p. 253 D. cuius initium apponam ad veterem lacunam explendam. *Δοῦρις ὁ Σάμιος ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοςῇ τῶν Ἱςοριῶν καὶ αὐτὸν τὸν Ἰθύφαλλον* * * *

Ὡς οἱ μέγιςοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι
τῇ πόλει πάρειςιν.
ἐνταῦθα γὰρ Δήμητρα καὶ Δημήτριον
ἅμα παρῆγ' ὁ καιρός.
ἡ μὲν τὰ ςεμνὰ τῆς Κόρης μυςήρια
ἔρχετ' ἵνα ποιήςῃ,
ὁ δ' ἱλαρὸς ὥςπερ τὸν θεὸν δεῖ καὶ καλός
καὶ γελῶν πάρεςιν.

Manifestam lacunam in hunc ferme modum explendam esse suspicor ut legatur: *αὐτὸν τὸν Ἰθύφαλλον* (*παρατίθεται οὕτως ἔχοντα*

Χαίροντες, ὦ πάντες λεῴ, συνέλθετε
πρὸς τὸν Ἰθύφαλλον.) [1])
ὡς οἱ μέγιςοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι
τῇ πόλει πάρειςιν.

Indignabundus Athenaeus postquam haec descripsit exclamat: *ταῦτ' ᾖδον οἱ Μαραθωνομάχοι — οἱ τὸν προςκυνήςαντα τὸν Περςῶν*

1) Ipsa carminis verba praestare velle dementia est. Hoc unum agimus ut simul et sententiae defectus et lacunae origo pateat. Scribae oculi a priore *ΙΘΥΦΑΛΛΟΝ* ad posterius aberrarunt.

Digitized by Google

βασιλέα ἀποκτείναντες! et ipse Demetrius foedam assentationem pertaesus palam dixit *ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας καὶ ἀδρὸς τὴν ψυχήν*, ut memoriae prodidit testis oculatus Democbares paullo caeteris melior apud Athenaeum VI. p. 253 A.

In psephismate de Antiphonte supra p. 121 scriptum esse vidimus: *ταῦτα δὲ γράψαι ἐν στήλῃ χαλκῇ καὶ ἣπερ κεῖται τὰ ψηφίσματα τὰ περὶ Φρυνίχου καὶ τοῦτο θέσθαι*. Phrynichum constat ab Hermone ex insidiis interfectum etiam post mortem perduellionis esse damnatum. Plutarchus in Alcibiade cap. 25. *οἱ Ἀθηναῖοι — τοῦ μὲν Φρυνίχου προδοσίαν κατεψηφίσαντο τεθνηκότος, τὸν δ' Ἕρμωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐσεφάνωσαν*. Hoc quoque *ψήφισμα* a Cratero *εἰς τὴν Συναγωγήν* esse receptum et per se satis certum est et liquido apparet ex scholio ad Aristophanis *Lysistratam* vs. 313.

τίς ξυλλάβοιτ' ἂν τοῦ ξύλου τῶν ἐν Σάμῳ στρατηγῶν;
Δίδυμος καὶ Κρατερός φασι ταῦτα αἰνίττεσθαι εἰς Φρύνιχον τὸν Στρατωνίδου. ἐκακοηθεύσατο γὰρ πρὸς τὸν δῆμον ἐν Σάμῳ στρατηγῶν, ὥσε ἐψηφίσατο κατ' αὐτοῦ ὁ δῆμος δημόσια εἶναι τὰ Φρυνίχου χρήματα καὶ τῆς θεοῦ τὸ δέκατον μέρος καὶ τὴν οἰκίαν κατεσκάφθαι αὐτοῦ καὶ ἄλλα πολλὰ κατ' αὐτοῦ ἔγραψεν ἐν στήλῃ χαλκῇ. Haec ut alia plurima in scholiis ad Aristophanem ex antiqua et erudita annotatione Didymi a recentiore magistro ad hanc rerum exilitatem et orationis infantiam compendifacta sunt. In illis scholiis non res ipsae apparent sed rerum umbrae. Quid ieiunius quam *ἐκακοηθεύσατο πρὸς τὸν δῆμον* de *proditore?*

Quid negligentius quam *Δίδυμος καὶ Κρατερός φασιν*, ubi Didymus Crateri testimonio fuerat usus? Hoc saltem ex mutilato scholio tuto colligimus Craterum verba Aristophanis recte ad Phrynichum retulisse et explicatis breviter Phrynichi rebus *τὰ περὶ τοῦ Φρυνίχου ψηφίσματα* subiecisse. Psephismati, quo Phrynichus reus factus est, addita erat *ἡ καταδίκη*, iisdem verbis concepta, quae in Psephismate de Antiphonte vidimus: *δημόσια εἶναι τὰ Φρυνίχου χρήματα καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον* et reliqua quae verbis legitimis ac solemnibus concipi solebant. Haec omnia Didymus ex Cratero diligenter descripserat, sed

Digitized by Google

magister, qui ea in brevius contraxit, pauca dedit mendose scripta et festinans addidit *καὶ ἄλλα πολλὰ κατ' αὐτοῦ ἔγραψεν ἐν στήλῃ χαλκῇ.*

Videmus esse tabulas ex aere, in quibus damnationes reorum olim insculpebantur. Vidimus *στήλην χαλκῆν* in Antiphonte et Archeptolemo, videmus in Phrynicho, tertia est in Diagora Melio apud Scholiasten Aristophanis ad *Aves* 1073. *Μελάνθιος ἐν τῷ περὶ Μυσηρίων προφέρεται τῆς χαλκῆς στήλης ἀντίγραφον, ἐν ᾗ ἐπεκήρυξαν (τῷ Διαγόρᾳ) κτέ.*

Craterus dum rerum Atticarum notitiam ex variis scriptoribus sedulo colligit et ipsa *ψηφίσματα* apponens illustrat, fieri non potest quin plurimum operae in poëtis Comicis lectitandis et in rem suam excerpendis posuerit. Huius rei nunc *unicum* indicium superest in male mulcato Scholio ad Lysistratam, sed mihi quidem saepe suspicio animum subiit multa apud Plutarchum Comicorum veterum testimonia non ex ipsorum fabulis a se lectis petita sed et aliis et Cratero sublecta Plutarchum protulisse, qui et Aristophanem oderat et reliquos poëtas Comoediae veteris omnes *ἀνθρώπους σατυρικοὺς τοῖς βίοις καὶ τὰς κατὰ τῶν κρειττόνων βλασφημίας ὥσπερ δαίμονι κακῷ τῷ φθόνῳ τῶν πολλῶν ἀποθύοντας ἑκάστοτε*, ut scribit in vita Periclis cap. 13. cf. *Quaestt. conviv.* VII. 8. p. 712. A.

Finem faciam *ἐν τοῖς τοῦ Ἀριστείδου ψηφίσμασι*, quae apud Plutarchum feruntur in vita Aristidis cap. 21 et 22. Memorabile imprimis est quod cap. 21 legitur: *ἔγραψεν Ἀριστείδης ψήφισμα συνιέναι μὲν εἰς Πλαταιὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος προβούλους καὶ θεωρούς, ἄγεσθαι δὲ πενταετηρικὸν ἀγῶνα τῶν Ἐλευθερίων. εἶναι δὲ σύνταξιν Ἑλληνικὴν μυρίας μὲν ἀσπίδας, χιλίους δὲ ἵππους, ναῦς δ' ἑκατὸν ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμον, Πλαταιεῖς δὲ ἀσύλους καὶ ἱεροὺς ἀφεῖσθαι τῷ θεῷ θύοντας ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος.* Quoniam Plutarchus, ut mox ostendam, ipsa Aristidis *ψηφίσματα* habebat ob oculos, illa quoque verba inde sumta esse haud improbabilis suspicio est, quo lubentius menda nonnulla ex iis, quae *ἀττικισί* erant scripta, eluemus. Pro *πενταετηρικόν* repone *πεντετηρικόν*, et *Πλαταιᾶς* pro *Πλαταιεῖς* et *θύσοντας* pro *θύοντας*. Mendosum est etiam *χιλίους δὲ ἵππους*, quis enim in tali re pro *equitibus* nominat *equos?* Aristides scripsisse videtur *μυρίαν μὲν ἀσ-*

Digitized by Google

τίδα, χιλίαν δὲ ἵππον, nam sic veteres loquebantur, ut in *Anabasi* I. 7. 10 τῶν Ἑλλήνων ἀσπὶς μυρία, et in *Cyrop.* IV. 6. 2. ἵππον χιλίαν, et duo collectiva sic componi solent. In cap. 22 corrigendum ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων pro πάντων ex certa formula.

In rebus ab Aristide gestis enarrandis Plutarchus fere Herodotum sequitur aut certe aliquem, qui ex Herodoto totus pendebat sed ita ut nonnihil novi adderet aut ab Herodoto neglectum aut a recentioribus fictum. Ferox Atheniensium responsum Alexandro Macedoni et alterum Spartanorum legatis redditum memorat historiae pater VIII. 143 et 144. Adscribam prius ut emendem. Editur: νῦν τε ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι ἔς' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇ καὶ νῦν ἔρχεται μήποτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ, expuncto putido emblemate ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, quod loci compositionem penitus conturbat, repone τὴν (non τῇ) καὶ νῦν ἔρχεται [1]). Haec igitur Plutarchus cap. 10 ipsum Aristidem respondisse narrat: ἄχρις ἂν οὗτος (τὸν ἥλιον δείξας), ἔφη, ταύτην πορεύηται τὴν πορείαν Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρσαις κτέ. ubi scribendum: ἄχρι (non ἄχρις) ἂν οὗτος — τὴν αὐτὴν πορεύηται πορείαν. Si haec ipsius Aristidis verba fuissent, non opinor id Herodotum omissurum fuisse qui Aristidem impense admirabatur. Sunt haec recentiorum additamenta et fide indigna, ut continuo apparebit. Mittitur Spartam legatio. Herodotus legatorum nominat neminem IX. 6 et 7. Plutarchus Aristidem illi legationi praefuisse narrat cap. 10 Ἀριστείδης πεμφθεὶς πρὸς Λακεδαίμονα κτέ. et quid dixerit et quid egerit copiose exponit. Sed quid si Aristidem omnino ne missum quidem Spartam legatum appareat? Missi sunt Cimon et Periclis pater Xanthippus et Myronides. Unde nosti? ex ipso psephismate, quod de ea legatione Aristides ipse scripsit. Ubinam est psephisma? apud Plutarchum

1) Hunc quoque Herodoti locum ut alios plures admiratus Sophocles in poësin suam recepit *Philoct.* vs. 1329.

καὶ παῦλαν ἴσθι τῇδε μήποτ' ἂν τυχεῖν
νόσου βαρείας ἕς' ἂν αὐτὸς ἥλιος
ταύτῃ μὲν αἴρῃ τῇδε δ' αὖ δύῃ πάλιν.

ubi recipere debebat Dindorfius Brunckii coniecturam ἕς' ἄν pro ὡς ἄν, quam vides ex Herodoto confirmatam.

Digitized by Google

in vita Aristidis cap. 10: *ἐν δὲ τῷ ψηφίσματι τοῦ Ἀριστείδου πρεσβευτὴς οὐκ αὐτὸς ἀλλὰ Κίμων καὶ Ξάνθιππος καὶ Μυρωνίδης φέρονται.*

Nihil his addam praeter lepidum Gallici poetae versiculum:

Et c'est pourtant ainsi que l'on écrit l'histoire.

CAPUT III.

Ad Plutarchi vitam Periclis.

Cap. I. *ξένους τινὰς ἐν Ῥώμῃ κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας καὶ ἀγαπῶντας ἰδὼν ὁ Καῖσαρ ἠρώτησεν εἰ παιδία παρ' αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες, ἡγεμονικῶς σφόδρα νουθετήσας τοὺς τὸ φύσει φιλητικὸν ἐν ἡμῖν καὶ φιλόεργον εἰς θηρία καταναλίσκοντας ἀνθρώποις ὀφειλόμενον.* Quid sibi vult in tali re *ἡγεμονικῶς σφόδρα*? Quis nostrum, qui non sumus *ἡγεμόνες*, non idem in re simili dicere potuisset? Emendandum ΚΗΔεμονικῶς *σφόδρα*. Non duriter et aspere eos Caesar increpuit, sed admonuit *benigne admodum* et leniter. Saepe eo sensu *κηδεμονικῶς* ponitur. In Scholiis Venetis ad Iliad. I. 29 est *ἡ Ἀγαμέμνονος ῥητορεία εὖ ἔχουσα καὶ κηδεμονικῶς*. et ad Π. 83. *ὅτι δὲ κηδεμονικῶς ταῦτα τῷ φίλῳ συμβουλεύει ἐπιμαρτυρεῖ καὶ ὁ ποιητής*, et sic ad Π. 98. *οὐ κατὰ κηδεμονίαν τῶν Ἑλλήνων*. et ad Ξ. 110. *ἄλλως τε τὸ πλήσσειν* (leg. *ἐπιπλήσσειν*) *θαμὰ ἀπέχθειαν οὐ κηδεμονίαν ἐμφαίνει.*

Cap. 2. *οὐδεὶς εὐφυὴς νέος — ἐπεθύμησε γενέσθαι — Ἀνακρέων ἢ Φιλήμων ἢ Ἀρχίλοχος ἡσθεὶς αὐτῶν τοῖς ποιήμασιν.* Mendosum esse *Φιλήμων* omnes consentiunt. Itaque in eius locum substitutus est *Φιλητᾶς*. Sed non est illi locus inter Anacreontem et Archilochum medius neque bonus Philetas in eorum numero est, de quibus Plutarchus paullo ante dixerat *χαίροντες τῷ ἔργῳ τοῦ δημιουργοῦ καταφρονοῦμεν*. Requiritur nomen poëtae antiqui ut cum Anacreonte et Archilocho componi potuerit, et eadem de causa celeberrimi, et aliqua labe insigniti, ut generosus iuvenis ille esse fastidiat. Ex ΦΙΛΗΜΩΝ nihil expiscari poteris quod ad rem faciat. Plutarchi oratio multis locis vitiata

Digitized by Google

est propter lacunas et lacunulas inconsulto ac temere a sciolis expletas, ut Stobaei Florilegium. In huiusmodi mendo nil te ductus literarum iuvabunt, namque interiit scriptura vetus et suppletum est quod sciolo imperito et indocto in buccam venit. Itaque aut de vera lectione reperienda desperandum est aut ex ipso sententiae fundo id quod periit eruendum. Superest ΑΝΑΚΡΕΩΝΗ::::::::::ΗΑΡΧΙΛΟΧΟϹ. Quis poëta in ea lacuna latet? Nobilis est, antiquus est, et tamen ob vitam et mores fastidiendus. Unum solum novi equidem in quem haec omnia cadant: itaque suppleverim Ἀνακρέων ἢ ΙΠΠΩΝΑΞ ἢ Ἀρχίλοχος. Saepius Hipponax et Archilochus coniunguntur. Plutarchus in Comment. ad Hesiodum (p. 22, 6 in Fragm.) *τὸν μὲν γὰρ Ἀρχίλοχον καὶ τὸν Ἱππώνακτα βλασφημίας συγγράψαι κατὰ τῶν λυπησάντων.* Ergo ex longo exilio Ἱππῶναξ in pristinam sedem reducatur censeo, et sic rectissime additur: *οὐ γὰρ ἀναγκαῖον εἰ τέρπει τὸ ἔργον ὡς χάριεν ἄξιον σπουδῆς εἶναι τὸν εἰργασμένον.*

Cap. ϛ. *ὁ δὲ ποιητὴς Ἴων φησὶ ταῖς τοῦ Περικλέους μεγαλαυχίαις πολλὴν ὑπεροψίαν ἀναμεμῖχθαι καὶ περιφρόνησιν τῶν ἄλλων· ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς.* Excidit in ultimo verbo necessaria praepositio scribendumque *ἐν ταῖς* CTM*περιφοραῖς*. Pervulgato usu *συμπεριφέρεσθαί τινι* est ita uti alicuius consuetudine et familiaritate ut ei te accommodes et nonnumquam nonnihil indulgeas et obsequare, ita uti inter homines urbanos et elegantiores fieri mos est, et opponitur ei *ἡ τῶν μεγαλαυχουμένων ὑπεροψία καὶ περιφρόνησις τῶν ἄλλων*, quae etiam in magno viro liberis civibus permolesta et odiosa accidit. Quemadmodum igitur hodie non *versari* sed *conversari* cum aliquo dicimur, sic Graece constanter non *περιφέρεσθαι*, sed *συμπεριφέρεσθαι* et *συμπεριφορά* appellatur. Sensu illo metaphorico passim apud sequiores legitur, apud veteres semel mihi lectum apud Aeschinem *de Fals. Legat.* § 171, ubi: *necesse est*, inquit, *ita sese et civem et civitatem* temporibus accommodare *ut est maxime e republica: τοῖς καιροῖς ἀνάγκη συμπεριφέρεσθαι πρὸς τὸ κράτιστον καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν πόλιν.*

Ibid. cap. ϛ vitiose editur *δοξοκομπίαν* et *δοξοκομπεῖν*. Magna

Digitized by Google

est verborum copia ex — κοπεῖν compositorum, quae cum nominibus cognatis enumerabo primum, deinde tralaticia in iis scribarum vitia indicabo.

Βουλοκοπίδαι.
Δημοκοπεῖν, — κόπος — κοπία — κοπικός et calcei δημοκοπίδες.
Δοξοκοπεῖν — κόπος — κοπία.
Ἐκδημοκοπεῖν.
Ἑλληνοκοπεῖν.
Ἐλπιδοκοπεῖν.
Ἑρμοκοπίδαι.
Ἑωροκοπίαι.
Θαλαττοκοπεῖν.
Θεατροκοπεῖν.
Κρημνοκοπεῖν.
Μετεωροκοπεῖν, μετεωροκόπος.
Ὀρτυγοκοπεῖν — κόπος.
Ὀχλοκοπεῖν.
Πολιτοκοπεῖν.
Πορνοκοπεῖν — κόπος — κοπία.
Πραξικοπεῖν.
Ῥησικοπεῖν.
Στηλοκοπεῖν.
Στυφοκόπος.
Συμβολοκοπεῖν.
Φαντασιοκοπεῖν.
Φλυαροκοπεῖν.

In his formis, quae partim sunt a Comicis antiquis fictae, aliae novitiae et recentissimae, scribarum natio ita turbat ut -κόπος in -κόμπος et -κοπεῖν in -κομπεῖν deforment, unde haec vitia sunt in libris frequentissima δοξοκομπεῖν et δοξοκομπία, δημοκόμπος, κρημνοκομπεῖν, ὀρτυγοκόμπος, συφοκόμπος, aut pro -κόπος -κοπία -κοπεῖν rescribant -σκόπος -σκοπία et -σκοπεῖν, ut in θεατροσκοπία, ὀρτυγοσκόπος, πορνοσκόπος, πορνοσκοπῶν, φαντασιοσκοπεῖν et sim. quo certior est Porsoni emendatio μετεωροκόπος Platoni pro μετεωροσκόπος restituentis, vide supra p. 118.

Itaque Plutarcho reddemus suum δοξοκοπίαν et δοξοκοπεῖν, et in reliquis omnibus eadem vitia eodem remedio sanabimus.

Digitized by Google

Addam ridiculum errorem, in quem se Photius induit v. Ξενοκοπεῖν: ἀντὶ τοῦ πληγὰς ἔλαβον. οὕτω Μεταγένης. Suidae stupor λαβεῖν dedit pro ἔλαβον. Meinekius verum vidit Ξυνεκόπην reponens; hoc est πληγὰς ἔλαβον, ut ξυγκόπτειν est τύπτειν. I nunc et crede grammaticis.

Verborum ex -κοπεῖν compositorum alia servant verbi κόπτειν significationem *propriam* (ut θαλαττοκοπεῖν, ὀρτυγοκοπεῖν, ςηλοκοπεῖν, ἐρμοκοπίδαι, ςυφοκόποι), alia *metaphoricam*, qua κόπτειν τινά est *obtundere* aliquem et *enecare*, ut apud Hegesippum Athenaei p. 290 B.

ἢ λέγων φαίνου τί μοι
καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν ἢ μὴ κόπτε με.

Itaque οἱ βουλοκοπίδαι, οἱ δημοκοποῦντες et πολιτοκοποῦντες et θεατροκοποῦντες et ὀχλοκοποῦντες sunt qui senatum, populum, cives, spectatores, plebeculam dicendo et blandiendo fatigant gratiam et favorem captantes, et sunt haec omnia vocabula et maledicta Comicorum ioco ficta et πεπαιγμένα. Eadem est indoles reliquorum: μετεωροκόπος est deridentis ut μεταρσιολέσχης et μετεωροφένακες. Κρημνοκοπεῖν lepide et scite fictum est in poëtam ςόμφακα, κρημνοποιόν, ut Aeschylum appellat Phidippides in *Nubibus* v. 1367. Sic et ῥησικοπεῖν dicitur, et eodem modo *gloriae inanis captator* odiose dicebatur δοξοκόπος et δοξοκοπεῖν (non δοξοκόμπος et δοξοκομπεῖν), et hinc apparet Plutarchum scripsisse: τοὺς δὲ τοῦ Περικλέους τὴν σεμνότητα δοξοκοπίαν τε καὶ τῦφον ἀποκαλοῦντας ὁ Ζήνων παρεκάλει καὶ αὐτούς τι τοιοῦτον δοξοκοπεῖν.

Cap. 6. (ὁ Περικλῆς) καὶ δεισιδαιμονίας δοκεῖ γενέσθαι καθυπέρτερος ὅσην τὸ πρὸς τὰ μετέωρα θάμβος ἐργάζεται τοῖς τούτων τὰς αἰτίας ἀγνοοῦσιν. Duo in his vitia sunt: ex vetere scriptura ΚΑΘΤΠΕΡΤΕΡΟCΗΝ male effinxerunt καθυπέρτερος ὅσην, quum esset καθυπέρτερος ἦν scribendum. Deinde si quis quid *in hominum animis* excitare dicitur, composito ἐνεργάζεσθαι pro simplici ἐργάζεσθαι utendum Exemplorum plena sunt omnia. Confunduntur sexcenties in libris, sed verior scriptura facile agnoscitur, ut in vicinia: ὁ Φυσικὸς λόγος ἀντὶ τῆς — δεισιδαιμονίας τὴν — εὐσέβειαν ἐργάζεται, imo vero ἐνεργάζεται, quia naturae cognitio pro superstitione pietatem *in hominum animis excitare* dicitur.

Digitized by Google

Cap. 7. *ἐπεὶ δ' Ἀριστείδης μὲν ἀποτεθνήκει καὶ Θεμιστοκλῆς ἐξεπεπτώκει.* Praeter Homeri locum in Odyss. M. 593.

βόες δ' ἀποτέθνασαν ἰδεῖν.

et in Iliad. X. 432.

σεῦ ἀποτεθνηῶτος,

nusquam locorum *ἀποτέθνηκα* mihi lectum est: omnes omnium locorum et temporum in simplici *τέθνηκα* conspirant. Etiam in Iliade suspecta mihi lectio est quoniam ΚΑΤΑτεθνηῶτος nota et pervulgata forma apud Homerum est, ut *κάτθανε*, et in Tragoediis *κατθανεῖν* et *κατθανὼν* et *κατθανεῖ* et *κατθανούμενος* et similia passim. Plutarcho quoque reddiderim *ἐτεθνήκει*, quod est *μυριόλεκτον* apud omnes.

Cap. 7. haereo in verbis *τῆς δ' ἀληθινῆς ἀρετῆς κάλλιστα φαίνεται τὰ μάλιστα φαινόμενα*, imo vero plane contrarium, *τὰ ἥκιστα φαινόμενα*, id est ea quae magni viri in vita domestica et in gremio suorum agunt remotis arbitris, nam vide quid sequatur: *καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν οὐδὲν οὕτω θαυμάσιον τοῖς ἐκτὸς ὡς ὁ καθ' ἡμέραν βίος τοῖς συνοῦσιν.* Ea vero *minime* apparent, opinor, et vulgo sunt incognita: ΤΑ ::: ΙΣΤΑΦΑΙΝΟΜΕΝΑ male et incogitanter expletum est.

Caeterum in illis potissimum *verae virtutis summam praestantiam* apparere quis optimo Plutarcho non assentietur?

Ibid. cap. 7. Pericles ad populum raro prodibat *ἑαυτὸν — πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδούς, τἆλλα δὲ φίλους καὶ ῥήτορας ἑταίρους καθιεὶς ἔπραττεν.* Quis admonitus dubitabit reponere *καὶ ῥήτορας ἑτέρους*?

Cap. 8. Pericles dicendi facultatem *ὥσπερ ὄργανον ἐξαρτυόμενος παρέτεινε τὸν Ἀναξαγόραν οἷον βαφὴν τῇ ῥητορικῇ τὴν φυσιολογίαν ὑποχεόμενος.* Corruptum est ΠΑΡΕΤΕΙΝΕ, nihilo melius est *παρενέτεινε*, quod ex uno libro receptum est. Corrigendum arbitror *παρενεῖρε*, *inserebat* Pericles orationibus locos graves ex philosophia Anaxagorea, ut Cato *locos graves ex philosophia* Stoica in curia *tractabat* (Cicero *Paradox.* Prooem. I). *Παρενείρειν* et apud alios saepius legitur et apud Plutarchum *An seni sit gerenda respublica* p. 793. B. *οὐδὲ γὰρ ἀκμάζων ἀνὴρ*

Digitized by Google

ἐπαινεῖται — εἰς πάντα παρενείρων καὶ πᾶσι καταμιγνὺς ἑαυτὸν ἀπλησίᾳ δόξης ἢ φθόνῳ. In huius loci vicinia leguntur incerti Tragici versiculi a Nauckio in Tragicorum Fragmentis praeteriti, cuius loci emendationem iuvat hic παρενείρειν. Editur: μὴ ἀναγκάζωμεν τὸ γῆρας ἐξελεγχόμενον ἐπὶ τοιαύτας φωνὰς καταφέρεσθαι

Ὦ δεξιὰ χείρ, ὡς ποθεῖς λαβεῖν δόρυ
ἐν δ' ἀσθενείᾳ τὸν πόθον διώλεσας.

adversis frontibus concurrunt ποθεῖς et τὸν πόθον διώλεσας, sed tu emenda

οὐδ' ἀσθενείᾳ τὸν πόθον διώλεσας.

id est οὐδὲ ὑπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ἐπαύσω ποθοῦσα sive καίπερ οὐδὲν δυναμένη ὅμως ἔτι ποθεῖς.

Cap. 9. ὁ Περικλῆς — τρέπεται πρὸς τὴν τῶν δημοσίων διανομὴν συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Οἰηθεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκεν. Emendandum est Δάμωνος Δαμωνίδου Ὄαθεν. Indicium mihi fecit Stephanus Byzantinus v. Ὄα: — ὁ μέντοι δημότης Ὄαθεν λέγεται »Δάμων Δαμωνίδου Ὄαθεν.« Hic est ille Damon, de quo Plutarchus scripsit cap. 4. ὁ δὲ Δάμων — τῷ Περικλεῖ συνῆν καθάπερ ἀθλητῇ τῶν πολιτικῶν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος.

Cap. 10. Λακεδαιμονίων στρατῷ μεγάλῳ ἐμβαλόντων εἰς τὴν Ταναγραϊκήν, exemta literula scribendum Ταναγρικήν. cf. Steph. Byz. v. Τάναγρα.

In cap. 10. διὸ καὶ δοκεῖ Περικλῆς ἐρρωμενεστάτην μάχην ἐκείνην ἀγωνίσασθαι, reponendum ἐρρωμενέστατα τὴν μάχην ἐκείνην ἀγωνίσασθαι, neque enim articulum τὴν omitti potuit neque μάχη appellari ἐρρωμένη, sed καρτερά, ut apud Homerum

καρτίστην δὴ τήνδε μάχην Φάτο δύμεναι ἀνδρῶν.

et sic apud omnes, ut in hac ipsa vita cap. 25 γενομένης δὲ καρτερᾶς ναυμαχίας. Sed ἐρρωμένως μάχεσθαι et ἀγωνίζεσθαι ἐρρωμένως saepissime legitur, ut de lectione ἐρρωμενέστατα τὴν μάχην nulla possit esse dubitatio.

In lepido dicto Periclis ad Elpinicen cap. 10. ὦ Ἐλπινίκη, γραῦς εἶ, ὡς πράγματα τηλικαῦτα πράσσειν, dicendi usus pos-

Digitized by Google

tulat ut scribatur ὥσΤϵ pro ὡς. Simillimum est Euripideum in *Andromache* 80

γέρων ἐκεῖνος ὥστε σ' ὠφελεῖν παρών.

Cap. 10. ἔπεσον δὲ καὶ τοῦ Κίμωνος οἱ φίλοι πάντες ὁμαλῶς, οὓς Περικλῆς συνεπῃτιᾶτο τοῦ λακωνισμοῦ, quia loci sententia postulat »quos Pericles cum Cimone *una insimulaverat*," nempe quum Cimon in exsilium eiectus esset (non *una insimulabat* Cimone exsule) mutato accentu scribendum συνεπῃτίατο pro συνεπῃτιᾶτο, pro imperfecto plusquamperfectum.

Cap. 11. χιλίους μὲν ἔξειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους — ἄλλους δ' εἰς Ἰταλίαν οἰκιζομένης Συβάρεως, ἣν Θουρίους προσηγόρευσαν. Duabus literulis repetitis scribendum ΑΝοικιζομένης. Deleta Sybaris a Pericle *instaurata* est. Praeterea repone Συβάριος pro Συβάρεως. Noto usu nomina propria id genus retinent antiquam formàm Ionicam. Thucydides I. 64. ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος, et ubi non leguntur similia?

Post pauca in verbis φρουρὰν τοῦ μὴ νεωτερίζειν [τι] παρακατοικίζων τοῖς συμμάχοις reseca importunum TI ex sequente Π vitio natum.

Cap. 12. ἡ δ' ἔνεσιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας εὐπρεπεσάτη τῶν προφάσεων — ταύτην ἀνήρηκε Περικλῆς, pro ἔνεσι restituendum est simplex ἡ δ' ἔσιν αὐτῷ. Idem est ἔχω πρόφασιν et ἔσι μοι πρόφασις, non ἔνεσιν. Ἐνεῖναι homini esse dicuntur ea omnia quae ad indolem aut naturam plerumque animi, nonnumquam et corporis, pertinent.

Paucis interpositis legitur: ἐδίδασκεν οὖν ὁ Περικλῆς τὸν δῆμον ὅτι χρημάτων μὲν οὐκ ὀφείλουσι τοῖς συμμάχοις λόγον — δεῖ δὲ — εἰς ταῦτα τὴν εὐπορίαν τρέπειν. Vera lectio est ΔϵIN δέ, non δεῖ. Fert in talibus Graecae compositionis ratio ut ubi ὅτι non repetitur ad indirectam orationem transitus fiat.

Cap. 13. καίτοι ποτέ φασιν Ἀγαθάρχου τοῦ ζωγράφου μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τῷ ταχὺ καὶ ῥᾳδίως τὰ ζῷα ποιεῖν ἀκούσαντα τὸν Ζεῦξιν εἰπεῖν »ἐγὼ δὲ πολλῷ χρόνῳ." Neglecta est lineola in Δ$\bar{\epsilon}$ scribendumque ἐγὼ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ. In talibus necessaria prorsus praepositio est neque ullo modo omitti potest.

Digitized by Google

In iis quae continuo sequuntur lacuna temere expleta omnem perelegantis metaphorae gratiam ac venustatem funditus evertit et perdidit: *ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια καὶ ταχύτης οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν· ὁ δ' εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ* ΠΡΟΔΑΝΕΙCΘΕΙC *χρόνος ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου* T : N : : : : N *ἀποδίδωσιν.* Quid est supplendum? Quid tandem *ἀποδίδωσιν ὁ προδανεισθεὶς χρόνος*? Quid aliud quam reliqua omnia *δανείσματα*, nempe *foenus*, *usuram*. Restituamus igitur Plutarchi manum TON TOKON *ἀποδίδωσιν* et sciolum qui THN ICXTN suppleverat facessere iubeamus.

In cap. 13. *Μεταγένης ὁ Ξυπέτιος τὸ διάζωμα καὶ τοὺς ἄνω κίονας ἐπέσησε.* Reddamus artifici suum *δῆμον* scribendo *Μεταγένης ὁ Ξυπεταών*, quamquam nondum est omnis exemta dubitatio sitne *Ξυπεταών* an — *αιών* an — *εών* scribendum, tamen, vulgata lectio *Ξυπέτιος* manifesto mendosa est.

Lepidissimus Cratini locus turpi vitio inquinatus circumambulat cap. 13. *Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις παίζει πρὸς αὐτόν·*

ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε προσέρχεται
Περικλέης τῷδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
ἔχων ἐπειδὴ τοὔσραχον παροίχεται.

Meinekius ut metrum restitueret *ὁδί* et *ὁ Περικλέης* dedit, frustra utrumque. Tu vero verba poëtae sic constitue:

ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε
προσέρχεται, τῷδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
ἔχων ἐπειδὴ τοὔσραχον παροίχεται.

Quis non admonitus praesertim sentit quam fatue et insulse *Περικλέης* sit additum post *ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε*, ubi personatus Pericles in scenam prodiit? Et quis non meminit sexcenties a sciolis nomina propria frigide et inficete interpolari solere? Multa etiam apud Plutarchum huius fraudis exempla reperiuntur, quorum unum proferam in hac ipsa vita in Cratini versibus latens cap. 24. Aspasia, inquit, *ἐν ταῖς κωμῳδίαις Ὀμφάλη τε νέα καὶ Δηϊάνειρα καὶ πάλιν Ἥρα προσαγορεύεται. Κρατῖνος δ' ἀντικρυς παλλακὴν αὐτὴν εἴρηκεν ἐν τούτοις*

Ἥραν τέ οἱ [Ἀσπασίαν] τίκτει
καταπυγοσύνην παλλακὴν κυνώπιδα.

In his neque metri ratio satis constat neque sententiae. Hoc

Digitized by Google

unum satis certum est Ἀσπασίαν hoc loco perinde esse spurium et expungendum atque illo Περικλέης.

In cap. 13 τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγείας Ἀθηνᾶς ἀνέςησεν ἐν ἀκροπόλει, imo vero τῆς Ὑγιείας Ἀθηνᾶς. Sitne ЄΙ an ΙЄΙ scribendum nostrum est ubique decernere. Ridemus bonos theologos, qui in libris Novi Testamenti pro πιεῖν aut πεῖν aut πῖν recipiunt in textum »*ob fidem veterum membranarum*" scilicet, quae scatent mendis et vitiis omne genus, atque eas editiones *criticas* appellant, qua re quid umquam possit esse ἀκριτώτερον?

Continuo sequitur: ὁ δὲ Φειδίας εἰργάζετο μὲν τῆς θεοῦ τὸ χρυσοῦν ἔδος καὶ τούτου δημιουργὸς ἐν τῇ ςήλῃ εἶναι γέγραπται. Male abundat εἶναι et in γέγραπται necessaria praepositio desideratur. Utrique malo simul medeberis scribendo ἐν τῇ ςήλῃ ΑΝΑγέγραπται.

Post pauca legitur: εἰς τὴν Μενίππου γυναῖκα διαβάλλοντες ἀνδρὸς φίλου καὶ ὑποςρατηγοῦντος. Mendosum est ὑποςρατηγοῦντος. Neque res neque nomen Atheniensibus in usu erat. Corrige καὶ ϹΤςρατηγοῦντος *et in praetura collegae.*

In cap. 17 καὶ τὴν οἰκίαν ἐκεῖνος (ὁ Ἀναξαγόρας) ἐξέλιπε καὶ τὴν χώραν ἀΦῆκεν ἀργὴν καὶ μηλόβοτον, veluti proverbio dicebatur μηλόβοτον ἀνεῖναι (non ἀΦεῖναι) si quis agrum vastum et sine cultura neglectum ovibus depascendum relinqueret. Primus Isocrates dixit in *Plataico* p. 302. c. (οἱ Θηβαῖοι) ἔθεντο τὴν ψῆΦον ὡς χρὴ τήν τε πόλιν ἐξανδραποδίσασθαι καὶ τὴν χώραν ΑΝЄΙΝΑΙ μηλόβοτον, ὥσπερ τὸ Κρισαῖον πεδίον. Post eum Lycurgus in *Leocratea* p. 168, 30. ὁ μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν ЄΙΝΑΙ (scrib. ΑΝεῖναι) Φανερᾷ τῇ ψήΦῳ καταψηΦισάμενος, et iterum apud Suidam v. Μηλόβοτος χώρα ὑπὸ πολεμίων ἐξερημωθεῖσα, ἣν κατανέμεται τὰ τετράποδα (melius τὰ πρόβατα). Κεῖται δὲ τοὔνομα καὶ παρὰ τῷ Λυκούργῳ ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους· ἀλλὰ καὶ μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν ΑΝΗΚЄΝ. Et hinc passim apud recentiores μηλόβοτον ἀνιέναι legitur. Dionys. Halic. A. R. II. 16. τὸ μήτε ἀνδραποδίζεσθαι μήτε γῆν αὐτῶν ΑΝΙЄΝΑΙ μηλόβοτον. Diod. Sic. I. 36 τὴν χώραν ἀνέντες μηλόβοτον. Diog.

Digitized by Google

Laërt. VI. 87. τὴν οὐσίαν μηλόβοτον ἀνεῖναι καὶ εἴ τι ἀργύριον εἴη εἰς θάλατταν βαλεῖν, ubi οὐσία de *agro* dicitur. Himerius p. 84 Wernsd. Ἀναξαγόρας γῆν ἀνῆκε τὴν ἑαυτοῦ πᾶσαν μηλόβοτον. Satis inepte Philostratus in vita Apollonii V. 27. (ὁ Κλαύδιος) μηλόβοτον γυναικὶ τὴν ἀρχὴν ἀνῆκεν. Multo salsius Scopelianus Sophista (apud Philostr. in *Vit. Soph.* p. 221), quum pater bona omnia servulo amasio reliquisset, dictitabat τὰ μὲν Ἀναξαγόρου ΜΗΛΟΒΟΤΑ εἶναι τὰ δὲ αὐτοῦ ΔΟΤΛΟΒΟΤΑ.

Sic igitur veluti in proverbium haec abierunt, praesertim in Anaxagorae mentione, et ἀνιέναι quidem proprium in ea re verbum est. Suidas v. Μηλόβοτον γῆν ἀνειμένην εἰς νομὴν προβάτων, caeterum pro ἀνιέναι dicebant et καταλιπεῖν μηλόβοτον, ut ποιεῖν, ἐᾶν μηλόβοτον. Plutarchus *de vitando aere alieno* p. 831. F. Ἀναξαγόρας δὲ τὴν χώραν κατέλιπε μηλόβοτον. Dionys. Hal. A. R. VIII. 50. μηλόβοτον πεποιηκὼς γῆν αὐτῶν τὴν ἀρίστην, et alibi passim. Sed ἀφιέναι quia de agro dici non potest, Plutarcho redde suum καὶ τὴν χώραν ἀΝῆκε — μηλόβοτον.

In cap. 18. ὁρῶν δὲ Τολμίδην τὸν Τολμαίου — πεπεικότα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τοὺς ἀρίστους καὶ φιλοτιμοτάτους ἐθελοντὶ στρατεύεσθαι, mendosum est ἐθελοντί. Recte scribitur cap. 20 ἐψηφίσατο πλεῖν εἰς Σινώπην Ἀθηναίων ἐθελοντὰς ἑξακοσίους. Idem ergo reponendum et ΣΤστρατεύεσθαι pro στρατεύεσθαι, quia sequitur ἄνευ τῆς ἄλλης δυνάμεως. Quibus imperatum est στρατεύονται, sed lecti iuvenes sua voluntate ΣΤστρατεύονται.

Indignor quandoque bonus dormitat Plutarchus ea quae aperte falsa et ficta sunt candide admodum et ἀκάκως pro veris et certis narrans. De Aspasia serio scribit cap. 24. τὰς γυναῖκας ἀκροασομένας οἱ συνήθεις ἤγον ὡς αὐτὴν καίπερ οὐ κοσμίου προεσῶσαν ἐργασίας οὐδὲ σεμνῆς ἀλλὰ παιδίσκας ἑταιρούσας τρέφουσαν. Ergo serio credidit Aspasiam, quam unice Pericles dilexerit, quam iustae uxoris loco habuerit, lenam fuisse et meretriculas habuisse domi, quas ad quaestum institueret. Licebat et reliquis Comicis et Aristophani ita iocari:

ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο,

sed quis nescit et olim et nunc istiusmodi sales et iocos eo magis risum movere quo magis inter omnes constet esse crimina haec scurrilia et commenticia, non vera.

Digitized by Google

Caeterum nihil est tam absurdum quin credulas inveniat aures si quid magno et potenti viro quod turpe sit obiicitur. Heraclides Ponticus scripsit ὡς Περικλῆς ὁ Ὀλύμπιος ἀπήλλαξεν ἐκ τῆς οἰκίας τὴν γυναῖκα καὶ τὸν μεθ' ἡδονῆς βίον προείλετο ᾧκει τε μετ' Ἀσπασίας τῆς ἐκ Μεγάρων ἑταίρας καὶ τὸ πολὺ μέρος τῆς οὐσίας εἰς ταύτην κατανάλωσεν. Nae ille homo probe noverat Periclis indolem et mores, qui ista sic scripserit. Arripuit haec Athenaeus p. 533. C, quo nemo erat in terris homo maledicentior, qui iterum p. 589. D. multa flagitiosa in Periclem conquisivit. ἦν δ' οὗτος ἀνὴρ πρὸς ἀφροδίσια (leg. τἀφροδίσια) πάνυ καταφερής, ὅσις καὶ τῇ τοῦ υἱοῦ γυναικὶ συνῆν, et ne forte dubites addit: ὡς Στησίμβροτος ὁ Θάσιος ἱστορεῖ κατὰ τοὺς αὐτοὺς αὐτῷ χρόνους γενόμενος καὶ ἑορακὼς αὐτόν. Ergo res certa est, nam aequales mentiri et falsa crimina comminisci ex invidia et odio non solent. Nostin' cur Cimonem Pericles ab exilio revocaverit? Non erubuit Athenaeus scribere l. l. μισθὸν ἔλαβε τῆς τοῦ Κίμωνος καθόδου ὁ Περικλῆς τὸ τῇ Ἐλπινίκῃ μιχθῆναι, sed hi omnes testes nihili aut improbi aut stulti cum suis mendaciis facessant.

Excidit praepositio cap. 26. πλεύσαντος γὰρ αὐτοῦ Μέλισσος ὁ Ἰθαγένους — ἔπεισε τοὺς πολίτας ἐπιθέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις. Melissus occasione usus est quum Pericles cum sexaginta navibus alio abiisset. Itaque pro πλεύσαντος corrigendum ΑΠΟπλεύσαντος.

Ex verbis Plutarchi cap. 26. ἡ δὲ σάμαινα ναῦς ἐστιν ὑπήρρος μὲν τὸ σίμωμα κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδής, emendandus est locus Suidae: Σάμη εἶδος πάθους Σαμιακοῦ, imo vero: Σάμαινα εἶδος ΠΛΟΙΟΥ Σαμιακοῦ, ut apud Photium v. Σαμιακὸν τρόπον. — ὑσὶ γὰρ ἐμφερεῖς εἶχε τὰς πρῴρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα, et Suidam v. Σαμίων ὁ δῆμος — σάμαινα ὃ ἐστι πλοῖον δίκροτον. Confusa sunt de more ΛΟ et ΑΘ.

In fine capitis Aristophanis versiculus inter duos interlocutores dividendus est sic:

A. Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν. B. ὡς πολυγράμματος.

Digitized by Google

In cap. 28. ὁ Περικλῆς -(τοὺς Σαμίους) χρήμασι πολλοῖς ἐζημίωσεν· ὧν τὰ μὲν εὐθὺς ἤνεγκαν οἱ Σάμιοι, τὰ δ' ἐν χρόνῳ ῥητῷ ταξάμενοι κατοίσειν ὁμήρους ἔδωκαν. Vitium est in κατοίσειν, namque ut ΦΕΡΕΙΝ χρήματα rectissime dicitur ut φέρειν δασμόν, φόρον, σύνταξιν, ἔρανον, sic ΚΑΤΑφέρειν neque dixit quisquam neque eo sensu dici potest. Quid latet igitur in ΚΑΤΟΙCΕΙΝ? Graecum est ἀποτίσειν, sed Plutarchi ταξάμενοι ἀποτίσειν ob hiatum vitabat dicere. Igitur ΚΑΤΑΘΗCΕΙΝ verum videtur, quia κατατιθέναι pro *solvere* apud optimum quemque usitatum est, ut in *Nubibus* noto loco vs. 245

μισθὸν δ' ὅντιν' ἂν
πράττῃ μ' ὁμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς.

In cap. 30. λέγουσι δὲ — εἰπεῖν Πολυάλκη τῶν πρέσβεων τινά, pro τινά loquendi usus ἕνα requirit, ut Latine non *legatorum aliquis*, sed *unus e legatis*.

In cap. 32. Ἀναξαγόραν μὲν οὖν ἐξέπεμψε καὶ προὔπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως. Dittographia in his inest, neque est veri simile Periclem palam Athenis abeuntem Anaxagoram *esse prosecutum* (προπέμψαι). Clam et furtim philosophum urbe emissum ratio docet. Ergo rescribendum φοβηθεὶς ὑπεξέπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως.

In cap. 33 τῷ δὲ Περικλεῖ δεινὸν ἐφαίνετο πρὸς τοὺς ἑξακισΜΥΡΙΟΥC Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν ὁπλίτας — μάχην συνάψαι. Quid audio? ἑξακισμύριοι ὁπλῖται in Atticam introierant et sperabant se Athenienses ad pugnam elicere posse, ὡς τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ φρονήματος διαμαχουμένων πρὸς αὐτούς. Dementia haec quidem est. Sed non erant viribus tam dispares, scribae nobis imposuerunt et ex ipsa rei natura rescribemus ἑξακισΧΙΛΙΟΥC — ὁπλίτας.

In cap. 34 primum de Sintenisii sententia scribendum ἠγριώθησαν πρὸς τὸν Περικλέα καθάπερ πρὸς ἰατρὸν καὶ πατέρα τῇ νόσῳ παραφρονήσαντες καὶ ἀδικεῖν ἐπεχείρησαν, pro vulgata Περικλέα [καὶ] καθάπερ ἰατρὸν — παραφρονήσαντες ἀδικεῖν ἐπεχείρησαν, deinde in ἐπεχείρησαν ΑΝΑπεισθέντες praepositio ANA ex prae-

Digitized by Google

cedenti AN vitio nata expungenda est. Πεισθῆναι enim et ἈΝΑπεισθῆναι ita differunt, ut πεισθῆναι sit *credere* et ἀναπεισθῆναι ad agendum *impelli* et *adduci*. Vulgi opinio erat a Periclis inimicis sparsa ὡς τὴν νόσον ἡ τοῦ χωριτικοῦ πλήθους εἰς τὸ ἄστυ συμφόρησις ἐργάζεται, quam qui veram esse *credebant* ἐπείσθησαν, non ἀπεπείσθησαν.

In cap. 35. ὁ Περικλῆς — πολεμήσας τὴν ΙΕΡΑΝ Ἐπίδαυρον ἐλπίδα παρασχοῦσαν ὡς ἁλωσομένην ἀπέτυχε διὰ τὴν νόσον. Nusquam locorum sita fuit umquam urbs, quae ἡ ΙΕΡΑ Ἐπίδαυρος appellaretur. Veram lectionem suppeditabit Thucydides IV. 56. ἀπέπλευσαν ἐς Κύθηρα· ἐκ δὲ αὐτῶν περιέπλευσαν ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηράν, et VII. 26 καὶ πρῶτον μὲν Ἐπιδαύρου τι τῆς Λιμηρᾶς ἐβίωσαν, et sic apud alios. Λιμηρός quid sit analogia certa et ἀναντίλεκτος demonstrat. Ut οἶνος οἰνηρός, πόνος πονηρός et alia centena, sic λιμὸς λιμηρός. Per ludibrium sic appellata urbs est *famelica Epidaurus*, et cognomen ei ita uti fit adhaesit. Suidas v. Λιμηράν: λιμώττουσαν, ἔνθεν τοι καὶ Λιμηρὰν τὴν Ἐπίδαυρον συκοφαντοῦντες ἐκάλουν. Grammaticis aliter visum, qui dedecus absurda etymologia conati sunt depellere. Λιμηρά quia I longum est scribitur et ΛΕΙΜΗΡΑ. Hinc magistrorum commenta: ἐκαλεῖτο δέ ποτε Λειμηρὴ διὰ διφθόγγου ὡς λειμῶνας ἔχουσα ἢ καὶ διὰ τοῦ Ι ὡς πολυλίμενος οἱονεὶ λιμενηρά τις οὖσα, vide Meinek. ad Steph. Byzant. v. Ἐπίδαυρος. Quia neque ex λειμών umquam λειμηρός nasci potuit neque ex λιμήν λιμενηρός, nedum λιμηρός, grammaticos sua commenta, et scribas suum ἱεράν sibi habere iubebimus et Plutarcho quod unice verum est τὴν Λιμηρὰν Ἐπίδαυρον restituemus.

In cap. 36. χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν γλίσχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος. Quia pater filio *maligne* sumtus praebere dicitur pro γλίσχρα reponendum est γλίσχρως, vel potius ex Codice C, qui saepe veram lectionem solus servavit, dudum receptum oportuit.

Post pauca: τὸ δὲ μειράκιον [ὁ Ξάνθιππος] ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, tolle evidens emblema et in sqq. ἐκφέρων ἐπὶ γέλωτι — τοὺς λόγους οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν pro ἐποίει certa lex Graeci sermonis postulat ut ἐποιεῖτο dicatur.

Digitized by Google

In cap. 37. ἀθυμῶν καὶ κείμενος οἴκοι διὰ τὸ πένθος ὑπ' Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων ἐπείσθη φίλων προελθεῖν. *Sedebat*, credo, Pericles domi, non *iacebat:* itaque καθήμενος verum est non κείμενος. Praeterea transposuerim καὶ τῶν ἄλλων φίλων ἐπείσθη προελθεῖν.

Pericles καθήμενος οἴκοι διὰ τὸ πένθος adiuvabit nos ad emendandum Herodoti locum, qui uti nunc habet intelligi non potest VI. 39. Μιλτιάδης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Χερσόνησον εἶχε κατ' οἴκους τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἐπιτιμέων. οἱ δὲ Χερσονησῖται -- ἀπικόμενοι ὡς συλλυπηθησόμενοι ἐδέθησαν ὑπ' αὐτοῦ. Manifesto corruptum est ΕΠΙΤΙΜΕΩΝ. Ut Pericles οἴκοι ἐκάθητο διὰ τὸ πένθος, sic Miltiades εἶχε κατ' οἴκους τὸν ἀδελφεὸν δηλαδὴ ΠΕΝΘΕΩΝ.

In cap. 37. ἡ παροῦσα δυσυχία τῷ Περικλεῖ περὶ τὸν οἶκον ὡς δίκην TINA δεδωκότι τῆς ὑπεροψίας — ἐπέκλασε τοὺς Ἀθηναίους. Vitium est in τινά: quid est *dedisse* aliquid *poenarum?* Sententia requirit *dedisse poenarum* SATIS. Itaque reponemus ὡς δίκην ἱκανὴν δεδωκότι.

In cap. 38. ἤδη δὲ πρὸς τῷ τελευτᾶν ὄντος (τοῦ Περικλέους) περικαθήμενοι τῶν πολιτῶν οἱ βέλτιστοι καὶ τῶν φίλων οἱ περιόντες λόγον ἐποιοῦντο τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς δυνάμεως ὅση γένοιτο. Primum ex Codice C recipe verissimam lectionem παρακαθήμενοι pro περικαθήμενοι. *Assidebant* aegro in lecto decumbenti et animam agenti, non *circumsidebant*. Deinde corrige λόγΟΤC ἐποιοῦντο ΠΕΡΙ τῆς ἀρετῆς id est διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους.

Ultima Periclis morientis verba cap. 38. vitium conceperunt οὐδεὶς γάρ, inquit, δι' ἐμὲ τῶν ὄντων Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον περιεβάλετο, nam quid est τῶν ὄντων Ἀθηναίων? Pro ΤΩΝΟΝΤΩΝ suspicor τῶν πολιτῶν emendari oportere expuncto emblemate Ἀθηναίων. Gloriatur Pericles moriturus *civium neminem* se accusante damnatum esse et in carcere necatum.

Unum superest in cap. ultimo: οἱ ποιηταὶ — ἁλίσκονται τοῖς αὐτῶν πεπήμασι τὸν μὲν τόπον ἐν ᾧ τοὺς θεοὺς κατοικεῖν λέγουσιν ἀσφαλὲς ἔδος καὶ ἀσάλευτον καλοῦντες, — αὐτοὺς δὲ τοὺς θεοὺς ταραχῆς

Digitized by Google

καὶ δυσμενείας καὶ ὀργῆς ἄλλων τε μεσοὺς παθῶν ἀποφαίνοντες οὐδ' ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσι ΠΡΟCΗΚΟΝΤΩΝ. Nulla sunt πάθη ἀνθρώπῳ νοῦν ἔχοντι ΠΡΟCΗΚΟΝΤΑ. Quid est igitur legendum? Duabus literulis exemtis οὐδ' ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσι ΠΡΟCΟΝΤΩΝ. Saepe vidi προσόντα in προσήκοντα corruptum. Proprium in ea re verbum est προσεῖναι. Exempla ubique sunt obvia, ut in hac ipsa vita cap. 7. πλούτου δὲ καὶ γένους προσόντος αὐτῷ λαμπροῦ, et cap. 8. καὶ συνδραμεῖν οὐδὲν ἀπέοικεν ἀπὸ πολλῶν προσόντων τῷ ἀνδρὶ τὴν δόξαν.

COMICI DORICI VERSICULUS.

Apud Zenobium Cent. IV. 35 legitur proverbium:

Θᾶττον ὁ τόκος Ἡρακλείτῳ Περιναίῳ τρέχει,

quod interpretatione non eget, sed emendatione, quia et Περιναίῳ nihil est et metrum laborat. Repone:

Θᾶσσον ὁ τόκος Ἡρακλείτῳ τῷ Τεριναίῳ τρέχει.

optimus Comici Siculi vel Italici septenarius est. Τέρινα mediam producit ut Αἴγινα, Βέλβινα, Βέμβινα et similia. Simul Atticum θᾶττον refingendum erat in θᾶσσον.

SCITUM RUSTICI DICTUM AD PISISTRATUM.

Suidas v. Σφακελισμός. — παροιμία »καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν.« Πεισίστρατος γὰρ ὁ τύραννος δεκάτην τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους· παριὼν δέ ποτε καὶ ἰδὼν πρεσβύτην πέτρας ἐργαζόμενον καὶ τόπους λιθώδεις ἤρετο τίνας ἐκ τῶν τόπων κομίζοιτο καρπούς· ὁ δ' ἀπεκρίνατο· »ὀδύνας καὶ σφακέλους καὶ τούτων δεκάτην Πεισίστρατος φέρει.« θαυμάσας δ' ὁ Πεισίστρατος τὴν παρρησίαν αὐτοῦ τῆς δεκάτης ἀτέλειαν ἔδωκεν. Nulla est in his παρρησία. Emenda: καὶ τούτων ΔΕ δεκάτην Πεισίστρατος ΦΕΡΟΙ, id est βουλοίμην δ' ἂν τὸν Πεισίστρατον καὶ τούτων δεκάτην λαμβάνειν. Arrisit tyrannus et lepido seni decumas remisit.

C. G. C.

Digitized by Google

Κερασπὶς, ὡς ὁρᾶτ'?

In den *Tijdspiegel* van Julij 1872 zeide ik van de muurschilderij Iō bewaakt door Argos in het *tablinum* der »*maison de Livie*" op den Palatinus (bl. 76):

»Iō is zonder hare kleine koehorens, althans kan ik dit verzekeren: ik heb de schilderij verscheidene malen, in Augustus 1871, beschouwd, met gezette aandacht, geruimen tijd en nu en dan met eenen goeden tooneelkijker, en heb niet het minste spoor van horentjes kunnen ontdekken noch den minsten schijn dat zij er ooit geweest zijn."

Daarbij behoorde als noot eene verwijzing op Dr. Engelmann in de *Archaeologische Zeitung* van 1870 bl. 38, t. w.: deze »zegt van onze schilderij: »[mit Hörnern versehen?]," voorts in de noot 3: »auf der mir vorliegenden, leider retouchirten und deshalb theilweise sehr schlechten Photographie ist zwar von Hörnern nichts zu erkennen, aber Herr Geheimrath Strack hat mich versichert, dass sie vorhanden seien." Ik kan slechts herhalen wat in den tekst staat: met de meeste zorg heb ik ze niet kunnen vinden. Ook op de plaat der *Revue archéologique* komen zij niet voor." Die plaat staat in 't n°. van Oct. 1870, en behoort bij pag. 388, 393 enz. — Engelmann schijnt de autoriteit voor Overbecks stellige uitdrukking in de *Kunstmythologie* (1871) I bl. 483: *men ziet daar Iō met koehorens.*

In de tweede helft van Augustus 1872 bezocht ik Pompeii en bepaaldelijk het dusgenoemde *Pantheon* (huis der Augustalen, Serapeum, Hospitium, Macellum, temple d'Auguste of hoe men 't al genoemd heeft). Vlak links van den ingang (men vindt ze dus 't gemakkelijkst als men den hoofdingang weder uitgaat) viel mijn oog op eene muurschilderij, Helbigs n°. 131: deze is klaarblijkelijk een tweede exemplaar [1]) der Palatinusschilderij, en helderde bij nadere bezigtiging den twijfel der kunstkenners op.

De Iō van het Pantheon mist den linker horen geheel, even

1) Voor twee der drie figuren: de derde, Hermes, ontbreekt geheel op de Pantheonschilderij.

Digitized by Google

als die van den Palatinus. Omtrent den regter maakte de schilderij, waarop ik geheel onverwacht stuitte, dadelijk en achtervolgens dezen indruk: dat is Iō en Argos als op den Palatijn; dat is de regterhoren; nu moet hij op de Palatinusschilderij ook te vinden zijn.

Het is slechts eene zeer kleine witachtige vlek, waarlijk geen horen, slechts een »bewijsje" er van, wat men op de Pantheonschilderij ziet. Toch is het ligt te herkennen voor iemand die van den Palatijnschen Iō-kop werk gemaakt heeft, en het maakt den indruk als of de Pompeiaansche schilder, hoe weinig hij 't ook aangaf, toch nog geweten heeft dat hij een horen copieerde. De Palatijnsche schilder wist dat zeker niet. Diens origineel (met den Hermes er op) moet den Iō-kop bijna naauwkeurig zoo als de Pantheonschilderij hebben voorgesteld, want de horen op den Palatinus ziet er juist zoo uit als of hij uit het Pantheon zelf was gecopieerd door iemand die een vlekje blootweg navolgde zonder te merken dat dat vlekje een horen voorstelt.

Immers nu het Palatinuskopje weder opzoekende bleek mé, dat ook daar eene nog kleinere, vormlooze, witachtige vlek, oogenschijnlijk geheel onbeduidend, op dezelfde plaats als in Pompeii's Pantheon aanwezig is. Of ik die vroeger in 't geheel niet had opgelet dan voor nietsbeteekenend gehouden weet ik niet, maar ze heeft geheel den schijn als ware het eene onbegrepen copie van het Pompeiaansche vlekje, en is even gemakkelijk dáárdoor te herkennen als bijna onmogelijk zonder dat.

Heeft nu Geheimrath Strack, wiens gezegde wij uit de tweede hand kennen, welligt de Pantheonschilderij vóór de Palatijnsche gezien, dáárdoor begrepen dat dat vlekje den regterhoren moest voorstellen, dáárdoor aan Dr. Engelmann gezegd dat *de* horens ('t is slechts één) aanwezig waren? Wie zal dat nagaan?

Helbigs beredeneerde lijst in zijne *Wandgemälde der verschütteten Städte Campaniens*, nos. 131 tot 136, wordt door Perrot in de *Rev. archéol.* van Oct. 1870 t. a. p. besproken, en deze *Revue* even als de *Archaeol. Zeitung* is op de Leidsche Bibliotheek.

M., 9 Febr. 1873. E. J. KIEHL.

Digitized by Google

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

HELIODORUM.

SCRIPSIT S. A. NABER.

Juvat redire in memoriam illius temporis, quum ante hos viginti annos amicissimi viri Kiehlius et Mehlerus mecum ceperunt consilium colligendi et edendi, si quid docti in nostra patria viri de bonis litteris scripsissent, quod nostrae curae committere vellent. Ex eo tempore, egregiam opem ferentibus celeberrimis philologis, qui post unum alterumque annum magna parte gravissimi oneris nos levarunt, mox totum in humeros suos transtulerunt, per undecim annos Mnemosyne prodiit sic ut nec nos suscepti consilii poeniteret et lectores habere viderentur, quod cum fructu cognoscerent. Nihil est cur reticeam quod omnes consentiunt: Mnemosyne nostra veterem Batavorum in philologia laudem egregie tutata est. Tandem illa vox conticuit et jam per novem annos multis desiderata obmutuit. Itaque antequam initium faciam scribendi, ingratus sim, si omittam Mnemosynen salutare redivivam, tanquam veterem amicam, quae novos nacta patronos, laetis ominibus et filiabus plaudentibus post diuturnum silentium jam iterum e tenebris exire gestiat. Ut mihi allatus est nuncius consilia ab novis trinmviris agitari, ut Mnemosynen resuscitarent, postquam res ad exitum spei adducta videbatur, continuo quaesivi, an quaedam ipse quoque conferre possem, doctis auribus et pristina Mnemosynes laude non penitus indigna. Legeram et relegeram nuper Eroticos Graecos, quorum studiorum fructus jam in animo est eruditis viris tradere explorandos.

Digitized by Google

Pauci omnino hodie sunt, qui scire curent, quid olim Erotici scripserint. Exemplaria Graeca nostris hominibus commendari solent ob singularem praestantiam, quam admirari possumus, assequi nemo poterit, sed ab ista laude Achilles Tatius et Longus et reliqui remotissimi sunt. In hoc scriptionis genere longe longeque veteres superamus et miseret nos Graecos videre tam putide delirantes. Ceteris tamen omnibus meo quidem judicio praestat Heliodorus, qui licet non multum habeat virium nec satis pure scribere didicerit, nec sententiarum elegantia et acumine conspicuus sit, primum nihil habet, quod castas auriculas offendere possit. Hinc unus inter omnes olim ab elegantioribus hominibus, in Gallia praesertim, lectitabatur et fuit aliquando tempus, quum inter principes et classicos scriptores recenseretur, qui nunc cum infimis sordere videtur. Praeterea ob rerum quas narrat varietatem et probabilem dispositionem non mediocri laude dignus est, si comparatur cum Eumathio et Theodoro Prodromo et Niceta Eugeniano, qui tam aniliter desipiunt ut Heliodorus juxta positus ipsis Athenis Atticis vixisse et scripsisse videatur. Ab hoc igitur Heliodoro faciam initium, deinde exceptis pessimis, in quibus cognoscendis, fateor, taedium devorare non potui, reliquos ceteris paulo meliores percurram, postquam de Heliodoro observationes lectoribus non displicuisse intellexero.

Heliodori Aethiopica, quibus continentur amores Theagenis et Charicleae, divisa sunt in libros decem, ad quorum calcem legitur sic: *Τοίονδε πέρας ἔσχε τὸ σύνταγμα τῶν περὶ Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν· ὃ συνέταξεν ἀνὴρ Φοίνιξ Ἐμεσηνὸς, τῶν ἀΦ' Ἡλίου γένος, Θεοδοσίου παῖς Ἡλιόδωρος.* Fertur iste Heliodorus Episcopus fuisse Triccae in Thessalia et vixisse quarto fere saeculo post Christum natum nec habeo cur fidem denegem, quamquam sedulo quaerens nulla inveni satis certa indicia, Aethiopicorum scriptorem hominem Christianum fuisse. Sed quum Achilles Tatius et Xenophon Ephesius et Heliodorus describunt amantium suorum in Aegypto errores et aerumnas, illud miror cur Heliodorus hoc fabulae quasi theatro uti voluerit, qui Aegyptum minime haberet cognitam. Ex plurimis indiciis dabo pauca exempla maxime insignia. In editione Hirschigii nostratis, quae anno 1856 Parisiis prodiit, nam Hercherus, quod miror, inter Ero-

Digitized by Google

ticos Graecos Heliodoro locum esse noluit, credo ne invaderet in provinciam ab Imm. Bekkero occupatam, in editione igitur Parisina p. 319. 25 Calasiris et Nausicles haud longe ab ostio Nili juxta ripam ambulant et κροκόδειλον ὁρῶσιν ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ θάτερα διερπύζοντα, quo conspecto incolae συνήθως τε καὶ ἀθορύβως τὸ ὀφθὲν ἤγον. Verum in ea parte Nili, quae mari proxima est, non modo crocodili non sunt frequentes sed omnino non inveniuntur nec, quantum scio, umquam inventi sunt. P. 369. 38 narrantur quidam Memphide profecti esse, ut convenirent Persarum regis satrapam, qui tunc Thebis degeret. Sed antequam Thebas venerunt, in itinere certiores fiunt, Oroondatem, nam hoc nomen erat regio satrapae, profectum esse Syenen; quam ob causam Bagoas, qui Theagenem et Charicleam captivos adducebat, ἐκτραπεὶς τῶν Θηβῶν ἐπὶ τὴν Συήνην ἤλαυνεν. Apparet opinor ignorasse Heliodorum, ubi locorum sitae essent Thebae. Turpius etiam est Elephantinen apud nostrum non insulae nomen esse, sed urbis in terra continenti; crebro enim in Syenes oppugnatione sicco pede commeant Syene Elephantinen et contra, p. 378. 25 alibi. Non magis norat Heliodorus Philas insulam. Capta Syene Aethiopum rex Hydaspes redit in patriam, p. 389. 14. Primum recte ἐχώρει τῆς ὄχθης τοῦ Νείλου ἐχόμενος, sed postquam ad Charactas pervenit, ἐκτραπεὶς, τῆς μεσογαίας μᾶλλον εἴχετο καὶ εἰς τὰς Φίλας ἐλθὼν διαναπαύει τὸν στρατόν. Sunt alia ejusdemmodi vitia, sed haec sunt fere insigniora.

Fingit Heliodorus actam esse fabulam eo tempore quo Aegyptii parerent regi Persarum itaque p. 236. 45 Athenis memorari non debuit τὸ μνῆμα τῶν Ἐπικουρείων, sed leve hoc est prae ridiculo commento p. 278, Homerum fuisse Aegyptium. Hunc Heliodorus saepe laudat et perpetuo vocabulis recentioribus et olim incognitis indecore admiscet Homericos locos, quorum color toto coelo diversus est. Flosculos amat quales ὃν θυμὸν κατέδων p. 234. 41, ἐδάκρυον ἐκείνου πρόφασιν p. 237. 43 et ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων p. 240. 31 et 244. 39. Usurpat κῶμα p. 254. 50 et 272. 44 et θῶας p. 257. 30 et πύματον ὕπνον p. 258. 4 et ἔνθεν ἐθών p. 307. 9. et ἐγυμνώθη τῶν ἐπιβεβλημένων ῥακῶν p. 336. 22. Semel quoque cum ipso Homero contendere velle videtur, uter elegantius scribat,

Digitized by Google

nam pugna fratrum istorum Petosiridis et Thyamidis, qui — quod rarissime accidit — ex archipirata sacerdos factus est, adumbrata est ad similitudinem certaminis inter Achillem et Hectorem, ita ut inter legendum vix possis lepidum caput non contemnere eius, qui tam improbabilia fingere ausus sit. Ipsae quoque dramatis personae libenter Homericis versibus utuntur. Rarius Theagenes nec fere nisi p. 407. 6, raro Chariclea p. 225. 28 et 286. 20; raro Nausicles mercator, sicuti p. 306. 8, ubi affirmat non esse *ἀπόβλητα θεῶν ἐριπυδέα δῶρα*. Cnemon juvenis Atheniensis paulo saepius v. c. 257. 11 coll. p. 327. 41 qui locus ductus est ex Odyss. XVII. 222, p. 230. 38, p. 261. 33 et 283. 37. Sed frequentissime Homerum laudat Calasiris pater istorum juvenum quos modo vidimus depugnantes, qui demonstrat Homerum Aegypto esse oriundum. Auspicatur narrationem solemni formula *Ἰλιόθεν με φέρεις* p. 258. 52 et redit ad Homerum p. 259. 39, qui locus colorem duxit ex primo versu Odysseae et p. 259. 49 *τετριγυῖα περιποτᾶται* et p. 260. 1 et p. 264. 39 et p. 272. 25 et p. 277. 48 et p. 282. 52 et p. 304. 4 et p. 307. 39 et p. 315. 33. Vespertinum tempus indicat sic p. 312. 13: *ἦν μὲν ἤδη τῆς ἡμέρας ὅτε ἀρότρου βοῦν ἐλευθεροῖ γηπόνος*, quod perridicule dictum est, nam eo tempore bonus Calasiris navigabat in medio mari. P. 311 apparet ei in somnio Ulysses, quem statim agnoscit, quia *ἐπιγουνίδα ὑποφαίνει*. Quin in ipsa domo Oroondatis lena quaedam ad Arsacen uxorem eius p. 339. 49 utitur proverbio *χρύσεα χαλκείων* et Arsace ipsa, filia regis Persarum p. 359. 9 non immemor fuit versiculi *ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς*, unde verbis suis quaesivit colorem. Sed hoc minus jam fortasse mirandum est, si quidem de Aethiopibus novimus philosophos et reges multum operae dare solitos fuisse Graeco sermoni, quod docemur p. 387. 47.

Aliorum scriptorum imitatio rarius apparet. Semel laudatur Hesiodus p. 234. 32. Aeschylus semel respicitur p. 268. 8, Plato bis p. 270. 16 coll. 276. 21 et p. 258. 54 coll. p. 321. 27. Demosthenes semel p. 321. 54, semel quoque Euripides p. 230. 34, ubi Heliodorus usurpat ex Medea vs. 1314, qui locus imperite ab interprete in Latinum sermonem conversus fuit et alia multa in ista versione risum movent. Semel quo-

Digitized by Google

que Herodotum agnosco p. 262. 5, sed levis Heliodori error ibi notandus est. Narrat Calasiris se aliquando captum fuisse amore Rhodopidis Thracicae mulieris, de qua ex Herodoto II. 135 omnia nota. Verum quo tempore illa in Aegypto fuit, nondum parebant incolae Persarum imperio. Ceterum plerique loci quos indicavi jam diu in proverbium abierant apud Graecos omnes et Heliodorus fortasse veteres istos ne legerat quidem. Aliis locis imitatio minus manifesta est.

Quod Cobetus aliquando notavit in Charitone, usu quoque venit in Heliodoro: pleraque omnia apud eum mira et incredibili celeritate perficiuntur. Bellum inferunt Aethiopes p. 369. 38 θᾶττον ἀκοῆς. P. 372. 50 describitur ingens fossa, quam Hydaspes duci jussit circa Syenes moenia: stupendum opus perficitur λόγου θᾶττον. Eodem pertinet p. 379. 25: pugnatur apud Syenen, Aethiopum acie nondum instructa: οὔπω πᾶν διετέτακτο et Persae jam appropinquabant. Vide quoque istud λόγου θᾶττον p. 287. 20, p. 312. 24 et p. 334. 43. Sed gravis error est, ubi scriptor ipse sibi contradicit. P. 386. 47 affirmat Chariclea certiorem se factam superesse matrem Persinam Aethiopum reginam, sed splendide mentitur generosa puella, nam nil tale aut inaudivit aut audire potuit.

Scripsit iis temporibus Heliodorus, quibus ne vestigium quidem pristinae libertatis erat reliquum. Omnia vergebant ad servitutem et excusandi errores sunt, si quis labitur in describendis iis, quae neque experiendo cognovit et legendo vix aegre cognoscere potuit. P. 237. 26 Heliodorus serio credere videtur fuisse Athenis quoddam τῶν πολεμάρχων collegium, sed turpius se dat p. 233. 15. Narrat ibi Cnemon adolescentulus Atheniensis se morem gerere noluisse novercae, quae privigni amore deperiret, novercam apud maritum detulisse nefarium Cnemonis amorem, cetera eodem modo quo de Phaedra fabula est. Theseus personatus non continet iram, re minime explorata filium Cnemonem in vincula conjicit et, postquam illuxit rapit in jus. Producitur reus in concionem populi, nam populus ipse de eiusmodi causis cognovisse videtur; sunt certe verba Heliodori: ἐπὶ τὸν δῆμον ἦγε. Postquam pater luculentam habuit orationem, Hippolytum ὁ γραμματεὺς breviter interrogat, mittitur populus in suffragium et reus patria pellitur.

Digitized by Google

Operae pretium est ipsum Heliodorum audire: τῶν δὲ ψήφων διαφορουμένων, εἰ μὲν τὸν ἕκτον καταχειροτονήσαντες ἦσαν εἰς ἑπτακοσίους καὶ χιλίους, εἰ μὲν κατάλευσιν, εἰ δ' εἰς τὸ βάραθρον πέμψαι κρίναντες, εἰ δὲ λοιπὸν εἰς χιλίους, κτέ. Tum pergit narrare, quomodo factum sit, ut vinceret sententia eorum qui censuissent non capite reum damnandum esse, sed aqua et igni ei esse interdicendum. Quid attinet dicere, quam sint haec absurda? Imprimis me advertit numerus civium duorum millium et septingentorum, qui soli populi comitiis interfuisse dicuntur. Sed tamen de more ipse suam causam Theseus commode perorarat; brevi autem post, ut legimus p. 251. 14, Phaedrae cognati, cui tunc Demaenetae nomen erat, quae manus sibi conciverat, miserum patrem accusant, τοὺς δεινοτάτους τῶν ῥητόρων πρὸς τὴν κατηγορίαν ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν ἀναβιβασάμενοι. Scilicet ignorabat Heliodorus suam quemque causam Athenis agere debuisse. Sed peius est quod legimus p. 295. 48. Rapuit Theagenes Calasiride connivente Charicleam, quae tunc Apollinis Delphici sacerdotium gerebat. Fit tumultus in urbe, undique concurrunt cives ut illatam vim arceant. Concubia nocte populus convocatur a praetoribus per praeconem, nam Delphis, uti vides, sol occasus suprema tempestas non erat: καὶ ὁ δῆμος αὐτίκα παρῆν καὶ τὸ θέατρον ἐγίγνετο νυκτερινὸν βουλευτήριον. Deplorat infelicem sortem suam Charicles, qui Charicleae pater putabatur esse; post eum verba facit unus ex praetoribus, qui primum haud absurde suadet, ut omnes citato cursu persequantur Theagenem et Charicleam et Thessalos juvenes Theagenis amicos, qui nefarii consilii participes fuissent. Οὓς ἐγὼ, orator indignabundus exclamat p. 296. 44, οὓς ἐγὼ φημὶ χρῆναι αὐτοὺς τέως ὅτι τάχιστα καταλαβόντας ἀνασκολοπίσαι καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀτιμῶσαι διαβιβάσοντας καὶ εἰς τὸ γένος τὴν τιμωρίαν. O episcopum ridiculum! o interpretem non minus ridiculum, qui ita verteris: »Quos ego aio quam primum »comprehensos cruci affigi oportere et *quosdam* ex illis ignominia »affici, translata etiam in familiam poena." Si quis curat scire, quae postea acta sint, dicam. Mittitur populus in suffragium, perfertur Hegesiae praetoris rogatio: perfertur quoque alia lex: μηκέτι τὴν ζάκορον ἀναφαίνειν τοῖς τὸ ἐνόπλιον τρέχουσιν. Tum demum tota civitas se proripit, non adulti tantum, sed

Digitized by Google

pueri quoque, sed decrepiti senes, sed matronae τὸ προστυχὸν εἰς ὅπλον ἁρπασάμεναι. Interea latitant amantes in vicina domo Calasiridis et brevi post clam conscendunt navem, tuto profecturi in Aegyptum.

Studet imitari Heliodorus veteres Atticos, sed ea res non felicissime ei cessit, nam oratio scatet vitiis. Scio quidem et intelligo Graeculis sero natis multa condonanda esse, nam arduum sane erat pure et Attice scribere, dum aures quotidie resonarent vitioso aequalium sermone, in quo miscerentur quadrata rotundis, sed tamen ridicula res est recentissimos istos scriptores videre, qui modo loquantur cum matre Evandri, ut Romani jocabantur, modo delabantur ad turpes errores eorum, qui diversa confundunt in unum et falsam secuti analogiam omnia conturbant. Judicium tulit de Heliodori oratione Cobetus ad calcem sexti Mnemosynes voluminis, sed, ut mihi quidem videtur, paulo severius. Unum affert exemplum ex quo appareat, quam sit Heliodorus Graecitatis antiquioris imperitus. Appellat genitores perpetuo, unico loco excepto p. 260. 35, τοὺς φύντας, quo vocabulo apud veteres poetas non *genitores* indicantur, ut aequum est, sed *nati*. Probat hoc Cobetus allatis decem locis: reliquos tres indicare omisit: p. 288. 40 φρόνημα βασίλειον καὶ πρὸς τοὺς φύντας ἀναφέρον, p. 336. 29 τὸν φύντα καὶ ἔχοντες καὶ αἰδεσθέντες, p. 336. 35 ἥδοντο ἐπὶ τῷ φύντι σωζομένῳ. Illud quoque addi potest, Heliodorum aliorum exemplum imitatum parentes semel iterumque vocare τοὺς πατέρας, cum τοὺς γονέας deberet, p. 240. 15 et p. 255. 27; εἶγε σοι πατέρες εἰσὶν, ἀπόκριναι. Est hoc quidem perineptum φῦναι dicere, ubi φῦσαι usurpare deberes, si quidem cum elegantioribus loqui velles, sed omnium in Heliodoro errorum, quorum est permagnus numerus, hic tamen est longe turpissimus et exemplum prorsus simile frustra quaesivi. Ut ipsi lectores possint ferre judicium, potiora de hoc argumento subjiciam, ex quibus illud imprimis apparebit, quod retinendum est, ne quis ipsum Heliodorum corrigat, dum librariorum errores sibi corrigere videatur, antiquis et probis vocabulorum formis perpetuo adulterinas admisceri, cuius rei exemplum habuimus, cum dicerem apud Heliodorum *natos* semel omnino recte τοὺς φύντας dici.

Digitized by Google

Ipsum vitium quod modo indicavi, facit ut meminerim verbi τεχθῆναι, quo quater Heliodorus usus est p. 228. 46, p. 387. 30, 34 et 396, 34, quum γενέσθαι debuisset ponere: semel, si bene memini, eodem sensu γεννηθῆναι habet p. 399. 5. Frequens iste error est apud sequiores et passivos aoristos ponunt, cum medios deberent: quis non saepe vidit σαθῆναι pro σῆναι dictum et ἐγερθῆναι pro ἐγέσθαι? Idem obtinet apud nostrum in verbo τρέπειν, apud quem aliquoties vidi τραπῆναι et ἐκτραπῆναι pro τραπέσθαι et ἐκτραπέσθαι dictum. Legitur p. 228. 24 ἐκτραπέντες πρὸς τὰ ἔρθια ἐχώρουν, p. 246. 39 πρὸς τὴν νῆσον ἐτράπησαν, p. 274. 37 πρὸς εὐαχίαν τῶν Θετταλῶν τραπέντων, p. 295. 26 ἐκτραπῆναι τοῦ προκειμένου πλοῦ, p. 303. 19 ἐφ' ἑτέρας κώμας τραπείς, p. 309. 20 τῆς ἐπὶ Καρχηδονίους ὁρμῆς ἐκτραπείς, p. 369. 38 ἐκτραπεὶς τῶν Θηβῶν, p. 389. 14 ἐκτραπεὶς τῆς μεσογαίας εἶχετο. Verum non constat in errore, nam legitur p. 283. 53 τὴν φυγὴν ὅποι τραπόμενοι λάθοιμεν ἐπισκοπῶν, p. 285. 24 ἐκτραπόμενος παρῆειν, p. 292. 16 πρὸς τὸ πείθειν τραπόμενοι, p. 323. 41 ποῖ γὰρ τράπωμαι, p. 412. 6 πρὸς τὰ ἱερὰ τραπώμεθα. Itaque cum hodie legatur p. 229. 32 φροντίδι τῶν παρόντων συνεχόμενος πρὸς ὕπνον ἐτέτραπτο, satis apparet scripsisse Heliodorum ἐτράπετο. Sed antiquum obtinet p. 258. 4 πρὸς ὕπνον τραπείς, unde efficio librarios confudisse praepositiones εἰς et πρὸς p. 310. 52, ubi hodie legatur εἰς ὕπνον ἐτράπημεν.

Alia multa verba sunt quorum activas et medias formas Heliodorus confundit. P. 353. 4 legitur λήσεται pro λήσει; τεθνήξεσθαι pro τεθνήξειν p. 233. 36, 361. 54, 368. 41; ἀπολαύσειν p. 235. 25 et 345 51; οἰμώξειν p. 285. 49, quamquam bis recte legitur οἰμώξομαι p. 315. 46 et 317. 12; διώξειν pro διώξομαι invenio p. 295. 31 et 367. 31; saepissime legitur ὑπηρετεῖσθαι, semel recte ὑπηρετοῦντα p. 353. 50. Et eodem modo Heliodorus incertus haeret utrum praeferat εὐτρεπίζειν an εὐτρεπίζεσθαι, διακονεῖν an διακονεῖσθαι. Huius verbi legitur utraque forma eadem pagina 303, sed nihil est cur alterum locum ex altero corrigas. Minus jam mirum videbitur p. 268. 9. ἐδιδαξάμην legi, ubi activa forma ἐδίδαξα opus foret.

In futurorum quoque formis saepe Heliodorum deprehendi titubantem. P. 324. 31 invenio μαχεσόμεθα pro μαχούμεθα, p. 316. 24 γαμηθήσεσθαι, p. 235. 50 et 340. 33 καλέσειν,

Digitized by Google

p. 291. 4 et alibi τελέσειν; sed graviora vitia sunt in aoristis σκοπῆσαι p. 370. 23, p. 275. 36, p. 300. 22 et p. 409. 30; μετημφίασα p. 258. 50 et alibi, ὀλισθῆσαι p. 272. 40 et 319. 1, quamquam recte κατολίσθῃς p. 348. 46, ῥεῦσαι p. 275. 28, quamquam ῥυῆναι p. 333. 6, εὕρασθαι p. 288. 46 et 399. 27, κερδῆσαι p. 294. 37 et alibi, διορυγῆναι p. 376. 23, καθεσθῆναι p. 284. 30, ἀποψυγῆναι p. 248. 8, ἀπονάμενος p. 248. 35 et 251. 28, ἐπιπτὰς p. 237. 45 et 291. 51, quo non multo melius est praesens ἵπτασθαι, quod itidem bis invenitur p. 297. 40 et 405. 7. Omnibus autem istis longe peius foret συντεύξασθαι, si scripsisset Heliodorus quod legitur p. 235. 24 ὀνειδίζοντα τὴν ἄδικον ἐπιβουλὴν αἰσχύνομαι συντεύξασθαι et p. 365. 10 ἐντεύξασθαι ἀλλήλοις ἀπεγνωκότας, sed nisi egregie fallor, rescribendum est συντεύξεσθαι et ἐντεύξεσθαι, quod vel sic non optime dictum erit. Minus facile excusabitur Heliodorus, si quidem p. 256. 49 ἐγκαταλεῖψαι ausus est dicere; δύσασθαι tamen apud eum non invenitur, nam, quod editur p. 299. 4. τὴν ὑπόνοιαν ἀποδύσασθαι σπεύδων· quantillum erat reponere ἀπολύσασθαι.

Mira est Heliodori, sicuti apparuit, in eligendis verborum formis inconstantia; sic perperam ponit διαχειρισόμενος p. 232. 46; mox p. 244. 41 recte habet χαριούμενος; scribit interdum recte ἐπεδείκνυ et similia, v. c. 265. 38, 295. 15, 350. 37 et 403. 14; tamen invenio ἀνίσων p. 294. 42 et ὤμνυεν p. 247. 32; ἡλωκέναι habet et ἑαλωκέναι; recte legitur ἠνώχλουν p. 319. 4 et 332. 51, ἠνειχόμην p. 330. 53, sed hodie apud eum legitur ὦθουν, numquam ἐώθουν, v. c. 231. 3, 237. 27, 254. 47, 336. 54; genuinae et Atticae formae sunt διαδρᾶναι, διαδράντων, ἀπέδρασαν, quae passim leguntur, ter tamen vitiose διαδράσας pro διαδρὰς p. 253. 16, διαδράσειε pro διαδραίη p. 350. 36 et διαδράσασα pro διαδρᾶσα p. 369. 2.

Praeter eas formas, quas supra recensui aliae multae vitiosae sunt, quas non omnes indicabo, sed quam brevissime potero excerpam ea quae imprimis videntur luculenta. Imperfectum verbi ἔρχομαι saepe apud Heliodorum est ἠρχόμην, participium ἐρχόμενος, futurum ἐλεύσομαι, unde consequitur εἶμι praesentis esse temporis non futuri p. 265. 24, p. 340. 39 et p. 350. 40. Imperativus verbi εἶναι bis ἔσο est prorsus barbare p. 350. 21

Digitized by Google

et 304. 46. Ter offendi ἤνεγκα, bis εἶπες, nam quis illis temporibus talia curabat? Recte legitur ἡκόντων p. 386. 24 et 409. 1; sed σωζέσθωσαν invenies p. 372. 2 et ἀγέσθωσαν p. 388. 4 et 392. 4. Quod legitur p. 374. 50 κατήρειπτο condonari potest, non potest condonari κατηρειπωμένου p. 375. 26. Barbarum quoque est perfectum ἀγήοχα p. 386. 19, nam ἐπικεχειροτονείσθω p. 296. 54 et alia quaedam pro ἐπικεχειροτονήσθω vitia typothetarum esse duco vel certe eorum qui festinanter specimina correxerunt. Recte legitur εἴρπυσα p. 249. 40, sed perperam hinc nata est forma ἑρπύζω p. 319. 25. In compositis verbi λέγειν fere perpetuo legitur ἐξηγόρευσε, ἀνηγορεύθην, ἀπηγόρευται, προηγορευμένος et sim., recte tamen ἀπειρηκυῖα p. 368. 24. Pro διέφθαρμαι dici διέφθορα p. 257. 38 nemo mirabitur. Magis mirum est δεδρασμένον pro δεδραμένον usurpatum p. 348. 22 et 411. 9.

Semel, si bene memini, omisit Heliodorus contrahere quod contrahendum fuerat. Narrat Calasiris se vidisse piscatorem, p. 308. 12 δικτύου διερρωγότος βροχίδας ἐξακεόμενον, quod scribendum est ἐξακούμενον. Ostendit hic locus, quid verum sit apud Alciphronem 3. 14, ubi piscator scribit ad amicum, quum vidisset rete lacerum et παλαιὸν καὶ τετρυχωμένον, se rogasse ὅτου εἴη καὶ τίνα τρόπον οὐκ ἐξωγκωμένον ἀποσχισθέν. Jam vidit Meinekius requiri ἀποσχισθείη, eo enim ducere codicem, qui habeat ἀποσχινθῆναι, sed vitium est in participio. Legebatur vulgo ἐξογκούμενον, unde ex correctione scilicet natum est bellissimum illud ἐξωγκωμένον. Vaticanus codex habet ἐξωκούμενον, quod scribendum esse ἐξακούμενον, Heliodorus planissime ostendit.

Elegans est quod scribit Heliodorus ἔχω θαυμάσας p. 306. 54, sed dubito an probari debeat, quod invenio p. 243. 51: ἐπιδακρύσας αὐτὸν ὅτι μονονουχὶ ζῶσαν εἴη καταθάψας, quod minime Atticum videtur pro καταθάψειε. Verum leve hoc est prae p. 237. 15 τὰς θύρας ἐψόφησε, nam ψοφῆσαι, quod pauci ignorant, verbum neutrum est et recte scribitur p. 279. 16: ἐψόφει ἡ μέταυλος. Abutitur quoque cum recentioribus omnibus verbo ἔοικα, cum scribit p. 227. 14 μέλλειν ἐπιχειρεῖν ἐῴκεσαν, p. 230. 16 τύχης τῆς αὐτῆς ἐοίκατε κοινωνεῖν, p. 239. 43 ἐννοίας ἀθροίζειν ἐῴκει, p. 254. 37 σκοπεῖν τι βουλομένοις ἐῴκεσαν, p. 328. 54

Digitized by Google

ἔοικα θρηνήσειν, p. 401. 41 ἐοίκατε κακὰ τοῖς καλοῖς μιγνύναι et alibi saepissime. Pro χρῆσθαι amat Heliodorus κεχρῆσθαι dicere, v. c. 325. 27, 397. 15, 357. 37, alibi. Ipso operis initio p. 225. 28 τὸ γὰρ αἰφνίδιον τοῦ κακοῦ τὰς χρείας ἐκαινοτόμει καὶ βέλεσι κεχρῆσθαι τοῖς ἐκπώμασιν ἐδίδασκεν. Itaque ferri non debet in vicinia κρατῆρες χειρῶν ἔνιοι τῶν ἐσχηκότων ὑπορρέοντες, τῶν μὲν πιόντων, τῶν δ' ἀντὶ λίθων κεχρημένων et requiritur πινόντων. Denique notandum est pro ζῆν dici βιοῦν p. 236. 20, 393. 34, 397. 29, 41; reviviscere est ἀναβιοῦν p. 298. 50; βιῶναι semel aoristus est p. 298. 50; vita ζωὴ pro βίος dicitur p. 252. 14.

Multa invenio verba veteribus Atticis incognita, partim contra analogiam ficta, praeter necessitatem omnia. Προσβλέπειν Heliodoro est ἀντωπεῖν p. 239. 43. Indidem natae sunt formae αὐτοπτεῖν p. 270. 15 et διοπτεύεσθαι p. 369. 51 alibi et δυσωπεῖν, quum apud Athenienses deponens verbum est δυσωπεῖσθαι. P. 233. 7, 237. 10, 362. 37 non scribendum fuerat δεσμεῖν sed δεῖν. Offendunt quoque ἀποσκορακίζειν p. 268. 14, βαρυμηνιᾶν p. 235. 16, γονυπεσοῦντες pro γονυπετοῦντες dictum, διαμονομαχεῖν p. 344. 2, ἠρυθρίων τὸν Κνήμωνα p. 250. 2, ἐνανθρωτεῖν p. 266. 23, ἐκδυσωπεῖν p. 357. 43, ἰσοταχεῖν p. 371. 22, χαρακτηρίζειν p. 288. 39, χρονοτριβεῖν p. 372. 33, quibus plerisque Heliodorus tamen non primus vel solus, sed cum aequalibus omnibus usus est.

Eandem inconstantiam, quam in verbis ostendi, in nominibus quoque deprehendi. Plausum tulit aequalium Heliodorus, cum scriberet αὐτάδελφος p. 335. 7, μετάφρενον p. 335. 47, εὐπραγία p. 348. 33, κατ' ἀγυιάς p. 390. 6, τὴν αὐτὸς αὐτοῦ παρακαταθήκην p. 357. 29, ὦ λῷστε p. 293. 30, ἐν γειτόνων p. 237. 9, alia; sed quam negligenter usurpavit πρεσβευταὶ pro πρέσβεις p. 402. 17 alibi; ὁ μείραξ p. 295. 42 et 402. 41 cuius nominis non nisi femininum genus exstat; ὁμόταχος p. 405. 26; κάθοδον λαμβάνειν τινὶ p. 250. 46; Περσίνης αὐτοχειρία p. 396. 54; τὸ γράμμα pro τὰ γράμματα p. 389. 30, 390. 37, 39, 409. 2; ὥρα pro duodecima diei parte passim; εἷς οὐδείς p. 245. 49 et 263. 52; θάτερον pro τὸν ἕτερον p. 262. 44; θατέραν p. 388. 44; ἐκ θατέρων p. 353. 45; ταχίων p. 235. 3 sed ταχύτατος p. 392. 12; αἰσχρότερος passim sed βράδιον p. 273. 30 et 319. 11; denique ὅρασις pro ὄψις p. 276. 3.

Digitized by Google

Alia multa nullo negotio addi possunt. Apud Athenienses incognitum est adverbium ἐκοντὶ, quod p. 241. 10 legitur. Perperam ponit p. 247. 4 ἡ γὰρ πυρὸς ὄψις ἀμαυροῦται δι' ἡμέρας, quum μεθ' ἡμέραν deberet. Perperam usurpat secundum casum pro quarto p. 355. 44 τὴν Φρουρὰν ἐξήλασε δύο μέν που καὶ τριῶν ἡμερῶν ἀντισχοῦσαν et p. 361. 17 ἡμερῶν ἤδη τοσούτων ἀπόσιτος οὖσα. Risum movent ἐρίτιμος p. 266. 3 et ἀρισήμως p. 330. 35. P. 266. 35 ποιμέσιν ἐμαυτοῦ παραδοὺς, aut erravit Heliodorus aut scripsit τοῖς ποιμέσιν. Sed librariorum vitium mihi agnoscere videor p. 309. 12 τὴν Πυθιονίκην ὠνόμαζεν, ubi requiro τὴν Πυθοῖ νίκην, siculi Πυθοῖ recte legitur p. 252. 48. Minus recte ἕκαστος de duobus dicitur p. 237. 43. Pro πηνίκα legitur πότε p. 309. 51 πότ' ἄρα οἱ Φοίνικες ἐξορμήσειν μέλλουσιν; et p. 310. 39 ἐπυνθάνετο πότ' ἀνάγεσθαι κελεύοιμι.

Recentiores toti sunt in veteribus imitandis et usurpant quidquid meminerunt ante se ab aliis eleganter et acute dictum, sed non satis caute in ea imitatione versari solent et imprudentes saepe delabuntur ad ineptias, quia non satis accurate cogitant neque intelligunt quo singula pertineant. Nobile dictum est Dionysii Tyranni: καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς, multorum imitatione celebratum, de quo viri docti haud semel egerunt. Chariton etiam memor fuit, cum scriberet p. 83. 6 ἐντάφιον ἔνδοξον ἡ ἡγεμονία. Heliodorus, qui multis nominibus Charitone peius scribit, quater dixit eodem modo. Primum non inelegan ter p. 229. 52 καλὸν ἐντάφιον τὴν σωφροσύνην ἀπενεγκαμένη, quod scribendum utique est ἐπενεγκαμένη; deinde sat bene p. 316. 48 τὴν γὰρ ἐκ Δελφῶν ἱερὰν ἐσθῆτα ἡμφίεσο ὡς ἡ νικητήριον ἡ ἐντάφιον ἐσομένην. Minus probo p. 363. 10, ubi Chariclea dicitur eandem illam vestem τούς τε συνεκτεθέντας ὅρμους τῆς ἐσθῆτος ἐντὸς ὑπὸ γαστέρα ζώσασθαι οἷον ἐντάφιά τινα ἐπιφερομένη. Sed prorsus absurde reginae monile et pretiosissimus ille annulus, cuius admirabili virtute Chariclea servata fuit, ἐντάφια vocantur p. 366. 20: τὰ γὰρ συνεκτεθέντα μοι γνωρίσματα περὶ τῇ γαστρὶ ζωσαμένη κρύφα ἐτύγχανον, εἰ μὲν σωζοίμην, εὐπορίαν βίου καὶ τῶν ἀναγκαίων — nam Charicleae provida mens inerat rogum conscensurae — εἰ δέ τι πάσχοιμι, καλλωπίσματα ἔσχατα καὶ ἐντάφια γενησόμενα. Sic solent re-

Digitized by Google

centiores non satis accurate perpendere, quae sint singulorum vocabulorum primariae significationes. Invenio p. 245. 49 *βάλλειν ξίφος* et p. 318. 6 *τῇ κεφαλῇ ἐγχειρίδιον ἐπιβάλλειν*, quod perridicule dictum est. De potando recte dicitur *ἕλκειν* p. 353. 42, sed quis umquam praeter Heliodorum dixit *τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν εἵλκυσε*, quod legitur p. 267. 45? Errat quoque cum sequioribus scribens p. 268. 49 *ἡ νυνὶ θεωρία πλεονεκτεῖ τὰς ἄλλας*. Non est multo melius activum verbum *καταιδέσαι*, p. 294. 23, 326. 49 et 379. 18. *Ἐπίδοξος* pro *ἔνδοξος* dicitur p. 333. 22, 401. 22 et 410. 44; rectius fortasse *ἐπὶ δόξης* p. 346. 18, 357. 36 et 385. 43. Sed constat perperam dictum esse *διοιδουμένη* p. 337. 11.

Quod legitur p. 339. 45 *σεσηρὸς ὑπομειδίασασα*, p. 348. 13 *σεσηρὸς καὶ κατεσμυγμένον ὑποβλέψασα*, p. 407. 24 *ἐμειδία σεσηρός*, ostendet quid requiratur apud Lucianum in Imaginibus 6: *τὸ μειδίαμα σεμνὸν καὶ λελη θὸς ὥσπερ τὸ ἐκείνης ἔσαι*. Et Heliodorus satis indicat rescribendum esse *σεμνὸν καὶ σεσηρός* et Lucianus in Amoribus 13: *σεσηρότι γέλωτι μικρὸν ὑπομειδιῶσα* et Achill. Tat. 1. *σεσηρυῖαι τὰς παρειάς*.

Nemo veterum sic locutus est, ut Heliodorus scripsit p. 270. 46 *ἀσχολεῖν τὰς χεῖρας* et p. 298. 15 *τὸν νοῦν ἠσχολημένος*. Reprehensionem habet p. 273. 43 *λύχνος εἰσεφέρετο θεραπαινίδι*. Sicuti Homerus *σχεδὸν* usurpat eo sensu, quo Athenienses *ἐγγὺς*, sic Heliodorus *ἐγγὺς* pro *σχεδὸν* habet, v. c. p. 285. 6 *ἐγγὺς ἀνίατον* et p. 349. 50 *ἐγγὺς λιποψυχοῦσαν*. Nove dictum est p. 285. 50 *οὐ γάρ τις ἕτερος θαλαμεύσει Χαρίκλειαν* et *κατασυσάδην* p. 381. 22 et *πῦρ ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἐμβαλόντες* p. 246. 43 et *φανεροῦν* p. 396. 18 et 410. 52, multaque alia.

Quae recensui vitia, sub uno conspectu posita, jam sola satis gravia lectoribus videbuntur: supersunt tamen permulti errores, quorum Heliodorum multo magis pudere debuit, nam, quamquam saepe peccavit in singulis vocabulis eligendis, saepius etiam peccavit in ipsa compositione verborum. Non immorabor levioribus, quale est quod *ἀλλ' οὖν γε* scribit p. 235. 31 et 295. 7 et bis eadem pagina 392. 45 *καίτοιγε*, nulla vocula interposita. Sed quis credat nisi exemplis edoctus ignoravisse Heliodorum discrimen adverbiorum *οὐ* et *μή*? Lego p. 235. 34: *δεινὸν ὅτι μὴ ἐξ ἐπιτάγματος ὑπήκουσεν ἐποιησάμην*·

Digitized by Google

p. 251. 32 *ἐμὲ κατακλείσας ἔχει μηδ' ὅσον προκύψαι τῶν θυρῶν ἐπιτρέπων*· p. 299. 17 *μηδέπω κεκορεσμένος ὁ ἐμὲ εἰληχὼς δαίμων ἠπάτησε*· p. 302. 2 *τὸ τοῖς πολεμίοις ἑκόντας αὐτοὺς ἐγχειρίζειν οὐκ ἐπαινοῦσα, μὴ γὰρ εἶναι πρόδηλον ὡς ἀναιρήσουσι λαβόντες*· p. 316. 42 *μηδὲν μελλήσας ἀνίσταται*· p. 329. 7 *εἶδον μὴ εἰς μικρὸν τὸ πρᾶγμα τελευτήσειν*· p. 400. 27 *μὴ συλλαβὼν τὸν νοῦν τῶν εἰρημένων, σύγγνωθι, ἔφη*. Omnium turpissimum est p. 351. 44: *τοῦτο μὲν ὅτι μὴ ἔσαι ἢ γιγνόμενον οὐκ ὄψομαι, δῆλον*.

Videtur tamen sibi Heliodorus nitidissime scribere et plena manu elegantias scilicet spargere solet, ut sermonem suum distinguat. Notum est quomodo Athenienses conjunctione *ὥσπερ* uti soleant, sed parce sic utuntur et cum delectu; apud Heliodorum et recentiores quosvis idem utramque paginam obtinet. Scribit p. 226. 17 *ὥσπερ ἐξ ὕπνου τοῦ θανάτου*, p. 226. 34 *ὥσπερ ὑπὸ πρηστῆρος τῆς ὄψεως*, quem locum non satis assequor cur Hirschigius corrigere voluerit, qui itidem erravit p. 350. 34, p. 243. 46 *ὥσπερ ψυχῆς τοῦ Θεαγένους ἀφῃρημένην καὶ ὥσπερ θανάτῳ τῷ κακῷ βεβλημένην*· p. 247. 42 *καθάπερ ἀπὸ ὕσπληγος τῆς βοῆς*· p. 305. 47 *ὥσπερ ἡλίῳ τῇ Φλογί*· p. 307. 48 *καθάπερ ἐπί τι παράδοξον τὴν θέαν*· p. 375. 31 *ὥσπερ ἀπ' ἐκκλησίας τῶν πορθμείων*· p. 382. 14 *ὥσπερ ἐπὶ φρούριον τὸ ζῷον*· p. 382. 24 *ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως τῶν πύργων*· p. 382. 38, nam ter idem recurrit pagina eadem: *ὥσπερ ἐκ λόχου τοῦ ἐλέφαντος*· p. 383. 38 *ὥσπερ ἀπὸ σκοπῆς τοῦ πύργου*· p. 384. 50 *ὥσπερ ἐφ' ἅρματος τοῦ ἐλέφαντος*· p. 396. 45 *καθάπερ νέφει τῇ ταινίᾳ*· p. 404. 27 *καθάπερ ἀφύκτῳ δεσμῷ τῷ ἐκείνου βουλήματι*. Hoc usu cognito, apparet aliquid excidisse p. 262. 47: *ὥσπερ τῷ ὀνόματι τοῦ Θυάμιδος βληθεὶς τὴν ἀκοήν*, sed nihil satis certum invenio quod interpolari possit. Non succurrit quod magis placeat quam: *ὥσπερ (ἑρπετῷ) τῷ ὀνόματι*.

Nescio quomodo factum sit ut Heliodorus identidem praeter necessitatem conjunctionem *εἰ* cum optativo jungeret. Ecce pauca quaedam exempla de plurimis, quae studiose collegi. Legitur p. 232. 46 *εἴ σοι δόξειεν, ἐπ' αὐτοφώρῳ παραδώσω τὸν μοιχόν*, quod mihi dabis soloecum esse, sed non multo melius est quod respondet alter: *εἰ γὰρ οὕτω βουληθῇς*. Eodem modo erratur p. 251. 48 *εἴ με προσδέξαιο, παροῦσα διηγήσομαι*. Itidem

Digitized by Google

p. 236. 39 εἰ ταῦθ' οὕτως ἐπιδείξειας, σοὶ μὲν ἐλευθερίας μισθὸς ἀποκείσεται, modo rescribas ἐλευθερία. P. 264. 43 οὐ θαυμάσῃ τὸ πρᾶγμα ὡς γέγονεν εἰ πύθοιο. P. 265. 33 εἰ ὠνεῖσθαι βουληθείης ἕτοιμος παρέχειν. P. 293. 40 βουλήσομαι εἰ μίαν ἐνδοίητε πρὸς παρασκευὴν ἡμέραν. Scilicet parum curare videtur Heliodorus utrum conjunctivo an optativo modo utatur et particulam ἄν modo addit, modo omittit suo arbitratu. Gravem accusationem mihi incumbit probare. P. 231. 39 ἄκρυπτον ἕως ἂν τὸ ἀσφαλὲς γνοίην, sine ἄν particula dictum oportuit. P. 252. 23 Ἐρινὺς οὐ πρότερον ἔσησε τὴν ἔνδικον μάσιγα, πρὶν θεατὴν ἐπισῆσαι τῆς κατὰ σοῦ ποινῆς, optativo opus erat ἐπισήσειε. P. 295. 4 οὐ πρότερόν σε μεθίημι, πρὶν δή μοι τὸ ἀσφαλὲς ἐμπεδωθείη, sed hic quidem fortasse olim scriptum fuit πρὶν ἄν μοι ἐμπεδωθῇ. P. 294. 52 ἄπισον εἰς φυλακὴν ἐρασής, εἰ γένοιτο τῶν ἐρωτικῶν ἐγκρατής, rectius foret ἢν γένηται. P. 298. 44 fortasse non ipsius Heliodori vitio legitur ὅταν διηγήσομαι, sed ipse peccavit p. 304. 19: τοῦ Μιτράνου θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐπὶ πολλοῖς ἂν αἱρησομένου χρήμασιν ἀφεῖναι τὸν νεανίσκον, nam saepius ἄν cum futuro conjunctum reperitur v. c. p. 309. 14 ᾧ οὐκ ἄν ποτε ἐκδοῦναι τὸ θυγάτριον αἱρησομένου. Alibi tamen vitium subesse crediderim, v. c. p. 316. 22: ὅρα δὴ πῶς ἂν τοῦτο διακρούσοιο καὶ σαυτῷ μᾶλλον τὴν παῖδα περιποιήσοιο, ubi malim διακρούσαιο et περιποιήσαιο. Optativus pro Imperativo ex more sequiorum invenitur p. 308. 25 χαίροις καὶ μένοις εἰ βούλοιο παρ' ἡμῖν. Vitiosum quoque est p. 309. 42 λογίζου τί ἂν ποιῇς et p. 310. 12 σοῦ φείδομαι μὴ πραγμάτων πειραθείης. Quid autem talia conquiram, si quidem Heliodorus scripserit p. 342. 52 ἐπειδὰν ἔλθοις. Omnia de hoc argumento susque deque habet, qui scribere potuerit p. 356. 2 μή τι δεινὸν γένοιτο πυνθανομένῳ, quod perperam dictum est pro γέγονε, sicuti recte se habet p. 358. 50 ὃ δή με διατράττει μή τι καὶ αὐτὸς πέπυσαι.

Librarii peccarunt nisi fallor p. 367. 43 τὰ ἔργα παρέσησαν et p. 368. 15 ὅσα φυλάττειν ἔμελλον· miror tamen p. 407. 3 ὁ δῆμος κελεύουσι. Soloece quoque p. 358. 20 τούσδ' οὐ μεθήσομαι. Sed quid designare non potuit, apud quem invenitur p. 231. 24 εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐσιτεῖτο et p. 240. 16 οἴκαδε καταμεινάντων et p. 306. 22 εὐφροσύνης εἰς κόρον ἦσαν. In eo

Digitized by Google

scriptore nihil certe causae est cur offendaris p. 360. 17 *συνεῖσα οἳ κακῶν ἦν* et itidem p. 373. 15 *οἳ κακῶν ἦσαν συνιέντες*. Consimile est p. 231. 18 *ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ἐμαυτόν* et p. 238. 25 *ὡς αὐτὸν μετεπέμπετο*.

Satis mihi nunc aperuisse videor quam sit oratio Heliodori ab omni parte vitiosa, sunt tamen in istis sordibus vulnera quae librarii intulerunt, non multa quidem fortasse neque operae pretium est singula anxia cura rimari, sed delibabo pauca quaedam maxime insignia atque interdum, occasionem nactus, exspatiabor ad alios nostra cura et intento studio paulo digniores, quam episcopus noster est.

Absurdum est quod legitur p. 250. 54: *Ναυκρατίτης ἔμπορος ὑπόχρυσος ὄνομα Ναυσικλῆς*, nec difficile tamen est verum invenire. Ac primum apparet vulgatam lectionem non posse ferri: nota adjectiva sunt *ὑπόχρυσος* et *ἐπίχρυσος*, quae quid differant non opus est dicere. Rectissime Plato in Republica IV. p. 415. C homines dividit in *ὑποχρύσους*, *ὑπαργύρους*, *ὑποχάλκους* et *ὑποσιδήρους*, qui deinceps erunt *φύλακες*, *ἐπίκουροι*, *δημιουργοὶ* et *γεωργοί*. Vocantur igitur a Platone *ὑπόχρυσοι*, quorum generosae indoli melior natura quasi aurum admiscuit. Eodem fere modo poetae et oratores, quibus nil salit laeva in parte mamillae *ὑπόξυλοι* vocantur, qua de re notum est quid scripserit Phrynichus, cuius locum examinavi in Prolegomenis ad Photium p. 26. Proprie *ὑπόξυλον* est *ἐκ ξύλου σκεῦος ᾧ ἐπιπολῆς ἐλήλαται ἄργυρος*. Hinc metaphorice dicitur *ἐπὶ λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον*. Qui *ὑπόξυλοι* sunt iidem sunt *ἐπάργυροι* vel *ἐπίχρυσοι*. Nihil erravit Heliodorus, quum p. 271. 46 describeret *ἵππον προμετωπιδίοις ἀργυροῖς καὶ ἐπιχρύσοις ἐξησκημένην*. Cornu bovis *ἐπίχρυσον* est p. 270. 32, *ὅπλον* p. 380. 1, *τόξον* p. 273. 3 et apparet Charicleae arcum fuisse simul et *ἐπίχρυσον* et *ὑπόξυλον*. Laudatos video in Stephani Thesauro e Philone *ὑπαργύρους καὶ ὑποχρύσους θεούς*, quos *ἐπαργύρους καὶ ἐπιχρύσους* fuisse conjicio. Sed horum omnium nihil cadit in bonum Nausiclem: neque erat *ὑπόχρυσος* secundum Platonem, neque *ἐπίχρυσος*, siculi quaedam deorum statuae, quae *ὁλόχρυσοι* non sunt vel *σφυρήλατοι*. Sed quid cesso veram scripturam promere? Nausicles mercator fuit *πολύχρυσος*. Non miror errasse librarios: olim quoque errarant p. 270. 32, quod nunc

Digitized by Google

correctum est; nondum est correctum p. 334. 48 ὑποχρύσῳ μαρμαρυγῇ, quod necessario scribendum est ἐπιχρύσῳ. Non semel ὑπὸ et πολύ confusa sunt. In Luciani Toxar. c. 16 Κρῆτα νεανίσκον τῶν ὑποχρύσων Jacobitzius obtemperare noluit Graevio corrigenti πολυχρύσων. Idem vitium mihi etiam nunc latere videtur in Thucydide II. 81, ubi Chaones dicuntur: σφίσι τε αὐτοῖς πιστεύοντες καὶ ἀξιούμενοι ὑπὸ τῶν ἐκείνῃ ἠπειρωτῶν μαχιμώτατοι εἶναι. Praestat πολύ.

Narratur Thyamis vidisse somnium ab Iside ut videbatur immissum, quod cum eventu careret, nam primum omnia laeta annunciasse videbatur, indignabundus πολλὰ τὴν θεὰν ὡς δολερὰν ὀνειδίζει, ut est p. 244. 49. Verum Isis ab Heliodoro non vocatur ἡ θεὰ, sed ἡ θεός p. 238. 9; neque potuit Thyamis, quamvis archipirata et exlex, δολερὰν vocare illam ipsam deam, cuius sacerdotium post varios casus erat suscepturus; praeterea ἡ θέα persaepe legitur apud nostrum v. c. p. 253. 47, 268. 54, 292. 3. Hinc malim scribere τὴν θέαν. Simili modo erratum fuit in Strabone lib. V. p. 224 Casaub., ubi Medea dicitur Circen invisere voluisse, τῆς Μηδείας ἐθελούσης ἰδεῖν τὴν θεάν. Hoc si scripsit Strabo, omisit, quod rei caput erat, Medeam voluisse cum Circe congredi, quae patris soror esset. Itaque rescribam τὴν θείαν. Meinekii editio, quem hoc non fugisse suspicor, ad manus non est. Sed in Heliodori editione saepius quam velles in accentibus erratum est. Sic p. 255. 24: παῦσαι, ἔλεγεν ὁ Κνήμων, ἐπηκροᾶτο γὰρ ἁπάντων· nemo contradicet reponenti ἐπηκρόατο. Itidem plusquamperfectum tempus requiritur p. 269. 42 ἐμοὶ ἡ παῖς ἐωρᾶτο ἤδη πολλάκις καὶ θυσιῶν συνεφῆπτο, ubi prorsus necessarium est ἐώρατο.

Narrat Calasiris p. 259. 53 se liberis a praedonibus privatum esse. Ἆρ' οὖν ἂν ἐθέλοις, ἔφη ὁ Κνήμων, καὶ ὅπως καὶ πότε τὸν βαρὺν τοῦτον ὑπέσης πόλεμον ἐξειπεῖν; Nulla bella gesserat senex, sed βαρὺν ὑπέσῃ πόνον. Sic olim legebatur, nam hodie tam aperta vitia correcta esse confido, apud Dionysium Halicarnassensem III. 12 δεινὸν ἡγούμενοι τῶν μὲν τιμῶν αὐτοὶ πλέον φέρεσθαι, τῶν δὲ πολέμων ἔλαττον pro πόνων. Pariter in Strabone lib. III. p. 144 Cas. πρὸς μὲν οὖν τὸν τοσοῦτον ἴσως πόλεμον, ὃς οὐκ ἀεὶ συμβαίνει, ὡρῶν δέ τινι λοιμικῇ καταςάσει, emendo πόνον.

Digitized by Google

P. 264. 17 Jisputat Calasiris de capite Nili quod adhuc latet et cur omnium fluviorum ille solus aestate crescat. Verba ibi sunt: *τῶν ἀνέμων πᾶν νέφος ἐλαυνόντων ἕως ἐπὶ τὴν διακεκαυμένην ζώνην συνάξωσι.* Satis iam peccavit Heliodorus, cum particulam *ἂν* omitteret, sed *ἤξα* pro *ἤγαγον* numquam dixit. Rescribam *συννάξωσι.* Idem vitium in Herodoto alicubi Reiskius correxit eodem modo.

Etiam facilius corrigi potest sequenti pagina 265. 27: *καί με ἠσπάζετο καί τι βούλεσθαι διαφράζειν ἔλεγεν.* Scribe uncialibus literis et uno tenore et statim emicabit vera lectio: *ἰδίᾳ φράζειν*, quod idem recte legitur p. 356. 3 et 368. 50. Admonet me iste locus p. 341. 43, ubi memoratur *δωμάτιον ἀνακεχωρηκὸς καὶ ἰδιάζον.* Monstrabit hoc quid reponendum sit apud Herodianum VII. 6: *κελεύει δ' αὐτοῖς πρὸ τῆς ἕω εἰς τὴν Ῥώμην κατελθοῦσιν ἐπισῆναι ἔτι δικάζοντι καὶ ἀνακεχωρηκότι τῷ Βιταλιανῷ ἐν τῷ τοῦ δικαστηρίου οἰκίσκῳ.* Apparet requiri *ἰδίαζοντι καὶ ἀνακεχωρηκότι* et rectissime infra legitur *ἐπέσησαν αὐτῷ ἰδιάζοντι.* Idem ille Herodianus, quod modo in Heliodoro vidimus, ipse quoque usus videtur barbaro aoristo *ἄξαι* pro *ἀγαγεῖν·* II. 15: *ἐμοὶ δὲ σκοπὸς ὑπάρχει ἐτῶν ἑβδομήκοντα πράξεις πολλῶν βασιλέων συνάξαντι γράψαι.* Haud parum praestat *συντάξαντι*, eodem modo quo apud Plutarchum de Anim. Procr. p. 1012*b*: *τὴν δόξαν ἣν εἶχεν ὑπὲρ ψυχῆς, οἵεσθε δεῖν εἰς ἓν συναχθῆναι*, verum est *συνταχθῆναι.*

Praeter Heliodori mentem legitur p. 281. 7 *ὡμολόγουν ἠμελητηκέναι·* apparet Calasiridem diligentissime operam dedisse itaque repono *μεμελετηκέναι.* Tum notum est ludis Olympiacis a praecone carmen recitari solitum fuisse anapaestico metro conscriptum. Egit de hoc vetusto carmine Cobetus in Mnemos. IX. p. 261 et ad Philostratum *περὶ γυμναστικῆς* p. 39. Prima verba erant

Ἄρχει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων
ἄθλων ταμίας, καιρὸς δὲ καλεῖ
μηκέτι μέλλειν.

Indidem ut mihi quidem videtur desumtum est p. 282. 9: *τέλος ὁ μὲν κήρυξ*

Ἄνδρες ὁπλῖται παριόντων

ἀνεβόησεν, nisi forte fortuna verba in metri speciem concurre-

Digitized by Google

runt. Sed certo certius est ferri non posse p. 283. 21: *ἐπειδὴ μέσον ἠνύετο τὸ ϛάδιον, ἀνακουφίζει τὴν ἀσπίδα πρὸς ὕψος·* requiro *ἤνυϛο*, ut p. 364. 3.

Negligenter admodum codicum lectio servata fuit p. 287. 47: *ἐπάγην, ὡς τοῦ Περσίνης ὀνόματος ἤκουσα* et p. 291. 22 *ἐπάγη πρὸς ταῦτα*. Veram lectionem monstrabit p. 260. 13: *ἐπλάγη πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν ὀνομάτων*. Nempe utilissima res est scriptores inter se perpetuo conferre: ex ista collatione diligenter instituta sponte prodeunt emendationes omni dubio maiores. Nemo non mirabitur p. 289. 13: *κεκλήρωτο δὲ θυγατρὸς ὄνομα νόθου·* scribendum esse *νόθον* et sana ratio suadet et p. 313. 15 *εἰρήνης ὠμάτι νόθῳ παραλυόμενος*.

Non dissimilis ratio est p. 287. 28: *ἀντίθεός τις ἔοικε ἐμποδίζειν τὴν πρᾶξιν*. Conferantur p. 307. 24 et p. 368. 29 et p. 353. 14: *ἀντίθετον τῷ κρατοῦντι τὸ κρατούμενον* et p. 407. 31 *ἀπόπειραν τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως λαβόντα* et quis non probabit *ἀντίθετος* pro *ἀντίθεος*?

Nihil peccatum est apud Heliodorum p. 302. 18: *ὑποδραμούσης τὸν Θεαγένην τῆς Χαρικλείας, ὡς εἰ καὶ τεθνάναι δεήσειεν, ἐν χερσὶ ταῖς ἐκείνου γίγνοιτο·* sed monstrabit quid sit legendum in Charitonis loco fere conclamato, p. 83. 3 in editione Hercheri: *εἰ δὲ καὶ ἄλλως ἀθετήσειεν, οὐδὲν δυνήσῃ χεῖρον παθεῖν*. Veteris scripturae vestigia supersunt, nam cum litterae fere evanidae essent, librarius qui verum reperire non potuit, posuit Graeca verba, quae distinguere sibi videbatur, licet nullum sensum praeberent. Dedit Chariton: *εἰ δὲ καὶ ἀλῶναι δεήσειεν*. Apparet Charitonem eodem modo quo Heliodorus scribere solet, *εἰ* perperam conjungere cum optativo, cum Atticum sit *εἰ δὲ καὶ ἁλῶναι δεήσει*. Sic mox vs. 14 *εἰ δὲ ἀποθανεῖν δεήσειε, πάλιν ὄψομαι Καλλιρρόην*. Cf. quoque p. 91. 19 *ἐπέπειϛο ἁλῶναι μὴ δύνασθαι*. Non debet quis in talibus literarum apices anxie rimari. Phrynichi locus est in Anecdotis Bekkeri p. 11. 12: *αὖθις αὖ Πυθώδ' ὁδός· ἔϛι μὲν παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πραττόντων καὶ ἐπανιόντων, ἐπεὶ οἱ χρώμενοι τῷ θεῷ εἰϛ ἄφεσιν ἔχρησαν πάλιν ἦσαν εἰϛ Δελφοὺς ἐπανερησόμενοι σαφέϛερα*, cuius rei exemplum est apud Herodotum I. 91. Nullam opem feret Lobeckius collatus Aglaoph. p. 846: scripsit enim Phrynichus *εἰ ἀσαφῆ ἔχρησεν*, quibus interprete non opus est.

Digitized by Google

Dignior autem est cui in eodem corruptelae genere subveniamus, Sophocles in Oed. Rege vs. 66:

ἀλλ' ἴσε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δὴ,
πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.

Quis ferat in istiusmodi calamitate regem mulierculae instar flebiliter lacrimantem? Scripsit Sophocles διακρούσαντα, eodem sensu quo Plato in Theaeteto p. 179*d*: τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται.

Facillimum est emendare p. 322. 34: Χαρικλείᾳ συγγιγνώσκωμεν εὖ τὰ ἐρώτων πάθη καὶ ἀκριβῶς νοσούσῃ, nam scribendum est ἐρώντων. Medicina prorsus contraria sanari debet quod legitur sequenti pagina 323. 35: πατρίδος καὶ πόλεως καὶ τῶν φιλτάτων ἐξένωσας, ubi pauci recusabunt mecum legere ἐξέωσας. P. 324. 39 praepositio periit nec scripsit Heliodorus: Θίσβην οὐκ ἄγεις εἰς τὰς Ἀθήνας, sed οὐ κατάγεις, sicuti mox recte ἐμοῦ κατάγοντος. P. 327. 38 πηλοῦ καταχρίσει μολύνασα Xenophontem Ephesium in memoriam revocat, apud quem lego p. 386. 14: τὴν σωφροσύνην πορνοβοσκὸς ἀναγκάσει με λύειν. Scribendum hoc utique est μολύνειν. Sic est apud eundem p. 354. 8 ὄμνυσιν ἢ μὴν φυλάξειν ἀμόλυντον, ubi quum legatur in vicinia de Anthea: προσπίπτει τοῖς γόνασιν αὐτοῦ καὶ ἱκετεύει κατοικτεῖραι καὶ τηρῆσαι, apparet ante verbum τηρῆσαι adjectivum excidisse, quod castam inviolatamque denotet. Nimirum scripsit ἄχραντον τηρῆσαι, quod in eadem re additur p. 358. 30.

Inter Menandri quae dicuntur γνώμας μονοστίχους versiculus legitur:

Οὐδεὶς ἐπιχειρεῖ τοῖς δεδυστυχηκόσιν.

Hirschigius, nisi me memoria fallit, eximie emendavit scribendo:

Οὐ δεῖ σ' ἐπιχαίρειν τοῖς δεδυστυχηκόσιν.

Huius emendationis cum memor essem, non magno mihi constitit correctio p. 330. 41: οὐ προφητικὸν οὔτε ἐπιχαίρειν οὔτε παρεῖναι ταῖς τοιαῖσδε πράξεσιν, magicis scilicet sagae cuiusdam incantationibus. Nempe ἐπιχειρεῖν requiro nem. con. Ipsum ἐπιχειρεῖν legitur p. 331. 2.

Grave vitium alunt verba Arsaces iratae de Chariclea: p. 339. 42: τὴν ἀλιτήριον ἐκείνην καὶ τῶν ἀπ' οἰκήματος ἐπὶ μακρῷ καὶ τῶν πολλῶν καὶ ἐπιτετηδευμένῳ κάλλει μέγα φανταζομένην.

Digitized by Google

quae verba secundum interpretem significant scilicet: *os illud impurum et sceleratum, cui forma longo tempore domi asservata, quotidiana tamen et fucata, animos attollit:* quod bellissimum est, uti vides. Primum vel puer videat legendum esse ἐπ' οἰκήματος. Prostibula sunt αἱ ἐπ' οἰκήματος. Tum apparet sub τῶν πολλῶν articulum latere τῷ et adjectivum, quod ad illud κάλλει pertinet. Verba Sophoclis in Oedipode Rege vs. 1396 expedient quid Heliodorus scripserit:

οἷον ἆρά με
κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε.

Hoc egregie convenit: τῷ ὑπούλῳ καὶ ἐπιτετηδευμένῳ κάλλει. Quid pro μακρῷ reponi debeat, non habeo pro certo dicere: aliquid audendum videtur nec semper leni medicina proficitur. Fortasse probari poterit: ἐπὶ κομμῷ, nam παιδέρωτι nimis doctum vocabulum videtur.

Theagenem, antequam Arsacae poculum porrigat, pocillator artem suam docere vult: negat generosus juvenis sibi praeceptore ad istud munus opus esse, p. 353. 35: σὲ μὲν ἡ τύχη εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καταναγκάζει, ἐμὲ δὲ ἡ Φύσις τὰ πρακτέα καὶ ὁ καιρὸς ὑπαγορεύει. Leve est scribere ὑπαγορεύσει. Sed primum ἡ τύχη utrumque pocillatorem fecerat et Achaemenem et Theagenem. Tum non servile ministerium erat, sed adhuc honorificum neque erat cur Achaemenem sortis poeniteret. Deinde, etiamsi concedam contemsisse Theagenem Achaemenem ob vile munus eumque fuisse allocutum quasi revera servus foret, tamen τύχη et Φύσις haud recte inter se opponuntur. Denique alibi saepissime apud Graecos uti et apud nos conjungi solent τέχνη et Φύσις, v. c. apud Platonem de Rep. II. p. 381*a*. Habebat Achaemenes τέχνην et didicerat ἐπὶ τέχνῃ et ἐπεποίητο τέχνην. Usurpasse existimo Heliodorum vocabulum τέχνην eodem modo quo Plato in Protagora p. 312*b*, ubi Socratis verba ad Hippocratem sunt: τούτων σὺ ἑκάστην οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμαθες, ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ. Sophistae artem suam dicerunt ἐπὶ τέχνῃ· qui eos audiunt ut erudiantur et liberaliter instituantur μανθάνουσιν ἐπὶ παιδείᾳ. Idem fere significat Theagenes: σὲ μὲν, inquit, ἡ τέχνη εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καταναγκάζει· tu artem profiteris pocillandi et ipsum munus tuum postulat te talia scire, ἐμὲ δὲ ἡ Φύσις τὰ πρακτέα καὶ ὁ καιρὸς

Digitized by Google

ὑπαγορεύσει· equidem naturam ipsam pro magistra habebo. Non semel ista confusa sunt. Apud Lucianum Qu. hist. conscr. 16 ἐπέγραψε τὰ βιβλία τραχικώτερον ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην· in Callimorphi historiis erant τὰ πλεῖστα οἷα ἐκ τριόδου· itaque rescribam ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τέχνην. Eadem fidelia dealbabimus Achillem Tatium p. 93. 20, ubi de duabus pictis tabulis invenio: ἀδελφαὶ δὲ καὶ τὴν ἄλλην τύχην αἱ γραφαί, delectamur enim pictorum *arte* non *sorte*. Apud Philostratum in vita Apollonii p. 190 Edit. Olearii, qua sola utor, sed Kaiserum tam apertum vitium iam correxisse suspicor, legitur βωμοὶ δ' ἐκεῖ Πενίας καὶ Τέχνης καὶ Ἡρακλέους Αἰγυπτίου καὶ (leg. ὡς) ἕτεροι τοῦ Θηβαίου. *Artis* aedem non novi, sed *Fortis Fortunae*. Eadem chorda oberrarunt Aeschyli librarii in Prom. 87, sed locus jam diu correctus fuit. Nondum quantum scio correxerunt viri docti in Agamemnone versum 1230, ubi Casandrae verba sunt:

οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς
λέξασα κἀκτείνασα φαιδρόνους, δίκην
ἄτης λαθραίου, τεύξεται κακῇ τύχῃ.

Multum sane arridet τέχνῃ. Miror viros in Aeschylo versatissimos tam simplicem emendationem praetervidere potuisse: est in eorum silentio quoddam quasi praejudicium et unicum hoc est quod me prohibet quominus dicam τέχνῃ sine controversia verissimum esse.

Ostendet p. 354. 54 quanti momenti sit accentus recte ponere. Persuasum est Achaemeni, Charicleam Theagenis sororem esse non sponsam; εἰ γὰρ περιβάλλοι, inquit, εἰ γὰρ φιλοίη, εἰ καὶ συγκαθεύδοι, καθαρός τις ἔλεγχος ὅτι μὴ ἀδελφή, μνηστὴ δ' ἐστίν. Ne ipse sibi Achaemenes contradicat, scribam: καθαρὸς τίς ἔλεγχος.

Arsace ira commota et incensa in Achaemenem, qui profugerat ad Oroondatem, his verbis matrem eius alloquitur p. 359. 11: ἀλλὰ πρώτη παραπολαύσεις τῶν τοῦ παιδὸς ἐπιχειρημάτων, ἃ πῶς ἠγνόησας οὐκ ἔχω συμβαλεῖν. Lego προαπολαύσεις. Perpetuo confunduntur πρὸ, πρῶτος et παρά. Sic p. 356. 54 ἐλπίζων εἰ καὶ προσομιλήσειεν Ὀροονδάτης τῇ Χαρικλείᾳ, μικρῷ γοῦν ὕστερον πρὸς γάμον ἕξειν. Ipsa ratio suadet ut legamus προομιλήσειεν. Nusquam, fateor, invenitur verbum

Digitized by Google

προομιλεῖν, sed talia ab omnibus Graecis suo iure formantur, ubi usus postulat. Et hic quidem tota narratio ostendit quid Heliodorus solum dare potuerit, suspicor autem p. 393. 4 quoque idem verbum latere, ubi nunc legitur: ὅρα εἰ προσομιλήσασά τῳ Φωραθείῃ πρὸς τῆς ἐσχάρας. Magnum numerum similium corruptelarum cum afferre possum, satis habebo unam indicare apud Achillem Tatium p. 98. 6. Coniiciuntur amantes Clitophon et Leucippe in carcerem; tum noctu et alia lamentatur Clitophon Leucippe praesente et audiente et illa: θάλαμος μὲν τὸ δεσμώτηριον, εὐνὴ δὲ ἡ γῆ, ὅρμοι δὲ καὶ ψέλια κάλοι καὶ βρόχοι, καί σοι νυμφαγωγὸς λῃστὴς παρακαθεύδει. Nihil tamen Leucippe illa nocte passa est et sponsas οἱ νυμφαγωγοὶ domum deducunt, non παρακαθεύδουσιν. Sed sicuti carcerem cum thalamo comparat Clitophon, sic ei νυμφαγωγὸς videtur is qui excubias agit: nimis plebeium ei videbatur προκοιτεῖ dicere, itaque elegit quod elegantius erat προκαθεύδει.

P. 366. 33 de taenia sermo est quae cum Chariclea exposita fuit: τῇ ταινίᾳ τῇ νυνὶ κατὰ γαστέρα τὴν ἐμὴν ἐνειλημμένῃ, quantocius rescribe ἐνειλημένῃ, vide p. 259. 44, 396. 12, 409. 3, 44. Sic saepius olim apud Heliodorum legebatur λῆμμα pro λῆμα, quos locos Mitscherlichius correxit: unus superest in Parisina editione p. 256. 41: τὴν μὲν γνώμην ἐρρωμένος τις ἄρα ἦσθα, τὸ λῆμμα δ' ἀσθενέστερος, nam vides praestare λῆμα. Mox p. 366. 37 postquam istius admirabilis lapidis virtute, cui παντάρβη nomen erat, Chariclea e flammis servata est, nova iam pericula in posterum diem auguratur Theagenes: ἐκ δὲ τῶν εἰς αὔριον κινδύνων ποία τις ἄρα παντάβη καὶ ἄλλη ἐξαιρήσεται; οὐ γάρ που καὶ ἀθανασίαν (ὡς ὄφελε) ἐπαγγέλλεται, τῆς Ἀρσάκης ἕτερον που καινότερον τιμωρίας τρόπον τανῦν ἐπινοούσης. Miseriis undique obrutus optimus adolescens nihil sibi et Charicleae optat praeter τὴν εὐθανασίαν. Saepissime hoc modo erratum est. P. 294. 26 ἀφιππεύσαντο legitur pro ἀφιππάσαντο, quod sine vitio recurrit p. 355. 10. In Demosthenis Leptinea notissimus locus est § 92: ψηφισμάτων οὐδ' ὁτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι ἀλλὰ νεώτεροι οἱ νόμοι καθ' οὓς τὰ ψηφίσματα δεῖ γράφεσθαι τῶν ψηφισμάτων αὐτῶν ὑμῖν εἰσίν. Haud parum melius intelligo: ἀλλ' εὐωνότεροι.

Sine sensu legitur p. 394. 2 ἀγασθέντες ὅτι κάλλος οὕτως ὑπὲρ

Digitized by Google

ἄνθρωπον καὶ τὸ ὥριον τῆς ἀκμῆς ἄθικτον ἐγείρει et emendandum est ἐτήρει. Praeterea haud scio an minus recte scribatur κάλλος ὑπὲρ ἄνθρωπον. Adiectivum ὑπεράνθρωπος apud Lucianum ni fallor aliquoties vidi et hic quoque malim κάλλος οὕτως ὑπεράνθρωπον. Illud certe constat recentiores hoc adjective usos fuisse, itaque longius fortasse progrediendum erit et videndum num scripserit Xenophon Ephesius p. 390. 6 τέχνας σωφροσύνης ὑπὲρ γυναῖκας εὑρίσκω. Mirum hoc videtur et fere malim ὑπεργυναίκους. Nusquam locorum adjectivum ὑπεργύναικος invenitur, sed non video cur abstinere debuerint, qui ὑπεράνθρωπος usurparent. Rectissime dicitur ὑπερθεμιστοκλῆς, ὑπερσωκράτης, ὑπερευρύβατος· quis credidisset nisi unus et solus Phrynichus eas voces servasset apud Bekkerum in Anecdotis p. 67. 20. In oratione adversus Neaeram § 89 legitur ὑπερεξακισχίλιοι· ἐὰν μὴ ὑπερεξακισχίλιοι Ἀθηναίων ψηφίσωνται. Numquam probare potui apud Isaeum in oratione de Philoctemonis hereditate § 14: τῇ μὲν γὰρ στρατιᾷ, ἀφ' οὗ ἐξέπλευσεν εἰς Σικελίαν, ἤδη ἐστὶ δύο καὶ πεντήκοντ' ἔτη, τῷ δὲ πρεσβυτέρῳ τούτων οὔπω ὑπὲρ εἴκοσιν ἔτη. Cur malim uno vocabulo ὑπερείκοσιν scribere, facilius a perito lectore sentiri potest, quam imperitorum in gratiam verbis declarari. Denique addam locum ex Demosthenis oratione adversus Eubulidem § 10: συνέβη, ἡνίκα τοὐμὸν ὄνομα ἐκαλεῖτο, σκότος εἶναι ἤδη· καὶ γὰρ ἦν περὶ ἑξηκοστόν, καὶ ἐκλήθην ὕστατος ἁπάντων. Edoceri cupio an orator quidquam dare potuerit praeter ὑπερεξηκοστός.

Mirum dictu est in quas ineptias se Sophistae induant quum orationem calamistris inurunt et sophistico acumine res simplices imbuunt et exornant scilicet. Quum vellet dicere »non est mirandum homines omni dicendi facultate destitutos disertissimo aetatis suae viro maledicere" diu meditatus Philostratus haec peperit pag. 515.: *οὐ χρὴ θαυμάζειν εἰ πεπεδημένοι τὴν γλῶσσάν τινες καὶ* BOTN *ἀφωνίας ἐπ' αὐτὴν βεβλημένοι — διαπτύοιέν τε καὶ κακίζοιεν τὸν — μεγαλειότατα τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ Ἑλλήνων ἑρμηνεύσαντα.* Est aliquid inter Aeschylum, qui in *Agamemnone* dixit vs. 35.

τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν.

et Theognidem, cuius hi sunt noti versiculi 813 sq.

βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσης κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων
ἴσχει κωτίλλειν καίπερ ἐπισάμενον,

qui vetere dicto in eum *qui quae sentiat dicere non audeat* scite

Digitized by Google

et lepide utuntur, et futilem Sophistam, qui *βοῦν ἀφωνίας ἐπὶ γλῶσσαν βεβλημένοι* dicens mirifice se credidit esse locutum. Nescias utrum *βοῦς ἀφωνίας* stultius sit dictum an *βοῦν ἐπὶ γλῶσσαν βεβλημένος*. Atque hi tamen puros putos Atticos se esse opinabantur et stolidos auditores vel lectores in admirationem sui rapiebant.

Scopelianus Clazomenas vocatus p. 516. *οὐκ ἀμούσως παρῃτήσατο τὴν ἀηδόνα φήσας ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδειν*. Hinc lux affulget Libanio Tom. IV. p. 321. *ἀλλά μοι σιωπᾶται μᾶλλον ἢ ταῖς ᾠδούσαις ἀηδόσιν*. Acute Reiske, ut solet: *si constaret luscinias captas conticescere suaderem ἀλούσαις legi*. Rem acu tetigit, ut vides.

Perscitus de Polemone locus p. 521. verborum transpositione multum leporis amisit. Scribendum: *περιβαλὼν αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ μάλα ἀσείως ὁ Πολέμων τὰ ἐκ τῆς Πατροκλείας ἐπεῖπε τῷ ἀνδρί·*

δὸς δέ μοι ἄμοιιν τὰ σὰ τεύχεα θωρηχθῆναι
αἴ κ' ἐμὲ σεὶ ἴσκωσι.

vulgo verba poëtae inter *ἐκκλησίᾳ* et *μάλα ἀσείως* interposita leguntur.

Alias res egerunt Editores quum p. 522 ita darent: *καὶ τάλιν· «ἐν τοῖς προειμένοις ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν Ἀρκάσιν ἀγορὰ πολέμου πρόκειται κτέ.»* Declamationis titulus erat *ἐν τοῖς προειμένοις — Ἀρκάσιν*, et Sophista ipse dixerat: *Ἀγορὰ πολέμου πρόκειται καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκαδίαν τρέφει.*

Pag. 525. *πολλοὶ δὲ ἐπαινέται αὐτοῦ καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν ὀρθῶς λέγειν τὸ σῶμα, εἰ δὲ καὶ τύχοι διερμηνεύσειν αὐτοῦ τὴν γλῶτταν ἄττερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις.* Haud vidi magis stolidam et absurdam cogitationem et orationem: *τύχοι διερμηνεύσειν τὴν γλῶτταν ἄττερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις*: et tales suos admiratores habebant. Pro *διερμηνεύσειν* repone *διϊσχυρίσασθαι*. Cratino subtectum ex nobilissimo versiculo:

Ἀνὴρ Ἀττικὸς, τὴν ἐπὶ τῶν ἐπαινετῶν
ἀκριβῶς τύχοι, διϊσχυρίσασθαι τὸ σῶμα.

Digitized by Google

Tum pro σὺ δ' ΑΤ ταύτην ἰάταιό μοι τὴν Φροντίδα, requiritur σὺ δ' ΑΝ.

Philostratus p. 526 quum vellet graviter et magnifice dicere in has ineptias delapsus est ut diceret: Ἀνδρῶν μὲν οὖν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, Διονυσίῳ Δ Ε σῆμα ἐν τῇ ἐπιφανεστάτῃ Ἐφέσῳ. Pulcherrime Pericles dixerat apud Thucyd. II. 43. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ σηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφὴ ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται, sed bonus Philostratus μεταφορικὰ καὶ κύρια εὐήθως συγκλώθων non minus ridicule locutus est atque nescio quis apud quem me haec memini legere: *Vir* immortalis *ante hos paucos menses in India Orientali* mortuus *est*. Iuvat alterum exemplum ex lingua vernacula addere. Homo quidam doctus in patria nostra omnibus notus, quia, quamquam eo non est maledicentior alter, tamen ipse usque negat se cuiquam umquam dixisse male, is igitur quum vellet dicere: *ad studia exegetica non imparatus accessit*, usus est ea dicendi forma, quam nemo popularium meorum, sat scio, sine risu legere potuit. Dixit enim: *hij is niet onbeslagen* ten exegetischen ijze *gekomen*.

Pag. 529. ὁ Μάρκος ἐπάρας τὴν φωνὴν — καὶ προβαλοῦμαι, ἔφη, καὶ μελετήσομαι. Ἔνθεν ἐλὼν ὁ Πολέμων καὶ ξυνιεὶς δωριάζοντος διελέχθη ἐς τὸν ἄνδρα πολλά τε καὶ θαυμάσια. Unde tandem ξυνῆκε δωριάζοντος? Quia dixerat καὶ προβαλῶ (non προβαλοῦμαι) καὶ μελεταεῦμαι.

Pag. 531 νεότητος ἐπιρρεούσης — οὐκ ἀκολάστου καὶ ξύγκλυδος ἀλλ' ἐξειλεγμένης καὶ καθαρᾶς Ἑλλάδος, pro καθαρᾶς emenda καθαρΩC, id est καθαρῶς Ἑλλάδος, ut dicitur καθαρῶς ἐλεύθερος et καθαρῶς Ἀθηναῖος et καθαρῶς πολίτης et similia.

Pag. 533. τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ. Tralaticio errore Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον scriptum est. Ut ex Ἀσκληπιός formatur Ἀσκληπιεῖον, sic ex Ὀλύμπιος Ὀλυμπίειον. In talibus nihil libris credendum, dirimunt controversias omnes analogia et usus. Dedicatum est ab Hadriano templum Olympii Iovis

Digitized by Google

et lepide utuntur, et futilem Sophistam, qui *βοῦν ἀφωνίας ἐπὶ γλῶσσαν βεβλημένοι* dicens mirifice se credidit esse locutum. Nescias utrum *βοῦς ἀφωνίας* stultius sit dictum an *βοῦν ἐπὶ γλῶσσαν βεβλημένος*. Atque hi tamen puros putos Atticos se esse opinabantur et stolidos auditores vel lectores in admirationem sui rapiebant.

Scopelianus Clazomenas vocatus p. 516. *οὐκ ἀμούσως παρῃτήσατο τὴν ἀηδόνα φήσας ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδειν*. Hinc lux affulget Libanio Tom. IV. p. 321. *ἀλλά μοι σιωπᾶται μᾶλλον ἢ ταῖς ᾀΔούσαις ἀηδόσιν*. Acute Reiske, ut solet: *si constaret luscinias captas conticescere suaderem ἀΛούσαις legi*. Rem acu tetigit, ut vides.

Perscitus de Polemone locus p. 521. verborum transpositione multum leporis amisit. Scribendum: *περιβαλὼν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας μάλα ἀσείως ὁ Πολέμων τὰ ἐκ τῆς Πατροκλείας ἐπεῖπε τῷ ἀνδρί·*

δὸς δέ μοι ὧμοιιν τὰ σὰ τεύχεα θωρηχθῆναι
αἴ κ' ἐμὲ σοὶ ἴσκωσι.

vulgo verba poëtae inter *ἐκκλησίας* et *μάλα ἀσείως* interposita leguntur.

Alias res egerunt Editores quum p. 522 ita darent: *καὶ πάλιν· »ἐν τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν Ἀρκάσιν ἀγορὰ πολέμου πρόκειται κτέ."* Declamationis titulus erat *ἐν τοῖς κρινομένοις* — *Ἀρκάσιν*, et Sophista ipse dixerat: *Ἀγορὰ πολέμου πρόκειται καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκαδίαν τρέφει.*

Pag. 525. *πολλοὶ οἱ ἐπαινέται αὐτοῦ καὶ τοῖς μὲν δωδεκάκρουνος δοκεῖ τὸ ϛόμα, οἱ δὲ καὶ πήχεσι διαμετροῦσιν αὐτοῦ τὴν γλῶτταν ὥσπερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις*. Haud vidi magis. O stolidam et absurdam cogitationem et orationem! *πήχεσι διαμετρεῖν τὴν γλῶτταν ὥσπερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις!* et talia suos admiratores habebant. Pro *δωδεκάκρουνος* repone *δωδεκάκρουνον* Cratino sublectum ex notissimis versiculis:

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων.
καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ ϛόμα.

Digitized by Google

Tum pro σὺ δ' ΑΥ ταύτην ἰάσαιό μοι τὴν φροντίδα, requiritur σὺ δ' ΑΝ.

Philostratus p. 526 quum vellet graviter et magnifice dicere in has ineptias delapsus est ut diceret: Ἀνδρῶν μὲν οὖν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, Διονυσίῳ ΔΕ σῆμα ἐν τῇ ἐπιφανεστάτῃ Ἐφέσῳ. Pulcherrime Pericles dixerat apud Thucyd. II. 43. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ στηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφὴ ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται, sed bonus Philostratus μεταφορικὰ καὶ κύρια εὐήθως συγκλώθων non minus ridicule locutus est atque nescio quis apud quem me haec memini legere: *Vir* immortalis *ante hos paucos menses in India Orientali* mortuus *est.* Iuvat alterum exemplum ex lingua vernacula addere. Homo quidam doctus in patria nostra omnibus notus, quia, quamquam eo non est maledicentior alter, tamen ipse usque negat se cuiquam umquam dixisse male, is igitur quum vellet dicere: *ad studia exegetica non imparatus accessit*, usus est ea dicendi forma, quam nemo popularium meorum, sat scio, sine risu legere potuit. Dixit enim: *hij is niet onbeslagen* ten exegetischen ijze *gekomen.*

Pag. 529. ὁ Μάρκος ἐπάρας τὴν φωνὴν — καὶ προβαλοῦμαι, ἔφη, καὶ μελετήσομαι. Ἔνθεν ἐλὼν ὁ Πολέμων καὶ ξυνιεὶς δωριάζοντος διελέχθη ἐς τὸν ἄνδρα πολλά τε καὶ θαυμάσια. Unde tandem ξυνῆκε δωριάζοντος? Quia dixerat καὶ προβαλῶ (non προβαλοῦμαι) καὶ μελετασεῦμαι.

Pag. 531 νεότητος ἐπιρρεούσης — οὐκ ἀκολάστου καὶ ξύγκλυδος ἀλλ' ἐξειλεγμένης καὶ καθαρᾶς Ἑλλάδος, pro καθαρᾶς emenda καθαρΩC, id est καθαρῶς Ἑλλάδος, ut dicitur καθαρῶς ἐλεύθερος et καθαρῶς Ἀθηναῖος et καθαρῶς πολίτης et similia.

Pag. 533. τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ. Tralaticio errore Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον scriptum est. Ut ex Ἀσκληπιός formatur Ἀσκληπιεῖον, sic ex Ὀλύμπιος Ὀλυμπίειον. In talibus nihil libris credendum, dirimunt controversias omnes analogia et usus. Dedicatum est ab Hadriano templum Olympii Iovis

Digitized by Google

anno post Chr. 132. vide Reimarum ad Dionem Cass. LXIX. 16. Ergo *statim* post mortem Periclis ingentis operis aedificatio intermissa est, nam quo anno Hadrianus templum dedicavit praeterierant anni 560 ex quo Pericles diem suum obierat (429 a. Chr. + 132 p. Chr.)

Pag. 539. *διετέλει δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐπαινῶν τὸν Πολέμωνα καὶ ὑπὲρ θαῦμα ἄγων.* Nihil est *ὑπὲρ θαῦμα ἄγων*, quod sine exemplo et praeter loquendi consuetudinem dictum est. Emenda ΤΠΕΡΘΑΥΜΑΖΩΝ. *ἐπαινῶν — καὶ ὑπερθαυμάζων.*

Pag. 542 *ἄρισα δὲ κἀκεῖνα ἠγωνίσατο* (*τὰς ἐσχηματισμένας ὑποθέσεις*, in quibus aliud dicitur, aliud agitur) *ὡς δηλοῦσιν ὅ τε μοιχὸς ὁ ἐΚΚεκαλυμμένος καὶ ὁ Ξενοφῶν ὁ ἀξιῶν ἀποθνήσκειν ἐπὶ Σωκράτει*, quia argumentum est anceps et ambiguum moechus inducitur *capite obvoluto* incertus et incognitus *ὅ τε μοιχὸς ὁ 'ΘΓΚεκαλυμμένος.*

Pag. 543 de Polemone scribit: *verior fama est ταφῆναι αὐτὸν ζῶντα ἔτι — κειμενόν τε ἐν τῷ σήματι παρακελεύεσθαι τοῖς συγκλείουσι τὸν τάφον »ἔπαγε, ἔπαγε· μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος.*" Dignus erat qui tam absurdam narratiunculam serio memoriae prodidit, ut et ipse cum Polemone una *ζῶν ἔτι* terra obrueretur. Duplex mendum in *ἔπαγε, ἔπαγε*, quod nihil significat, tolle scribendo: *propera, propera, ἔπειγε, ἔπειγε.* Habet enim *ἐπείγω*, sed *in imperativo* tantum, notionem intransitivam et *ἔπειγε* ponitur pro *σπεῦδε*, ut *παῦε* pro *παῦσαι.* Sophocles in *Electra* vs. 1435.

ἔπειγέ νυν. Β. καὶ δὴ βέβηκα.

Plane gemellus locus est Eubuli apud Athenaeum pag. 622. B.

τί, ὦ πόνηρ', ἕστηκας ἐν πύλαις ἔτι
ἀλλ' οὐ βαδίζεις; —
ὥστ' εἴ τι βούλει τῶν λελειμμένων λαβεῖν
ἔπειγ', ἔπειγε.

Pag. 548. *τὸ γὰρ ὑπὲρ τὰς τριακοσίας μυριάδας ἀναλωθὲν ἐγὼ μὲν τῷ υἱῷ ἐπιδίδωμι, ὁ δὲ υἱὸς τῇ πόλει ἐπιΔΙΔΩCΙ.* Simul et sententiae consules et auri rescribendo *τῇ πόλει ἐπιΔΩCΕΙ.*

Digitized by Google

Post pauca p. 549. *ἀποσροφὴν ἐποιοῦντο τοῦ Ἀθηναίων δήμου* corrigendum TON *Ἀθηναίων* ΔΗΜΟΝ, sic enim solent in ea re dicere qui Graece loquuntur. *Populum Atheniensem* sibi *perfugium* in malis parasse dicuntur, namque *ἀποσροφή* idem est quod *καταφυγή*. Bekker. *Anecd.* p. 436, 27. *Ἀποσροφή: ἀντὶ τοῦ καταφυγή*, ut et alibi saepe et in Xenophontis *Mem.* II. 2. 5. *νομίσας δὲ ὁ Ἀρχέδημος ἀποσροφὴν οἱ τὸν Κρίτωνος οἶκον μάλα περιεῖπεν αὐτόν.*

Excidit necessarium participium p. 557. *ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος δύο καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἀπέθανεν.* Imo vero *ἐτῶν ΩΝ ἀπέθανεν.* Attici dicunt *τριάκοντα ἔτη γεγονώς*, sed *τριάκοντα ἐτῶν ὤν* vel *γενόμενος* recte dicitur; vitiose autem dixit Philostratus p. 598. *ἐτελεύτα δὲ ἓν καὶ ἑξήκοντα ἔτη γενόμενος* ubi *γεγονώς* dicere debuerat.

Herodes quum videret filium suum unicum temulentum esse ac stolidum p. 558 *ἐπεχρησμώδει τῇ ἑαυτοῦ* OTCΙᾳ *ἐκεῖνο τὸ ἔπος*

εἷς ἔτι που μωρὸς καταλείπεται εὐρεῖι οἴκῳ,

sed OTCIAI sanum non est, alios enim heredes scripsit praeterito filio. Verum esse arbitror *τῇ ἑαυτοῦ* OIKIAI. *in ampla* DOMO, inquit, *unus superest isque stultus ac stolidus.*

Pag. 561 *Ἡρώδης — παρῆλθεν ἐς τὸ βασίλειον δικαστήριον οὔτε ἔννους καὶ θανάτου ἐρῶν* et maledictis incessit principem. *Βασσαίου δὲ τοῦ πεπιστευμένου τὸ ξίφος θάνατον αὐτῷ φήσαντος, ὁ Ἡρώδης· »ὦ λῷστε", ἔφη, »γέρων ὀλίγα φοβεῖται."* Sensu cassa sunt verba *θάνατον αὐτῷ φήσαντος*. Antiqua scriptura haec erat ΘΑΝΑΤΑΝ, non *θάνατον*. Unde emergit vera lectio haec: *θανατᾶν αὐτ*ΟΝ *φήσαντος*. Quod quum Praefectus Praetorio minaciter dixisset, Herodes: *ὦ λῷστε*, inquit, *γέρων ὀλίγα φοβεῖται*. Notum est verbum *θανατᾶν*, idem significans atque *θανάτου ἐρᾶν*, quod praecedit, et saepius a scribis vitiari solet.

Sine sensu editur p. 575 *δοκεῖ μοι ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς τὰ μὲν πεδία ὥσπερ ἀτιμότερ*Α *ὕλης ῥῖψαι κάτω, ἐπαίρειν δὲ τὰ ὄρη*. Sententia postulat *ὥσπερ ἀτιμοτέρ*ΑC *ὕλης, tamquam ex viliore materia.*

Digitized by Google

Pag. 500. Quaesivit aliquando Dionysius maior: *τίς ἤπειρος ἢ νῆσος [ἡ] τὸν ἄριστον χαλκὸν φύει*; Antiphon respondit: *ἐγὼ ἄριστον οἶδα τὸν Ἀθήνησιν οὗ γεγόνασιν (αἱ) Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνες*. Dabis mihi illic pronomen expungi, hic articulum addi oportere. Sed quid Philostrato facias, qui haec *Ἀντιφῶντα Σωφίλου Ῥαμνούσιον*, disertissimum oratorem et Thucydidis magistrum, dixisse serio tradidit, quem constat inter omnes Athenis capitali supplicio affectum esse anno 411, id est *octavo* anno ante quam Dionysius rerum potiretur anno 404. Poterat igitur parcere gravibus sententiis, quas in eum contorquet, *Σικελιώτας μὲν ἐλευθεροῦντα Ἀθηναίους δὲ δουλούμενον*. Inanis haec loquacitas est, et omnino his hominibus nihil est levius, nihil futilius.

Inaudiverat aliquid de nescio quo Antiphonte, quem Dionysius ob id dictum necari iussisset. Plut. *de Adulatore et Amico* pag. 68 A. *κακῶς δὲ καὶ Ἀντιφῶν παρὰ Διονυσίῳ ζητήσεως οὔσης καὶ λόγου Ποῖος χαλκὸς ἄριστος, Ἐκεῖνος, εἶπεν, ἐξ οὗ κατεσκεύασαν Ἀθηναῖοι τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας*, quae ille statim ad Oratorem retulit temere miscens omnia. In vitis X Oratorum quod de eodem scribitur pag. 833 B. *πρεσβευτὴν γὰρ ὄντα αὐτὸν εἰς Συρακούσας πλεῦσαι* vitium alit. Erat enim *una litera minus* quam *πρεσβευτής*, et scribendum *πρεσβύτην γὰρ ὄντα*, quod vel partipium *ὄντα* additum demonstrat.

Pag. 502. *ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Θρασύβουλον οἳ κατῆγον ἀπὸ Φυγῆς τὸν δῆμον*. Imo vero *ἀπὸ Φυλῆς*, quod nunc video ab aliis occupatum et a Kaysero in praefatione probatum.

Sunt in Philostrati libris loci quidam tam male mulcati ut nulla emendandi spes superesse videatur. Subest vetus lacuna, et lacerae verborum reliquiae nunc absque ullo sensu conglutinatae sunt, veluti p. 508. *ὁ δ' Αἰσχίνης οὐδὲ τῶν ἀποβεβλημένων ποτὲ τὴν ἀσπίδα ἐνθυμουμένῳ τὸ ἐν Ταμύναις ἔργον*. Haec *ἀδιανόητα* sunt et absurda: complura exciderunt et nihil spei reliquum. Aliquid dispicio p. 523. *οὐ γὰρ ἄν ποτε θνητὰ νομισθείη τὰ ἀνθρώπεια οὐδὲ διδακτὰ ἃ ἐμάθομεν εἰ μνήμη συνεπολιτεύετο ἀνθρώποις*. Hoc unum video, requiri: *εἰ* MH *μνήμη συνεπολιτεύετο*: reliqua corrigat qui potcrit.

Digitized by Google

Est in Codicibus MSS. certorum vocabulorum formarumque perpetua quaedam confusio ut in *-βολή* et *-βουλή*, *πέπωκα* et *πέπτωκα*, *δεκάζω* et *δικάζω* et in aliis sexcentis. Diversissima sunt sed scribae nihil sentiunt. Ex eo genere est frequentissima confusio inter *καθῆκεν* et *κατέθηκεν*, *καθεῖναι* — *καταθεῖναι*, *καθείς* — *καταθείς*, et simili modo pro *μεθῆκε*, *μεθεῖναι*, *μεθείς* in libris apparere solent *μετέθηκε*, *μεταθεῖναι*, *μεταθείς*, et *συγκατέθηκεν*, *ἐγκαταθείς* pro *συγκαθῆκεν*, *ἐγκαθείς* et sim. Quod si quis semel observaverit multa vitia hinc nata statim sanabit. Isaeus dicitur apud Philostr. p. 513 ex vita luxuriosa frugi factus esse: *καὶ τράπεζαν ἐκόλασε καὶ τὸ ἐρᾶν μεΤϵθηκεν ὥσπερ τοὺς προτέρους ὀφθαλμοὺς ἀποβαλών.* Satin perspicuum est *μεθῆκεν* esse reponendum? Idem mendum facile deprehendes in *Heroicis* p. 714. *ὁ μὲν Αἴας — ἤλγησέ τε καὶ τὴν ὀργὴν μϵΤέθηκεν ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς ἀπεμήκυνε τὴν μῆνιν*, imo vero iram *missam fecit*, *μεθῆκεν.*

Pag. 615. *Φύσει μὲν γὰρ ἐπίφθονον χρῆμα ἄνθρωπOI.* Natura rei et dicendi consuetudo postulant ut *ἄνθρωπOC* corrigatur, ut apud Theocritum *Adoniaz.* 83 *σοφόν τοι χρῆμ' ὤνθρωπος*, et passim apud alios.

Mirum dictu est in quas ineptias se Sophistae induant quum orationem calamistris inurunt et sophistico acumine res simplices imbuunt et exornant scilicet. Quum vellet dicere »non est mirandum homines omni dicendi facultate destitutos disertissimo aetatis suae viro maledicere" diu meditatus Philostratus haec peperit pag. 515.: *οὐ χρὴ θαυμάζειν εἰ πεπεδημένοι τὴν γλῶσσάν τινες καὶ* BOTN *ἀφωνίας ἐπ' αὐτὴν βεβλημένοι — διαπτύοιέν τε καὶ κακίζοιεν τὸν — μεγαλειότατα τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ Ἑλλήνων ἑρμηνεύσαντα.* Est aliquid inter Aeschylum, qui in *Agamemnone* dixit vs. 35.

τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν.

et Theognidem, cuius bi sunt noti versiculi 813 sq.

βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσης κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων
ἴσχει κωτίλλειν καίπερ ἐπισάμενον,

qui vetere dicto in eum *qui quae sentiat dicere non audeat* scite

Digitized by Google

et lepide utuntur, et futilem Sophistam, qui *βοῦν ἀφωνίας ἐπὶ γλῶσσαν βεβλημένοι* dicens mirifice se credidit esse locutum. Nescias utrum *βοῦς ἀφωνίας* stultius sit dictum an *βοῦν ἐπὶ γλῶσσαν βεβλημένος*. Atque hi tamen puros putos Atticos se esse opinabantur et stolidos auditores vel lectores in admirationem sui rapiebant.

Scopelianus Clazomenas vocatus p. 516. *οὐκ ἀμούσως παρῃτήσατο τὴν ἀηδόνα φήσας ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδειν*. Hinc lux affulget Libanio Tom. IV. p. 321. *ἀλλά μοι σιωπᾶται μᾶλλον ἢ ταῖς ᾳΔούσαις ἀηδόσιν*. Acute Reiske, ut solet: *si constaret luscinias captas conticescere suaderem ἀΛούσαις legi*. Rem acu tetigit, ut vides.

Perscitus de Polemone locus p. 521. verborum transpositione multum leporis amisit. Scribendum: *περιβαλὼν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας μάλα ἀσείως ὁ Πολέμων τὰ ἐκ τῆς Πατροκλείας ἐπεῖπε τῷ ἀνδρί·*

δὸς δέ μοι ὧμοιιν τὰ σὰ τεύχεα θωρηχθῆναι
αἴ κ' ἐμὲ σοὶ ἴσκωσι.

vulgo verba poëtae inter *ἐκκλησίας* et *μάλα ἀσείως* interposita leguntur.

Alias res egerunt Editores quum p. 522 ita darent: *καὶ πάλιν· »ἐν τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν Ἀρκάσιν ἀγορὰ πολέμου πρόκειται κτέ.«* Declamationis titulus erat *ἐν τοῖς κρινομένοις — Ἀρκάσιν*, et Sophista ipse dixerat: *Ἀγορὰ πολέμου πρόκειται καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκαδίαν τρέφει.*

Pag. 525. *πολλοὶ οἱ ἐπαινέται αὐτοῦ καὶ τοῖς μὲν δωδεκάκρουνος δοκεῖ τὸ στόμα, οἱ δὲ καὶ πήχεσι διαμετροῦσιν αὐτοῦ τὴν γλῶτταν ὥσπερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις*. Haud vidi magis. O stolidam et absurdam cogitationem et orationem! *πήχεσι διαμετρεῖν τὴν γλῶτταν ὥσπερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις!* et talia suos admiratores habebant. Pro *δωδεκάκρουνος* repone *δωδεκάκρουνον* Cratino sublectum ex notissimis versiculis:

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων.
καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα.

Digitized by Google

Tum pro σὺ δ' ΑΤ ταύτην ἰάσαιό μοι τὴν Φροντίδα, requiritur σὺ δ' ΑΝ.

Philostratus p. 526 quum vellet graviter et magnifice dicere in has ineptias delapsus est ut diceret: Ἀνδρῶν μὲν οὖν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, Διονυσίῳ ΔΕ σῆμα ἐν τῇ ἐπιφανεστάτῃ Ἐφέσῳ. Pulcherrime Pericles dixerat apud Thucyd. II. 43. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ στηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφὴ ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται, sed bonus Philostratus μεταφορικὰ καὶ κύρια εὐήθως συγκλώθων non minus ridicule locutus est atque nescio quis apud quem me haec memini legere: *Vir* immortalis *ante hos paucos menses in India Orientali* mortuus *est.* Iuvat alterum exemplum ex lingua vernacula addere. Homo quidam doctus in patria nostra omnibus notus, quia, quamquam eo non est maledicentior alter, tamen ipse usque negat se cuiquam umquam dixisse male, is igitur quum vellet dicere: *ad studia exegetica non imparatus accessit*, usus est ea dicendi forma, quam nemo popularium meorum, sat scio, sine risu legere potuit. Dixit enim: *hij is niet onbeslagen* ten exegetischen ijze *gekomen.*

Pag. 529. ὁ Μάρκος ἐπάρας τὴν Φωνὴν — καὶ προβαλοῦμαι, ἔφη, καὶ μελετήσομαι. Ἔνθεν ἐλὼν ὁ Πολέμων καὶ ξυνιεὶς δωριάζοντος διελέχθη ἐς τὸν ἄνδρα πολλά τε καὶ θαυμάσια. Unde tandem ξυνῆκε δωριάζοντος? Quia dixerat καὶ προβαλῶ (non προβαλοῦμαι) καὶ μελετασεῦμαι.

Pag. 531 νεότητος ἐπιρρεούσης — οὐκ ἀκολάστου καὶ ξύγκλυδος ἀλλ' ἐξειλεγμένης καὶ καθαρᾶς Ἑλλάδος, pro καθαρᾶς emenda καθαρΩC, id est καθαρῶς Ἑλλάδος, ut dicitur καθαρῶς ἐλεύθερος et καθαρῶς Ἀθηναῖος et καθαρῶς πολίτης et similia.

Pag. 533. τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ. Tralaticio errore Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον scriptum est. Ut ex Ἀσκληπιός formatur Ἀσκληπιεῖον, sic ex Ὀλύμπιος Ὀλυμπίειον. In talibus nihil libris credendum, dirimunt controversias omnes analogia et usus. Dedicatum est ab Hadriano templum Olympii Iovis

Digitized by Google

anno post Chr. 132. vide Reimarum ad Dionem Cass. LXIX. 16. Ergo *statim* post mortem Periclis ingentis operis aedificatio intermissa est, nam quo anno Hadrianus templum dedicavit praeterierant anni 560 ex quo Pericles diem suum obierat (429 a. Chr. + 132 p. Chr.)

Pag. 539. διετέλει δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐπαινῶν τὸν Πολέμωνα καὶ ὑπὲρ θαῦμα ἄγων. Nihil est ὑπὲρ θαῦμα ἄγων, quod sine exemplo et praeter loquendi consuetudinem dictum est. Emenda ΤΠΕΡΘΑΥΜΑΖΩΝ. ἐπαινῶν — καὶ ὑπερθαυμάζων.

Pag. 542 ἄρισα δὲ κἀκεῖνα ἠγωνίσατο (τὰς ἐσχηματισμένας ὑποθέσεις, in quibus aliud dicitur, aliud agitur) ὡς δηλοῦσιν ὅ τε μοιχὸς ὁ ἐΚΚεκαλυμμένος καὶ ὁ Ξενοφῶν ὁ ἀξιῶν ἀποθνήσκειν ἐπὶ Σωκράτει, quia argumentum est anceps et ambiguum moechus inducitur *capite obvoluto* incertus et incognitus ὅ τε μοιχὸς ὁ 'ΕΓΚεκαλυμμένος.

Pag. 543 de Polemone scribit: *verior fama est* ταφῆναι αὐτὸν ζῶντα ἔτι — κείμενόν τε ἐν τῷ σήματι παρακελεύεσθαι τοῖς συγκλείουσι τὸν τάφον »ἔπαγε, ἔπαγε· μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος." Dignus erat qui tam absurdam narratiunculam serio memoriae prodidit, ut et ipse cum Polemone una ζῶν ἔτι terra obrueretur. Duplex mendum in ἔπαγε, ἔπαγε, quod nihil significat, tolle scribendo: *propera, propera*, ἔπειγε, ἔπειγε. Habet enim ἐπείγω, sed *in imperativo* tantum, notionem intransitivam et ἔπειγε ponitur pro σπεῦδε, ut παῦε pro παῦσαι. Sophocles in *Electra* vs. 1435.

ἔπειγέ νυν. Β. καὶ δὴ βέβηκα.

Plane gemellus locus est Eubuli apud Athenaeum pag. 622. Β.

τί, ὦ πόνηρ', ἕστηκας ἐν πύλαις ἔτι
ἀλλ' οὐ βαδίζεις; —
ὥστ' εἴ τι βούλει τῶν λελειμμένων λαβεῖν
ἔπειγ', ἔπειγε.

Pag. 548. τὸ γὰρ ὑπὲρ τὰς τριακοσίας μυριάδας ἀναλωθὲν ἐγὼ μὲν τῷ υἱῷ ἐπιδίδωμι, ὁ δὲ υἱὸς τῇ πόλει ἐπιΔΙΔΩCΙ. Simul et sententiae consules et auri rescribendo τῇ πόλει ἐπιΔΩCΕΙ.

Digitized by Google

Post pauca p. 549. ἀποσροφὴν ἐποιοῦντο τοῦ Ἀθηναίων δήμου corrigendum ΤΟΝ Ἀθηναίων δῆμΟΝ, sic enim solent in ea re dicere qui Graece loquuntur. *Populum Atheniensem* sibi *perfugium* in malis parasse dicuntur, namque ἀποσροφή idem est quod καταφυγή. Bekker. *Anecd.* p. 436, 27. Ἀποσροφή: ἀντὶ τοῦ καταφυγή, ut et alibi saepe et in Xenophontis *Mem.* II. 2. 5. νομίσας δὲ ὁ Ἀρχέδημος ἀποσροφὴν οἱ τὸν Κρίτωνος οἶκον μάλα περιεῖπεν αὐτόν.

Excidit necessarium participium p. 557. ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος δύο καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἀπέθανεν. Imo vero ἐτῶν ΩΝ ἀπέθανεν. Attici dicunt τριάκοντα ἔτη γεγονώς, sed τριάκοντα ἐτῶν ὤν vel γενόμενος recte dicitur; vitiose autem dixit Philostratus p. 598. ἐτελεύτα δὲ ἓν καὶ ἑξήκοντα ἔτη γενόμενος ubi γεγονώς dicere debuerat.

Herodes quum videret filium suum unicum temulentum esse ac stolidum p. 558 ἐπεχρησμῴδει τῇ ἑαυτοῦ ΟΤΟΙᾳ ἐκεῖνο τὸ ἔπος

εἷς ἔτι που μωρὸς καταλείπεται εὐρεῖ οἴκῳ,

sed ΟΤΟΙΑΙ sanum non est, alios enim heredes scripsit praeterito filio. Verum esse arbitror τῇ ἑαυτοῦ ΟΙΚΙΑΙ. *in ampla* DOMO, inquit, *unus superest isque stultus ac stolidus.*

Pag. 561 Ἡρώδης — παρῆλθεν ἐς τὸ βασίλειον δικαστήριον οὔτε ἔννους καὶ θανάτου ἐρῶν et maledictis incessit principem. Βασσαίου δὲ τοῦ πεπιστευμένου τὸ ξίφος θάνατον αὐτῷ φήσαντος, ὁ Ἡρώδης· »ὦ λῷστε", ἔφη, »γέρων ὀλίγα φοβεῖται." Sensu cassa sunt verba θάνατον αὐτῷ φήσαντος. Antiqua scriptura haec erat ΘΑΝΑΤΑΝ, non θάνατον. Unde emergit vera lectio haec: θανατᾶν αὐτΟΝ φήσαντος. Quod quum Praefectus Praetorio minaciter dixisset, Herodes: ὦ λῷστε, inquit, γέρων ὀλίγα φοβεῖται. Notum est verbum θανατᾶν, idem significans atque θανάτου ἐρᾶν, quod praecedit, et saepius a scribis vitiari solet.

Sine sensu editur p. 575 δοκεῖ μοι ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς τὰ μὲν πεδία ὥσπερ ἀτιμότερΑ ὕλης βῖψαι κάτω, ἐπαίρειν δὲ τὰ ὄρη. Sententia postulat ὥσπερ ἀτιμοτέρΑC ὕλης, *tamquam ex viliore materia.*

Digitized by Google

Pag. 579 *προσέκρουσε μὲν ἡ διάλεξις νεαροηχὴς δόξασα καὶ ἐσπασμένη τὰς ἐννοίας.* In ΚΑΙΘΕΠΑCΜΘΝΗ latet *καὶ* ΔΙε*σπασμένη*. Recte legitur p. 604 *ἡ δὲ ἑρμηνεία* ΔΙεσπάσθαι *τε ἐδόκει καὶ ῥυθμοῦ ἀφεῃκέναι*, et p. 586. *διορθούμενος αὐτὸν ὡς ὑΦ' ἡλικίας* ΔΙεσπασμένον.

Pag. 580. *ἀγωνιζόμενος τὸν Ἀριστογείτονα τὸν ἀξιοῦντα κατηγορεῖν τοῦ μὲν Δημοσθένους μηδισμοῦ, τοῦ δὲ Αἰσχίνου φιλιππισμοῦ.* Turpe mendum pro *μηδισμ*ΟΝ et *φιλιππισμ*ΟΝ.

Pag. 580. Sol sideribus partes coeli dividit his verbis: *σοὶ μὲν ἄρκτον δίδωμι, σοὶ δὲ μεσημβρίαν, σοὶ δὲ ἑσπέραν· πάντες δὲ ἐν νυκτί, πάντες ὅταν ἐγὼ μὴ βλέπωμαι.* Male abest quarta coeli pars, quamobrem supplendum: (*σοὶ δὲ ἑῴαν*), *σοὶ δὲ ἑσπέραν.*

Pag. 580. *Φίλε, τήμερόν σε τεθέαμαι καὶ τήμερον ἐν ὅπλοις καὶ μετὰ ξίφους μοι λαλεῖς.* Sententia est imperfecta unius literulae amissione. Erat in libris *τήμερόν σε* $\bar{\alpha}$ *τεθέαμαι*, id est *τήμερόν σε πρῶτον τεθέαμαι*, *hodie* primum *te vidi*. Sequiorum vitio pro *ἑόρακα* ponitur *τεθέαμαι* et saepe apud istos *ὁρᾶν* et *θεᾶσθαι*, quasi nihil quidquam interesset, inter se permutantur.

Quod dicit Spartanus senex p. 584 *μὴ γὰρ δὴ ἐν τείχει ἐπιπτήξαιμεν ὀρτύγων Ἀναψάμενοι Φύσιν.* Coturnicum *naturam induere* est *Ἐνάψασθαι Φύσιν*, itaque *Ἐναψάμενοι* emendandum.

Tralaticium vitium et saepissime alibi sublatum resedit pag. 581. *ἐρομένου — ἑνὸς τῶν ἑταίρων, τί* Μαθὼν *παιδοτροφίᾳ οὐ χαίροι.* In tali re constanter omnes dicebant ut emendate scriptum est pag. 484. *εἰπέ μοι, ὦ Φίλιππε, τί* Παθὼν *τολέμου ἄρχεις*; Quemadmodum enim *τί πάσχεις*; *τί ἔπαθες*; *τί πέπονθας*; significant *Satin' sanus es?* aut *Quae te intemperiae agitant?* sic *τί παθών* dicebant ad eum quem *stolide* aut *inique* agere aliquid insimulabant.

Quum Romani ludos spectarent et venisset in theatrum nuncius Adrianum Sophistam declamaturum esse, ut scribitur pag.

Digitized by Google

588. ἐξανίσαντο μὲν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ἐξανίσαντο δὲ τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων οἱ τὰ Ἑλλήνων σπουδάζοντες, id est: »surgebant *Senatores*, surgebat equester ordo." Sed periit articulus prorsus necessarius: ἐξανίσαντο μὲν ΟΙ ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς.

Athenodorus p. 549 τὸ μὲν ἐς πατέρΑ ἦκον ἐπιφανέσατος ἦν τῶν κατὰ τὴν Αἶνον. Scribe ἐς πατέρΑC, nam sic sequiores *parentes* appellare solent, ut pag. 521. εἴθ' ὡς ἔνιοί φασι πατέρων ἐπιφανεσάτων ἐγένετο, εἴθ' ὥς τινες αὐτὸ τοῦτο ἐλευθέρων, et alibi saepe.

De mercatura librorum notabilis locus est p. 603. (Proculo Naucratitae Athenas) ἐφοίτα ἀπ' Αἰγύπτου λιβανωτὸς ἐλέφας μύρον βίβλος ΒΙΒΛΙΑ καὶ πᾶσα ἡ τοιάδε ἀγορά. Mireris ex Aegypto libros etiam Athenas venire, sed languida et iners Attica ne hoc quidem retinuerat. Libri venales Romae et Alexandriae describebantur, non Athenis. Notus est locus Strabonis XIII. p. 609. ubi reprehenduntur βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ ΟΥΚ ΑΝΤΙΒΑΛΛΟΝΤΕC, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν ΕΙC ΠΡΑCΙΝ γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε (Romae) καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Euodianus Sophista quum Romae filium amisisset animam agens audiebat amicos deliberantes Romaene sepelirent an aromatis conditum corpus Smyrnam in patriam referendum curarent. Exclamavit igitur: οὐ καταλείπω τὸν υἱὸν μόνον. pag. 597. ὧδε μὲν δὴ CΟΦῶς ἐπέσκηψε τὸ τῷ παιδὶ συνταφῆναι. Imo vero CΑΦῶς, ut opinor.

Commemorantur p. 606. ἐν τοῖς ἐπὶ θαλάττῃ καὶ νῆσοι χειροποίητοι καὶ λιμένων ΠΡΟχώσεις βεβαιοῦσαι τοὺς ὅρμους καταιρούσαις τε καὶ ἀφιείσαις ὁλκάσιν, sed ΠΡΟ et ΠΡΟC tralaticio errore confusae sunt et ΠΡΟΣχώσεις reponendum, quae sunt *aggerum obiectiones* navibus onerariis et appellentibus et altum petentibus tutam et securam stationem praebentes.

Pag. 607. Antipater Sophista ἐς ἱστορίαν ΕΛΑΒΕ τὰ Σεβήρου τοῦ βασιλέως ἔργα. Transpositis duabus literulis scribendum

Digitized by Google

ἐς ἱστορίαν ΘΒΑΛΘ. Scripsit historiam rerum a Septimio Severo gestarum, cuius duos filios erudivit et occiso Geta scripsit ad Caracallam ἐπιστολὴν μονῳδίαν Θ'Επέχουσαν καὶ θρῆνον, ὡς εἷς μὲν αὐτῷ ὀφθαλμὸς ἐκ δυοῖν, χεὶρ δὲ μία, καὶ οὓς ἐπαίδευσεν ὅπλα ὑπὲρ ἀλλήλων αἴρεσθαι, τούτους ἀκούοι κατ' ἀλλήλων ἠρμένους. Ratio et usus pro Θ'Επέχουσαν docent scribendum esse ΠΘΡΙέχουσαν. Confusa sunt $\overline{\text{ε}}$ et $\overline{\pi}$, ut passim aliis locis. Similiter in *Heroicis* p. 672 scribe κολωνὸς αὐτὸν περιέχει μέγας pro ἐπέχει, et p. 730. τῶν ἐπὶ Τλᾳ τε καὶ Ἀβδήρῳ θρήνων, pro περί.

Pag. 617. Διοδότῳ τῷ Καππαδόκῃ — Φύσιν μὲν παρεσχημένῳ μελέτῃ ἐπιτηδείαν, ἐφήβῳ δὲ ἀποθανόντι κτέ. Fert constans Philostrati scribendi consuetudo, ut praepositio inseratur Θ'ΕΝ ἐφήβῳ δὲ ἀποθανόντι. Plane gemellus huic locus est pag. 610. ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ τὴν Καλλιςὼ ἀφεῖναι Θ'ΕΝ μειρακίῳ ἀποθανόντι, et in *Heroicis* p. 673. δοκεῖ δ' ἄν μοι καὶ ὑπὲρ τοῦτο ἀναδραμεῖν εἰ μὴ Θ'ΕΝ μειρακίῳ ἀπέθανεν, et saepius alibi.

Pag. 609. οὐ τὰς μὲν — τὰς δ' οὐχὶ, ἅπαξ δὲ πάσας, scribe ἅπαξ δ' ἁπάσας.

Pap. 612. Heraclides ἀρχιερεὺς Λυκίων ἐγένετο· τὴν δὲ λειτουργησίαν οὖσαν οὐ μεγάλου ἔθνους Ῥωμαίων μεγάλων ἀξιοῦσιν ὑπὲρ ξυμμαχίας, οἶμαι, παλαιᾶς. Intelliges locum ubi ΡωμαῖΟΙ reposueris pro Ῥωμαίων. *Romani* ob veterem societatem huius sacerdotii procurationem apud gentem non ita magnam tamen magni facere et in magno honore habere dicuntur. Lycii a Bruto crudeliter vexati ab Antonio ob egregiam fidem immunitatem adepti sunt, teste Appiano *de Bell. Civ.* V. 6.

Pag. 617. Πρόκλου δὲ τοῦ Ναυκρατίτου πομπείαν οὐ πρεσβευτικὴν ξυνθέντος ἐπὶ πάντας τοὺς παιδεύοντας Ἀθήνησι καὶ τὸν Ἱππόδρομον ἐγκαταλέξαντος τῷ λοιδορησμῷ τούτῳ ἡμεῖς μὲν ᾠόμεθα λόγου ἀκροάσασθαι πρὸς τὴν τῶν εἰρημένων ἠχὼ ξυγκειμένου, ὁ δὲ οὐδὲν εἰπὼν φλαῦρον ἔπαινον εὐφημίας διεξῆλθεν ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ ταὼ τοῦ ὄρνιθος. Tria in his menda sunt: pro πρεσβευτικὴν scribe πρεσβυτικήν, namque de *sene* haec dicuntur, credo, non

Digitized by Google

de *legato*. Deinde *ἀκροάσεσθαι* pro *ἀκροάσασθαι*, namque putabant *audituros* sese, non *audivisse*. Tum quia et olim et nunc satis constat inter omnes *τὸν ταὼν avem* esse, sciolo suum *τοῦ ὄρνιθος* lubens redliderim. Multa his similia emblemata et alibi et apud Pausaniam nos ludificantur.

Pag. 620. *οἱ τὸν Λαοδικέα Οὔαρον λόγων ἀξιοῦντες αὐτοὶ μὴ ἀξιούσθων λόγων*. Scriptum erat bis in vetere libro Γo, quod a scribis male expletum *λόγων* peperit, quum *λόγΟΤ ἀξιοῦντες* et *ἀξιούσθων λόγΟΤ* esset scribendum. Ut enim *λόγου ἄξιον* constanter dicitur (non *λόγων*) sic et *λόγου ἀξιοῦν* et *ἀξιοῦσθαι*. Emendate scribitur p. 551. *ἀξιούσθω δὲ λόγου*, et p. 556. *λόγου παρὰ τοῖς σπουδαίοις ἀξιούμενον*, et p. 576. *ἀξιούσθω λόγου καὶ Οὔαρος*.

Pag. 624. *Αἰλιανὸς δὲ Ῥωμαῖος μὲν ἦν, ἠττίκιζε δὲ ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι*. Eximia sane laus et plane singularis, nam Philostrato teste, pag. 553. *οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει Ἀθηναῖοι — παραφθείρονται τὴν φωνήν, ἡ μεσόγεια δὲ ἄμικτος βαρβάροις οὖσα ὑγιαίνει αὐτοῖς ἡ φωνὴ καὶ ἡ γλῶττα τὴν ἄκραν Ἀτθίδα ἀποψάλλει*. Itaque si quid esset in his veri, Aelianus Romanus homo longo intervallo plerosque Graecos scriptores post se relinqueret, et in his Philostratum nostrum, qui quam vitiosa et inepta oratione utatur et ante ostendimus et pluribus posthac ostendemus. Sed nihil quidquam est in his veri. Iure poterant Philostratus et Philostrato similes de se dicere quod apud Comicum est:

αἱ κρίσεις ἡμῶν νοσοῦσι καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.

Aelianum admirantur scilicet et laudibus in coelum extollunt, quo ineptiorem scriptorem et stolidiorem, si unum Luciani Lexiphanem exceperis, non arbitror fuisse quemquam. Atque is tamen ab aequalibus (si Suidae fides v. *Αἰλιανός*) *Μελίγλωσσος* cognominatus est et *Μελίφθογγος*, et Philostrato iudice *καθαρὰν φωνὴν ἐξεπόνησεν*; et quum se ad scribendum dedisset *ἐθαυμάσθη ἐκ τούτου* et *ἡ μὲν ἐπίπαν ἰδέα τοῦ ἀνδρὸς ἀφέλεια προσβάλλουσά τι τῆς Νικοστράτου ὥρας, ἡ δὲ ἐνίοτε πρὸς Δίωνα ὁρᾷ καὶ τὸν ἐκείνου τόνον*. Credat Iudaeus Apella, non ego, qui isti adulationi candidam et apertam *παρρησίαν* opponam. Inepta

Digitized by Google

est Aeliani ἡ ποικίλη ἱστορία, aliquanto peior ἡ τῶν ζῴων ἱστορία, sed omnium deterrimus liber περὶ Προνοίας, unde permulti loci apud Suidam excerpti supersunt. Ineptae affectationis morbus et insania appareat vel ex hoc uno fragmento apud Suidam v. Σοβαρός· Τοιοῦτον ἀναζωγραφῶ ὡς εἰκὸς κοὐκ ἄπο τρόπου τὸν παραβλῶπα καὶ φιλοκερδῆ καὶ κερδαλέον βραδύτατον πρὸς τὰ κρείττονα λιχνωδέστατον δὲ πρὸς πανωλεθρίαν τῶν ἐντυγχανόντων ἐκβεβακχευμένον ὅτι μάλιστα. ἀλλ' ἐξώλης καὶ προώλης προπηλακισθεὶς ἐς κόρακας ᾤχετο κατάλληλα τἀπίχειρα τῆς βδελυρίας ὁ ἀποτρόπαιος καὶ οἷον ἀποφρὰς ἀποισάμενος, ὃς ἀνάρσια δικάζων ἀδίκως πολλοὺς κατεδίκαζεν ὅπιν οὐ δεδοικὼς, οὐκ ἀλέγων Ἀδράστειαν οὐδὲ Νέμεσιν ἐμπαζόμενος ἀλλὰ ταῦτα τεκμήρια ἐναργῆ τῆς ταρταρώδους καὶ ταντα λείου αὐτοῦ τιμωρίας, ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν, ὃς κακὰ πόλλ' ἀποτίσεται. Quis umquam vidit absurdiorem verborum et delectum et compositionem ἀττικά et ὑπεράττικα et ὁμηρικά et plebeia de trivio sumta promiscue miscentis. Et Lexiphanes quidem nihil dicit, Aelianus mirificam δείνωσιν in his verborum portentis opinatur inesse. Et huius ἀφέλειαν Philostratus praedicat! Uno tamen vitio liberandus est: non ἀποισάμενος scripsit, quod barbarum est, sed ἀποισΟμενος.

Mortuo Heliogabalo Aelianus, ut Philostratus narrat pag. 624, scripsit κατηγορίαν τοῦ Γύννιδος, namque eo vocabulo impense delectabatur, ut apud Suidam v. Χλοῦναι: ὁ χλούνης τε καὶ γύννις καταγοητευθεὶς καὶ οἷον ἐν δεσμῷ τινι ἀφύκτῳ πεδηθείς, et in v. Γύννις: ἐκ τῆς ἡδονῆς ἣν ἐκεῖνος ὕμνει ὁ χλούνης τε καὶ γύννις. Si quis ex eo quaesivisset ὁ χλούνης quid esset, haesisset opinor. Eadem ἀφελείᾳ utitur in *Epistolis Rusticorum* veluti in III. ἐμαυτὸν περιόψομαι προσελούμενον, quod apud Aeschylum legerat *Prometh.* 447.

ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.

et in VII. τῆς Ὀπώρας οὖν κατελάσας (sic leg. pro καταγελάσας) τί ἀδικῶ; quod est ex Aristophanis *Pace* 710:

ἆρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ,
ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, τῆς Ὀπώρας κατελάσας;

Obiter exime mendum ex Epistola XII. εὔρινοι ἄρα ὄντως ἦσαν αἱ κύνες· οὐ γὰρ ἦν αὐτὸν ἰδεῖν ἀλλ' ᾔσθοντο αὐτοῦ. Εὔρινοι pro εὐρινες fortasse ipsius Aeliani error est, sed pro ᾔσθοντο sen-

Digitized by Google

tentia clamat ὥσφροντο reponi debere, *olfecerunt*, ut in *Acharnensibus* 178.

οἱ δ' ὥσφροντο πρεσβῦταί τινες.

Utinam et Philostratus ipse meminisset et Aelianus in scribendo tenuisset quod in *Vitis Sophistarum* legitur p. 503. τὸ ἀπειρόκαλον ἐν τῷ ἀττικίζειν βάρβαρον.

Libro *de Vitis Sophistarum* ad finem perducto, prius quam ad *Heroica* transeam, iuvat paucis ostendere quam levis et futilis testis rerum a se memoriae proditarum sit Philostratus, quam credulus, quam puerilis, nugas et γραῶν ὕθλον quantumvis absurdum cupide amplectens et tamquam certa et explorata essent omnia confidenter narrans. Duobus exemplis utar, quorum alterum ex vita privata sumam, alterum ex historia. Graviter et serio narrat Philostratus in Herodis vita p. 552 Herodem quum de more circa Marathonem rusticaretur notitiam quamdam contraxisse cum rusticano iuvene venatore immanis staturae, namque ὁ νεανίας οὗτος ἦν ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ (ut apud Homerum πρῶτον ὑπηνήτης, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.) Κελτῷ μεγάλῳ ἴσος καὶ ἐς ὀκτὼ πόδας τὸ μέγεθος. Veteres Athenienses mirabantur si qui essent ἄνδρες μεγάλοι καὶ τετράπηχεις, id est ἐς ἓξ πόδας τὸ μέγεθος, itaque nihil ad illum. Reliqua in eodem perinde mira: γενέσθαι δὲ αὐτὸν οἱ μὲν γηγενῆ φασιν, itaque nihil est quod de gigantibus miremur et si quos alios ipsa tellus olim edidisse narratur, quandoquidem vivo Herode Attico idem fieri Philostratus auctor est, et ne dubitare possis τὸν δῆμον ipsum ubi e terra prodierit commemorat γηγενῆ φασιν ἐν τῷ Βοιωτίῳ δήμῳ, quem Marathoni vicinum fuisse ex Philostrato (solo teste) novimus. Sed fertur et alia fama non minus mirifica et admirabilis: Ἡρώδης δὲ ἀκοῦσαι λέγοντός φησιν ὡς αὐτῷ γένοιτο — πατὴρ Μαραθών, οὗ τὸ ἐν Μαραθῶνι ἄγαλμα, ἔστι δὲ ἥρως γεωργός. Si quis umquam *postumus* appellari debuit, profecto ille fuit *plurimis saeculis* post patris mortem natus. Herodi, acutissimo Atticorum, ea res simplicissima esse videtur, itaque candide ex illo quaerit — malo Philostrati verbis uti quam meis — ἤρετο τὸν Ἡρακλέα τοῦτον (id homini nomen est) ὁ Ἡρώδης εἰ καὶ ΑΘΑΝΑΤΟΣ εἴη. O factum male quod negavit: nam si immortalis fuisset etiamnunc

Digitized by Google

viveret et ipsum percontari liceret. Pergit quaerere Herodes *ὅ,τι σιτοῖτο*; Cui ille *γαλακτοφαγῶ*, inquit. Advertit Herodem in homine rustico et assiduo venatore purum et elegans dicendi genus et sciscitatur: *τὴν δὲ δὴ γλῶτταν πῶς ἐπαιδεύθης καὶ ὑπὸ τίνων*; Manifesto suspicatur hominem in venationum intervallis arti oratoriae sub bono praeceptore dare operam, at ille minus operose hanc facultatem collegerat et ita respondet: *ἡ μεσόγεια τῆς Ἀττικῆς ἀγαθὸν διδασκαλεῖον ἀνδρὶ βουλομένῳ διαλέγεσθαι. Urbani*, inquit, *vitiosa lingua utuntur, sed qui medio rure aetatem agunt sermonem Atticum purum et incorruptum servant.* Pungere ea verba Herodem debebant, itaque statim transit ad alia omnia quaeritque an ludos spectaverit. Pythicos se semel ex summo Parnasi cacumine prospectasse dicit et Tragoediarum argumenta, *τὰ τῶν Πελοπιδῶν καὶ τὰ τῶν Λαβδακιδῶν κακά*, acerbe reprehendit et *moribus nocere* graviter pronuntiat. Herodes qua erat ingenii sollertia continuo ex his hominem esse philosophum perspicit rogatque *περὶ τῆς γυμνικῆς ἀγωνίας* quid sentiat. Respondet rusticus sed idem disertus et philosophus: *ἐκείνων καταγελῶ μᾶλλον*, esse enim hominum inter sese contentiones nullius pretii; *σεφανούσθω δέ*, inquit, *ὁ δρομικὸς ἀθλητὴς ἔλαφον παρελθὼν καὶ ἵππον.* Admiratus Herodes tantam in homine rustico sapientiam vocat ad coenam. Promittit se venturum et lactis copiam sibi parari iubet sub certa conditione, *γάλακτος*, inquit, *ὃ μὴ γυνὴ ἤμελξεν.* Postridie dicto tempore adest, sed nares lacti admovens, *non est purum lac*, inquit, *nam subolet mihi manus muliebris. τὴν δὲ βῖνα ἐρείσας ἐς τὸν κρατῆρα »οὐ καθαρὸν (ἔφη)· τὸ γάλα, προσβάλλει γάρ με χεὶρ γυναικός,"* et sine mora discedit. Herodes misit rus qui inquirerent compertoque ita esse *ξυνῆκεν ὡς δαιμονία φύσις εἴη περὶ τὸν ἄνδρα.* Equidem non minus mirificam naturam in Philostrato fuisse arbitror, qui has nugas et ineptias sic *γραϊκῶς* memoriae prodiderit.

Sunt hae insulsae fabulae e vita privata, quae praeter paucos familiares neque auctorem ullum neque testem habere possunt, alterum exemplum fabula de Traiano principe praebebit p. 488. *Τραϊανὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν* (Dionem Chrysostomum) *ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφό-*

Digitized by Google

μενος ἐς τὸν Δίωνα »τί μὲν λέγεις οὐκ οἶδα, φιλῶ δέ σε ὡς ἐμαυτόν." Traianus triumphum ducens Dacicum in currum triumphalem Dionem philosophum recepit seque crebro ad eum convertens ita dictitabat: *quid dicas nescio, sed amo te tamquam memet ipsum.* Nempe princeps, *quia Graece nesciebat*, Graece loquentem Dionem non intelligebat. Non dicam quam sit absurdum credere ipso triumphi die haec ita fieri potuisse: quam absonum inter eos amicitiam esse dici quibus inter se colloquendi nulla sit facultas, omitto plura perinde incongrua, hoc unum urgeo plane absurdum esse credere Traianum consularem virum, olim legatum Augusti, nunc diu principem *prorsus Graece nescire.* Non erat in eo multum doctrinae, quod in militari viro et acri bellatore quis miretur? sed aliud est non esse eruditissimum, aliud rudem bonarum artium, plumbeum in literis, Graecae linguae ignarum esse. Audi Dionem Cassium LXVIII. 7. (Traianus) παιδείας μὲν ἀκριβοῦς ὅση ἐν λόγοις οὐ μετέσχε· τό γε μὴν ἔργον αὐτῆς καὶ ἥψατο καὶ ἐπόλει. qui locus egregie illustratur verbis Plinii in *Panegyr.* 47, 1: *quem honorem dicendi magistris? quam dignationem sapientiae doctoribus habes? — Tu easdem artes complexu oculis auribus habes.* Praestas enim quaecumque praecipiunt, *tantumque eas diligis quantum ab illis probaris.* Sed erit fortasse paullo pertinacior aliquis neque ex his satis apparere concedet Traianum Graeci sermonis ignarum non fuisse. Is igitur mihi inspiciat Dionem Cassium LXVIII. 3. ὁ Νέρουας ἀνέβη ἐς τὸ Καπιτώλιον καὶ ἔφη γεγωνήσας· Ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Μάρκον Οὔλπιον Νέρουαν Τραϊανὸν ποιοῦμαι. καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ συνεδρίῳ Καίσαρά τε αὐτὸν ἀπέδειξε καὶ ἐπέτρεψεν αὐτῷ αὐτοκειρίᾳ (ἦρχε δὲ τῆς Γερμανίας ἐκεῖνος).

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

aptissime Homeri versiculo senex utitur, sed putasne Nervam sic scripturum fuisse ad eum, quem aut Homerica ignorare aut Graece omnino nescire arbitraretur? Itaque ipsius Nervae testimonio Philostratum in errore manifesto deprensum suas fabulas sibi habere iubebis et in caeteris ne te decipiat sedulo cavebis.

Digitized by Google

Venio iam ad *Heroica* ubi editur p. 661. *ἀροῦν καὶ φυτεύειν καὶ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ* ΠΟΙ*εῖν*, sed verum est ΠΟΝ*εῖν*.

Demosthenes dixerat noto loco: *δεῖ δὲ χρημάτων καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔξι γενέσθαι τῶν δεόντων*, quorum memor Philostratus pag. 661 ita dixit: *δεῖ γὰρ καὶ γεωργίᾳ χρημάτων καὶ ἄνευ τούτων οὔτε ἀρότην θρέψεις οὔτε ἀμπελουργόν.*

Pag. 666. *κατασχούσης δὲ τῆς νεὼς ἐς Ἐλεοῦντα.* Quamdiu *olea* ἔλαια appellabitur (non ἐλέα) tamdiu urbs ab olearum copia nomen habens Ἐλαιοῦς (non Ἐλεοῦς) erit appellanda. Quo usque tandem tam manifesta vitia editiones maculabunt? Quoties etiamnunc editur Κυναίγειρος, habet tamen nomen *παρὰ τὸ τοὺς κύνας ἐγείρειν.* Accedit poëtarum auctoritas constanter Κυνέγειρος scribentium. Non audiunt. Quam raro adverbium *ἀνέδην* id est *ἀνειμένως* e scribarum manibus illaesum evasit. Ἀναίδην est in libris etiam optimis fere ubique. Et dubitabimus etiam spretis libris omnibus id recipere, quod et certa ratio suadet et constans omnium usus confirmat?

In *Heroicis* pag. 668 editur: *εἰ μυθολογικὸς ἦν τὸν τοῦ Ὀρέστου νεκρὸν διῄειν ἂν ὃν ἐπτάπηχυν ἐν* ΝΕΜ*έᾳ Λακεδαιμόνιοι εὗρον.* Ut reliqui omnes, sic Rhetores quoque et Sophistae sedulo Herodoti Historias lectitare solebant, et quae ex illo afferuntur perinde ut Homerica statim ab omnibus agnoscuntur. Veluti quod legitur in vita Alexandri Sophistae p. 757. *ὑπισχνεῖται τοῖς Λακεδαιμονίοις βοηθήσειν ὁ Πύθιος· ψεύδεται· οὕτως αὐτοῖς καὶ Τεγέαν ἐπηγγείλατο*, quod qui audiebant omnes continuo recordabantur quae scripta sunt apud Herodotum I. 66.

δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι.

Sed Editores non erant ab Herodoti lectione recentes qui *ἐν* Νε*μέᾳ* retinuerunt, quum ex Herodoto I. 68. *ἐν* ΤΕΓ*έᾳ* reponere deberent, similiterque pag. 575. *τὸν Ἀρτάβαζον ἀγωνιζόμενος τὸν ἀπαγορεύοντα τῷ Ξέρξῃ μὴ στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα*, certum est ex Herodoto VII. 10 Ἀρτάβανον pro Ἀρτάβαζον emendari oportere. Quod est in *Heroicis* p. 672. *τὸ ἱερὸν, ἐν ᾧ ὁ Μῆδος ὕβριζεν, ἐν ᾧ καὶ τὸ τάριχος ἀνεβίω, τοῦτο ἡγοῦ, ὦ ξένε. καταλείπεται δὲ αὐτοῦ ὀρᾷς ὡς ὀλίγα*, sumtum ex Herodoto IX. 120 leve vitium contraxit. Duobus verbis transpositis lege:

Digitized by Google

καταλείπεται δὲ αὐτοῦ, ὡς ὁρᾷς, ὀλίγα. Sic pag. 584. quod Aristides Sophista τοὺς Ἀριμασποὺς τοὺς μονομμάτους ἔφη ξυγγενεῖς εἶναι τοῦ Φιλίππου, sumtum est ex Herodoto III. 116. IV. 15. Frigidus autem iocus est et inficetus et τοὺς μονοφθάλμους καὶ ἑτεροφθάλμους confundentis.

In *Heroicis* p. 677 narrat Homerum alios omnino non commemorasse, alios obiter tantum et paucis versibus: καὶ τῶν μὲν οὐδὲ ἐπιμνησθῆναι τοπαράπαν, τοῖς δὲ ἀναθεῖναι ΤΡΙΗΡΗ τεττάρων ἐπῶν. Non memini me videre *triremem* magis importuno loco positam. Editor nil mali suspicatur, quamobrem in Indice verborum Τριήρης τεττάρων ἐπῶν conspicitur. Vera lectio est ἀναθεῖναι ΤΡΙΗΤϵΤΤΑΡΑΤΩΝ ἐπῶν id est τρὶ ἢ τέτταρα τῶν ἐπῶν, et *triremis* tenues dilapsa est in auras. Dicebant δύ' ἢ τρεῖς, τρὶ ἢ τέτταρα, quae scripturae veteres saepe tuto in corrupta lectione delitescunt.

Vitiose abundant duae literulae p. 688 κελεύσαντος ἀπὸ γλώττης αὐτῷ σημαίνειν ὁπόσα τῶν Ἀχαιῶν ἐν Αὐλίδι ΔΙἡσθετο, imo vero ἧσθετο. Vides unde mendum natum sit. Similis error est p. 696 in Διομνύναι τὸν Ἡρακλέα pro ὀμνύναι.

Sine sensu editur pag. 694. Κυκλώπων τε αὐτῷ ἐπενοήθη γένος οὐδαμοῦ τῆς γῆς φύντες Λαισρυγόνες τε ἀνετυπώθησαν οὓς οὐδεὶς οἶδεν ὅπου γϵΝΟΜϵΝΟΙ. Emenda ὅπου γεγόνασιν, et omnia plana erunt et perspicua.

Nestorem appellat p. 696 δημαγωγίᾳ ἐκ μειρακίου ξυμβεβηκότα — τῇ σωΦρονιζούσῃ. Alienum esse vides et abhorrere a loci sententia participium ξυμβεβηκότα, at tu repone ξυμβεβΙΩκότα ac scito saepius ξυμβεβηκώς et ξυμβεβιωκώς inter se mutasse locum: vide Polybium X. 3 et 9, ubi συμβεβΗκότων in libris est sententia συμβεβΙΩκότων postulante.

Neque iuvat neque nunc vacat Philostrati errores colligere, quibus Graecae orationis puritatem et sinceritatem passim corrupit et dum nova et exquisita venatur turpiter impegit. Unum verbo attingam. Pag. 713 scribit: πόλις Αἰολὶς Λυρνησσὸς ᾠκεῖτο

Digitized by Google

τειχήρης τὴν Φύσιν καὶ οὐδὲ ἀτείχιστος. Quid esset τειχήρης quum haec scriberet Philostratus nesciebat. At quis paulo doctior ignorat τειχήρεις Graece dici τοὺς εἰς τὰ τείχη ἀνειλημένους, *intra moenia compulsos*, qui ex urbe egressi clade accepta intra munimenta urbis se receperunt. Quam ridicule igitur urbs ipsa dicatur τειχήρης quis non sentit?

Pag. 739. χρυσόν τε καὶ ὅ τι ἕκαστος εἶχεν ἢ Ἀπάγων ἐς Τραίαν ἢ ἐκ δασμοῦ λαβών. Duplici de causa Ἀγαγών est corrigendum: neque enim verbo ἀπάγειν locus est et requiritur aoristus.

Ex Epistolis unum locum obiter restituam. Editur Epist. 28 p. 240. Kais. (47 pag. 936 Olear.) καὶ γὰρ ξένος ἐπιεικὴς δύναται γενέσθαι καὶ πολίτης κακὸς ὅσῳ καὶ τοῦ Φρονεῖν ἐγγύτερός ἐστιν. Sensu cassum est ΦΡονεῖν et ΦΘονεῖν verum esse quis mihi non concedet? Obversatum Philostrato putes locum Herodoti sedulo a Sophistis lectitati VII. 237. πολιήτης — πολιήτῃ εὖ πρήσσοντι Φθονέει.

Enumerabo nunc Philostrati locos aliquot, ubi uno verbo veteris mendi correctio absolvi potest, si quid futuro editori his veluti Adversariis Criticis prodesse possim.

Pag. 482. ἐς τὸ Ἀθηναίων θέατρον. Scriptum erat ΑΙ id est τὸ Ἀθήνησι θέατρον.

Pag. 485. ἠλευθέρου τὸ Βυζάντιον. Lege ἠλευθεροῦτο Βυζάντιον.

Pag. 485. Δίας δὲ ὁ Ἐφέσιος. Erat in vetere libro ΔΙΑC. rubricator Δ adpinxit quum Β deberet, Βίας δέ. Sic pag. 624 in libris est Φιλιανός pro Αἰλιανός, eiusdem stupore qui ΔΙΛΙΑΝΟC temere explevit. Δίας ne Graecum quidem est.

Pag. 486.

Πανσόφου ὀργὴν ἴσχε Φιλοστράτου, ὃς Κλεοπάτρᾳ
νῦν προσομιλήσας τοῖος ἰδεῖν πέφαται.

Barbarum est πέφαται pro πέφανται. Repone ἐφάνη.

Digitized by Google

Pag. 487. *οὐκ ἐπαίρειν αὐτὰς ἔδοξεν ἀλλ' ἐπισρέφειν μᾶλλον ὡς ἀπολουμένας εἰ μεταβάλοιντο*, mutato accentu scribe *μεταβαλοῖντο*, nam sententia *futurum* postulat: nam aut *εἰ μεταβαλεῖσθε*, *ἀπολεῖσθε* dicendum est, aut *εἰ μεταβάλοισθε ἀπόλοισθ' ἄν*, neque haec inter se permisceri possunt.

Pag. 489 *ἦν μὲν γὰρ — Ἀρελάτου πόλεως ἡ ἐπὶ* 'HPIδανῷ *ὤκισαι*. Credebam Arelate *ἐπὶ* 'POδανῷ esse situm.

Pag. 495. *Νέσωρ — ὑποτίθεται* Νεοπτολέμῳ *ἃ χρὴ ἐπιτηδεύοντα ἄνδρα ἀγαθὸν* ΦΑΙνεσθαι. Res ipsa clamat ΓΙΓΝεσθαι verum esse.

Pag. 499 *γιγνώσκουσι δ' οὕτω — οὐχ οἱ πολλοὶ μΑΛΛον ἀλλὰ καὶ τῶν σπουδαίων οἱ ἐλλογιμώτατοι*. Imo vero μΟΝον.

Pag. 514. *τὰς δὲ μελέτας οὐκ αὐτοσχεδίους ἐποιεῖτο ἀλλ' ἐπεσκεμμένΑC τὸν ἐξ ἕω ἐς μεσημβρίαν καιρόν*. Una literula mutata scribe *ἐπεσκεμμένΟC*. Non enim *ἡ μελέτη*, sed *ὁ μελετῶν* dicitur *ἐπισκοπεῖσθαι*, et qui *meditatus* venit *ἀττικιεῖ* dicitur *ἐσκεμμένος*, apud Philostratum et sequiores *ἐπεσκεμμένος*. Vide p. 537. *τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἐς τὸ κοινὸν ἐπεσκοπεῖτο ἀλλ' ἐξιὼν τοῦ ὁμίλου βραχὺν καιρόν*.

Sequitur: *ἰδέαν δ' ἐπήσκησε λόγων οὔτ' ἐπιβεβλημένην οὔτ' αὖον*, corrige *οὔτε περιβεβλημένην*. *Περιβολή* quid sit vide p. 486, 503, 504, 511, et passim alibi in his Vitis.

Pag. 516. *ὁ μὲν κύλικα ἀναιρούμενος, ὁ δὲ πίνων, ὁ δὲ μάττων, ὁ δὲ ἐσθίων, ὁ δέ τι ποιῶν τὰς ψυχὰς ἀφῆκαν*, supple *ὁ δὲ (ἕτερόν) τι ποιῶν*.

Pag. 522. *διεξιὼν γὰρ τὸν Δημοσθένην τὸν μετὰ Χαιρώνειαν προσΑΓοντα τῇ βουλῇ ἑαυτόν*. Corrige *προσΑΓΓΕΛΛοντα*. Decantatum apud Sophistas argumentum: *ὁ δεῖνα προσαγγέλλει ἑαυτόν, defert semel ipsum*. Recurrit idem vitium pag. 542. *ὁ μετὰ Χαιρώνειαν προσάγων ἑαυτόν*, imo vero *προσαγγέλλων*.

Pag. 524. *ἐπεδήμει ταῖς Σάρδεσιν ἀγορΕΤων δίκην ἐν τοῖς ἑκατὸν ἀνδράσιν*. Ne ineptiat Philostratus unam literulam insere *ἀγορεύCων δίκην, acturus* causam apud Centumviros.

Digitized by Google

Pag. 537. *ἔϛι μὲν καὶ Ἡρώδου μαθεῖν ἐν μιᾷ τῶν πρὸϛ τὸν Βᾶρον ἐπιϛολῇ εἰρημένων.* Male composita haec sunt: lege *ἐν μιᾷ τῶν — ἐπιϛολΩN εἰρημένON.*

Pag. 549. *πέντε μνᾶϛ καταβάλλοντα πριαϛθαι τὸ μὴ ἀεὶ διδόναι*, natura rei requirit aoristum *καταβαλόντα*. Sine vitio legitur p. 604. *ἑκατὸν δραχμὰϛ ἅπαξ καταβαλόντι ἐξῆν ἀκροᾶϛθαι τὸν ἀεὶ χρόνον.*

Pag. 533 *γυνὴ οὕτω τι Ἐπερρωμένη ὡϛ βουκολεῖν.* Simplici verbo opus est *οὕτω τι ἐρρωμένη. Robustus* et *valens ἐρρωμένοϛ* appellatur, ut *valde ἐρρωμένωϛ. Ἐπιρρῶϛαι* est *metuenti* aut *cunctanti* robur, vires, animum *addere.*

Pag. 576. *Ἑλλησπόντῳ γῆν ὀλίγην ἐπιβαλὼν ταύτην οἶει ϛοι μένειν τῶν ὁρῶν μὴ μενόντων.* In antiqua scriptura MЄNЄIN inerat *μενεῖν*, non *μένειν.*

Pag. 612. *καί τιϛ λόγοϛ οὐ μακρὸϛ ὢν ἐν Φὼκαίᾳ διῆλθεν Ἐν τῷ Πανιωνίῳ κρατῆρι.* Paene risum movet Sophista verba faciens *ἐν τῷ κρατῆρι.* Emenda *Ἐπι τῷ Πανιωνίῳ κρατῆρι.*

Pag. 697. *ὑπερηϛθεὶϛ γὰρ τῷ παιδὶ ὁ Νέϛωρ καὶ ἐπ' αὐτῷ Φρονήϛαϛ ἄγει αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀγαμέμνονα.* Est haec vitiosa Graeculorum *ϛυνήθεια* pro *μέγα Φρονεῖν ἐπί τινι* omisso *μέγα* dicere *ἐπί τινι Φρονεῖν*, ut in vicinia pag. 698. *καὶ μὴ Φρονοῦντα ἐπὶ τῇ κόμῃ.* Sexcenties *Φρονεῖν* eo sensu legitur apud Philostratum, Iulianum, Libanium, Themistium et omnes, qui sunt *τοῦ πονηροῦ κόμματοϛ.* Itaque vehementer fallitur L. Dindorfius ad *Cyrop.* VIII. 7. 7. existimans verbo *Φρονεῖν* pro *μέγα Φρονεῖν* »*iam Demosthenem usum esse* p. 836, 10: *τοῦτ' ἐΦ' ᾧ Φρονεῖ μάλιϛα*," at tu istas sordes elue scribendo *μέγιϛον.* Solet in tali re pro *μέγιϛον* scribi *μέγιϛα* (ut *μείζω Φρονεῖν, δύναϛθαι, ἀμείνω Φρονεῖν*) idque in *μάλιϛα* converti saepe videbis.

Pag. 748.

ἄγκειμαι μέγα δεῖπνον ἀμετροβίοιϛ κοράκεϛϛι.

Fertur et alia scriptura *ἀμετροβόαιϛ*, quae mihi quidem non

Digitized by Google

una de causa potior videtur et unice vera. Composita ex ἄμετρος, ut ἀμετροεπής et ἀμετροπότης in *vitio* ponuntur, quod in ἀμετρόβιος non cadit. Praeterea οὐ δεῖ ἀπὸ τῶν ἀφανῶν ποιεῖσθαι τὰ ἐπίθετα, quae verissima Grammatici nescio cuius observatio est ad Iliad. Φ. 252. ubi Aristoteles pro

αἰετοῦ οἶμαι' ἔχων μέλανος τοῦ θηρητῆρος.

infeliciter admodum μελανόστου tentabat, id est μέλανα ὀςᾶ ἔχοντος. Itaque ἀμετροβόαι corvi dicebantur, quod formatum est ut Τηλεβόαι.

Subiiciam his denique pauculas Valckenaerii correctiones ineditas ex Schedis MSS. in Bibliotheca Publica depositis.

Pag. 521. ὁ πατὴρ δὲ ἠγάσθη τε αὐτὸν καὶ πεντακόσια ἔδωκεν αὐτῷ τάλαντα. ἔδωκε δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Σκοπελιανῷ πεντεκαίδεκα. Quis credat Herodem a patre accepisse ob declamatiunculam *centies et vicies?* Valckenaerius πεντήκοντα corrigebat, et vel sic satis lautum munusculum est censum Senatorium, *duodecies*, filio donare.

Pag. 600. εὕροις γὰρ ἂν καὶ τῶν πολὺ σοφῶν ἐνίους πολλὰ καὶ ἀνελεύθερα ὑπὲρ χρημάτων πράξαντας, Valckenaerius: τῶν ΠΑΛΑΙ σοφῶν.

Pag. 603. οὐδαμοῦ φιλοχρήματος ἔδοξεν οὐδὲ ἀνελεύθερος οὐδὲ ἐρασὴς τοῦ πλείονος οὐδὲ ἐπικέρδια μαςεύων ἢ τόκους ἀλλ' αὐτὸ ἀγαπῶν τὸ ἀρχαῖον. Profecto hoc quidem est ποταμὸς μὲν ῥημάτων νοῦ δὲ ςαλαγμός. Sed mendosum est ἐπικέρδια. Comparat Valckenaerius *Heroic.* p. 740. ἀλλ' ἐπὶ κέρδει ἂν ἡγώμεθα τῆς ἐμπορίας ταύτης, et utrobique ἐπικέρδειαν reponit. Publici iuris eam emendationem ipse fecit in *Diatribe* pag. 289.

Pag. 622. ἐςάλη ἐς τὴν Ῥώμην ὡς τὰ ἑαυτοῦ θησόμενος. Valck. τὰ ἑαυτοῦ εὖ θησόμενος. et post pauca: ὥσπερ οἱ θεοὶ Ὁμήρῳ πεποίηνται οὐ πάντα ἐκόντες ἀλλήλοις διδόντες, pro ἀλλήλοις reponebat ANOIC id est ἀνθρώποις.

Pag. 627. παιδεῦσαι δὲ μηδένα πλὴν Περίγητος τοῦ Λυδοῦ, Valck. πλὴν Πίγρητος, quod frequens in Asia nomen est.

Digitized by Google

Pag. 750 de Amazonibus ita narrat: *ἀνδράσι μὲν δὴ ἐνομιλεῖν οὐ παρέχειν σφᾶς τὴν ἑαυτῶν χώραν, αὐτὰς δὲ ἐπειδὰν δέωνται τέκνων κατιούσας ἐπὶ ποταμὸν Ἅλυν ἀγοράζειν τε καὶ ξυγγίγνεσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἔνθα ἔτυχον· ἀπελθούσας τε ἐς ἤθη καὶ οἴκους ἃ μὲν ἂν τέκωσιν ἄρρενα Φέρειν ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς χώρας ὅπως ἀνέλοιεν αὐτὰ οἱ Φύσαντες, τοὺς δὲ ἀναιρεῖσθαί τε ὧν ἕκαστος ἔτυχε καὶ ποιεῖσθαι δούλους.* Satis erat *ἐς ἤθη* et admodum frigide et insulse additur *καὶ οἴκους*, in quo acute vidit Valckenaerius latere *ἐγκύους gravidas*. In sqq. pro *ὧν ἕκαστος ἔτυχε* ne quis *plures* puerulos videatur suscepisse, apparet verum esse *ΟΝ ἕκαστος ἔτυχε*, nempe *ἀνελόμενος*, *quem quisque casu sustulisset* servo utebatur. Neque mendo vacare arbitror quod praecedit *ὅπως ἀνέΛΟΙΕΝ αὐτὰ οἱ Φύσαντες*, quia *ἀνελεῖν τινα* est *ἀποκτεῖναι*, et quod loci sententia requirit *humi iacentem tollere* perpetuo omnium consensu *ἀνελέσθαι* dicitur, ut in noto praecepto: *ὃ μὴ κατέθου μὴ ἀνέλῃ*: quamobrem *ὅπως ἀνέλοιντο αὐτὰ οἱ Φύσαντες* unice verum est.

CAPUT V.

Ad Hom. Iliad. Z. 479 et Σ. 385.

Turpis macula inquinavit pulcherrimum Iliados locum Z. 479.

καί ποτέ τις ΕΙΠΗΙCΙ· πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων,
ἐκ πολέμου ἀνιόντα· Φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα
κτείνας δῄϊον ἄνδρα, χαρείη δὲ Φρένα μήτηρ.

Poëta ita cecinerat:

καί ποτέ τις ΕΙΠΟΙ· πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων.

vulgata lectio et sententiam loci vitiat et metrum. Optantis oratio est *εἴποι* — *Φέροι* — *χαρείη*, et *πατρός* apud Homerum priorem syllabam habet productam. Unde irrepserit *εἴπῃσι* perspicuum est. Scribae *ἔναυλον* habebant frequens illud *καί ποτέ τις εἴπῃσι*, quod et alibi saepe occurrit et in vicinia Z. 459.

καί ποτέ τις εἴπῃσιν ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν.

quod significat idem quod in vs. 463.

ὥς ποτέ τις ἐρέει,

et est non optantis sed futuros rerum eventus praenunciantis.

Digitized by Google

Ergo *εἶποι* est emendandum, quod quum ante multos annos animadvertissem, postea intellexi scripturam *εἴπῃσι* non esse antiquam neque eam veteres Criticos novisse, sed veram ΘΙΠΟΙ. Producam primum testem, qui ad Iliad. N. 552.

Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ἐρόθυνε μετελθών
λάθρῃ ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός· ἦχθετο γάρ ῥα
Τρωσὶν δαμναμένους.

annotavit: *τὸ λάθρῃ ἀμφοτέροις δύναται προσδίδοσθαι· τὸ δὲ ἑξῆς ἐστιν· Ἀργείους ἐρόθυνε Τρωσὶ δαμναμένους. τὸ δὲ ἦχθετο γάρ ῥα διὰ μέσου. εἰ μὲν γὰρ συνάπτομεν ἦχθετο γάρ ῥα Τρωσὶ δαμναμένους, σολοικοφανὴς μὲν γίνεται ἡ φράσις, ἀρχαῖον δέ μοι δοκεῖ τὸ σχῆμα εἶναι. καὶ ἀλλαχοῦ*

καί ποτέ τις ΘΙΠΟΙ· πατρὸς δ' ὄγε πολλὸν ἀμείνων,
ἐκ πολέμου ἀνιόντα.

τὴν γὰρ ἔλλειψιν τοῦ ὁρῶν οὐ παραδεχόμεθα.

Nicanoris hoc testimonium est, sed non erat opus testem longe quaerere. Ad ipsum locum, quo de agimus, est annotatio antiqua: *τὸ ἑξῆς καί ποτέ τις ΘΙΠΟΙ ἐκ πολέμου ἀνιόντα, καὶ οὐ λείπει τὸ ἰδών, ἀλλ' ἔστι συνήθης Ἀττικοῖς ἡ φράσις.* Εὐριπίδης Ῥήσῳ (390).

χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα καὶ προσήμενον
πύργοισιν ἐχθρῶν.

καὶ αὐτὸς Ὅμηρος ἀλλαχοῦ

ἦχθετο γάρ ῥα | Τρωσὶν δαμναμένους.

Hoc quoque Nicanoris esse testimonium apparet, quem idoneum testem et auctorem scripturae ΘΙΠΟΙ, praesertim quum nemo veterum contra dicat, nos habere gaudemus. Quamquam non est *prorsus eadem* ratio in *εἶποι ἐκ πολέμου ἀνιόντα* et *χαίρω σε εὐτυχοῦντα*, nulla tamen dubitatio est quin vera sit Nicanoris interpretatio. Plane gemella autem sunt *ἦχθετο δαμναμένους* et *χαίρω σε εὐτυχοῦντα*. Saepius ea compositionis forma reperitur in verbis *χαίρω*, *ἐπιχαίρω* et *ἥδομαι*. Sophocles *Philoct.* 1314

ἥσθην πατέρα τε τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε
αὐτόν τ' ἐμέ.

Euripides apud Suidam v. *Χαίρω*

χαίρω σέ τ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος.
(σωθέντα) τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

Digitized by Google

nam sic scribendum esse, non *χαίρω γέ σ'*, *ὦ*, quod Nauckius dedit *Fragm. Trag.* p. 451, vel Sophoclis locus declarat. Si *χαίρω σε εὐτυχοῦντα* rectissime dicitur, etiam *ἄχθομαί σε δυσυχοῦντα* optime dicetur. Duo tantum huius usus exempla apud scriptores Graecos supersunt. Primum Xenophontis est *de Rep. Athen.* II. 18. *ὥσε οὐδὲ τοὺς τοιούτους ἄχθονται κωμῳδουμένους.* Alterum Eupolidis apud Scholiasten Victorianum ad Il. N. 353 *Τρωσὶν δαμναμένους: ἔστι τὸ τῆς Φράσεως ἀρχαῖον. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκοις·*

ἤδη γὰρ Ἀρίσαρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι.

non poterat melius exemplum afferre.

Sunt omnino in Scholiis Victorianis annotationes quantivis pretii. Quam vellem scire quis sit et unde domo et circa quae tempora vixerit auctor acutus, ingeniosus, saepe ludibundus et iocosus, et doctrina praeditus tam multa et copiosa quam eleganti et exquisita. Nihil de trivio sumtum, sed nova pleraque et eximia profert ex optimo quoque severo delectu delibata. Sed male factum quod praeclarae ingeniosi viri animadversiones tam lacerae, tam mutilatae et omnibus modis flagitiose corruptae ad nos pervenerunt. Ostendam in una. Ad Il. Ξ. 250

Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο Θόαντος.

annotatio ex Victor. haec adscripta est: ***** ἔστι τις γείτων πόλις. ἀντὶ τοῦ νῆσος. οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ χώρα. ἐν ψηφίσματι ** τίθεται Καρτερός ἐστιν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην τὼ πόλεε.* Possunt haec in integrum restitui ex antiqua et pererudita annotatione ad Aristophanis *Pac.* vs. 250

ΠΟΛ. *ἰὼ Σικελία καὶ σὺ δ' ὡς ἀπόλλυσαι.*

ΤΡΤΓ. *οἵα πόλις τάλαινα διακναισθήσεται.*

adscribit Aristophanes Byzantinus: (*τὸ* X) *ὅτι πόλιν εἶπε τὴν Σικελίαν νῆσον οὖσαν. καὶ Ὅμηρος πολλάκις τὰς νήσους πόλεις καλεῖ, ὡς τό·*

Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο Θόαντος.

καὶ Πίνδαρος δὲ περὶ τῆς Αἰγίνης.

ἃ μὲν πόλις Αἰακιδᾶν.

καὶ Εὐριπίδης (*Ion.* 297.)

Εὔβοι' Ἀθήναις ἑστί τις γείτων πόλις.

Quibuscum operae pretium est componere Strabonem VIII. p. 356. *Στησίχορον δὲ καλεῖν πόλιν τὴν χώραν Πῖσαν λεγομένην,*

Digitized by Google

ὡς ὁ ποιητὴς τὴν Λέσβον Μάκαρος πόλιν, Εὐριπίδης δ' ἐν Ἴωνι·

Εὔβοι' Ἀθήναις ἐσί τις γείτων πόλις.

καὶ ἐν Ῥαδαμάνθυϊ·

οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα πρόσχωρον πόλιν.

Σοφοκλῆς δ' ἐν Μυσοῖς·

Ἀσία μὲν ἡ σύμπασα κληΐζεται, ξένε,

πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

Sic Lysias apud Harpocrat. v. Κεῖοι.

οἱ Κεῖοι μὲν πόλις τοσαύτη.

et Eupolis apud Schol. Aristoph. *Av.* 880

αὕτη Χίος καλὴ πόλις πάρεσι·

πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακρὰς ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ.

Hinc igitur prima pars Victorianae annotationis suppleri potest. Reliqua Meinekius ad Stephanum Byzant. p. 718 optime sic redintegravit: ὡς ἐν ψηφίσματι, ὃ παρατίθεται Κρατερός· »ἐς τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην τὼ πόλεε." cuius rei testimonium a perdocto grammatico, quisquis est, grati accipimus.

Ex loco Strabonis, quem supra apposuimus, cognoscitur scriptura a vulgatis discrepans in Iliad. Ω. 544.

ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος ἕδος ἐντὸς ἐέργει.

Strabo in suis libris reperit Μάκαρος πόλις pro ἕδος et recte apud eundem XIII. p. 586 ex optimo Codice receptum est:

ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος πόλις ἐντὸς ἐέργει.

Bis legitur in Iliad. Σ. 385 et 424.

τίπτε Θέτις ταν̓ύπεπλϵ ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ;

et aequissimo animo ferunt Editores molestum hiatum, quum optima et verissima scriptura e Zenodoti editione ad utrumque versum sit adscripta haec:

τίπτε Θέτις ταν̓ύπεπλOC ἱκάνεις ἡμέτερόνδε.

In talibus perinde bene nominativus ponitur, qui non minus commode cum secunda persona componitur quam cum prima Θεμιστοκλῆς ἥκω, et cum tertia. Sic optime dicitur Iliad. Γ. 277

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις,

quemadmodum Iliad. I. 197.

χαίρετον, ἦ φίλοι ἄνδρες ἱκάνετον.

Aristarchus cum Γ. 277 recte componit Odyss. P. 415. δὸς

Digitized by Google

φίλος. et Iliad. Φ. 106 ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ. Neque alia ratio est in Iliad. O. 49.

εἰ μὲν δὴ σύγ' ἔπειτα βοῶπIC πότνια Ἥρη
ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα μετ' ἀθανάτοισι καθίζοις.

ubi item duplex scriptura circumfertur βοῶπI et βοῶπIC in Scholio Didymi: Ἀριστοφάνης μετὰ τοῦ C βοῶπIC καὶ ἔστιν εὐφραδέστερον, et *unice verum*, ut in nostro loco Θέτις ταναύπεπλOC, et in Iliad. Ω. 88

ὄρσο ΘέτιC, καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.

ubi vulgata lectio erat ΘέτI καλέει. Etiam in Iliad. Φ. 474, ubi in omnibus libris fertur:

Νηπύτιε, τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὔτως;

mihi quidem Barnesius optime videtur poëtae reddidisse suum, quum reponi iuberet:

ΝηπύτιOC τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὔτως;

SCTUM DE THISBENSIBUS.

In Senatus Consulto de Thisbensibus recens reperto (*Sénatus-Consulte inédit de l'année* 170 *avant notre ère par* P. Foucart *Paris.* 1872) editur vs. 17. sqq. Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο περὶ χώρας καὶ περὶ λιμένων καὶ προσόδων καὶ περὶ ὀρέων * ΑΤΤΩΝΕ * * * | * * ΙΕΙCΑΝ ταῦτα ἡμῶν μὲν ἕνεκεν ἔχειν ΕΞΕΙΝΑΕΔΟΞΕΝ. Ultima Editor ita legit: ἔχειν ἔξειν ἃ ἔδοξεν, sine sensu. Tenuis literula aut periit aut describentis aciem fugit, nam vera lectio haec est: ἡμῶν μὲν ἕνεκεν ἔχειν ἐξεῖναι ἔδοξεν. Idem vs. 26 ita dicitur: ὅπως τὰ ἑαυτῶν αὐτοῖς ἔχειν ἐξῇ ἔδοξεν. Quid lateat in περὶ ὀρέων * ΑΤΤΩΝΕ * * * | * * ΙΕΙΣΑΝ quamquam diu et multum quaerens non reperio. Quod coniecit Editor: περὶ ὀρέων ἑαυτῶν ἐπεὶ ἀνεῖσαν, atque ita Gallice vertit: *au sujet des montagnes qui leur appartiennent, attendu qu'ils en ont fait l'abandon*, et ἀδιανόητον est et ἀνιέναι illo sensu non est Graecum.

Sed nihil extundo: λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

C. G. C.

Digitized by Google

LUCILIANA ET LUCIANEA.

Lucianus Muellerus cum in historia philologiae Nederlandicae a⁰ 1869 sibi dicendum putaret, neminem nunc in hac regione exstare probabiliter Latine peritum, me ad scribendum excitavit, ut quae aliquamdiu in scriniis reposita haberem ad communem notitiam proderem. At cum pedem intulissem in eam regionem, quam ipse possedisse solus sibi videbatur et nemo ipsius quidem iudicio melius elaborasset, palam indicavit in Teubneri Notitia librorum ad editionem paratorum (Mense Maio a. 1869) sibi consilium esse edendi Lucilium; ad cuius decadem primam tum coniectanea quaedam ad Academiam Doctrinarum Nederlandicam missurus eram (accepta sunt in consessu m. Junio). Absterruit me a proposito omnium fragmentorum edendorum non tam Muelleri nomen, quo nunc ille gloriatur [1]), quam bibliopolae inter aemulos typographos existimatio; duae ut prodirent simul editiones nec di nec homines nec concessere columnae. Interim nulla causa esse videbatur, quin partem certe eorum, quae parata habebam, publici iuris facerem. Consecuta igitur sunt Coniectanea ad decadem secundam et tertiam, quibus si vellet M. uteretur. Nunc, amplius tribus annis post prodiit dudum promissa editio. In qua magna cum mei aliorumque Ribbeckii [2]) puta, Madvigii [3]), Corssenі, Th. Momm-

1) Mittheilungen von Teubner 1872 N°. 4 p. 58: der Unterz. (L. M.) hatte sich mit der Hoffnung geschmeichelt, es würden hier, wie beim Lucilius, anderweitige Concurrenten auf demselben Gebiet zurücktreten.

2) P. XXX: „ingenue [profiteor] ostreas multo magis quam criticos orae Holsatiae nobis probari."

3) P. XXXI: „quod [duas bonas Madvigii emendationes a nobis acceptas esse] eo gratiore animo profiteor, quo maiorem poetarum Latinorum imperitiam etiam hoc novissimum viri celeberrimi declarat opus."

Digitized by Google

SEN [1]) insectatione, me imperitum metricae artis et vetustissimae poesis Latinae iactat; deinde excusationem quandam severitatis addit; non mirandum esse si quis extra fines materiae semel susceptae egrediatur, eum labi. Ego ut illam vituperationem, ita hanc fictam benevolentiam deprecor. Equidem numquam M. amicitiam aut praesidium aucupatus sum [2]). Noveram ex libro de re metrica hominem esse doctum, sed parum in scribendo elegantem et suis inventis mirifice exultantem et ad opprobria proclivem, subinde ridicule vanum. Modice igitur admodum laude eius in libro de philologis Nederlandicis mihi tributa gavisus sum, cum praesertim ea communicaret cum exteris, quae si ad eos perventura esse novissem, omnino non scripsissem.

Ea editio [3]) mihi scribendi de Lucilii fragmentis opportunitas erit, non quo repetam quae olim a me dicta sunt, aut defendam ex illis ea, quae M. pleraque silentio praetermisit (quo iure alii iudicent), sed ut quae minus recte ab eo constituta esse videantur, ex parte certe redarguam, ceterum ad Coniectanea provocaturus.

In eo lapsus est Muellerus, quod dum omnia vult interpretari, omnia, etiam me iudice insanabilia, emendare, a vera et simplici ratione aberrat, novaque et mira sectatur potius quam ignorantiam fatetur.

Haec, ut par est, exemplis demonstrabuntur. Sed eo antequam pergo, aliquid dicendum est de codice Leidensi, de cuius correctionibus me falsa retulisse contendit.

---

1) P. XXXII »Th. Momsenus in libris quos de gestis Romanorum composuit genere dicendi eo quo deterrima ex actis diurnis uti solent [sic], quasi numquam legisset aut Lachmanni commentarium Lucretianum aut nostros d. r. m. p. L. libros, non erubuit contendere Lucilii versus haut aliter perstringere legentium animos quam στίχους ἀμέτρους sive quos barbare vocat Knittelverse. Sane ipsius Momseni metra, quibus reddere conatur verba Lucilii, quam maxime vocanda sunt Knittelverse." Legi iterumque legi utrumque opus et tamen non erubesco dicere Lucilii metra horrida esse.

2) Mirum, Muellero operae pretium visum fuisse tam imperiti hominis vitia oblique carpere, eumque subinde antestari. In explicatione Lucilii nusquam animadverti locum a M. allatum necessarium ex vetustis poetis, qui a me omissus esset. In re metrica dissentio ab eius iudicio et facile poterit afferre »observantias" »plerasque" (ut eius verbis utar) quas ego violaverim. Quamquam adhuc non fecit.

3) »C. Lucili Saturarum reliquiae. Emendavit et adnotavit Lucianus Mueller. Acc. Acci — et Suei carm. reliquiae. Lips. Teubner. 1872."

Digitized by Google

Nonii, cui longe maiorem partem fragmentorum Lucilii debemus, contextus nititur omnium, ut videtur, antiquissimo codice Harleiano (2719), Leidensi (Voss. F. 73), Parisino C (Colb. 7667, ap. Quich. P.), Guelferbytano. Ex his caruit M. Harleiano et Parisino. Prioris lectiones ex Coniectaneis meis partim tantum notas repetiit. Leidensis accuratam collationem M. accepit a Zangermeistero, quae cum mea paene semper convenit. Recedit p. 497. 32 (Merc.), VI. 5 (Muell.), de quo paulo post; 149. 22 (IX. 28) ego *subteminus*, M. ad *subteminis* nihil notat; sed ibi me verum vidisse, docet Harl., in quo a prima m. est *subteminus;* 219. 10 (X. 1.) *obressitque*, Leid. *obressitq̄*, de quo tacet M.; 422. 28 (XI. 6) *et itquos* in Leid. punctum infra alterum *t*, quod neglexit Zangermeister; p. 124. 15 (XV. 21) *nummos* corr. in *numos*, om. M.; p. 113. 7 (XVIII. 3) *ego*, Leid. *eso;* 358. 10 *Satyrarum lib. XXVIIII*, M. *XVIIII*, atque ita Harl. a pr. m., sed corr. *XXVIIII;* ib. *quid ad*, Leid. *quidam*, corr. *quiddam*, tacet M.; 297. 12 (XXVI. 38) *efferrent* L. sed prima *e* puncto notata; p. 125. 30 (XXVI. 45) *invallnitie* quemadmodum Harl. (*invallnitiae*) a pr. m. et Par., non, quod refert M., *invalnitie*; 289. 29 (XXIX. 57) *leonem* habet prima manus. Plura non studio quaesivi, nec denuo codicem contuli.

Haec, quamvis minuta, non sunt in bono codice neglegenda; et correctiones quidem consulto fortasse hic illic omisit, nam correctiones eius libri assis non aestimat. Attamen si ego in commendandis correctionibus non satis caute circumspecteque versatus sim, M. earum auctoritatem nimis elevat. Ipse II. 14 e Leid. correcto recepit *fartim*, exilio multans *parum* quod in textu est, scribens: »Ut lurcaretur lardum et carnaria fartim Conficeret.“ Libro VI. 5 (Non. 497. 32) *capisotiri* supra scriptum est *r* (non *s*, ut mea collatio demonstrat; in Coni. I. 33 vitium est typographicum). Iam illud non temere additum a librario esse demonstrat Harl. *capi sortire*, Par. *capi sortiri*, quo neglecto M. tautologiam invexit *copi'potiri*. Lib. XXVI. 85 (p. 268. 33) verior lectio *indidita* est e corr.; prima manus *indita*; L. XXX. (p. 278. 8) *delic delenit* corr. in *delicit delenit*; L. XXVII. 38 *quia* librarius in *qua* correxit (Non 301. 13) a M. receptum; eodem loco corrector VII in XXVII mutavit

Digitized by Google

cum reliquis Mss. L. XXX. 3 *religata* corr. in veram lectionem *relicta*. In assimilatione praepositionum cum Harl. fere convenit, qui similiter scribit *imprudens, improbae, commaducatus, illuvie, impuratus, impuno*. Plura addere supersedeo; ex dictis apparebit, correctiones non librarii deberi ingenio sed sumtas esse e codice Harleiano simili. Equidem illas factas esse dixi manu prima; Zangermeisterus duas esse manus emendatrices putat, quarum prior sit eadem quae codicem scripserit; alteram manum antiquam, *quae non multum aetate distaret, difficile saepe a priore posse discerni* dixit. Iam vide quantillum sit discrimen et quam recte Muellerus meam sententiam »ex omni parte falsissimam" dixerit. Si prima a secunda manu saepe vix distingui potest, si porro utraque vetusta est, si subinde correctiones in Zangermeisteri collatione omissae sunt (cf. praeter allata XV. 26, Non 344. 27, ubi prima manus habet *terse ex*, corr. *tersa ex*, quod M. omnium codd. esse dicit, XXX. 72 L. habet a pr. m. *metituru*, M. correctionem *metitur* pro textus lectione affert), si denique prima et secunda manus non perpetuo in collatione distinguuntur (m. 2 = manus omnis correctoris, m. 1 = ipsa cod. lectio), nullum usum hoc de duabus manibus inventum praestat. Tertiam manum, quae interpunctionem addidit, nunc non curo.

Non nego tamen fieri potuisse, ut correctiones aliquot orthographicas librarius suo marte fecerit; neque, si in reliquis MS. cuiusdam auctoritatem secutus est, inde effici velim, correctiones hoc ipso praestare. Veluti XXVI. 65, v. 81:

ággere in iaciúndo si quost vineis actis opus,

Leid. p. 238. 23 *quo est* praebet, male a secunda manu in *quod est* mutatum, etsi Harl. et Par. similia habent (*quid, quod*). Sprevit illam bonam lectionem M., substituens ex coniectura *siqueis—opust*. Ad quae annotat: »vides quam pertinaces fuerint librarii tollenda diphthongo *ei*, ter [tribus Nonii locis] in eodem verbo qui obscuraverint; nam antiquitus ubique traditum fuerat *siqués* sive *siquís*." Fortasse, si M. *coniectura* vera est; at hoc ipsum demonstrandum erat. Sed nihil est quod reprehendas in verbis: si in aggere aliquo iaciendo vineis actis opus est. Quod p. 243. 31 *si quos tu vinis* scriptum exstat (*si quos* etiam Torn.) nihil confert ad *queis* defendendum; *u* enim duplicatum male est: *si quost uuineis*.

Digitized by Google

Aliud exemplum correctionis Leid. male a M. receptae petatur ex eodem libro fr. 42 ubi recepit *rerum*, in Leid. est *re-cum*. Versus apud M. sic scriptus exstat:

rerum exploratorem mittam, miserum mendicum petam.

Non diversi sunt rerum exploratores et miser mendicus; immo hic saepe optimus est explorator; »misero mendico" opponatur paene necesse est dives aut beatus. In Harl. pro proximo vocabulo legitur *expilatorem*, Par. hinc *expiratorem*, Leid. *expliratorem*; Torn. *expilatorem*, quod sine dubio verum. Nimirum *r* aliquando adscriptum ut ex (mala) coniectura *recum* in *rerum* mutaretur, alieno loco supra *expilatorem* positum est. Iam parva mutatione versus in integrum restituitur, pro *recum* scribatur *regum* (C pro G):

régum expilatórem mittam, miserum mendicúm petam.

Omnino non neglegendae sunt correctiones Leidensis, quod familiam codicum antiquam repraesentant. Nec mirer si toto Nonio collato appareat, ex duabus librorum familiis alteram, meliorem illam, repraesentari Leidensi, alteram, antiquam et ipsam, Harleiano, saec. IX, correctos autem hos libros alterum ex alterius generis codice esse.

In genere orthographico quaedam editor novavit, alia constantius, quam adhuc factum, usurpavit. Sed certam normam non ubique secutus est. Lucilius ipse in nominativo pluralis secundae EI scribendum esse praecepit; genetivo vindicavit I, etiam nominibus quae in IUS exeunt, de quo cum nihil praecepisse Lucilium M. dicit p. 278 inf. (» .... de genetivis substantivorum in ius vel ium exeuntium. sed enim nusquam eum de hoc egisse ipsa Charisii verba conferenti facile apparebit"), manifesto obloquitur iis quae ipse recte de ea re p. 224 dixerat [1]). Scribit in genetivo *Corneli Cornificique* Lucilius IX. 18. Tantum ut distingueret *Numerius* a *numerus* praecepisse videtur ut in genet. scriberetur NUMERII et NUMERI; prius autem illud cum

1) »deinde [Lucilius] de genetivis et vocativis singularis substantivorum in ius exeuntium." Propertii demum aetate *ii* in genet. disyllabum subinde fuisse lippis et tonsoribus notum est. Voluisse Lucilium ut pronuntiando quoque inter *Lucii* et *Luci*, *Numerii* et *numeri* distingueretur docet fragmentum infra laudatum; *Numeri* enim, non *Numerii* se dedisse dicit »ut numerum servaret". Itaque hae formae quantitate diversae fuerunt.

Digitized by Google

versui adaptari non posset, in poemate *Numeri* ferendum esse putat:

servandi [numeri et versus faciendi
Nos Caeli] Numeri, numerum ut servemu' modumque.

inc. fr. 36, olim libro IX. 6. In quibus verba inducta nituntur codice Dousae patris, qui nec fraudis nec erroris convinci potest; nam si quis dicat Caeli additum prodere interpolatorem quoniam Caelii posset certe metro adaptari, fateatur tamen necesse est, plerisque locis Caeli facilius versum ingredi quam trisyllabam formam. Ceterum cf. Coniect. I. p. 43. Idem Lucilius in vocativo probavit ei IX. 19: mendaci furique; addes e cum »dabi' furei" iusseris". Iam vero si poeta suam ipse doctrinam secutus est, in genetivo sing. omnium in *us* scripsit i, in nomin. plur. nominum in *us* et vocativo propriorum in *ius* ei, itaque *Aelei*, *Lucei*, *Ambivei* (vocat.) et *scelerosei*, *ceterei*, *tetrei*, *miserei*, *religiosei* (nom. plur.) Alia ambigua orthographiae ope distincta voluit, ut *pila* et *peilum* (plur. *peila*). Ubique autem, exceptis illis, de quibus adhuc expositum, eum aut ei aut i (longum) scripsisse constitui non potest. Nam »librorum corruptelis *haud sane paucis* apparere eum diphtongum maluisse" (p. 225) non dixerim. Etenim iis locis, ubi nunc M. *ei* restituit, paene omnibus non litterae inveniuntur, quae cum *ei* formae quandam similitudinem habent, sed modo *ae*, modo *o*, modo *e*, modo *i*, modo *er*, modo *en*, veluti I. 32 *quaecunque* ubi M. admodum dubia correctione: »porro queicumque et (?) cuicunque . . . obstiterit" pro *quaecunque et quicunque*; VII »*queis* oculi non sunt" ex *quos*; IX. 54 »fervere; *nei* longum, verum hoc lectoribus tradam" dubia correctione pro *ne*; praetulerim: »fervere ne longum (sc. facias), *verbo* hoc l. t."; XV. 27 »ter sex, aetate quasi, *anneis*" ex *annos*; XVI. 6 »*atquei* quid mundum" ex *atque*, quod librarii solita socordia cum *atqui* confuderunt; XXVIII. 49 *praetreito* ex *praetrito* (sed locus dub. cf. infra); XXX. 95 *libentei* ex *libenter*; ib. 129 »*sei* nutricatum" ex *sen*. His igitur locis nulla palaeographica causa est cur de ei oblitterato potius cogitemus quam de alia quadam corruptela. Nec video cur *potirei* VI. 6 scribamus, quod in uno Harl. *potire*, in reliquis *potiri* exstat, nec cur *publiceis* XXVII. 15, quod libri habent *pulices*, aut *cleino-*

Digitized by Google

podas I. 43., quod in Par. *κεινο*podas exstat, reliquis *clinopodas* praebentibus, nisi forte Graece *κλείνη*, *κλεινόπους* scribendum putas. *Treico* scribitur XI. 17, alibi *trico*, propter Bern., ut videtur, in quo est *troico*. Aliis quoque locis admodum dubia aut falsa adeo correctio est, quos propterea hic subiungere placet.

VI. 13: uno oculo pedibusque duobus dimidiateis
ut porcus.

Dimidiatus vulgo apud Gellium III. 14. 6, unde haec sumta sunt; rectissime. An vero singuli pedes porci discinduntur? Minime vero; dimidiatur porcus mactatus, utraque pars porci habet duos pedes et unum oculum; cf. XXX. 131 et Coniect. II. 7. Post *duobus* distinguendum est.

XXVI. 84. Sine M. explicatione non facile haec intellegerentur:
malis vesceist lautum e mensa, pure, capturos cibum.
»Sententia, inquit, haec *decet post mensam malis vesci eos qui etiamnum esuriunt.... pure* i. e. puere." Non sunt haec aurea mala in argenteis lancibus apposita. Mala cur lautus cibus appellantur? Tum totus versus moleste enuntiatus et verbose. Libri: *malis necesse-purae* aut *pure*. Cf. Coniect. II. 54. Propius *nec esse* quam *vesceist* aliquanto ad MSS. accedit. Sed hoc utut est, nihil est cur *ei* hoc loco scribatur si alibi *i* intactum relinquitur, ut *fungi*, alia. At in loco difficili ac paene conclamato habent *σεμνόν τι καὶ πεφροντικός* illae vetustae formae, speciemque quandam et excusationem obscuritati conciliant, ut in illo I. 39 »preimo cerebrum huic refert minuei re" (libri: *promo* aut *primo hoc minuendi refert res, cerebrum* ex cerebro M. accessit) i. e. refert re, huic primo comminui cerebrum (si intellego). Talia in verba auctoris infert is, qui Ribbeckium nimiae confidentiae accusat.

XXVI. 71 *depeilassere* scripsit, cum in codd. sit aut *depoculassere* aut *depeculassere*:
depeilassere aliqua sperans me ac deargentassere
decalauticare, eburno speculo despeculassere.
Depeculassere ex alterius versus correctione irrepsit; *depoculassere* optime se habet, modo contrahatur in *depoclassere*. Apparet comica vocabula fingi a *poculum*, *argentum*, *calautica* (quod iniuria a *καλός* ducit M), *speculum*.

XXIX. 18: cuius *sei in* periclo feceris periculum.

Digitized by Google

Ita M.; optimi codd. *si in;* propter Bern. et Gen. praebentes *se in* (add. Harl. a pr. m. *se impericulo*, corr. *si imp.*) M. *sei*; sed nulla addenda est littera, scrib.:

cuius sine periclo féceris periculum.

Ib. 30: »Chremes in medium, in summum *eirad* Demaenetus" novam continet formam verbi *ire*, quae fortasse magno plausu excipietur ab istiusmodi »inventorum" amatoribus. Sed codd. *ire ad demenetus*, in quo transpositis tantum litteris opus est: *ierat*. Contractum plqperf. *iram* non puto exstitisse.

Paulo post 36: agite agite furei mendacei argutamini." Nihil facilius videatur quam ex librorum lectione *mendaci* aut *mendati*, cum sequatur *a*, efficere: »mendacia argutamini", eadem cum synisesi qua »dominia atque", XIII. 14, *ia a* ut efficiant unam syllabam. Sed propter Bernensem non optimum librum qui pro *fures*, quod in reliquis omnibus est, *furi* praebet, receptum est *furei mendacei* quod quomodo M. explicet videatur apud ipsum. »Mendacia argutari" etiam sine interprete satis perspicuum est. Nulla hoc loco erat causa reponendi *ei*. Nec v. 109 »*quei et* poscent minus et praebebunt rectiu' multo", ubi propius ad libros accedit et sententia praestat *qui et te*. Libri *quiete*, omissa una *t*. Ib. 115 »nostreis animos adtendere dictis" quod libri habent *nostros* non continet vestigium diphthongi sed vitiose *nostros* exitu assimilatum est proximo vocabulo. Ablativus *virtutei* XXVII. 49 »– ⏑ primum qua virtutei servitutem excluserit" incerto nititur fundamento ūnius Bern., in quo *virtutem*, ergo pro »virtute servitutem" (si haec vera lectio) »virtutem servitute" scriptum, confusione solita. Nec locus ex M. emendatione convenit cum Nonii explicatione: *excludere*, *liberare* (*revocare* B.)

His aliisque de numero substractis quaedam tantum exigua vestigia diphthongi supersunt. Veluti XXVI. 32 *quidnei* in *quid ni et* abiit, quod ex unciali scriptura in qua *t* et *i* facile confunduntur explicari potest; eundemque errorem habes inc. 77 *quidnei? scruta quidem*, codd. *quidni et*, nunc a M. mutatum. Huc referas *velite* ex *veitae*, XXVI. 79; XXVI. 26: »animo qui aegrotat" libri *que*, quod librarii non dedissent si *qui* invenissent; ex *quei* male intellecto fecere *que*. Pro *simitu* XXX. 17 in Leid. secundum M. est *simetu*, unde *simeitu* su-

Digitized by Google

spicatur. *Praeceiso* XX. 2 non intellexit qui Guelf. scripsit, inde effingens *praecioso* (*praet.*), quod prima quoque Leid. manus habet, sed VII. 15 *praeceidit* vestigium diphthongi incertum est, quod *praecedit* in Bern. et Gen. e confusione verborum *praecidere* et *praecedere* natum esse potest. Libro XV. 5 *maiorei spatio* M. pro *maiore in spatio*. Sed post alios Buecheler, lat. Declin. p. 51: Bei den Comparativen ist *maiori* heutzutage nicht nachzuweisen vor Lucan und den Dichtern welche Priscian 7 § 69 nennt, denn die republicanischen Inschriften und das augusteische Zeitalter kennen lediglich *maiore, priore;* aber dass *maiorid* auch zu *maiorī* ward, ist an sich glaublich. Nos tamen tam incerta auctoritate non credemus.

Omnino tam exilia haec sunt, ut nisi ex ipsius Lucilii testimonio sciremus placuisse ei in nomin. plur. EI, ex libris MSS. non suspicaremur.

Quin Lucilius in genetivo āī usurpaverit, non dubitatur; cf. inc. 12, sed de singulis locis a M. ope genetivi illius restitutis dissentire licet; nam quod IV. 37 dedit: »catulos fetumque »ferai", codd. *ferat*, displicet collectivum *fera*; VII. 23 »*ferai ad* catulos accedere inultum" coniectura restitutum est ex *rate ad*, ut litterae *fe* excidisse putentur, sed lectioni *rata ad* quid obiici possit non video; *rutai* est in fragm. admodum corrupto III. 27, in quo secundum M. *incrustatus calix* et *rutae caulis* deliciae dicuntur, quasi vero incrustatum poculum certum aliquod vini genus continuerit (cf. Coni. l. p. 18). Sed non dubito, quin recte scripserit IX. 22 *pilai* in hoc versu: »meilitiam. tenuest i pilai qua ludimus. *pilam*" et *horai* XIV. 27: »puncto uno horai quicomque invasit ⏑–⏑." Notatu quoque dignum *ai* in unam syllabam contrahi, et elisione *i* amittere, quod Lucretius, quo nemo frequentius illa forma usus est, non sibi permisit. Et tamen eo ducunt libri XI. 4:

viai

sternendai iaciendum huc agerem et id genu' rudus

ubi codd. *vim* et *sternenda et*, eodem genere corruptelae, quo *ei* in *e et* supra transire animadvertimus, et *viai* XXX. 65, ex *viaut*. Itaque recte *horai* disyll. restitutum ex codd. lectione *hora* XX. 13, ut apud Lucretium paene semper in oblongo et quadrato genetivus ille corruptus est; et fortasse XXX. 68,

Digitized by Google

Class. et Iliad.
ratio est in Ilia
εἰ μὲν
ἴσαν ἐμ
ubi item duplex
Scholia Didymi:
Ὀρέστεια, et in
et in Iliad. Ω. 8
ἴσαν Θέ
ubi vulgata lecti
ubi in omnibus l
Νυκτὸς
m. 1. quidem Bar
primum repeti iul
Νυκτὸς

... Ms. I. XII. 3 relegato corr. in veram lectio-
... ne praepositionum cum Harl. fere
... improbae, commandu-
... Plura addere supersedeo; ex
... librarii deberi ingenio sed
... similli. Equidem illas factas
... sterus duas esse manus emen-
... eadem quae codicem scripse-
... non multum aetate distares,
... dixit. Iam vide quan-
... Mullerus meam sententiam
... Si prima a secund
... s, s porro utraque vetusta est,
... collatione omis-
... S. Ms 344. 27, ubi prima ma-
... quid M. omnium codd. e-
... M. correctione
... si denique prima et secun-
... discrepantur (m. 2 = m
... lectio), nullum ne-
... Tertiam manu
... cura.
... corrections aliquot
... neque, si in relig
... effici velim, c
... XII. 65, v. 81:
... meas aegras,
... a secunda manu
... habent (quid, qua
... scholiastes ex coniect
... quam pertine

In Scholia Co
...

Digitized by Google

um correctionis Leid. male a M. receptae peta-
bro fr. 42 ubi recepit *rerum*, in Leid. est *re-*
pud M. sic scriptus exstat:
ratorem mittam, miserum mendicum petam.
nt rerum exploratores et miser mendicus; immo
ius est explorator; »misero mendico" opponatur
est dives aut beatus. In Harl. pro proximo vo-
expilatorem, Par. hinc *expiratorem*, Leid. *expli-*
expilatorem, quod sine dubio verum. Nimirum
scriptum ut ex (mala) coniectura *recum* in *re-*
, alieno loco supra *expilatorem* positum est. Iam
e versus in integrum restituitur, pro *recum*
a (C pro G):
latórem mittam, miserum mendicúm petam.
neglegendae sunt correctiones Leidensis, quod
um antiquam repraesentant. Nec mirer si toto
ppareat, ex duabus librorum familiis alteram,
, repraesentari Leidensi, alteram, antiquam
eiano, saec. IX, correctos autem hos libros al-
ius generis codice esse.
thographico quaedam [illegible]or novavit, [illegible]stan-
dhuc factum, usur[illegible] Sed cer[illegible]nam
ecutus est. Luciliu[illegible]n nomi[illegible]ralis
scribendum esse p[illegible] genetiv[illegible]it 1,
ius [illegible]e in ius e[illegible] quo c[illegible]aece-
M[illegible]p. 278 [illegible]. de ge[illegible]stanti-
[illegible] exeun[illegible] enim [illegible]um de
a [illegible] verb[illegible]i faci[illegible]"), ma-
[illegible] ine i[illegible]le ca[illegible]ixerat [illegible]).
[illegible] cli[illegible]= Lu[illegible] Tantum
ref[illegible] pra[illegible]tur ut i
[illegible] [illegible] illud c[illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]tantivor
[illegible] [illegible] [illegible]blinde
[illegible] [illegible] [illegible]ndo

Digitized by Google

versui adaptari non posset, in poemate *Numeri* ferendum esse putat:

servandi [numeri et versus faciendi
Nos Caeli] Numeri, numerum ut servemu' modumque.

inc. fr. 36, olim libro IX. 6. In quibus verba inducta nituntur codice Dousae patris, qui nec fraudis nec erroris convinci potest; nam si quis dicat Caeli additum prodere interpolatorem quoniam Caelii posset certe metro adaptari, fateatur tamen necesse est, plerisque locis Caeli facilius versum ingredi quam trisyllabam formam. Ceterum cf. Coniect. I. p. 43. Idem Lucilius in vocativo probavit EI IX. 19: MENDACI FURIQUE; addes E cum »DABI' FUREI" iusseris". Iam vero si poeta suam ipse doctrinam secutus est, in genetivo sing. omnium in *us* scripsit I, in nomin. plur. nominum in *us* et vocativo propriorum in *ius* EI, itaque *Aelei*, *Lucei*, *Ambivei* (vocat.) et *scelerosei*, *ceterei*, *tetrei*, *miserei*, *religiosei* (nom. plur.) Alia ambigua orthographiae ope distincta voluit, ut *pila* et *peilum* (plur. *peila*). Ubique autem, exceptis illis, de quibus adhuc expositum, eum aut EI aut I (longum) scripsisse constitui non potest. Nam »librorum corruptelis *haud sane paucis* apparere eum diphtongum maluisse" (p. 225) non dixerim. Etenim iis locis, ubi nunc M. *ei* restituit, paene omnibus non litterae inveniuntur, quae cum *ei* formae quandam similitudinem habent, sed modo *ae*, modo *o*, modo *e*, modo *i*, modo *er*, modo *en*, veluti I. 32 *quaecunque* ubi M. admodum dubia correctione: »porro queicumque et (?) cuicunque . . . obstiterit" pro *quaecunque et quicunque;* VII »*queis* oculi non sunt" ex *quos*; IX. 54 »fervere; *nei* longum, verum hoc lectoribus tradam" dubia correctione pro *ne;* praetulerim: »fervere ne longum (sc. facias), *verbo* hoc l. t."; XV. 27 »ter sex, aetate quasi, *anneis*" ex *annos;* XVI. 6 »*atquei* quid mundum" ex *atque*, quod librarii solita socordia cum *atqui* confuderunt; XXVIII. 49 *praetreito* ex *praetrito* (sed locus dub. cf. infra); XXX. 95 *libentei* ex *libenter*; ib. 129 »*sei* nutricatum" ex *sen*. His igitur locis nulla palaeographica causa est cur de EI oblitterato potius cogitemus quam de alia quadam corruptela. Nec video cur *potirei* VI. 6 scribamus, quod in uno Harl. *potire*, in reliquis *potiri* exstat, nec cur *publiceis* XXVII. 15, quod libri habent *pulices*, aut *cleino-*

Digitized by Google

podas I. 43., quod in Par. *κεινο*podas exstat, reliquis *clinopodas* praebentibus, nisi forte Graece *κλείνη*, *κλεινόπους* scribendum putas. *Treico* scribitur XI. 17, alibi *trico*, propter Bern., ut videtur, in quo est *troico*. Aliis quoque locis admodum dubia aut falsa adeo correctio est, quos propterea hic subiungere placet.

VI. 13: uno oculo pedibusque duobus dimidiateis
ut porcus.

Dimidiatus vulgo apud Gellium III. 14. 6, unde haec sumta sunt; rectissime. An vero singuli pedes porci discinduntur? Minime vero; dimidiatur porcus mactatus, utraque pars porci habet duos pedes et unum oculum; cf. XXX. 131 et Coniect. II. 7. Post *duobus* distinguendum est.

XXVI. 84. Sine M. explicatione non facile haec intellegerentur:
malis vesceist lautum e mensa, pure, capturos cibum.
»Sententia, inquit, haec *decet post mensam malis vesci eos qui etiamnum esuriunt.... pure* i. e. puere." Non sunt haec aurea mala in argenteis lancibus apposita. Mala cur lautus cibus appellantur? Tum totus versus moleste enuntiatus et verbose. Libri: *malis necesse-purae* aut *pure*. Cf. Coniect. II. 54. Propius *nec esse* quam *vesceist* aliquanto ad MSS. accedit. Sed hoc utut est, nihil est cur *ei* hoc loco scribatur si alibi *i* intactum relinquitur, ut *fungi*, alia. At in loco difficili ac paene conclamato habent *σεμνόν τι καὶ πεφροντικός* illae vetustae formae, speciemque quandam et excusationem obscuritati conciliant, ut in illo I. 39 »preimo cerebrum huic refert minuei re" (libri: *promo* aut *primo hoc minuendi refert res*, *cerebrum* ex cerebro M. accessit) i. e. refert re, huic primo comminui cerebrum (si intellego). Talia in verba auctoris infert is, qui Ribbeckium nimiae confidentiae accusat.

XXVI. 71 *depeilassere* scripsit, cum in codd. sit aut *depoculassere* aut *depeculassere*:
depeilassere aliqua sperans me ac deargentassere
decalauticare, eburno speculo despeculassere.
Depeculassere ex alterius versus correctione irrepsit; *depoculassere* optime se habet, modo contrahatur in *depoclassere*. Apparet comica vocabula fingi a *poculum*, *argentum*, *calautica* (quod iniuria a *καλός* ducit M), *speculum*.

XXIX. 18: cuius *sei in* periclo feceris periculum.

Digitized by Google

Ita M.; optimi codd. *si in;* propter Bern. et Gen. praebentes *se in* (add. Harl. a pr. m. *se impericulo*, corr. *si imp.*) M. *sei*; sed nulla addenda est littera, scrib.:

cuius sine periclo féceris perículum.

Ib. 30: »Chremes in medium, in summum *eirad* Demaenetus" novam continet formam verbi *ire*, quae fortasse magno plausu excipietur ab istiusmodi »inventorum" amatoribus. Sed codd. *ire ad demenetus*, in quo transpositis tantum litteris opus est: *ierat*. Contractum plqperf. *iram* non puto exstitisse.

Paulo post 36: agite agite *furei* mendacei argutamini." Nihil facilius videatur quam ex librorum lectione *mendaci* aut *mendati*, cum sequatur *a*, efficere: »mendacia argutamini", eadem cum synisesi qua »dominia atque", XIII. 14, *ia a* ut efficiant unam syllabam. Sed propter Bernensem non optimum librum qui pro *fures*, quod in reliquis omnibus est, *furi* praebet, receptum est *furei mendacei* quod quomodo M. explicet videatur apud ipsum. »Mendacia argutari" etiam sine interprete satis perspicuum est. Nulla hoc loco erat causa reponendi *ei*. Nec v. 109 »*quei et* poscent minus et praebebunt rectiu' multo", ubi propius ad libros accedit et sententia praestat *qui et te*. Libri *quiete*, omissa una *t*. Ib. 115 »nostreis animos adtendere dictis" quod libri habent *nostros* non continet vestigium diphthongi sed vitiose *nostros* exitu assimilatum est proximo vocabulo. Ablativus *virtutei* XXVII. 49 »–⏑ primum qua virtutei servitutem excluserit" incerto nititur fundamento ūnius Bern., in quo *virtutem*, ergo pro »virtute servitutem" (si haec vera lectio) »virtutem servitute" scriptum, confusione solita. Nec locus ex M. emendatione convenit cum Nonii explicatione: *excludere*, *liberare* (*revocare* B.)

His aliisque de numero substractis quaedam tantum exigua vestigia diphthongi supersunt. Veluti XXVI. 32 *quidnei* in *quid ni et* abiit, quod ex unciali scriptura in qua *t* et *i* facile confunduntur explicari potest; eundemque errorem habes inc. 77 *quidnei? scruta quidem*, codd. *quidni et*, nunc a M. mutatum. Huc referas *velite* ex *veitae*, XXVI. 79; XXVI. 26: »animo qui aegrotat" libri *que*, quod librarii non dedissent si *qui* invenissent; ex *quei* male intellecto fecere *que*. Pro *simitu* XXX. 17 in Leid. secundum M. est *simetu*, unde *simeitu* su-

Digitized by Google

spicatur. *Praeceiso* XX. 2 non intellexit qui Guelf. scripsit, inde effingens *praecioso* (*praet.*), quod prima quoque Leid. manus habet, sed VII. 15 *praeceidit* vestigium diphthongi incertum est, quod *praecedit* in Bern. et Gen. e confusione verborum *praecidere* et *praecedere* natum esse potest. Libro XV. 5 *maiorei spatio* M. pro *maiore in spatio*. Sed post alios Buecheler, lat. Declin. p. 51: Bei den Comparativen ist *maiori* heutzutage nicht nachzuweisen vor Lucan und den Dichtern welche Priscian 7 § 69 nennt, denn die republicanischen Inschriften und das augusteische Zeitalter kennen lediglich *maiore, priore;* aber dass *maiorid* auch zu *maiorī* ward, ist an sich glaublich. Nos tamen tam incerta auctoritate non credemus.

Omnino tam exilia haec sunt, ut nisi ex ipsius Lucilii testimonio sciremus placuisse ei in nomin. plur. EI, ex libris MSS. non suspicaremur.

Quin Lucilius in genetivo ĀI usurpaverit, non dubitatur; cf. inc. 12, sed de singulis locis a M. ope genetivi illius restitutis dissentire licet; nam quod IV. 37 dedit: »catulos fetumque »ferai", codd. *ferat*, displicet collectivum *fera*; VII. 23 »*ferai ad* catulos accedere inultum" coniectura restitutum est ex *rate ad*, ut litterae *fe* excidisse putentur, sed lectioni *rata ad* quid obiici possit non video; *rutai* est in fragm. admodum corrupto III. 27, in quo secundum M. *incrustatus calix* et *rutae caulis* deliciae dicuntur, quasi vero incrustatum poculum certum aliquod vini genus continuerit (cf. Coni. I. p. 18). Sed non dubito, quin recte scripserit IX. 22 *pilai* in hoc versu: »meilitiam. tenuest i pilai qua ludimus. *pilam*" et *horai* XIV. 27: »puncto uno horai quicomque invasit ⏑–⏑." Notatu quoque dignum *ai* in unam syllabam contrahi, et elisione *i* amittere, quod Lucretius, quo nemo frequentius illa forma usus est, non sibi permisit. Et tamen eo ducunt libri XI. 4:

viai
sternendai iaciendum huc agerem et id genu' rudus

ubi codd. *vim* et *sternenda et*, eodem genere corruptelae, quo *ei* in *e et* supra transire animadvertimus, et *viai* XXX. 65, ex *viaut*. Itaque recte *horai* disyll. restitutum ex codd. lectione *hora* XX. 13, ut apud Lucretium paene semper in oblongo et quadrato genetivus ille corruptus est; et fortasse XXX. 68,

Digitized by Google

cum reliquis Mss. L. XXX. 3 *relignta* corr. in veram lectionem *relicta*. In assimilatione praepositionum cum Harl. fere convenit, qui similiter scribit *imprudens, improbae, commanducatus, illuvie, impuratus, impuno*. Plura addere supersedeo; ex dictis apparebit, correctiones non librarii deberi ingenio sed sumtas esse e codice Harleiano simili. Equidem illas factas esse dixi manu prima; Zangermeisterus duas esse manus emendatrices putat, quarum prior sit eadem quae codicem scripserit; alteram manum antiquam, *quae non multum aetate distaret, difficile saepe a priore posse discerni* dixit. Iam vide quantillum sit discrimen et quam recte Muellerus meam sententiam »ex omni parte falsissimam" dixerit. Si prima a secunda manu saepe vix distingui potest, si porro utraque vetusta est, si subinde correctiones in Zangermeisteri collatione omissae sunt (cf. praeter allata XV. 26, Non 344. 27, ubi prima manus habet *terse ex*, corr. *tersa ex*, quod M. omnium codd. esse dicit, XXX. 72 L. habet a pr. m. *metituru*, M. correctionem *metitur* pro textus lectione affert), si denique prima et secunda manus non perpetuo in collatione distinguuntur (m. 2 = manus omnis correctoris, m. 1 = ipsa cod. lectio), nullum usum hoc de duabus manibus inventum praestat. Tertiam manum, quae interpunctionem addidit, nunc non curo.

Non nego tamen fieri potuisse, ut correctiones aliquot orthographicas librarius suo marte fecerit; neque, si in reliquis MS. cuiusdam auctoritatem secutus est, inde effici velim, correctiones hoc ipso praestare. Veluti XXVI. 65, v. 81:

ággere in iaciúndo si quost vineis actis opus,

Leid. p. 238. 23 *quo est* praebet, male a secunda manu in *quod est* mutatum, etsi Harl. et Par. similia habent (*quid, quod*). Sprevit illam bonam lectionem M., substituens ex coniectura *siqueis—opust*. Ad quae annotat: »vides quam pertinaces fuerint librarii tollenda diphthongo *ei*, ter [tribus Nonii locis] in eodem verbo qui obscuraverint; nam antiquitus ubique traditum fuerat *siquẽs* sive *siquĩs*." Fortasse, si M. *coniectura* vera est; at hoc ipsum demonstrandum erat. Sed nihil est quod reprehendas in verbis: si in aggere aliquo iaciendo vineis actis opus est. Quod p. 243. 31 *si quos tu vinis* scriptum exstat (*si quos* etiam Torn.) nihil confert ad *queis* defendendum; *u* enim duplicatum male est: *si quost uuineis*.

Digitized by Google

Aliud exemplum correctionis Leid. male a M. receptae petatur ex eodem libro fr. 42 ubi recepit *rerum*, in Leid. est *re-cum*. Versus apud M. sic scriptus exstat:

rerum exploratorem mittam, miserum mendicum petam.

Non diversi sunt rerum exploratores et miser mendicus; immo hic saepe optimus est explorator; »misero mendico" opponatur paene necesse est dives aut beatus. In Harl. pro proximo vocabulo legitur *expilatorem*, Par. hinc *expiratorem*, Leid. *expliratorem*; Torn. *expilatorem*, quod sine dubio verum. Nimirum *r* aliquando adscriptum ut ex (mala) coniectura *recum* in *rerum* mutaretur, alieno loco supra *expilatorem* positum est. Iam parva mutatione versus in integrum restituitur, pro *recum* scribatur *regum* (C pro G):

régum expilatórem mittam, miserum mendicúm petam.

Omnino non neglegendae sunt correctiones Leidensis, quod familiam codicum antiquam repraesentant. Nec mirer si toto Nonio collato appareat, ex duabus librorum familiis alteram, meliorem illam, repraesentari Leidensi, alteram, antiquam et ipsam, Harleiano, saec. IX, correctos autem hos libros alterum ex alterius generis codice esse.

In genere orthographico quaedam editor novavit, alia constantius, quam adhuc factum, usurpavit. Sed certam normam non ubique secutus est. Lucilius ipse in nominativo pluralis secundae EI scribendum esse praecepit; genetivo vindicavit I, etiam nominibus quae in IUS exeunt, de quo cum nihil praecepisse Lucilium M. dicit p. 278 inf. (» .... de genetivis substantivorum in ius vel ium exeuntium. sed enim nusquam eum de hoc egisse ipsa Charisii verba conferenti facile apparebit"), manifesto obloquitur iis quae ipse recte de ea re p. 224 dixerat [1]). Scribit in genetivo *Corneli Cornificique* Lucilius IX. 18. Tantum ut distingueret *Numerius* a *numerus* praecepisse videtur ut in genet. scriberetur NUMERII et NUMERI; prius autem illud cum

1) »deinde [Lucilius] de genetivis et vocativis singularis substantivorum in ius exeuntium." Propertii demum aetate *ii* in genet. disyllabum subinde fuisse litteratis et tonsoribus notum est. Voluisse Lucilium ut pronuntiando quoque inter *Lucii* et *Luci*, *Numerii* et *numeri* distingueretur docet fragmentum infra laudatum; *Numeri* enim, non *Numerii* se dedisse dicit »ut numerum servaret". Itaque hae formae quantitate diversae fuerunt.

Digitized by Google

versui adaptari non posset, in poemate *Numeri* ferendum esse putat:

servandi [numeri et versus faciendi
Nos Caeli] Numeri, numerum ut servemu' modumque.

inc. fr. 36, olim libro IX. 6. In quibus verba inducta nituntur codice Dousae patris, qui nec fraudis nec erroris convinci potest; nam si quis dicat Caeli additum prodere interpolatorem quoniam Caelii posset certe metro adaptari, fateatur tamen necesse est, plerisque locis Caeli facilius versum ingredi quam trisyllabam formam. Ceterum cf. Coniect. I. p. 43. Idem Lucilius in vocativo probavit ei IX. 19: mendaci furique; addes e cum »dabi' furei" iusseris". Iam vero si poeta suam ipse doctrinam secutus est, in genetivo sing. omnium in *us* scripsit i, in nomin. plur. nominum in *us* et vocativo propriorum in *ius* ei, itaque *Aelei*, *Lucei*, *Ambivei* (vocat.) et *scelerosei*, *ceterei*, *tetrei*, *miserei*, *religiosei* (nom. plur.) Alia ambigua orthographiae ope distincta voluit, ut *pila* et *peilum* (plur. *peila*). Ubique autem, exceptis illis, de quibus adhuc expositum, eum aut ei aut i (longum) scripsisse constitui non potest. Nam »librorum corruptelis *haud sane paucis* apparere eum diphtongum maluisse" (p. 225) non dixerim. Etenim iis locis, ubi nunc M. *ei* restituit, paene omnibus non litterae inveniuntur, quae cum *ei* formae quandam similitudinem habent, sed modo *ae*, modo *o*, modo *e*, modo *i*, modo *er*, modo *en*, veluti l. 32 *quaecunque* ubi M. admodum dubia correctione: »porro queicumque et (?) cuicunque . . . obstiterit" pro *quaecunque et quicunque;* VII »*queis* oculi non sunt" ex *quos*; IX. 54 »fervere; *nei* longum, verum hoc lectoribus tradam" dubia correctione pro *ne;* praetulerim: »fervere ne longum (sc. facias), *verbo* hoc l. t."; XV. 27 »ter sex, aetate quasi, *anneis*" ex *annos;* XVI. 6 »*atquei* quid mundum" ex *atque*, quod librarii solita socordia cum *atqui* confuderunt; XXVIII. 49 *praetreito* ex *praetrito* (sed locus dub. cf. infra); XXX. 95 *libentei* ex *libenter*; ib. 129 »*sei* nutricatum" ex *sen*. His igitur locis nulla palaeographica causa est cur de ei oblitterato potius cogitemus quam de alia quadam corruptela. Nec video cur *potirei* VI. 6 scribamus, quod in uno Harl. *potire*, in reliquis *potiri* exstat, nec cur *publiceis* XXVII. 15, quod libri habent *pulices*, aut *cleino-*

Digitized by Google

podas I. 43, quod in Par. *κεινο*podas exstat, reliquis *clinopodas* praebentibus, nisi forte Graece *κλελνη*, *κλεινόπους* scribendum putas. *Treico* scribitur XI. 17, alibi *trico*, propter Bern., ut videtur, in quo est *troico*. Aliis quoque locis admodum dubia aut falsa adeo correctio est, quos propterea hic subiungere placet.

VI. 13: uno oculo pedibusque duobus dimidiateis
ut porcus.

Dimidiatus vulgo apud Gellium III. 14. 6, unde haec sumta sunt; rectissime. An vero singuli pedes porci discinduntur? Minime vero; dimidiatur porcus mactatus, utraque pars porci habet duos pedes et unum oculum; cf. XXX. 131 et Coniect. II. 7. Post *duobus* distinguendum est.

XXVI. 84. Sine M. explicatione non facile haec intellegerentur:
malis vesceist lautum e mensa, pure, capturos cibum.
»Sententia, inquit, haec *decet post mensam malis vesci eos qui etiamnum esuriunt.... pure* i. e. puere." Non sunt haec aurea mala in argenteis lancibus apposita. Mala cur lautus cibus appellantur? Tum totus versus moleste enuntiatus et verbose. Libri: *malis necesse-purae* aut *pure*. Cf. Coniect. II. 54. Propius *nec esse* quam *vesceist* aliquanto ad MSS. accedit. Sed hoc utut est, nihil est cur *ei* hoc loco scribatur si alibi *i* intactum relinquitur, ut *fungi*, alia. At in loco difficili ac paene conclamato habent *σεμνόν τι καὶ πεφροντικός* illae vetustae formae, speciemque quandam et excusationem obscuritati conciliant, ut in illo I. 39 »pre*i*mo cerebrum huic refert minu*ei* re" (libri: *promo* aut *primo hoc minuendi refert res*, *cerebrum* ex cerebro M. accessit) i. e. refert re, huic primo comminui cerebrum (si intellego). Talia in verba auctoris infert is, qui Ribbeckium nimiae confidentiae accusat.

XXVI. 71 *depeilassere* scripsit, cum in codd. sit aut *depoculassere* aut *depeculassere*:
depeilassere aliqua sperans me ac deargentassere
decalauticare, eburno speculo despeculassere.
Depeculassere ex alterius versus correctione irrepsit; *depoculassere* optime se habet, modo contrahatur in *depoclassere*. Apparet comica vocabula fingi a *poculum*, *argentum*, *calautica* (quod iniuria a *καλός* ducit M.), *speculum*.

XXIX. 18: cuius *sei in* periclo feceris periculum.

Digitized by Google

Ita M.; optimi codd. *si in;* propter Bern. et Gen. praebentes *se in* (add. Harl. a pr. m. *se impericulo*, corr. *si imp.*) M. *sei*; sed nulla addenda est littera, scrib.:

cuius sine periclo féceris periculum.

Ib. 30: »Chremes in medium, in summum *eirad* Demaenetus" novam continet formam verbi *ire*, quae fortasse magno plausu excipietur ab istiusmodi »inventorum" amatoribus. Sed codd. *ire ad demenetus*, in quo transpositis tantum litteris opus est: *ierat*. Contractum plqperf. *iram* non puto exstitisse.

Paulo post 36: agite agite fur*ei* mendac*ei* argutamini." Nihil facilius videatur quam ex librorum lectione *mendaci* aut *mendati*, cum sequatur *a*, efficere: »mendacia argutamini", eadem cum synisesi qua »dominia atque", XIII. 14, *ia a* ut efficiant unam syllabam. Sed propter Bernensem non optimum librum qui pro *fures*, quod in reliquis omnibus est, *furi* praebet, receptum est *furei mendacei* quod quomodo M. explicet videatur apud ipsum. »Mendacia argutari" etiam sine interprete satis perspicuum est. Nulla hoc loco erat causa reponendi *ei*. Nec v. 109 »*quei et* poscent minus et praebebunt rectiu' multo", ubi propius ad libros accedit et sententia praestat *qui et te*. Libri *quiete*, omissa una *t*. Ib. 115 »nostreis animos adtendere dictis" quod libri habent *nostros* non continet vestigium diphthongi sed vitiose *nostros* exitu assimilatum est proximo vocabulo. Ablativus *virtutei* XXVII. 49 »– ∪ primum qua virtutei servitutem excluserit" incerto nititur fundamento ūnius Bern., in quo *virtutem*, ergo pro »virtute servitutem" (si haec vera lectio) »virtutem servitute" scriptum, confusione solita. Nec locus ex M. emendatione convenit cum Nonii explicatione: *excludere*, *liberare* (*revocare* B.)

His aliisque de numero substractis quaedam tantum exigua vestigia diphthongi supersunt. Veluti XXVI. 32 *quidnei* in *quid ni et* abiit, quod ex unciali scriptura in qua *t* et *i* facile confunduntur explicari potest; eundemque errorem habes inc. 77 *quidnei? scruta quidem*, codd. *quidni et*, nunc a M. mutatum. Huc referas *velite* ex *veitae*, XXVI. 79; XXVI. 26: »animo qui aegrotat" libri *que*, quod librarii non dedissent si *qui* invenissent; ex *quei* male intellecto fecere *que*. Pro *simitu* XXX. 17 in Leid. secundum M. est *simetu*, unde *simeitu* su-

Digitized by Google

spicatur. *Praeceiso* XX. 2 non intellexit qui Guelf. scripsit, inde effingens *praecioso* (*praet.*), quod prima quoque Leid. manus habet, sed VII. 15 *praeceidit* vestigium diphthongi incertum est, quod *praecedit* in Bern. et Gen. e confusione verborum *praecidere* et *praecedere* natum esse potest. Libro XV. 5 *maiorei spatio* M. pro *maiore in spatio*. Sed post alios Buecheler, lat. Declin. p. 51: Bei den Comparativen ist *maiori* heutzutage nicht nachzuweisen vor Lucan und den Dichtern welche Priscian 7 § 69 nennt, denn die republicanischen Inschriften und das augusteische Zeitalter kennen lediglich *maiore, priore;* aber dass *maiorid* auch zu *maiorī* ward, ist an sich glaublich. Nos tamen tam incerta auctoritate non credemus.

Omnino tam exilia haec sunt, ut nisi ex ipsius Lucilii testimonio sciremus placuisse ei in nomin. plur. EI, ex libris MSS. non suspicaremur.

Quin Lucilius in genetivo āī usurpaverit, non dubitatur; cf. inc. 12, sed de singulis locis a M. ope genetivi illius restitutis dissentire licet; nam quod IV. 37 dedit: »catulos fetumque »ferai", codd. *ferat*, displicet collectivum *fera*; VII. 23 »*ferai ad* catulos accedere inultum" coniectura restitutum est ex *rate ad*, ut litterae *fe* excidisse putentur, sed lectioni *rata ad* quid obiici possit non video; *rutai* est in fragm. admodum corrupto III. 27, in quo secundum M. *incrustatus calix* et *rutae caulis* deliciae dicuntur, quasi vero incrustatum poculum certum aliquod vini genus continuerit (cf. Coni. I. p. 18). Sed non dubito, quin recte scripserit IX. 22 *pilai* in hoc versu: »meilitiam. tenuest i pilai qua ludimus. *pilam*" et *horai* XIV. 27: »puncto uno horai quicomque invasit ∪–∪." Notatu quoque dignum *ai* in unam syllabam contrahi, et elisione *i* amittere, quod Lucretius, quo nemo frequentius illa forma usus est, non sibi permisit. Et tamen eo ducunt libri XI. 4:

viai
sternendai iaciendum huc agerem et id genu' rudus

ubi codd. *vim* et *sternenda et*, eodem genere corruptelae, quo *ei* in *e et* supra transire animadvertimus, et *viai* XXX. 65, ex *viaut*. Itaque recte *horai* disyll. restitutum ex codd. lectione *hora* XX. 13, ut apud Lucretium paene semper in oblongo et quadrato genetivus ille corruptus est; et fortasse XXX. 68,

Digitized by Google

quamvis dure, »lanai opus" (–⏑⏑) ex *lana*. Reliqua autem *vitai meai*, XXIX. 15, *summai* ib. 80, *canicai* XXVII. 28, *vomicai* XXIX. 84 alias ob causas dubia sunt. Cum Lucilius autem, ut ex grammaticorum testimoniis constat (p. 230, sq.), dativo asseruerit *ai* monosyllabum, non dubito quin recte emendatum sit XIII. 10: »idem epulo cibus atque *epulai Iovis* omnipotentis". Libri: *epulatio iovis* i. e. *epulat iovis* vitio bis positis litteris *io*. Cf. Coni. II p. 96, ubi typographi vitio *opuli* legitur pro *epulo*.

Ritschelius, in disputationibus epigraphicis historiam orthographiae per saeculum Urbis septimum concinnare conatus, statuit litterae y (cuius locum olim tenebat u) et adspiratas consonas non ante finem illius saeculi in usu fuisse, geminatarum autem vocalium morem ab Attio institutum annorum 620 et 680 terminis contineri, consonantium duplicationem, cum Ennius iam et Attius usurpassent, Lucilii demum opera ita invaluisse, ut tandem simplicium pro geminatis ponendi mos plane aboleretur. Quae si ita sunt, Lucilius nec y nec *ph*, *th*, *ch* usurpavit. In geminatione vocalium sciens ab Attio recessit, scribens *pacem*, *fanum* non *paacem*, *faanum* (cf IX. 4). De consonantibus duplicatis quid statuerit non diserte traditur. Ab Ritschelio discedens M. putat simplices ei pro geminatis placuisse; cuius rei multa documenta in libris scriptis exstare dicit. Quos dum sequitur, hic illic simplicem consonam scribit, alibi vulgarem orthographiam adsciscit. In re dubia codices ubique sequi sane tutissimum est.

Locos colligam. *Decusis* IX. 51 in verbis Varronis restitutum, quod Flor. habet *decuissive* pro *decussis sive*. Ib. 70 M. *crisabit* vel *crusabit*, codd. *cursavit*; sed *crisare* per simpl. *s* non Lucilio est peculiare sed Iuvenali quoque usurpatum VI 322. In vocabulo tam noto atque *possunt* non probabile est, librarios, cum in locum minime obscurum incidissent XII. 2, semel secundum M. religiose *posunt* servare voluisse, cum alibi constanter *possumus*, *possim*, simm. scriberent. Libro XV. 2 *nam arcesit* M. refinxit e *narcesibai*, at, quamvis acute excogitatam, certam tamen emendationem dicere non possumus, quamdiu illud *bai* non explicatum est. Ib. 15 *succusor* ex lectionibus *subcursor*, *succustior*, *succussor*; *rs* et *ss* facillime

Digitized by Google

potuerunt confundi. At reliqua, quamvis mira partim, minus dubitationi obnoxia sunt: XV. 17, *truleus*, 31 *tintinabulum*. In fragmento XXVI. 65, v. 81, quod tribus locis a Nonio affertur, ubique legitur *agere in iaciundo* pro *aggere i. i.*; idem vocabulum XI. 5 in Leid. et Par. (ex mea coll.; tacet Quicherat) scribitur *agerem*. Tantus consensus fortuitus esse non potest, nec credibile est Nonium »agrum" pro »aggere" substituisse. *Colus* pro *collus* (*collum*) est XXVII. 34, semel apud Non. 21. 5 *colus*, semel p. 200. 18, ubi idem fragmentum legitur, *collus* scriptum, VII. 27 *collus*, sed inc. 164 *colo stemtatur* pro *colo sustentatur*. In his demta una consonante quantitas tamen manet illaesa, at si credimus Consentio IX. 1, Lucilius scripsit *cŏrupto*, prima syllaba correpta.

Utique non est cur cum Ritschelio credamus constantiam geminandae consonae Lucilii auctoritati deberi. Nam ut aliter statuamus non permovemur eiusdem praecepto de geminandis consonantibus in verbis compositis, IX. 25:

atque ..... ACCURRERE scribas,
DNE an C non est quod quaeras atque labores

(de priore versu cf. Coni. I. 42). Nam potuit duplicationem compositis adscribere, ceteris non item. Eodem pertinet IX. 16, ubi sine causa verba *hic refert* ex conicetura interponit M. Velius Longus 2224 »est etiam ubi transeat *d* in *l*, — ut est *allegere*. — *Abbitere* etiam quidam geminata B maluerunt et dicere et scribere intermissa D, sed in hoc nullam differentiam putat esse Lucilius", in quibus mutatione non opus est; Lucilius contendebat *nihil interesse abbitere an adbitere scriberes*. Pergit Velius: »qui (L.) ait: *abbitere* (*abbire* libri) multum est D siet an B". Muellerus: — abbitere multum hic refert d siet an b". Sine causa; nam *multum est* natum ex *inultum est*:

–⏑⏑– ABBITERE inultumst D siet an B. [1])

Hoc igitur quomodo scribas impune esse ait, sed utique lit-

1) P. 225 M. impugnat vulg. lectionem apud Velium dicens illi scribendum fuisse: »sed nihil interesse quomodo scribatur putat Lucilius", non quemadmodum nunc fertur: »in hoc nullam differentiam esse putat", maiorem diligentiam requirens quam in tali homine exspectari potest. Miror M. *abbreviare* ex *ab* et *brevis*, et *multam differentiam* pro *magnam* probare. Nec facile credam Plautum *abbitat* pronuntiasse (Rud. 777); ferendum est illud *abitat* (libri *habitat*), sed analogia poscebat *asbitat* ut *aspellere*, *asportare*.

Digitized by Google

teram *d* non suppressit et per assimilationem *abbitere* scribi posse significavit. Neque ab hac norma abisse Lucilium crediderim. Nam *ogannis*, *redere*, quae ei tribuit M, pro *oggannis*, *reddere* non probanda videntur propter auctoritatem librorum duobus locis corruptis. Prior est VII. 29

eodem
pacto li oganni!

Sic M.; sed Nonius 450. 10, de verbo *gannire* agens: »eodem *pactolo gannis*" vel *pacto logannis*, i. e.

eodem
pacto olli oggannis.

Nam Lucilium *olle* non usurpasse, cum *ollim* inc. 152 secundum M. usurpaverit, et Vergilius *olli*, sane demonstrari non potest. Alter locus est XXIX. 83: »primum Chrysi cum negat se gnatam . . . *redere*", ut nunc haec sunt emendata, sed apud Non. 171. 4 legitur »primam crisicum negat signatam *redire*", Leid. et Harl. *redere*. Quae auctoritas non satis gravis esse videtur ut Lucilio contra rationem illam formam adscribamus. Scribere potuit aut *obgannis* aut *oggannis*, non vero *ogannis*. In *agger* (*ager*) facile eum compositionis ratio (*ad gero*) fugere potuit. Alibi constanter invenimus *reddere* item *suggerere*. Ceterum quis spondeat in praepositionibus assimilandis semper sibi Lucilium constitisse? *Alatus* a verbo *affero* scribere non potuit, sed eum semper *adlatus*, numquam vero *allatus* dedisse aut contra semper *allatus* et simm. praetulisse non certe constat. Nos grammatici facile credimus alios quoque in istius modi minutiis observandis fuisse diligentes; at Lucilii verba »non est quod quaeras atque labores" et »inultumst", quae iocularem quandam habent levitatem, contrarium ut statuamus suadent.

Recipienti autem *āger*, *colus* non erat in his subsistendum, Y post Lucilium demum usurpatum novimus. Iam vero in multis Graecis vocabulis librorum corruptelae non ab initio y scriptam fuisse docent. *Cotus* XVI. 7 omnes probant. Cf. porro IX. 71 *calamides* = *chlamydes*, XXIX. 83 *crisicum* = *chrysi cum*, XXIX. 85 *gemnasio* [1]), XXVIII. 40 *hiatrus* = *cya-*

1) Cf. *geminastica* Bamb. 486. 31, Ribb. Com. ad Naev. 58.

Digitized by Google

thus (alii = *haustus*), XVI. 10 *Lisippi* = *Lysippi*, XXVI. 69 *misteria*, XXX. 40 *ixiodontes* = *oxyodontes* (cf. Coni II. 18), XV. 24 *saxiro fenix* = *ac Syrophoenix*. Haec si in deterioribus MSS legerentur, nihil morarer; sed sunt in omnibus. Quodsi ineptum videatur *u* pro y admittere, quaero quo tandem iure *verosus*, et *verginis*, *vellosus* et *vescosus* locum suum apud M. invenerint, quo *seice* = *sic* (XV. 27). Lucilii aetate nondum »consonis adspirasse" iure meritoque contendit M. et quaedam supra posita ostendunt, scribit tamen *Phacelinae*, *pulcher* [1]), *charta*, *acharnae* alia, etsi libri aspirationem partim omittant. (Bern. *cartis* Leid. *carthis* XXX. 13). Sed rursus relinquit *Gnato*, *muco* (i. e. *μυχῷ* XXX. 48), *Viriato*, *Iugurtini*. *Campippi* verum putat inc. 82 (cf. ann.), vocabulum inverso ordine compositum pro *hippocampi*. Dixeram Coni. II. 32 Lucilium Graecae consuetudini obsequentem, ex qua composita in ἵππος exeuntia careant aspiratione, fortasse dedisse illud *campippelephantocamelus*. Ea ratio parum idonea Muellero videtur, oblito nominum Ἀλκίππη, Ἄντιππος, Ἀρίστιππος, Γλαύκιππος, Δέρκιππος, Κράτιππος, Λεύκιππος, Νίκιππος. Quam normam si secutus est Lucilius, nihil hic referebat scire, utrum aspiratam admiserint omnino Lucilii aequales nec ne. Propter consuetudinem Latinam non debebat Muellerus scribere *campippus*, nisi etiam *Rodum* praeferret et *efebum* vel *epebum* et *entymema* vel *entumema*. Omnino est in genere hoc iactatio quaedam eruditionis et consectatio novitatis, quae imperitorum oculos praestringat, summopere fugienda. At si talia: *Crusis*, *Phrune*, *phusici*, *Summachus* reiiciuntur [2]), non video quae venia parata

1) Grammatici veteres tria vocubula in latino sermone gutturalem aspiratam habere dicunt: *pulcher*, *orchus*, *lurcho*. Schneider Gr. I. 206. Sed *pulcer* maiores dixisse testatur Cicero Or. 48, 160, et Varro ap. Char. p. 73. 17 (Wilmans p. 184) idque etiam contra libros Plauto et Terentio redditum, cf. Most. 289, Ter. Eun. 296 (Umpfenbach *pulchram*). Apud Lucr. veluti V. 1234 *pulcher*. In nummo a. U. 650 exstat PULCHER secundum Rambach, Latein. Orthogr. p. 287, sed hoc utique Lucilio recentius. Ceterum *acarnae* est in libris I. 35 Gell. X. 20. 4.

2) Codd. partim aut omnes *Frine*, *fisici*, *Simmachus* VII. 11, XXVI. 24, III. 65. Possit etiam quaeri num *Frune*, *fisici* olim scriptum fuerit; nam quamvis *f* latina non vicaria sit Graecae φ, tamen antiquitus φ in *f* transiit, ut in *fagus*, *fugio*, simm.

Digitized by Google

sit illis: *āger*, *redere*, *colus*, *elovit* pro *elavit* aut *eluit* (XXVI. 61, si haec vera lectio est, de quo infra; codd. *elevit*), *elovies* pro *eluvies* (codd. uno loco *elevies*, altero *eluvies* ib. 59), *ili* pro *illi* XXVII. 20 et 35, *li* pro eodem (iam olim a M. commendatum, sed non magis probandum quam si *ese* aut *se* pro *ĕsse* scribas), *philosophus* et *atomus* in accusativo plurali XXVIII. 12 et 15 (ubi in *philosophus*, *atomus* agnosco transscriptiones Graecorum *φιλοσόφους*, *ἀτόμους*), *insimilas*, part. praes. = *insimilans* XXX. 29 [1]), quae non minus sunt a vulgari ratione aliena. »Nec vero", inquit Muell. p. XLII, »tota Lucilii salus in *u*, *ei*, *ec* pro y, *i*, *ex* restituendis vel similibus versatur minutiis". Sed non magis versatur in illis quae M. cupide ex MSS. repetit. Si quis ex verbis allatis editorem parvi facere tales quaestiones orthographicas existimaret, falleretur; nam saepius moratur in his, ubi graviora poterant offerri, et ubi ipse Lucilium emendat, solet nullo cum emolumento *ei* illud sedulo adhibere.

Miratur M. p. 219 fuisse qui de dativo in *e* breve dubitarent. Equidem facile feram me commisisse quod mihi cum Ritschelio commune est. Tamen non verebor fateri, me post ea quae scripsi Coni. I. p. 36 ad aliam sententiam perductum esse, potissimum argumento l. XXX. 13:

et virtute tuae et claris conducere chartis

ubi Nonius, 274. 20 *tua*, in quo *tuae* agnoscebam (sequitur *e*). Idem Muellerus. Quare nunc non dubito quin VII. 24 »esuriente leoni ex ore exculpere praedam" recte scribatur, et *pectore* VIII. 5 sit dativus, itemque *corpore* XXVIII. 53. Reliqua sunt dubia aut reiicienda, ut I. 5 »vellem adfuissemus priore Concilio", leg. *priori*; III. 46:

-⏑⏑ et spatium curando corpore honestum
sumemus,

non apparet *e* breve esse. Obiter corrigamus *onusto* pro *honestum*, nam *spatium honestum* tam insolenter dicitur quam recte *corpus onustum*. Fortasse Lucilius *honusto* dedit, quod Gellius II. 3.3 formam vetustam appellat. — Inficetum est quod legitur XXVIII. 35

pulmentas sene vis atque anu subducere.

1) Similia videsis apud Ritschl. Opusc. II. p. 785.

Digitized by Google

Sed libri Non. 206. 25 habent: *fulmentas eneis* (*aeneis* G, L. m. 2, Harl. m. 2; *eis* Harl. m. 1.) *atque aeneis*. Cf. Plaut. Trin. 720: »fulmentas iubeam suppingi soccis". Id. Bacch. 332: »quine auro soccis habent suppactum solum". Plin. XXXIII. 14: »aureis clavis suffigere crepidas". Casaubonus: *subcudere*. Locus lacunosus, sed non de sene sermo est. Praeterea dativus in *ĕ* est IV. 45: »portant ingentes munere pisces", de quo olim aliter constitui. At non sunt dativi in his, V. 2, a Muellero sic scriptis:

si tam corpu' loco validum ac regione mearet,
scriptoris quam vera meat sententia cordi,

(libri *maneret*, *manet*) quae contorte M. explicat: »apparet, inquit, dativos esse illa *loco*, *regione*, *cordi*. — Dicit Lucilius se valetudine impediri ne amicum aliter quam per epistulam salutet". Itaque *scriptor* diceretur is qui forte fortuna epistolam aliquam scribit. Id Latinum esse nego. Et *regioni* (*regione*) *meare* dicetur pro in regionem meare. Haec aut non intellego aut sunt imperitissime scripta. Immo nihil mutandum est; scrib. *maneret*, *manet*, sed distinguendum est post *scriptoris*; sententia: si ipse scriptor non magis senesceret quam sententia animo concepta; haec iuvenili semper vigore gaudet et *sedet* animo. (Sen. Epist. 2: »certis ingeniis immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat"). *Cordi* est locativus, qui mansit in »est mihi cordi", quod vulgo male componitur cum: est mihi laetitiae, dolori, rell., in quibus dativus effectum significat.

Sunt igitur quatuor omnino loci quibus dativus in *ĕ* invenitur, atque in his unus qui omnem aliam explicationem aut emendationem non admittat. Tamen cum tot et tales esse dicat M. ut incredibile sit quemquam dubitasse, ut mihi quidem videtur, exaggeratione utitur. Alibi vero in oppugnando adversario, volo p. 205, aperte falsa dicit, contendens (ad fr. 27): »quod fuere qui dicerent solitos in cdd. Nonianis numeros notis exprimi non litteris, eos fefellit sententia. — tertius fluctus *τριχυμία*". Postrema a me sumsit, in reliquis mihi obloquitur Coni. I, 16. Non puto me a vero aberraturum si dixerim ex quinquaginta locis vix unum reperiri, in quo numerus litteris, non notis, significetur. Inde perpetua illa confusio inter

Digitized by Google

XXVIII et XXIIIJ (ut vulgo notatur), inter XVIII et XXVIII et similia. Id ignorasse non potest M., sed studio obloquendi non in tempore recordatus est.

At nolo pluribus eius generis afferendis taedium lectori facere; transibo igitur ad singulorum fragmentorum tractationem, si prius de duabus rebus, quae ad universa pertinent, paucis dixero, de vocabulis graecis et asyndeto apud Lucilium. Graeca vocabula ab eo Graecis litteris saepius scripta esse docent codices, modo ipsa peregrina elementa praebentes, modo Latinas litteras Graecis permixtas, ut *κεινοpodas* (= *clinopodas*) *apopititus apΘpiticus* pro APΘPITIKOC, *praeutacton* pro *παρεκτατόν*. In his librarii pro R P (P graeco P latinum), pro TH O (Θ O), pro C U (K *u*) in minuscula scriptura illi satis simile posuerunt. Porro X pro CH (X latinum pro *χ* Graeco) substituerunt ut V. 13 (Gell. XVIII. 8) *atexnon*, pro *ἄτεχνον*, VI. 17 (Non. 21. 18) Harl. *anxarius* = *ancharius*, in reliquis *ancarius*. Si librarii, ut apparet, Latina pro Graecis inferserunt, consentaneum est credere hic illic Graeca restituenda esse, ubi quaedam »transscriptionis" sunt in codd. vestigia. Apud Varronem VII. 47, inc. 177: »qui (M. *quei*, eleganter) thunno (sic malim, v. *thynno*) capto cobium excludunt foras" libri habent »corium"; nempe Graeca P et B confusa sunt; scriptum fuisse videtur: *κωβιόν cludunt*. In verbis »eidola atque atomos vincere Epicuri volam" XXVIII. 15, Nonii 478. 28, libri habent *atomus* (*acomus*), i. e. *ἀτόμους* (*ου* = u), et similiter ib. 12 *φιλοσόφους* latinis litteris *philosophus* a librariis scriptum peperit *severus philosophus* pro *severos φιλοσόφους*. Scilicet pro aliis quoque vocabulis usu satis tritis graeca dedit ut *σοφός*, *λέξις*, *θαῦμα*. Vix credibile est Lucilium comparativum Graecum Latinis litteris scripsisse *ῥητορικώτερος*; quamquam codd. Ciceronis de or. III. 63, 171 habent omnes; ib. paulo ante in verbis Lucilii *lexeis* scripsit Cicero pro eo, quod ipse L. sine dubio dedit *λέξεις*. Aliis autem locis quin in transscribendis vocabulis usum Comicorum sit secutus dubium non est, et apparet ex XXVIII. 14: »Polemonem ut amavit, artem (libri *mortem*) huic transmisit suam, *Scolen* quam dicunt" Libri *scotlem*. Si L. *σχολήν* dedisset, librarii *scholen* fecissent aut aliud quodvis; Lucilii aetate pro aspirato *χ* substituebant *c*. Cf. Coni. II. 23, 62, 27. Atque haec quidem

Digitized by Google

saepe minoris sunt momenti; nam ubi ad lectionem constituendam non conducunt, parum refert utrum Graecae an Latinae scribantur litterae. In eo maior diligentia adhibenda est, ut ne Graecis hominibus inaudita Romanis adscribas. Nam quamvis Graeca non semper optimae notae essent, quae Latinis adspergerent Romani, et quaedam Graeca vocabula ab iis susque deque habita sint (*schema*, *ae*, *prothyme*, all.), tamen non erat admittendus accusativus Τυρών *a* Τυρώ XVII. 3, nec novum vocabulum *πάναιθος* Lucilio obtrudendum, quod nimirum significet *splendidum* XI. 16 (»crassi pater huiu' Panaeti" conieceram coni. II. 59). Libro XX. 4 scripsit M.:

pulmentaria et intubus aut aliqua id genus herba
et ius menarum bene habet, sei myctyris haec est.

In annot.: »*myctiris ἀπὸ τοῦ μύσσειν* [sic]; quamquam aliud huius vocabuli exemplum non fuit paratum". Non miror; *μύσσειν* in *ἀπομύσσειν* est *abstergere*; sed voluit, opinor, *μύζειν*, unde *μυκτήρ*, *μυκτηρίζειν*, *μυχθίζειν*, *ἀπομυκτίζειν*, *naso suspendere adunco*. Adiectivum *μυκτυρίς* vel *μυκτιρις* = *aversanda* nec exstitit, nec exstare potest. Explicat: »si hunc cibum vilem putatis." (cf. Coni. II. 53). *Masticias* i. e. *μαστιγίας* XXVI. 64 et *maco* pro *mango* XXVII. 28 eo minus ferenda sunt quod C et G frequenter commutantur ut RECUM pro REGUM, CONCERAE pro CONGERAE. *Charti* (*carti*) XXVII. 46 corruptum puto ex *cartae*, *χάρτης*, ut est in lemmate Nonii 196. 17: *ubi nunc Socratici chartae;* librarii superiore illo *Socratici* in errorem inducti sunt.

»Frequentem asyndetis" Lucilium dicit M. »ut omnes priscos poetas Latinos" p. 202 ad III. 2 ut defendat:..... »Regina videbis Moenia, tum Liparas, Phacelinae templa Dianae", alii *Ph. et t.* statuentes *et* inter E et T excidisse. Sed non demonstrat quod erat demonstrandum, in enumeratione *post particulam* TUM *duo* membra poni sine coniunctione. Idem ad III. 28: »nam mel regionibus illis incrustatu' calix, rutai caulis habetur" asyndeton, inquit, elegantissimum. Ad hanc elegantiam percipiendam meus sensus torpet. *Ferri* possit asyndeton, si locus sic recte scriptus sit, quod tamen nego. Nihil video in asyndetis peculiare apud Lucilium; nam quod in concitatiore sermone pluriumque enumeratione copula omittitur (»arma-

Digitized by Google

menta tamen, malum, vela omnia servo", »custodes classis, catapulta, tela, sarisas", »tristes, difficiles sumus, fastidimus honorum", »altas, frontibus immissas") aut synonymorum copulatione (»lustratus piatus") non sane mirum est. Vellem igitur sententiam diligentius explicasset M. Nunc animadverto, M. subinde copulam reliquisse, ubi abesse malis, ipsumque sustulisse asyndeton, ut XXVII 23:

illo oculi dedúcunt ipsi [atque] ánimum spes illúc rapit,

ubi hiatus in caesura elegantior quam *atque*; repetitum illud *illo, illue* paene postulat asyndeton; porro XXX. 107

–⏑⏑–⏑⏑– sperans aetatem in eandem
haec proferre potesse et mansum ex ore daturum.

ubi *et* contra codd. metri causa inseruit. Sed scribe:

sperans aetatem *me* eadem haec proferre potesse,
mansum ex ore daturum,

libri: *aetatem eandem*, cf. Coni. II. 11. Denique inc. 31:

χαῖρε, inquam, Tite! lictores, turma omni' cohorsque
χαίρετε, *et* hinc hostis mi Albucius, hinc inimicus.

ubi *et* admodum friget. Sed pluralis *χαίρετε* quoque minus aptus; M. videtur *lictores, turma, cohors* pro vocativis habuisse, sed festive, ut Scaevola salutavit, omnes qui eum comitantur, idem pronuntiant. Contra *ac*, ubi omisit M., tueor XXX. 53:

serus cum e medio ac ludo bene potu' recessit,

nam qui e medio ludo recedit, non sero recedit; ex oculis et ludo recessit.

In singulis fragmentis tractandis ordinem sequar a M. institutum.

Libro I fr. 16 vs. 18:

»infamam veitam turpemque odisse popinam"

codd.: *infamam honestam t.* Si a litterarum ductibus receditur, multa alia possunt excogitari; sin minus, nihil propius accedit quam: infam*em fam*am. Cf. Coni. I. 6., *βίος ἀβίωτος*, *iustum ius*, Liv. XXI. 3 et simm. Adiectivi *infamis*, cuius tam frequens usus est, non probabile est exstitisse formam, cuius nullum usquam exstet vestigium (*infamus*, sic M.).

27 v. 32: »inritata canes quam homo quam planiu' dicit" i. e. (littera) quam canes pl. d. quam homo, admodum intricata constructione. *Quam* vitio bis positum, cuius rei alia exempla vi-

Digitized by Google

desis Coni. II. p. 96. Littera canina excidit post *canes*. In *canesr quam* si librarii, locum non intellegentes, R non omisissent, magis mirandum foret, quam si oblitterassent. Tum »inritata canes R *quamde* homo p. d." conieci Coni. I. 6. *Quamde* usurparunt non tantum Ennius et Naevius, sed etiam post Lucilium Lucretius I. 640: »quamde gravis inter Graios".

II. 12, 20. Monogrammos cum sit is, qui non habet nisi umbram hominis et quasi spectrum, nimium est si macilentus homo monogrammo *vix* similis esse dicatur; non est huic similis, sed ipse monogrammos. Itaque pro

–⏑⏑–⏑⏑– vix vivo homini ac monogrammo

scribendum: monogrammoe. Sequitur apud Nonium ET p. 37. 15. Sententia plena talis fuit:

–⏑⏑– *similes* vix vivo homini ac monogrammoe.

Locum 14, 22 sic constituit M.:

–⏑⏑– quaeso nunc Aemilium atque precando
exigo et excanto ⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑

Hoc loco, ut saepius, interpretationem desideramus. »Quaeso Aemilium" estne: *amissum quaero*, an *rogo A.*? Posterius hoc velle videtur, cum aliam proponat coniecturam: *quaeque rogo*. At hoc nimis recedit a tradita lectione *quae ego*. Porro mutato illo *quae*, privavit verba *exigo* et *excanto* obiecto. In libris est (Non. 102. 7):

quae ego nunc Aemilio praecanto atque
exigo et excanto.

Excantare est cantando extorquere, obtinere. Sententia nullam poscebat mutationem. Vides hexametri restituendi conamen quam molestum fuerit. Ego non dubito, si libri numerus praepositus non fuisset, quin omnes in his:

Quae égo nunc Aemilió praecánto

initium septenarii troch. agnovissent. Nunc propter illam notam (II) quatuor mutantur vocabula. Si trochaico metro haec aptantur, tantum ordo postremorum vocabulorum est immutandus »átque excanto et éxigo", quod etiam ad sententiam melius est, nam facilius *exigo* illam constructionem (*alicui aliquid*) admittet praegresso *excanto*, cum quo in unam coalescit notionem, quam si scribatur *exigo et excanto*. Exigimus enim

Digitized by Google

aliquid *ab aliquo*, non *alicui*. Omnino talia non erant in textum admittenda.

16, 25. »Quid dicis? cur est factum, quod coicis istuc?" M. *coicere* idem esse existimat quod proicere. Ita *coicere* non usurpatur, nisi addito loco in quem quid proiicitur. Vel hanc ob causam probanda erat emendatio Scaligeri *quo*. Significat *coicere* furto abscondere; possit etiam: in quam partem interpretaris? Proximo fragmento beamur novo vocabulo Graeco: *chirodyti*, quamquam hic honor debetur Gerlachio, qui *χειροδύται* dedit. Sed velim scire quid significet aut adeo significare possit.

III. 13, 20 »Ad portum mille a portast; sex inde Salernum". Spatia maritima cum Romani per stadia, non per miliaria metiantur (id quod vix operae pretium est animadvertere, cf. tamen Hultsch, Metrol. p. 67, n. 7), apparet de terrestri itinere Salernum suscepto agi; non igitur a porta alterius urbis, quaecumque illa fuit, ad portum, deinde Salernum proficiscuntur, sed a *portu*, ubi appulerant, in urbem. Itaque cum codd. Gellii I. 16. 1 et Macrobii, I. 5. 6 *ad portam*, porro *a portust* scribendum.

31, 41. Armamenta tamen, malum, velum, omnia servo;
Funis enim praecisu' cito atque anquina soluta.

Non *omnia* servant, sed *omnia vela*, nam ancoram amittunt fune praeciso. *Vela omnia* legendum. Libri *vel*.

35, 48 –⏑⏑–⏑⏑– scindunt hi ligna bipenne.

Libri (Charis. 55): *student h. l. videre* (Neap. *videte*). Lego:
student bi ligna viere,

i. e. ligna in fasces colligare. Varro L. L. V. 62 M. »(corona) ipsa a vinctura dicitur *vieri* id est vinciri, a quo est in Sota Enni (Vahlen p. 164): ibant malaci viere Veneriam corollam" Inde vimina, Festus p. 375.

IV. 16, 29. Nonius 206. 23: »fulmentum — feminino Luc. .... et lib. IV: sucit huic fuldum, fulmentas quattuor addit." *Subicit* Salmasius. *Fulcum* Harl. a manu 2., unde *fulcrum* (Bouterweck, p. 20) haberet aliquam speciem, si id a fulmentis distingui posset. Verum esse videtur *fundum*. *Fuldum* exstitisse videtur ex assimilatione quadam cum proximo »*ful*mentas", cuius primas litteras librarii animo iam et calamo praeceperant.

Digitized by Google

Sermo est de armario. Cic. Cluent. 64, 179: »armarii fundum exsecuit." »Soldum" M. nescio qua sententia.

22, 38 ita apud M. legitur:

Quodsin ulla potest mulier tam corpore duro
Esse, tamen tenero manat quoi sucu' lacerto,
Ei manus ubertim lactanti in sumine sidat.

»Iam, inquit, emendationem loci a plerisque et ab ipso »Lachmanno [et ab ipso Muellero Jahn's Jahrb. 1867, p. 493] »frustra temptati, mutatione vix ulla facta perfecimus. — »demonstrat Lucilius manifesto, quales in concubitu se gerere »debeant meretrices, de qua re multis Ovidius in fine artis »amatoriae. dicit igitur puellas eas, quae cum non ipsae senti»ant gaudia Veneris opus motu adiuvare non possint, certe »debere habitu corporis placere." Itaque comprimit haec meretrix pectus, mammam, ut manus tegatur (*sidat*) lactanti sumine? Et hic habitus est, qui placere possit? Hicine est *sensus communis* ille, quem iactat M. ad v. 6.? Quid *sucus lacerto manans*? Hic mollissimus scopulus infamis est multorum naufragiis, quae nunc uno aucta sunt. Si quis velit periclitari, sciat libros habere *si nulla — manatque sucus — et m. uberi l.* — Ceterum cf. Coni. I. 23.

Fragmento proximo: »adsequitur neque opinantem, in caput »insilit ipsum Conmanducatur totum complexu' comestque" nulla causa est quare ex coni. scribatur *complexu'*, cum libri Nonii p. 81 *complexa* dent, et subiectum optime Manduca aut sim. quid esse possit. Inficeta est explicatio M., qui de amico amicum amplectente, et »blanditiis paene enecante" agi statuit.

V. 6. Hoc nobile fragmentum (»Quo me habeam pacto" —) M. scribit ut antea ab eo constitutum erat. Re iterum considerata non inveni, cur a sententia Coni. I. 25. proposita recedendum esse videatur. Vs. 6. apud M. usus *τῶν ὁμοιοπτώτων nolueris* et *debueris* dicitur ex Scaligeri mutatione *τεχνίον Eisocratium*, ut *τ.* sit parvum artis specimen, parvum artificium; at sic *τεχνίον* numquam usurpatur; de rhetore dictum *τ.* significaret parvam artis rhetoricae expositionem. Libri: *alexnon*. Ad assimilationem, quae est in vocabulo hybridico *sum-μειρακιῶδες* cf. Plaut. Pers. 450. *sum manus*.

Digitized by Google

In eiusdem libri fragmentis 9 et 15 explicandis nimium artificium adhibet M. Prius:

deficit alma Ceres nec plebes pani' potitur

explicat de convivis; alterum:

lippus edenda acri assiduo cepariu' cepa

de nimio ceparum et talarum usu, quo convivae ad lacrimas coacti fuerint, plane ut solerent ceparii. Sed proverbium est dictum in eos, qui de molestiis muneris conqueruntur.

19, 28. In his versibus:

Sicut cum primos ficos propola recentis

Protulit et pretio ingenti dad primitu' paucos

ut omittam illud *dad*, quod si probemus, parum abest quin *dicid*, *edid*, simm. scribamus, inepta *κιναχολατρείᾳ* ducti et »venerandos" libros, qualis est Leid., adorantes — sed ut hoc mittam, *ficus* de fructu arboris fici masculino genere usurpatur, quod nusquam, quod sciam, alibi. Sed *primos* est uno tantum loco Nonii 154. 24, altero 281. 16 *primus*; recte Scaliger *primus*. Aliis accedentibus institoribus iacent pretia. Iam altero versu *paucas* legendum; nisi vero *grossi* vocabulum masc. velit quis ex omisso *fici* vocabulo interpretari, et inde argumentum pro masc. gen. petere. Sed multo probabilius est exitum *-os* in *ficos* mutandi *paucas* ansam dedisse. *Ficus* 2e decl. habet et fem. gen. Lucilius fragmento superiore et proximo: »fici comeduntur" et »asse duas ficos." — Ad lectionem Leid. p. 154 *propula* cf. Cic. Pis. c. 27, ubi in antiquo Vaticano et deterioribus libris est *propula*.

23, 33. »Longus mixtarius" minus commode dicitur, quemadmodum improbandum esset: longum poculum. Itaque non acquiescendum videtur in lectione:

Urceus aut longus gemina mixtarius aure.

Libri Non. 546. 29: *longe gemino m. paulo*, in quibus *longe* manifesto errore assimilatum est proximo »gemino". Adiectivum *longus* potest tantummodo iungi cum postremo vocabulo, quod quale fuerit incertum; sed si cum *longus* iungendum, *auris* fuisse non potest. Malim *trula*, qua ni mirum vinum miscetur et in pocula funditur. Tum *geminus* scribendum, nempe: geminus urceo, compar. Scripserim igitur:

Urceus aut longa geminus mixtariu' trula.

Digitized by Google

»Longa geminus mixtarius ansa" ed. 1526 et Iunius.

Verbo dixisse sufficiat me »per commissuras rimarum nocti' nigrore" (fr. 28) etiamnunc intellegere ut olim (Coni. I. 26), et persistere in coniectura: »verum unum *cecinisse* tamen seni' Tiresiai aequalem" pro *cecidisse* (fr. 31). Haec postrema si de comissatore aliquo sene intellegenda sunt, non video quid Tiresias cum his commune habeat.

37, 53. Acute M.:

–⏑⏑–⏑⏑ hic solus vigilavit, opinor,

et cum *haud mu* visus facere est, tum retia nexit,

pro: *et cum id mihi v.* Assentirer, si illa *visus est* abessent; sed dubitationi nullus locus est; audimus utrum aliquis mutiat nec ne. Conieceram *cum id minime.*

12, 15. Nonius 137. 22: »musimones asini, muli, aut equi »breves. Lucilius lib. VI: »pretium emit qui vendit equum »»musimonem". Cato de Letorio [*de L. Veturio*, Jordan, Cat. »rell. p. 49]: »asinum aut musimonem aut arietem." Μούσμων Straboni V. 225 med., *musmo* Plinio VIII. 75 animal est ovi simile, sed villis, non lana vestitum, in Hispania et maxime in Corsica inventum, non equus. Itaque vereor ne Nonius duo vocabula confuderit, prava lectione inductus. Nempe alterum vocabulum exstitisse videtur *musino*, i. e. tardus. Plin. Praef. med.: »dum ista musinamur, ut ait M. Varro, pluribus horis vivimus" (sic Sillig recte). Illud *musino -onis* comparari potest cum *lurco*, *trico*, aliis apud Lucilium. Quae si vera sunt, scribendum *musinonem*. Ipsum fragmentum sic scripsit M.:

–⏑⏑ praedium emit qui vendit ecum musimonem?

Non apparet quid commune sit equo musimoni cum praedio. Libri *praetium* (*pretium*). Metro consulturus Bouterweck.: »emit pretium". Sed »*emere* pretium" nimis abnorme. Fortasse: *pretium meruit* (*memit* et *meruit* vix diversa). Ita ad versus integritatem

– pretium meruit qui vendit ecum musinonem

una deest syllaba, nim. *bis*. In pravo equo vendendo si quid insumas, lucrum est. »Quaestus est quod sumitur", ut ait Plautus Mil. 674.

13, 16 »Haec inquam rudet e rostris" si cum M. interpretamur ut *haec* sit subiectum, *e rostris* (pro: *rostris* = *ore*) mi-

Digitized by Google

nus Latinum est. Nec de uno homine pluralis *rostra* usurpatur, quasi Graece viro καλλιπρώρῳ plures πρῴρας adscribas. Lucilius V. 49: »designati rostrum praetoris". IX. 74: »rostrum labi»asque huic Zopyriatim percutio". Quare *haec* cum Heusdio neutro genere positum putavi, rostra de suggestu intellegens. Facile fuerit sane *e* omittere (*rūdet* cf Pers. III. 9); sed primum consensus Varronis et Nonii, qui h. l. non ex Varrone hausit (alterum enim versum solus habet) in voc. *e* (Varro *ex*) vix fortuitus esse potest, ut omittam iam, parum probabile esse haec de femina dici cum de animali quodam agi non possit propter Varronis verba: »multa ab animalium vocibus trans»lata *in homines*." Quare *concursans* in sqq. »atque eiulitabit »concursans veluti ancarius" cum *ancarius* erit iungendum. Iam apparet comparationem institui inter oratorem qui furibundus ex suggestu opprobria eiaculatur, et Parthum quendam equitem ex equo sagittas emittente. Vide num Lucilius scripserit *eiaculabit*. Aliquid in superioribus fuisse probabile est quod certaminis notionem suggereret. Form. activam habet Gellius XVI. 19. Itaque quaerendum restat, quid sibi velit illud *ancarius*. Fortasse Lucilius primum quodque nomen equitis Persici quod occurrebat posuit, non memor angarios equis quidem vehi sed non pugnare solitos esse. Quantitas penultimae syllabae (ἀγγαρήιοι sunt apud Herodotum VIII. 98. et ita necessario ab ἄγγαρος) non magno impedimento est. Lectio codicis Harl. *anxarius* ducit ad *ancharius*, nam sic V. 13. libri *alexnon* pro ἄτεχνον; sed eo nihil proficimus, nam Ἀγχάρης est sane nomen Persicum, at viri, non populi. Ceterum cf. Eup. ap. Schol. Arist. Av. 1297 (Mein. II. 511): Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ Τοῖς κυνιδίοισι τοῖσιν ἐπὶ τῶν τειχίων· Ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων.

26, 40. Porph. ad Hor. Sat. I. 9. 77: »Lucilius in sexto satura»rum: ut discrepet ac τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων i. quem rapuit »Apollo, fiat ergo." Postrema *fiat ergo* non possunt Lucilio adscribi; ex iis M. *fiat* retraxit, scilicet in φύγε mutatum, post *ut*: »ut φύγε discrepat ac τ. δ. ἐ. Ἀ. »quod nec probabile est nec perspicuum. Num in *discrepet* (Guelf. *discrepat* 1ª m.) latet *discerpat*? Aliquis prope accedit,

ut discerpat *eum*, τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων.

Digitized by Google

VII. 15, 20. Ulciscitur vir uxorem suam, caudam salacem demetens testa Samia, et secundum M. feminae sui concubitus appetenti occlamat *ἀπειρόκαλε*. In explicatione: »*inhonesta*, ad uxorem conversus ait". Porro magnifica quaedam legimus verba, sed nihil quod rem satis declaret. Nihilo hoc melius est quam Lachmanni inventum. Si *τὰ καλὰ, ὧν οὐ πειρᾶται* uxor illa, aliter explicasset, leporis quaedam certe inesset species; sed cum *inhonesta* substituat, frustra, opinor, sperat fore ut »vix futurus sit, qui hoc vocabulum ad sententiam aptissimum neget." An vero ita mansuetus erat vir, ut fortius vocabulum imprecandi non succurreret? »Et proxime idem »abesse a codd. corruptelis fatebuntur qui norint quibus potis»simum modis Graecae litterae a Latinis librariis soleant inverti." Satis pro auctoritate! Itaque qui non assentietur, nesciet? Huic periculo me exponam. Codd. habent *anunotelo*. Ex ΑΠΕΙΡΟΚΑΛΕ illud vix potuit existere. Litteras Ε, Α, Λ, Ι, Π recte fere intellexerunt librarii (cf. supra XXIX. 16 et 56). Sed pro ρ substituunt p, pro K aut u, aut H (cf. Non. p. 518). Itaque inde oriri potest *apeipouale* vel — *eale*. In quo nihil paene cum *anunotelo* convenit.

VIII. 14 (Non. 84. 10):

Hiberam insulam fomento omnicolore colustra.

Non oportet hic quaerere illud, quod nemo praestare potest, certam emendationem. Locus enim Nonii admodum corruptus est et perturbatus. Is sic se habet:

»Colustra lacc honere vinmi mammis. Lucilius lib. VIII: Hiberam insulam fomento omnicolore colustra. Laverius in Virgine siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte."

In postremis perturbata esse et mixta Laberii et Naevii fragmenta, vidit Ribbeck. Cf. eius fragm. Naev. 47 et Laberii 95. Nempe Naevii verba *aquam creterris sumere ex fonte* aliunde nota sunt. Ea hic leguntur, *creterris* in *terris* corrupto et loco moto. Apparet igitur non tantum Naevii nomen sed etiam lemma excidisse, hoc modo:

»Colustra. Laberius in Virgine: siquidem mea colustra fretus. (Creterra. Naevius in Lycurgo cre)terris [studere fecisset] sumere aquam ex fonte."

Digitized by Google

Iam in superioribus ante Lucilii nomen similiter lemma excidisse videtur; certe ea non ad *colustra* pertinere persuasum habeo. Prima verba (»lacc — mamm.") repono ex emendatione Hauptii:

»Colustra], lac concretum in mammis.

. . . . .] Lucilius lib. VIII: Hiberam insulam fomento omnicolore . . . . .

Colustra.] Laberius in Virgine e. q. s.

Ne hoc quidem spoponderim *colustra* ante Laberii verba recte legi; confunduntur *columna* et *colustra* in primo lemmate ubi Leid. habet *columnam* suprascr. *lustra*. At hoc iam mittendum est. Lucilii exciderit lemma, quod a co inceperit, propter seriem litterarum necessarium est. Itaque *corusca* aut *cŏlustris* (= illustris; cf. *ore cŏrupto* IX. 1) aut *colora* (cf. *odorus* ab *odor*) legi potuit. Primum quidem minus quam reliqua dubitationi est obnoxium. De verbis *H. i. f. o.* non muto sententiam propositam Coniect. II. 71:

Hibera
Infula lomento omnicolore . . .

IX. 8 (Non. 216. 15)

–⏑⏑–⏑⏑– quin ergo, si ostrea ceno,
cognorim fluvium, limum ac caenum sapere ipsum?

Lihri: *quid ego si cerno ostrea cognorit — cenum. Quin ergo* in interrogatione cum prima persona compositum, etiamsi sit Latinum, non facilem habet explicationem. Non maiore cum mutatione et magis perspicue legetur: *quippe ego* sine interrogatione. Ante *sapere* subiectum est *ostrea*. In trium rerum enumeratione tertium membrum saepius apud Luc. per *ac* iungitur, ut VII. 72, XIV. 1, XXIX. 95. *Saperem*, opinor, soloecum esset pro *gustarem*. Reliqua igitur recte constituta. Videat tamen editor ipse, qui ostreas bene novit — nam una vespera vidit aliquem ducentas comedentem et scit ostreas Holsaticas melioris esse saporis quam coniecturas — quomodo defendat fluviatiles; nam vulgo mare sapiunt aut *fundum* maris. Iuven. IV. 141: »Rutupinove edita fundo ostrea."

In fragmento huius libri 40 v. 66:

discere, labora, ne res te *ipsa* ac ratio ipsa refellat

correctionem meam olim factam omissis illis *re* et *ipsa*, quorum alterum ex dittographia natum est (cf. Coni. II. 96), non

Digitized by Google

memorarem, nisi nunc ex editione Quicherati viderem idem Guyeto ex parte placuisse. Hoc genus corruptelae, quod natum est ex vocabulo iniuria bis posito non admittere videtur M., et tamen sunt quaedam minime dubia. Itaque multo maiore cum mutatione scribit:

labora
discere, ne te res ipsa ac ratio ipsa refellat.

Paulo post 47, 77 »scaberat, ut porcus contritis arbori' costis" suspicarer typographi vitium nisi in annotatione crit. diserte *arbori'* pro *arbore* a se repositum diceret M. Itaque costae arboris sunt?

X. 2. Nonius p. 219. 10: »pigror generis masculini. Lucilius »Saturarum lib. IX: »languor obressitque pigror, torporque quie»tis". Pulcre M. ex *quietis*, Par. ant. et G. a pr. m. *quietus*, effecit *vietus*. Sed quod versus initio dedit: »obrepsitque (sic Par.) pigror, languor" maiorem habet mutationem quam necesse erat et pugnat cum lemmate Nonii, qui ex verbis sic scriptis non potuisset efficere *pigror* esse masc. generis. Quare etiam Quicherati coniectura »languorque obrepsit, p. torporque quietis" non satisfacit. Cf. Coni. I. p. 50.

XI. I: conventus pulcher, bracae, saga fulgere, torques
induti magni.

Sic. M.; libri Non p. 227: *torquem datis magni*, (altero loco 506 om. *datis*). »Indutus" sic positum insolitum; utique inutile est si adiective sumitur; sin verum participium est, non aptum; describuntur homines iam ornati, non tum, cum torquem induebantur. Excidisse syllabam etiam metrum indicat. Fort. *caelati* pro *datis*.

13. Non. 276. 22:

Cassiu' Gaius hic operarius, quem Cephalonem
dicimu' sectorem furemque — hunc Tullius inquam
index heredem facit, et damnati alii omnes.

Notabile exemplum neglegentis constructionis, tamen plane Lucilianum. Ingeniosus lusus est viri docti ap. Quicherat. (libri habent: *Tullius quem index*):

hunc Tullius *index*
*inde ex*heredem facit.

Vides enim repeti tantummodo *index* (*inde ex*). Et habet

Digitized by Google

eo commendationem, quod delatores (*indices*) faciunt fere ut causa quis cadat, non ut evadat ex iudicio superior. At non reputavit ille, nunc non recte sequi: »et *damnati* alii omnes." Sed omnino non *index* sed *iudex* scribendum. *Inquam* etiam Quicherat. Ad praenomen postpositum cf. praeter laudata Catull. 10. 30: »Cinna est Gaius, is sibi paravit." Weissenb. ad Liv. I. 56, Cic pro Mil. 3. In *et* nihil est quod offendat, effectum significat = »proinde", »igitur"; neque exemplis indigemus ex Tacito: »senatus consultum atrox et irritum", aliis. Et quoniam quomodo versus penultimus emendetur a nostro iudicio pendet, scribamus:

hunc Tulliu' *nequam*
iudex heredem facit et damnati alii omnes.

Anceps iudicium est de emendandis primis verbis in fr. 16. l. XI (v. 26)

hice stricosu' bovinatorque ore improbu' duro.

Sic Gellius XI. 7. 9.; Nonii libri p. 79. 25 (etiam Harl.) *hic sitricosus*, quare *strigosus* auctoritate commendatur, *tricosus* ad sententiam unice aptum est; cf. Plaut. Pers. 550: »nil mi opust litibus neque tricis". Paulo ante »tricone vadato" XI. 25. *Strigosus*, macilentus, quid commune habeat cum bovinatore non apparet. Colore orationis requiri aliquod ingenii vitium manifestum est. Ex littera c in *stricosus* efficio non *strigosus* ab initio fuisse, nam *stricosus* nusquam testatum est. Contra M. inde efficit, formam exstitisse *stricosus*. Sed praeter sententiam etiam facilis permutatio litterarum c et g eum refellit. Scrib.: »hic tricosus".

XIII. 1. Non. 261. 2: »cernere rursus disponere. Luc. Sat. lib. V: postquam praesidium castris educere crevit. Idem lib. XIII: acribus inter se cum armis confligere cernit."

Vix verbo indiget »alios confligere cerno" pro eo quod est: »aliis confligendum esse decerno (censeo)" a Lucilio dici non potuisse. Legendum est *cernunt*. *Cum*, quod M. = quom interpretatur, ad metrum fulciendum ab imperito librario interpositum aut ex interpretatione *secum* natum puto cum vera lectio oblitterata esset:

acribus inter *sese* armis confligere cernunt (i. e. constituunt.)

Non. »398. 24: Samium est testeum. Luc. Sat. lib. XIII: et

Digitized by Google

non pauperitiae Samio curtoque catino. M. Tullius de re publica lib. III: et non pauper uti oratio, et in lib. VI: Laeli, quam omnes habemus in manibus."

Priore loco Leid.: »*et non pauper*itiae", altero: »pauper *rutio* ratio", corr. in »*utio* ratio". Litterae in cod. ipso subductae sunt ut indicatum.

Illa »et non pauperitiae" et »et non pauper uti" nec Lucilii sunt nec Ciceronis, sed Nonii, locis alienis inserta et corrupta ex *et nota pauperitiae*. Quibus eo unde aberrarunt restitutis haec forma loci existit:

»Samium est testeum et nota pauperitiae. Luc. Sat. lib. XIII: Samio curtoque catino. M. Tullius de re publica lib. III ... et in lib. VI: oratio Laeli, quam omnes habemus in manibus."

Nam *oratio* a loco suo aberrasse in aprico est. Cf. Halm. in Cic. ed. Rep. VI. 2. Itaque pro his:

et non, pauper uti, Samio curtoque catino
habemus:

–⏑⏑–⏑⏑– Samio curtoque catino.

Ib. 6. –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– Nam sumptibu' magnis
extructam ampliter atque ... cum accumbimus mensam.

Post *atque* vocabulum excidisse animadvertit Haupt., Obss. p. 45. Mueller.: *apte*. Malim: *unctam* quod ante illa *cum ad* facile potuit excidere. Idem Quicherato placere postea animadverti.

XIV. 6: Non paucis malle a sapientibus esse probatum
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν!

Nulla causa est cur *ac*, quod pro *a* in codd. est, mutetur, cum constans paene usus postulet *probari alicui*, non *ab aliquo*, et recte dicatur *pauci ac sapientes*, ut ὀλίγοι τε φίλοι τε. In G. et Harl. corr. est *male*, in sequentibus *ac si sapientibus* Par. B et C, Harl. a pr. m., Leid. corr., *ac sasipientibus* Leid. a pr. m., et hoc voluit fortasse corrector Harl.: *ac sa sapientibus* scribens. Obiter animadverto hic quoque alteram manum Harleiani convenire cum prima Leidensis et contra. Illud *si* sic fortasse exstitit:

»non paucis malé ac sapientibus"

i male ad *sapientibus* relatum illud monstrum *sasipientibus* peperit. Itaque legi potest:

Digitized by Google

non paucis malim ac sapientibus esse probatus
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι κεκαθημένοισιν ἀνάσσειν?

Probatum corruptum ut in Accii loco qui praecedit: »probis »probatum potius quam multis forem". Sed nihil assevero; in tantilla enim re quis digladietur?

8. Locum qui sequitur Non. 426. 5: »quin potius vita degat »sedatus quietam quantu antiquius quam facere hoc fecisse vi»dearis" Muellerus sic constituit cum »doctis":

Quin potius vitam degas sedatu' quietam
quam tu antiquiu' quam facere hoc fecisse videris.

Hoc est aenigma proponere. Voluitne: quam tu fecisse videris antiquius (?) quam facere hoc? Praestabat omittere omnem mutationem aut dare quod intellegeretur. Si quis minore cum mutatione tolerabilem sententiam restituat, gaudebo, sed mihi in mentem venit:

quam qua tu antiquius quicquam haud fecisse videris,

i. e. quam illam, qua antiquius nihil habuisse videris (quam omnibus praeferebas). Post *quam* et *quius* exciderunt syllabae his similes *qua* et *quic*.

12. In hoc fragmento

cenam, inquî, nullam neque divo proseciam ullam

apud Non. 220. 17 miror Muellerum non sequi indicium Leidensis, quem ceteroquin tanti facit, sed novam perfecti formam tacito ingerere pro *inquii*. Catullus in hendecasyllabo 10. 27: »deferri »mane", inquii puellae" si haec vera lectio est pro *in quio*, de quo non dubito. Sed conieceram: »inquina nullam" ex Leid. *inquin nullam*. In commentario M.: »Varro, inquit, lib. XI rerum humanarum [apud Non. l.l.] dixit *prosiciem* — idque etiam Lucilio vocabulum perperam restituebat Scaliger." Id mihi non exploratum est. Nam verba primae coniugationis (in reliquis plura sunt) *neco* et *seco* habebant olim *i* in compp. Plaut. Rud. 476: »nempe optimo me iure in vinclis enicet." Curc. 424: »clupeatus elephantum ubi machaera dissicit", ubi legendum *dissicat*, nam librarii hoc verbum confuderunt cum eo quod antiquissimus quisque codex habet *dissicere* male pro *disicere*, ut Verg. Aen. I. 70 »dissice corpora ponto", cf. VII. 339; *dissicietur* Lucr. III. 639 pro *disicietur*. Porro Plaut. Rud. 122: *exicas arundinem* i. e. *ecsicas*:

Digitized by Google

sic Fleckeisen, libri apud Pareum *exsicas*. Varro L. L. V. 110: »*insicia* ab eo quod *insecta* caro". Et sic *subsicivum* pars quaepiam parva desecta, et, convenienter Latino mori propter accentum producta priore, *sica*.

XV. 14, seqq. Fragmentum hoc sic scribit M.:

hunc millei passum qui vicerit atque duobus
Campanus sonipes, succusor nullu'sequetur
maiorei spatio, ac diversu' videbitur ire.

At sententia est: Campanus sonipes succussor (pravus), qui hunc quem descripsi equum celerem per mille passuum aut duo adeo milia cursu superaverit, tamen longiore viae spatio minime aequabit. Ergo distinguendum post *succussor* et *hunc*. *Nullus* est i. q. non vel noenu, ut alibi Luc. (XXX. 23). Non est quod *in* post *maiore* in Gellii libris lectum omittamus. Lucretius II. 78:

inque brevi spatio mutantur saecla animantum
et quasi cursores vitai lampada tradunt.

19. Vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum
conmanducatus conrupit, ad incita adegit.

Verbo *corrumpere* hic nullus locus est, multo minus verbo *corrupere;* prius non patitur sententia, alterum respuit versus. Fortasse: »commanducatur corupit et ad incita adegit." Quod dicunt ὕστερον πρότερον in *commanducatur corupit* non offendit, quoniam alium devorat, alium arripit; de pluribus enim sermo est. *Corupit* prima correpta, ut in »ore corupto" IX. 1, quod diserte testatur Consentius. Nec *it* productum, nec mutatio temporum excusatione egent. *Comanducatur* habet Par. in ipsis Lucilii verbis p. 479. 5.

35. Cum tecumst, quidvis satis est. visuri alieni
sint homines, spiras, pallam, redimicula promit.

Coniunctivum hic non aptum esse docebunt hi loci: Hor. Epist. I. 1. 28: »Non possis oculo quantum", rell. Tib. IV. 1. 113: »Centum fecundos Titan renovaverit annos, Ipse tamen velox celerem super edere corpus Gaudet equum": ubi *si* = etiamsi, de condicione non probabili, sequente negatione. Cic. Verr. III. 4: »Furem aliquem aut rapacem accusaris: vitanda tibi semper erit omnis avaritiae suspitio. Maleficum quempiam adduxeris aut crudelem: cavendum erit semper ne qua

Digitized by Google

in re asperior aut inhumanior fuisse videare", ubi de una quadam opportunitate agitur, non res cogitatur quae quotidie fit. Similiter de Nat. D. I. 22., 59: »roges me, quid aut quale sit deus, auctore utar Simonide", de eo quod paulo post fieri posse significatur. Hor. Sat. II. 6. 39: »Dixeris experiar; si vis, potes, addit et instat". Ib. I. 3. 15: »Decies centena dedisses Huic parco paucis contento, quinque diebus Nil erat in loculis". At de eo quod saepius et vulgo fit, in quo non quaeritur num re vera aliquando accidat: indicativus. Hor. Sat. II. 94; »das aliquid famae — grandes rhombi patinaeque grande ferunt — dedecus". Juven. III. 100: »Rides, maiore cachinno Concutitur; flet, si lacrimas conspexit amici, Nec dolet". De illo, num re vera visuri sint alieni non quaeritur, facile illud fieri posse quisque sentit. At ubi de incerto rei eventu cogitatur coniunctivus est, veluti quoties apodosis habet futurum: »sit spes fallendi; miscebis sacra profanis". Hor. Quae M. adfert huc pertinere non videntur: XIV. 10:

naumachiam licet haec, inquam, alveolumque putare et
calces. delectes te, hilo non rectius vivas,

quae non morosum hominem spectant sed dicta sunt in ludibrium philosophorum, qui vitam cum ludo, cursu aut certamine comparant, cuius rei utilitatem non perspicit. *Delectes* est concedentis; si gratum tibi fuerit facias, nihilo rectius vivas. (Non opus est mutatione Muelleri *sectiu'*, quae nullam priori versiculo lucem offundit). Deinde XXX. 122, si recte legeretur: »hoc missum facies, illo me utere libentei" novam formam condicionalis enuntiati contineret, in qua membrum condicionale in futuro esset positum; sed legendum *faciens* ex Torn.

XIX. 6. Peniculamentum vero reprehendere noli.

Codd.: »penulamen*to*". Scrib.: *peniculamento*. Plaut Mil. Gl. 55: »vel illae, quae here pallio me reprehenderunt". Epid. initio: »heus adulescens! Th. Quis properantem me reprehendit (codd. *prehendit*) pallio?" (Troch.) Trin. 624: »ille reprehendit hunc priorem pallio". »Reprehendere" saepius est ex fuga retrahere ut ap. Cic. »Virtus reprehendit manu". Ad quam normam si exigatur »animam reprendi" l. XX. v. 10, apud M. sic scripto:

Calpurni saeva lege in Pisoni' reprendi
eduxique animam primoribu' partibu' naris,

Digitized by Google

ridicula erit sententia quasi de anima iamiam abitura sed in tempore revocata sermo sit. Mallem Muellerus ostendisset »reprehendere animam" posse dici pro *reprimere*, quam de vulgata »satis inepta" lectione conquestus esset:

Calpurni saevam legem Pisoni' reprendi
eduxique animam primoribus naribus –⏑

Codd. »saeva lege in" sed *legein* exstitit ex *legem; saevam* vitiosae lectioni accommodatum est. Prox. versu *in* post *animam* positum ferri non potest. Sed verbosum illud »partibus naris" non erat substituendum pro tradita lectione *naribus*.

XXVI. 22. Contortae interpretationis notabile exemplum est quod »officium fungi ruderum" dicitur significare aberrare more ruderum »quae extra viam iacere solent". Itaque officium lapidum est e. g. muros construere, et rudera, quae ingredienti molesta sunt, non sunt in officio. Peius etiam est quod Parisiis inveni in margine editionis Iunianae, ubi vir, doctus fortasse alias, sed nunc quidem minime doctus, ut qui quantitatis oblitus esset, adscripsit; »fungor Iberum, i. e. naenias et nugas narro", provocans ad Hieronymum Praef. ad Genesin, cf. Hieron. III. p. 1392, Ben.: »deliramenta sectantur et Iberas naenias libris authenticis praeferunt." Non magis intellego *tuberum* (Dousa), *muneris* (Bouterw.) et *suberum* (Quicherat). Totus versus sic se habet:

Quápropter deléro et cupide officium fungor ruberum.

Placeret mihi maxime; »fungor ludicrum" i. e. facile irrisoris partes suscipio. *Ars ludicra* est ludionis vel histrionis, *officium ludicrum* partes sannionis aut comoedi. Sed multo propius ad vulg. lectionem accedit Mercerii coniectura *liberum; r* male post *fungor* repetitum est, *uberum* et *liberum* vix ad speciem diversa sunt. Nexu sententiarum adiuvante »officium liberúm fungi" significare potuit: proterva petulantia et παρρησίᾳ uti. — *Delero* cum reliquis praeter Leid. et G. corr. scribo, quod minus usitata postea forma fuit. Utrumque autem, ante Varronem quidem, in usu fuisse probat Vel. Long. p. 2233; »delirus placet Varroni, non delerus, vox — est Latina a lira, id est sulco". Cf. Wilmans de Varrone p. 178.

28. Ego siqui sum et quo folliculo nunc sum indutus non queo.

In his vitiosum est *et;* non enim sententia est: »si qui

Digitized by Google

sum et *si* quo folliculo indutus sum" sed »quo folliculo ind. sum". Non enim dubium, num corpus habeat. Scilicet animalia ex folliculis exstitisse iuxta cum recentioribus physiologis credidit vetustas, sed longe diversa ratione. »Principio genus alituum variaeque volucres Ova relinquebant exclusae tempore verno, Folliculos ut nunc teretis aestate cicadae Lincunt sponte sua victum vitamque petentes". Lucr. V. 803. Diod. Sic. I. 7: *ταύτην δὲ (τὴν γῆν), — πῆξιν λαβεῖν —, [καὶ] συνοιδῆσαί τινα τῶν ὑγρῶν κατὰ πολλοὺς τόπους, καὶ γενέσθαι περὶ αὐτὰ σηπεδόνας ὑμέσι λεπτοῖς περιεχομένας. — Τὸ δ' ἔσχατον, τῶν κυοφορουμένων τὴν τελείαν αὔξησιν λαβόντων, καὶ τῶν ὑμένων διακαυθέντων τε καὶ περιρραγέντων, ἀναφυῆναι παντοδαποὺς τύπους ζώων.* Ex istiusmodi philosophumenis exstitit usus loquendi ap. Arnob. II. 76 »in carunculae huius folliculo" (in hoc corpore). Diog. Laert. IX. 59 morientis Anaxarchi vocem refert *τὸν Ἀναξάρχου θύλακον πτίσσεις, οὐκ Ἀνάξαρχον*, quam rem Tertullianus in Apol. extr. enarrans »follis" vocabulo utitur. Corpus est follis, qui animum complectitur. Varro in Tithono 4 Riese: »anima corporeum *corticem* facile relinquit". Festive Lucilius »quo folliculo nunc sum indutus" dixit pro: quantum nunc meae vires patiuntur. Sed praeter illud *et* molestum est »si qui sum"; quin homo (*aliquis*) esset, nemo dubitabat. Persuasum est mihi Lucilium dedisse: »Ego *is* qui sum et quo folliculo". Nunc *et* optime usurpatur:

Ego is qui sum et quo fólliculo sum indútus nunc, *id* nón queo.

Posterior pars versus minore cum mutatione potest aliter constitui, sed vix sic ut *indutus* suum accentum legitimum accipiat. Comica licentia in *ego* monos. non est cur a Lucilio abiudicetur.

43. Fragmentum eiecto *ne* post *suspendat* sic legendum:

Súspendat se an gládium incumbat né caelum videát ''

omissum a librariis aut Nonio: *prope*. Libri: »in gladium" et »vivat", sed *videat* Harl. pr. m. Par. C. Acumen dicti tollit, quod dedit M., *bibat*. Obiter addo me v. 42 *Aiax* (»Solus Aiax vim de classe prohibuit Vulcaniam") et v. 47 *Minervae* (»Nec Minervae ei propetratur pax quod Cassandram deae Signo deripuit") etiamnunc tueri.

49. Coniugem infidamque flacitam familiam, inpuram domum.

Digitized by Google

Coniectura *flacitam* pro *flaticam* male defensa est; nam cum Bouterweck. in Quaestt. Lucil. p. 19 dixisset »haud facile L. Muellerum exempla congesturum esse eius vocis, quam littera inconvenienter detracta effinxisset", ad »flacitam" defendendum nunc tantum provocat ad illum locum, ubi olim nullo cum documento tanquam in re certa dixit (de re metr. p. 360), »in flaccendi verbo dempta c quantitatem mutavisse Lucilium". Id vero est auctoritatem opponere suam, non probare. Porro ut participium passivae formae activi vim obtinere posse demonstret, affert *occasus* et *obitus*. At constare etiam debet illud *flacitum* a *flaccesso* fictum analogiae non repugnare. Speciem certe conciliasset *coalitus* et *complacitus*; *adultus* et *exoletus* similem normam sequuntur. (Copiose de his participiis agit Neue II p. 252, sqq.). Praeferrem coniecturam Duebneri *pathicam* aut *implacidam* (= turbulentam), ter posito in eodem versu *in*. Donec melius inventum erit, sequar Duebnerum. *Que* non est sollicitandum; aliud enim adiectivum ante *coniugem* positum esse potuit, cum quo iunctum fuerit *infidam*.

50. Núnc ignobilitás his mirum ác monstrificábile.

Post *mirum* aliquid excidisse numeri docent. M. *taetrum*. Post *mirum* omissum esse *vitium* probabilius est.

55. Contra flagitium nescire bello vinci a barbaro
Viriato Annibale

Olim M. »bellum, vinci — Viriato, Hannibale" Monui sic plures duces commemoratos fuisse Coni. II p. 25. Scribendum proposui *se scire bello — viriato Hannibale*, ut intellegeretur dux quidam barbarus, sive Iugurtha sive alius, qui armillatus quidam Hannibal posset appellari. Nunc sententiam aliam profert quae quo magis dubia est, eo maiore cum confidentia profertur. »Lucilium, inquit, certo spondeo dedisse utputa haec:

contra flagitium nescire bellum, vinci a barbaro
Viriato, Hannibale fuerant qui superiores duce",

addens quatuor vocabula, quorum in Nonio nec vola nec vestigium. Me non tam perspicacem esse fateor, atque adeo dubitare num Romani unquam tam ambigue locuti sint: Hannibale duce fuerant superiores (hoc vult intellegi: superiores quam dux H.)

Digitized by Google

61. –∪–∪–∪ si hic vestimenta elovit luto,
adeo risum magnum inprudens ac cacinum subicit.

Haec sane non notarem propter *elovit*, quod exstare potuit, (= *eluit*) et *cacinum* pro *cachinnum*, sed propter sententiam molestam. Lavat aliquis vestes luto, idem subiicit cachinnum i. e. suam ipse stultitiam ridet, et facit id *imprudens*, in quo vocabulo interpretando tempori parcam. At stultus sum, qui in his verbis sanam mentem desiderem; dicta haec sunt secundum M. »de puero qui quid agat nescit". Ita quaevis sententia ferri posse fortasse videbitur. Veruntamen ne ludentes quidem pueri tam absurde agunt. Si quis puellus contumax vestes commaculat, ut facetus videatur, non *imprudens* risum subiicit. Mira quoque haec est ratiocinatio: qui statuit pro *elevit* ponendum *illevit* [is ego sum], vocabuli quod est *eluvies* rationem non habuit". Itaque si illud quod lavando amovetur *eluvies* appellatur, propterea *elevit* pro maculavit (nam diserte sic vocabulum interpretatur Nonius) probandum erit? An vero is, qui haec scripsit, verbi quod est *illinere* nullam rationem habuit? Tamen nihil magis Latinum esse potest quam *illinere*, *oblinere aliquid aliqua re*. Pro *elevit* vocabulum est restituendum quod Nonius per *maculavit* potuerit interpretari, id autem est *illevit*. Porro qui ita agit forte et casu, nolens (*inprudens*) aliorum risum elicit i. e. *sibi ciet* non *subicit*. Denique *adeo* (= valde) ab adiectivo suo non erat separandum. Illud, quod exempli causa proposui, videsis Coniect. I p. 30.

Illud *eluvies* (codd. partim *eleviem* nim. quod ab *elino* vocabulum male ducebant, partim *eluviem*, Perizonianus b p. 38 26 *illuviem*, eodem vitio quo Nonius *elevit* pro *illevit* in superiore loco in ordinem receperat) pro purgatione est in superiore fragmento vs. 59, ubi M. *eloviem:*

–∪–∪ ut, si eluviem facere per ventrem velis,
curare omnibus distento corpore expiret viis

(*viis* F. Dousa pro *vis*). Procul dubio subiectum verbi *expiret* est *sudor*, id pro *curare* sic substituit M.: *sudor se*, ut novo exemplo *se expirare* dicatur. Quod etsi in aliis verbis fit, ut *se* addatur, ubi vulgo omittitur (ut *penetrare se*, alia apud Muell. et contra *praecipitare* semper sine *se* apud Livium) tamen sine ulla auctoritate non est in verbo *spirare* admitten-

Digitized by Google

dum non magis quam *flare se* et simm. sine ullo codd. indicio quisquam probaret. *Curare* et coniunctivus *expiret* teneant locum suum; hoc ab omisso *ut*, illud ab addito a Lucilio verbo quodam, velut *decet*, *convenit*, pendens. — *Inluvies* (Harl. et Par. c. *illuvies*), compositum e negatione et *lavere*, duobus locis est apud Lucilium, quos affert Nonius p. 125. 30.

68. Ad enim dicis clandestino tibi quod conmissum foret
neu muttires quicquam neu mysteria ecferres foras.

Sic M. et vulgo; sed ut recte se habeat coniunctivus *foret* requiritur *dicas*, ut haec interrogative dicta putentur. Tum scribendum videtur initio alterius versus *ne* (cum codd. Non. p. 249) vi finali: clandestino hoc tibi commissum erat, ne muttires neu ecferres. Nam *neu* — *neu*, sive finali sive prohibitiva significatione, ponuntur in simplici enumeratione substantivorum; exempla videsis ap. Hand. Turr. IV. p. 175, sq. Hor. Pis. 339 et (in legali sermone) Cic. Att. V. 21. 12. Pro *quicquam* malim *quoiquam*.

80. Paucorum atque hoc pacto si nil gustat inter nundinum.

Num fortasse et hic et in fragmentis Varronis (Non. 214. 22) Gerontod.: »quotiens priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat?" (Riese p. 139) et Ταφῇ Μενίππου (Riese p. 225): »Romam ψαμμακόσιοι (confluebant), non qui in urbe inter nundinum calumniarentur" (Non. 214. 22) ὑφ' ἓν scribundum est? Vocabulum potest comparari cum *intercolumnium*, *internodium*, *intervallum*, i. e. spatium inter duas nundinas. In altero Varronis loco haec inest sententia: qui non, ut nunc, totum spatium inter binas nundinas calumniando in iure sed agro colendo tererent. In priore legendum fort. *internundino*. Veram lectionem iam ante Nonium oblitteratam esse, non mirum. Quamquam in Lucilii loco non *inter nundinum*, sed *inter nundino* habent codd. Singularis numeri vocabulum *nundinum* ante Ciceronem exstitisse non puto. Apud hunc semel legitur *nundinum* sed genetivo plur., a Prisciano VIII. 3. 9 cum *amphorum* (*amphorarum*) comparato, fragm. Or. pro Corn. (I. 32 Or.): »ex promulgatione trinundinum (leg.: *trinum nundinum*) dies ad ferendum potestasque venisset". Phil. V. 3, 8 »ubi promulgatio trinum nundinum?" De Domo 16, 41: »si quod in ceteris *trinum nundinum* esse opor-

Digitized by Google

tet, id in adoptione satis est *trium* esse *horarum*". Ib. 17, 45: »quarta sit accusatio trinum nundinum prodicta die". Rutilius ap. Macr. Saturn. I. 16. 36: »quae (scita atque consulta) trinundino die proposita a singulis atque universis facile noscebantur", fort. *trinum nundinum die*. Cic. Fam. XVI. 12. 3: »(Caesar dicit se consulatum) praesentem trinum nundinum petiturum"; praeludit quasi hic locus, si sanus est, usui quem apud Livium III. 35 invenimus: »comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta". Scilicet frequenti usu genetivi *trinûm nundinûm* (= trinarum nundinarum) omisso vocabulo *dies* factum est ut *trinum nundinum* pro substantivo neutri generis haberetur, quemadmodum, simili de causa, ut hoc utar, *sestertium*, quod olim genetivus erat, frequenti usu neutri generis et singularis numeri factum est. Probat id numerale; nam si a *nundinum* neutri generis facta esset illa formula, *tria nundina* et *trium n.* requirebatur; sed a *nundinae* ex constanti usu, quo *bina castra* et alia dicunt, *trinae nundinae* fiunt. Neque si a *nundinum* proficiscendum est, ulla causa intellegitur, quare singularis *trinum nundinum* pro plurali (*tria nundina*) usurpatus sit. Ex Nonii locis restat unus: Varronis Rerum Hum. lib. XX: »decemviri cum fuissent arbitrari vinos nundinum divisum habuisse". Sed in illis quid lateat, non definire audeo. Num: »decemviri cum fuissent arbitrarii, *unos* nundinum di X mum habuisse", i. e. nundinùm diem decimum habuisse? cf. Intpp. ad Liv. III. 35.

84. -⏑-⏑-⏑-⏑ non tu multitudinem

tuorum, quam in album indidistei, conficis dextra tibi. Non repetam quae de hoc loco in Coniect. II p. 72 exposui; quaero tantummodo qui conveniat quemquam, qui aliquos iam in album *indiderit*, *conficere?* Temporum consecutio vitiosa est. Quae recte se haberet in his: »nón tu multúdinem, Tuóm quam in album *mánus* indit tua, déxtra conficis tibi" Libri: *tuorum q. i. a. indidita d. c. ibi.*

91. Quod is intellegebat nosse me rem, ad paucos rettuli. *Me rem* addidit ex coni. M.; libri fere: »quod is intellegebar posse haud paucos retuli". *His* Torn., *aut* Par. C. Harl. pr. m., *haud* Harl. corr. L. corr., *ad* L. pr. m., *rettulit* Par C. *Nosse* coni. Dousa. Quicherat. putat *non* excidisse: »quod non his in-

Digitized by Google

telligebar posse, haud paucos retuli". Nihil ex his satisfacit. Sententia in Muelleri lectione haec inerit: »quia videbat arcanum suum notum esse mihi, cum paucis tantum rem communicavi". Mira sane agendi ratio. Quidni, si quis offensionem hominis timeat, cuius arcanum forte noverit, plane sileat potius quam cum paucis communicet? Accedit quod »ad aliquem referre" non significat simpliciter »narrare alicui". At tradita lectio leniter immutata:

quod is intellegebat, nosse haud paucos rettuli,

si non elegantem, at tolerabilem sententiam, offert. Excidisse aliquid, metrum docere videtur; fortasse *alios* ante *nosse:* »quód is intellegébat, alios nósse haud paucos réttuli". Tam incertae coniecturae utique non sunt recipiendae; aut tradita lectio repraesentetur, aut quod ab omni parte satisfaciat. Eam normam alibi quoque neglexit editor. Veluti XXVIII. 38: »pueri praeterea nostris quo subeant iubet" libri *qui*; nihilo hic coniectura melior tradita lectione; sententia est enim imperfecta, nec quisquam potest divinare, utrum in sequentibus coniunctivus fuerit (iubet accedant pueri, qui subeant nostris) an iussum pluribus expositum fuerit, et *quo* finem significaverit (ut pueri nostris subeant, iubet....), quae videtur Muelleri sententia. Non est hoc aliud quam speciem fallacem emendationis corruptis offundere.

XXVII. 7. Plerumque, et recte quidem, ut opinor, Muellerus Lachmanni coniecturas sprevit. Sunt enim operose quaesitae. Cuius rei exemplum praebet hic versus, quem M., a Lachmanno scilicet emendatum, in textum recepit:

»iam qua tempestate vivo, *chresin* ad me recipio"

nim. *χρῆσιν*; libri *certe sine*. Speciem tamen aliquam his conciliat quod iunguntur cum fr. 5:

cúm sciam nil ésse in vita próprium mortali datum.

Sed »recipere ad se" significat, opinor, domi suae recipere. Et praeterquam quod Latina non sunt, molesta sunt illa: »usum (chresin) ad me recipio" pro: non dubitabo uti paratis. Tum inutilia sunt haec: »qua tempestate vivo", nam quaevis aetas, cui persuasum est bona non propria mortali data, utitur iis. Et tamen Lachmannus hos versus sic a se emendatos elegantissimos dicit.

Digitized by Google

10. Ceterum quid sit, quid non sit, ferre aequo animo ac (fortiter.

Libri: *c. quicquid sit quid non sit fero.* Harl. in marg. *fere*, Par C. in marg. *ferre*, quo confirmatur Bouterw. coniectura hoc ipsum metri causa reponentis. M. coniicit duris numeris: »fero ego aequo". Melius metro succurrere licebat. Prima an, sic a M. scripta, non sint Latina, admodum dubito. Nam Trinummi locus 991 »ceterum qui sis qui non sis, ciccum non interduim" eo dissimilis est, quod ibi interrogatio obliqua est: parum mea interest scire qui sis. Post *fero fortiter* non item. Nec »quicquid sit" probandum. Plaut. Aul. II. 2. 21: »ego istos novi pólypos qui sibi quicquid *tetigerint* tenent". Vetus Camerarii (cf. Lorentz, progr. Gymn. Colon. 1872) habet *qui iubi quidquid tetigerint*, unde leg.: »qui ubi quicquid tetigerint tenent". Terent. Phorm. II. 1. 16 (246): »quicquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro", Bembinus habet *eveniet*. Requirebatur »quicquid est, quicquid non est" aut »quicquid est aut non est". Maior latet corruptela. Suspicor *nosit* exstitisse ex *noxit:*

céterum quicquid mi noxit férre animo aequo et fórtiter.

(»Ceterum quicquid non sit" correctum scilicet est addito »quicquid sit"). Ita certe linguae legibus satisfit. Nam ab omisso *decrevi* aut *constitui* cum pendeat *ferre*, haec ad futurum tempus referuntur.

28. Quanti vellet quantum canicai ad pultem ec maconis (manu.

Libri *magonis*, *maconis* Leid., *magconis*, corr. in *magonis*, Harl.; *macgonis* Par. C. (Non. 88. 16). Si *mango* a Graeca radice, quae est in *μάγγανον*, *μαγγανεύω*, ducendum est (de quo non dubitandum), non potuit hinc nasci *maco*. Μήκων ita Latine sonet. Hoc est abuti lectione Leidensis. Nisi forte *clacor* pro *clangor*, modo a cod. bono praebeatur, admittendum videtur. In reliquis libri: »quanti vellet quam canicas a pulte". Duplex illa interrogatio *quanti quantum* a consuetudine vitae vulgaris aliena videtur. Fortasse:

quám *te* vellet, quám canicas ad púltem ec mangonís manu.

Comparativa particula omissa est. Cf. Plaut. Men. 725: »vidua vivam, quam tuos mores perferam". Ad quem locum

Digitized by Google

Brix. affert Bacch. 618: »inimicos quam amicos aequomst med habere". Rud. III. 3. 22: »certumst moriri quam hunc pati grassari lenonem in me". Et sic Livius III. 40: »oratio fuit precibus quam iurgio similis". I. 25. 13: »Romani Horatium accipiunt eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat" XXIII. 43. 13: »ipsorum quam Hannibalis interesse". Saepius sic Tacitus. *Velle* pro *malle* Liv. XXV. 29. 6: »famaene credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse".

XXVIII. 1. Maleficus quidam tradetur iudici Lupo. Inde colloquium:

»non aderit". — *ἀρχαῖς* hominem et *στοιχείοις* simul privabit.

Responsum recte se habebit, si propterea quod quis in iudicio se non sistit, capitis deminutionem maximam patitur. Sed propter delictum alicui aqua et igni interdicitur, sive adsit, sive in exilium iam sponte profectus sit. Itaque haec non bene quadrant. Propterea scribendum suspicatus sum *non derit* = *deerit*, ut haec verba eidem personae continuentur; non deerit Lupus exspectationi motae. Meae rationi favet asyndeton. Pergitur:

igni cum et aqua interdixerit.

Haec ut iungantur superioribus suadet temporum consecutio: »privabit, cum interdixerit". Et desiderabam: igni cum ei et aqua." Respondet alter:

»Duo habet *στοιχεῖα*, adfuerit anima in corpore; *γῇ* corpus, animast *πνεῦμα*". — »Posterioribus *στοιχείοις*, etsi id male erit, privabit tamen".

Sic scribendum pro *a. et c.*, *στ. si id maluerit.* Sententia: Nihilo minus duo elementa habebit maleficus, terram et aerem. At, inquit alter, Lupus his quoque eum privabit, quamvis recalcitret. M.: *duo habet στ.* superiori personae continuat, tum: *ad superat anima et corpore.* Sed minor est sane mutatio si *in* pro *et*, quam si *superat* pro *fuerit* substituatur, et commoda est sententia; contra in M. lectione mutatio subiecti (*habet* sc. Lupus; *superat* sc. maleficus) non admodum elegans est. In postremo versu aptum est *etsi* propter *tamen*. Tum languida sunt in vulgata

Digitized by Google

si id maluerit; nam is, qui spondet fore ut maleficus in malam crucem abeat, non dubitanter debet loqui.

16. Concedat homini id quod velit, deleniat,
corrumpat prorsum ac nervos omnis eligat.

Usum verbi *eligere* ab agri cultura (= expurgare) ad nervos translati illustrat Madv. ad Liv. VII. 39, Emend. Liv. p. 155. Nec dubito, quin vocabulum ex omnibus paene codd. sit restituendum Ciceroni Tuscc. III sub f.

25. Nil parvo huic pensi. haut litteras doceas lutum.

Parvus substantive positum (diesem Kleinen, puero) non potest iungi cum pronomine. Cf. si tanti Naegelsbach, Lat. Stilist. p. 82. Libri: *nihil parvi ac p. uti littera d. l.* Nihil parvi facere (i. e. nihil neglegere) et nihil pensi facere (i. e. omnia neglegere) pugnant inter se. Itaque ordine verborum mutato scribo:

parvi ác nil pensi ut litteras doceás lutum.

Sermo est de homine, qui disciplinam parvi ac nihili pendit, in quo erudiendo aeque operam perdas, ac si stipitem doceas.

29. ⏑–⏑–⏑–⏑ hinc a me ilicet
anu'russum ad armillum.

Notum proverbium est de iis, qui ad antiquum ingenium redeunt. Sed priorem versum non intellego. Libri: *hinc ad me hinc licet.* Palmerius: *ad me hinc ilicet*, a quo recedendum non erat. Verbis per se dubiis, sententia tamen necessaria suppleo:

⏑–⏑– hinc ád me hinc *omnes* ílicet:
anu'rúrsum ad armillum.

Occlamant quidam ei, qui haec narrat, »anus rursum ad armillum". *Russum* in Leid. 1. est, correctum (prima manu?) in *rursum*. Si correctio est manus recentioris, certe scribendum *russum*. Vulgata lectio est in omnibus reliquis, quos novi, libris. De *rusum* et *russum* cf. Lachm. ad Lucr. III. 44, Ritschl. Opuscc. II p. 544, Ribbeck. in prolegg. Verg. p. 444 et 445.

41. Praetreito tepido glutinator glutino.

Legas ut est in libris *praeterito*, imperativum a verbo quod est *praeterere*, quod lexicis addendum. Aucupii praecepta in satira merito quis miretur, sed haud scio an haec obceno sensu

Digitized by Google

dicta sint. Glutinator est membrum virile. Id ab ingenio Lucilianq non alienum esse dabunt qui meminerint »lacrimarum mutonis" VIII. 5, porro II. 21: »si natibus *natricem* inpressit crassam et capitatam". Quod conferri potest cum Archilochi fr. 101 (Ath. VII. 229. A) verbis ad Neobulen, ut videtur, dictis:

πολλὰς δὲ τυφλὰς ἐγχέλυας ἐδέξω.

Idem poeta alibi quoque Lucilio obversatus est, si quidem recte emendatum a Dousa est fr. 39 l. XXVII *Archilocho* pro *arciloco:* »metuo ut fieri possit, ego quom vivo, ab Archilocho excido", in quibus cum Harl. corr., Leid., Par. (in m.) habeant *ergo quo* pro *ego vivo*, quod est in Harl. Par. Torn., Muelleri emendatio *ergo quom vivo* admodum dubia est, ut potius cum Quicherato legendum sit:

métuo ut fieri póssit; ergo, quóniam ab Archilocho éxci-
(do,.....

Nonio si credimus, »excidere ab aliquo" h. l. significat »dissentire". Breviter igitur »excido ab Archilocho" dictum est pro »spe mota ab Arch. excido". Sed hoc quicquid est, admoto Archilochi loco: χρημάτων δ' ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον, de Archilochi nomine restituendo dubitari vix potest. Iam conferre licebit Archil. 72 κἀπὶ γαστρὶ γαστέρα προσβαλεῖν μηρούς τε μηροῖς cum Luc. III. 5 »cum latu' componit lateri et cum pectore pectus". Unum ex difficillimis fragmentis Lucilii hoc est:

idne aegri est magis, an quod pane et viscere privo?
quod viscus dederas tu quidem hoc est viscera largi.

(Nonius 184. 13 »viscus positum pro viscere", immo: »visceribus". Id. 470. 23 »largi pro largire"). In eo turpiculi quid latere suspicor. Ael. V. H. IV. 14: πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα, κατ' Ἀρχίλοχον, εἰς πόρνης γυναικὸς ἕντερον καταρρέουσιν. Eo respici non improbabile est. Quaecunque adhuc proposita sunt aut probabili carent sententia aut peccant in metrum aut in lemma Nonii. Possis coniicere: »quod viscus dederam, pridem hoc in viscera largis" i. e. quod tibi dedi in sumptum id dudum in scorta profudisti. Ita haec exprimerent sententiam Archilochi. Et spes est plures Graecorum imitationes inventum iri in eo, qui

Digitized by Google

Graeca Latinis miscuit. Omnino sunt in Archilocho quae a Lucilio non abhorreant veluti *ἁπαλὸν κέρας*, *Φῦμα μηρίων μεταξύ*, alia.

44. Quam in diversa in parvis illis fragmentis possit abiri monstrant haec (Non. 365. 28 »pretium dicitur quod re empta datur"):

nec parvo catillo pretio

pro quibus Muellerus coniicit: »nec parvo catulum pretio" Vulgo: *nec par vocat ullo* (sic libri) *pretio*. »Provocat" Dousa. Ego repono:

néc par *impar pró*vocat ullo prétio –⏑–⏑–

»Pretio aliquem provocare" notum est ex Horatio, Sat. I. 4. 14; »ludere par impar" ex eodem Sat. II. 3. 248. Suet. Aug. 71 ex eius epist.: »misi tibi denarios ducentos quinquiginta, quos singulis convivis dederam, si vellent inter se inter cenam vel talis vel par impar ludere". Corruptelae ratio in aprico est.

Non ita manifesta causa est omissionis in fr. 36, ipsum tamen supplementum iis, qui integros versus quam versus lacinias malunt, probatum iri spero. Libri:

nullo honore displetu nullo funere.

Supple:

núllo honore *dignus* fletu *núllo*, nullo fúnere.

Litterae *g n u* casu exciderunt, *nullo* male semel positum. In Muelleri versu:

–⏑ nullo honore, di! sepultu' nullo funere

caesura neglecta est. Id non ita saepe apud Lucilium invenias, quin, si fieri possit, vitandum sit. Nam omissis iis locis, ubi caesura est in vocabulo composito aut elisione, ut »id | circo", »consta | re hominem", sexies factum deprehenditur: XXVI. 58, 61, 69, 70, XXVII. 8, XXIX. 79, sed ex his secundum et quartum et postremum exemplum dubia sunt. Supersunt igitur haec:

dépugnabunt pró te ipsi et moriéntur ac se ultro ófferent.
né muttires cuíquam neu mystéria ecferrés foras.
núlli me invidére, non strabónem, fieri saépius.

Et durissimum illud »mori | entur" posset ordine verborum mutato emendari (»dep. et mor"). Sed praestat Lucilio non indignum putare.

Digitized by Google

54. Ut si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quintus, qua varicosu' vatax.

In annotatione, quasi in explicatione huius fragmenti nihil dubium sit, disputatur de praenomine »Quintus" postposito et de nomine *vatax*, de cuius tamen potestate et etymo nihil refertur. De hoc fragmento quae olim disputavi (Coni. II. p. 89) fortasse non nimis perspicua sunt. Res sic se habet. Nonii locus hic est (25. 14):

»VATRAX et VATRICOSUS pedibus vitiosis. Luc. lib. XXVIII: ut si progeniem antiquam, qua est Maximus Quintus vacax, qua varicosus vatax".

Nonius vocabulum aliquod legit, quod de pedibus posset explicari. Duo tantum sunt, quorum ratio possit haberi: *varus* et *varix*, quod est tuber in cruribus. A neutro vocabulo duci potest *vatrax* et *vatax*, potest *varax*. Nam *varax* a *varix* descendere potest, contractum ex *varicax*. Legit igitur Nonius *varax* et restituendum est:

»VARAX et VARICOSUS pedibus vitiosis".

Porro *varix* est i. q. *verruca;* ergo *varax* = *verrucosus*. Ergo Q. Maximus Varax est idem, qui Q. Maximus Verrucosus vulgo dicitur. Postrema Nonii verba: »qua varicosus vatax" nihil omnino significant; »qua varicosus", est aliquis »varax", non »vatax". Produnt haec forma glossatorem, aut ipsius Nonii non Lucilii manum. Aut Nonius aut librarius aliquis ad *varax* adscripsit: »quia varicosus varax". Glossam irrepere potuisse, nemo sanus negabit et ostendit Guelf., qui habet in margine adscriptum: »a ranae vocabulo quod graece votrax [*βάτραχος*] dicitur". Omnino apparet in hoc loco turbatum esse a librariis. Itaque illa sensu cassa »qua varicosu' vatax" removenda sunt, scribendumque metro trochaico (nam *varix* priorem corripit):

út si progeniem ántiquam quast Máximus Quintús Varax.

Tantae molis erat, Fabio cognomen suum, ioculariter immutatum, vindicare. Sed res mihi ita perspicua videbatur, ut cum Muellerum viderem in ineptiis perseverantem, me non satis clare sententiam exposuisse putarem. Eius autem ratiocinatio huc redit: quia *vacax* apud Nonium vitiose legitur, exstitit nomen *vatax*. Hoc male conclusum, quasi vero numquam *c* pro

Digitized by Google

r poluerit substitui. In his subinde casus dominatur; id nostro loco accidisse docet *pedum vitiosorum* mentio.

58. Omnia vescatis manibus leget, omnia sumet
crede mihi presse ut dicam, res auferet omnis.

Languidum illud: »presse ut dicam" non debetur Lucilio sed Luciano. Libri habent (Non. 395, 32 et 332. 25):

omnia viscatis manibus leget omnia
crede mihi presse auferet omnis et.

Excidisse *sumet* apparet ex Nonio, qui haec sub lemmate *sumere* p. 395 refert. Id altero versu in fine ut addatur suadet illud *et* post *s* (in *omnis*). Vulgo quidem illud *et* refertur ad proximum exemplum, cum sit in Nonio p. 396: »Lucilius lib. XXVIII omnia viscatis manibus leget omnia crede mihi presse auferet omnis. Et Plautus Aulularia: non equidem" e. q. s. Sed non solet Nonius exempla ex diversis auctoribus allata iungere per particulam illam *et*. Itaque ex *omni. s.. et* efficio: *omnia sumet*. Ergo ad priorem versum explendum restat *tollet*. In reliquis sequor Quicheratum, scribens:

omnia viscatis manibus leget, omnia *tollet*,
omnia, crede mihi, presse auferet, omnia sumet.

»Crede mihi" multo melius post *omnia*, quam initio versus collocatur. *Presse* novasse videtur L. pro *avide*, γλίσχρως. »Tollet *omnia*" facile post *omnia* excidere potuit.

XXIX. 6. »Amorem meliore facie signare" quid sit mallem exposuisset M. quam in annotatione ad h. l. pervulgatas res copiose exposuisset. Libri: »Sic Socrates in amore et in adulescentulis Meliore paulo facie signat". Quantillum erat hic reponere (omisso altero *in*): »meliorem — faciem". Nec metrum obstabat: »in amo-", ubi anapaestus ex Muelleri praecepto de re metr. p. 152 male divisus est: nam ipse illud violavit, scribens XXVIII 35 »prope ad os"- et ib. 3: »reus ū"-.

In fragm. huius libri 7(10):

quid? quas partiret is pro doctrina boni?

ipse M., quod raro fit, fatetur sententiam subobscuram esse, tamen apparere »tangi philosophorum de summo bono opiniones". Libri *ipse pro* pro *is pro*. Nemo aegre tulisset, si haec ab editore intacta essent relicta. Multa enim possunt coniici (velut: »quicquam impertiret ipse doctrina boni?", »quid?

Digitized by Google

quae partiret ipse doctrina bona?" *bona* habet Leid. 2 s. Voss.), sed nihil, quod corruptionem in Nonii verbis satis explicet et commodam praebeat sententiam. Utique illud »pro doctrina boni" (= secundum doctrinam de summo bono) vix Latinum. Idem obiici potest his fr. 17 (24):

quam mi ille quantumst inter humanum genus
ferumque interse coniugat, communicat!

Nemo facile divinaret quis esset *ille* ex sententia Muelleri, nisi ipse diceret in commentario p. 260: »*ille*, qui mulierem invasit". Haec sunt ipsis verbis Nonii obscuriora. At addit: »illud *ferum* plerumque [?] permoveor ut genetivum substantivi potius esse existimem ab eo quod est ferus" — —. »coiugat, communicat; frequens asyndeton vetustissimis auctorum Latinorum". His nihil proficimus. Sunt haec »intellegentibus", si qui sint, relinquenda. Lusi in eo fragm. emendando Coni. II. p. 97, (ubi ante »communicat" erant omissae syllabae indicia ponenda), sed ea in textum non recepissem.

79. Eodem uno hic modo aeris iam rationes subducent suas. Hoc loco M. reliquit auctoritatem Leidensis praebentis (cum omnibus reliquis) *subduceret*. Coniectura adscita *subducent*, *hic* (quod est in optimis Leid. Par. C., Torn., Harl. pr. m., in hoc altera manus delevit *c*) statuit esse nominativum pluralis numeri. *Heisce* et *hisce* nota sunt, non *hic* (plur.), quod sciam, nec defenditur loco XXVII. 52 ubi sane *hic* adverbium esse potest (cf. Coni. II. p. 21). Utique non erat cur *subduceret* improbaretur. Librorum lectio:

eodem uno hic modo *errationes* subduceret suas;

fortasse:

eódem uno hic modo érrationes *iám* subducerét suas.

Ludit poeta in similitudine vocabulorum *rationes* et *errationes* et supputationem tam malam dicit ut errorum series (*errationes*) potius vocanda sit quam accepti et expensi *rationes*. Synizesis in *eodem* nullam habet difficultatem, saepius a Lucilio et aliis antiquioribus admissa, III. 43, XXVIII. 12, XX. 13: »tempestate sua atque eodem uno tempore et horae", ex quo loco simul apparet, Lucilium dixisse *unus idem* pro: »unus idemque"; unde IX. 5 »hoc faciemus et uno eodem ut dicimu' pacto" posset defendi collato XXX. 48: »quid servas quŏ eam",

Digitized by Google

si de lectione Scauri qui illa servavit satis constaret (»eodemque" M.). Sed dubitationi omnino obnoxium contractum »erationes", cuiusmodi synizesin a senariis septenariisque omnino abiudicat Ritschl, proll. p. 160. In hexametris quidem neminem offendunt »promunturiumque Minervae", III. 19, »iniuriatum" II. 9. At plus sibi hac quoque in re licere putavit Lucilius scribens XIII. 12: »dominia atque sodalicia omnia", in quo permire *nia at* coalescunt in unam syllabam, et ita quidem ut superior *mi* brevis maneat. Et in iambis invenimus XXIX. 36: »agite agite fures méndacia argutámini". Muellerus ibi contra libros (»mendaci", omissa *a* ante *argutamini*) dedit: »furei mendacei argutamini", longe vulgatis postponendum; temerarium praeterea videtur et illo loco et nostro a bene testata et propter sententiam non improbanda lectione recedere propter animo ante conceptam opinionem quandam de puritate Lucilianeae prosodiae, quae rem propius spectantibus non probatur. Mihi certe de arte Lucilii minime persuasum est. Scribebat saepe quod in buccam veniebat. Non tantum *eidem* disyllabon (inc. 18) habet Lucilius, quod minus rarum, sed *mei* monos. in trochaicis XXVII. 25, *meo* XXIX. 58.

87. Et circum volitant ficellae, turdi, curati cocis.

Non probabile est hoc fragmentum ex libro XXIX sumptum esse, quoniam non facile confunduntur inter se numeri XXVIIIJ et XXX. Posteriorem autem omnes libri Nonii (274. 10) praebent. Cur libro XXIX haec vindicaret, metro permotus esse videtur Muellerus. At, opinor, haec dactylico possunt accommodari. Scilicet turdi curati coquis circumvolitantes in memoriam reducunt descriptiones aurei aevi, omnibus deliciis affluentis, quo ἄρουρα αὐτομάτη omnia bona largiter et sine labore ferebat, hominesque τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων. Hanc heluonum felicitatem Graecae comoediae auctores certatim celebrarunt, quos recenset Athenaeus VI. 267, sqq. Pherecrates: ποταμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέῳ Διὰ τῶν στενωπῶν πομφολυγοῦντες ἔρρεον Αὐταῖσι μυστίλαισι. — Φύσκαι δὲ καὶ ζέοντες ἀλλάντων τόμοι Παρὰ τοῖς ποταμοῖς σίζοντ' ἐκέχυντ' ἀντ' ὀστράκων. Et, quod propius ad nostrum locum accedit:

ὀπταὶ κίχλαι γὰρ εἰς ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι
περὶ τὸ στόμ' ἐπέτοντ' ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν.

Digitized by Google

Teleclides ib. 268. E:

ὀπταὶ δὲ κίχλαι μετ' ἀμητίσκων εἰς τὸν Φάρυγ' εἰσεπέτοντο.

Vides utroque loco turdos illos curatos volantes. Et priore loco Pherecrates subiungit:

τὰ δὲ μῆλ' ἐκρέματο τὰ καλὰ τῶν καλῶν ἰδεῖν
ὑπὲρ κεφαλῆς ἐξ οὐδενὸς (οὐδ' ἐξ ἑνὸς?) πεφυκότα.

Fructus addit; ne hi quidem apud Lucilium desunt, sed non sublimes sed ex arboribus suspensi, modo unam litteram deleas; libri *ficetulae*, scrib. *ficetula:*

— ∪∪ et circumvolitant ficetula turdi.

Ficetulum deminutivum a *ficetum* (cf. *quercetum*, *arboretum*, *pinetum*, *fruticetum*). Iam metrum non impedit, quominus haec ad tricesimum librum referamus; nam vocabula »curati cocis" aut scribenda diaeresi adhibita quae est in *acua* apud Lucretium (cf. Schneider, Elementarlehre p. 336) »curati cocuis", aut a Nonio omissis aliquot vocabulis in brevius contracta sunt.

XXX. 40. Haec tradita sunt:

unus consternit novis vetus restibus aptus.

Facillime haec possunt emendari:

unus consternit novu' vectis restibus aptus.

Muellerus: »clinas consternit nobis vetu' vestibus aptas."

Ib. 49 minore cum mutatione legas:

praeseruit labra, *delicuit*, delenit amore,

quam *delingit*. Libri *delicit*. De perfecti forma cf. Prisc. X. p. 877 P. Tempora variantur ut XV. 20.

105. Libri: »plauda una est pedibus cariosis mensulibano", Harl. a pr. m. »mensuiabino." Inde conieci:

clauda unast pedibus cariosis mensa Sabino,

haec de pauperis cuiusdam Sabini curta supellectili interpretatus (Coni. II. 90). Vides tres litteras immutatas. Hac coniectura memorata Muellerus p. 271, mirum foret, inquit, verba tam simplicia tam foede depravata". Verba simplicia scilicet sunt *plauda* et *mensulibano*. Itaque ipse recipit:

plauta unast, pedibus cariosis, mers Libiteinai.

Quae mutatio quanto maior sit quisque videt; itaque sibi licere putat, quod alteri negat. *Mers Libitinae* vix recte senex dicatur; Libitina non accipit hominem, sed funeris mercedem;

Digitized by Google

»lucrum L." recte se haberet. Neque ipse hac mutatione contentus est, coniicit praeterea: *monstrus libens*, quod nihilo melius. Iudicii aequitatem in his desidero.

119. »Quid quaerimus acre inductum cantu stoditum", *stotidum* Harl., *stocidum*, Par. C; *custoditum* ex manifesta interpretatione Harl. in marg.. Par. C. iuxta alteram lectionem. Certum est cum Rothio legendum esse *stolidum*. *Acre* aspiratione restituta Iunius in *hac re* mutavit; ad sententiam praestat scribere *aere*. Quo facto ablativus CANTU non habet quo referatur; hunc exstitisse coniicio ex *incautum*; praecedit *m* post quam *in* excidit, finalis *m* ut saepissime interiit: »quid quaerimus? aere Inductum, incautum, stolidum". Itaque ad fortiora remedia non descendendum (»quid quaerimus *Argos*"), cum praesertim sententia dubia sit.

125. Sublatus pudor omni'; licentia fenu' refertur

Sic M., cum libris, nisi quod, ut vulgo, *omnis fenus* habent, et B. et Harl (pr. m.) *referuntur*. Fortasse scribendum »fenore fertur", ut »fertur" sit »toleratur." Intemperantiam, enormes sumtus tolerant magnis usuris. Vulgata quid sibi velit, non facile dictu est.

Inc. 90. Hoc fragmentum (55) sic refingit M.:

saxa et stridor ubi atque ruentum sibilus instat.

In annotatione legimus: »illud *ruentum* pariter ad omnia substantiva pertinet." In his extricandis chartae parco. Scilicet torquet se M. ut synizesin »inelegantem" ex Lucilio removeat. Libri (Non. 223. 25): »atque erunt dum sibilus institis". Lipsius: »acquierunt, tum sibilus instat" vel »infit". Scribendum erat *atquierunt*. Illa synizesis dura est; sed non agitur de Lucilio ad leges quasdam revocando, sed norma, quam secutus est, eruenda; non conceditur ut quae sint minus elegantia, propterea a Lucilio abiudicemus. Sensu haec esse cassa, causae suae serviens dixit M. Probandus igitur Lipsius, et admittenda illa contractio, quemadmodum aliae, de quibus supra vidimus, non durior quam cum *tenuia* in duas syllabas coalescit. Quodsi simile non videatur, comparentur Horatiana et Vergiliana *annuĕrunt*, *dedĕrunt*, *tulĕrunt*, *stetĕrunt*, alia.

Finem faciam in proverbio inc. 175. Hieronymus ad Chro-

Digitized by Google

matium Epist. 7. vol. IV. 2, p. 14 Mart., 340 ap. Mignium habet aliquot proverbia quibus significatur prava pravis sociando esse: »accessit huic patellae dignum operculum" (*εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα*), »perforatam navem debilis gubernator regat", »caecus caecos ducat in foveam." His additur: »similem habent labra lactucam" ex Lucilio sumtum, i. e. dura labra inveniunt durum, mollia molle pabulum, asinus carduos devorat. Ita comparatur labrorum cum pabuli durities; rusticitati terrae, de qua conqueritur Hieronymus, conveniebat rusticus sacerdos Lupicinus. At si proverbium, ut Muellero videtur, fuit: »similem habent lactucam labra comedente (dativus) asino carduos" dictum non est in duas res quae apte consocientur, sed comparatur labrorum deformitas cum asininis. Ut sua vis sit dicto, non labra cum labris, nec pabulum cum pabulo, sed labra cum pabulo componenda sunt; *similem* non est asino, sed sui similem. Brevius id, ut in dicto omnium trito sermone, significatur, quare explicationem addidit Hieronymus: »asino carduos comedente", malim: »*de* asino c. c. (sc. sumtum)." Qua opportunitate Crassus *ἀγέλαστος* hoc proverbium audiverit sic, ut risum ei exprimeret, frustra quaerimus, sed non tam fatuus fuit sine dubio homo, ut cum per totam vitam non risisset, semel asino adspecto solitam severitatem deponeret; hoc proverbium de asino sumtum ita apte aliquis eo praesente usurpavit, ut sibi temperare non posset. Verba Hieronymi sunt: »In mea enim patria rusticitatis vernacula Deus venter est et in diem vivitur; et sanctior est ille, qui ditior est. Accessit huic patellae iuxta tritum populi sermone proverbium dignum operculum, Lupicinus sacerdos, secundum illud quoque, de quo semel in vita Crassum ait risisse Lucilius: similem habent labra lactucam asino carduos comedente. Videlicet ut perforatam navem debilis gubernator regat et caecus caecos ducat in foveam, talisque sit rector, quales illi qui reguntur."

Poteram plura tangere, sed consulto ea praetermisi, quae olim a me tractata sunt in Coniectaneis, nisi ubi ad notandam hanc editionem necesse erat. Non in animo erat, si unquam ad editionem pervenissem, coniecturas a me propositas in contextum recipere omnes; non tanquam emendationes dubio maiores a me proponebantur multa; sed tamen etiam

Digitized by Google

post Muelleri editionem plerisque locis defendo, quae tum posui.

Disputatur subinde de Lucilii *arte* metrica, quid *curaverit* in versibus, quid *numquam adniserit*; equidem vereor ne parum recte hoc saepe fiat in eo poeta, cuius ex multis milibus versuum nihil habemus praeter laceras quasdam reliquias. Quod si ex iis, quibus tempus pepercit, coniectura facienda est, non esse videtur cur, quemadmodum in Plauto factum est, sic in Lucilio Horatio obloquamur durum componere versus hunc poetam dicenti. Nec vero in singulis valde repugnant admiratores eius, identidem Lucilium semel, bis, ter a norma descivisse concedentes; ubi vero ratio concluditur et poetam durum et parum elegantem quis dicere audet, ibi vero indignantur. Sed ne ambitiose quidem quaerenda sunt exempla; quavis fere fragmentorum pagina invenias, quae minus suaviter in aures influant. Quales videntur, ut ex multis aliquot proponam, tales versus?

Has Aeli scriptas res ad te misimu' Luci.
Aut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars.
Quom illic vidissent Hortensiu' Postumiusque.
Pulmentaria et intibus aut aliqua id genus herba,

quae sunt ex primis paginis sumta. Octavam hexametrorum partem dixi legitima caesura semiquinaria carere Coni. II. p. 71 et not.; numerus hic non valde nunc imminutus est. Nullus poeta saepius *s* finale extrusit. Eliduntur non tantum monosyllaba longa in brevi syllaba sed etiam iambica vocabula, quae constat parum elegantia esse et a plerisque evitata. Cf. Lachm. ad Lucr. III. 954, Mueller, de re metr. p. 425 sq. Sic omnes consentiunt scripsisse Lucilium:

in *re* agenda ipsá ridicula (28, 50)
hoc *tum* ille habebat ét fere omnem (29, 4)
sicut te *quem* aequae (hexam. 30, 16)
malo hércle vostro (29, 35)
....stabulique *fimo* atque sucerdis (hex. 30, 98)

Digitized by Google

et virtute *tuae* et claris (30, 13):
Durissimum omnium exemplum, in dactylicis scilicet, esset VIII. 3 »cum poclo bibo eodem", quod Lachmannum movit ut cum hiatu *eodem* disyllabum statueret. Id removit Muellerus, statuens *bibo* pyrrhichiacum esse. Tum XXIX. 48:

coicito te intro ac *bóno animo* es"

satis durum. Correptionem Graecam cum hiatu in dactylicis habes XXX. 40: »quid servas quŏ eam, quid agam? quid id adtinet ad te?" Porro synizesin saepius admisit, velut satis dure in *ai* (dativorum), in *ei*: *iligneis* (VIII. 19), *mei*, *meo*, in *iu*: *promunturium*, in *ia*: *iniuriatum*, *dominia*, *mendacia*. Caesura in septenariis aliquoties neglegitur. Nulla fere est causa, quin suum patronum inveniat, et excusationes singulis paratae sunt; at qui tam saepe excusatione indiget, non sane diligentissimus est.

In structura periodorum tanta utitur libertate, ut paene dissolutus videatur; modo verbosus est, modo periodum incohatam relinquit. Veluti:

Cassiu' Gaius hic operarius, quem Cephalonem
dicimu', sectorem furemque — *hunc* Tulliu' nequam
iudex heredem facit (XI. 22).
Terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique
instituere Numae, tremit *has* (XV. 5).
Verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt,
susque haec deque fuere, inquam, omnia ludu' iocusque
[(III. 11).

In his qui neglegentiam studio quaesitam agnoscit, non mecum facit, cum potius existimem Lucilium ingenio ductum illam sponte dictionem secutum esse, quae cum satirae libertate an licentia conveniret. Quodsi vel maxime non ad unguem factus est, tamen hoc summa laude dignum, quod metrum antea heroico carmini proprium ad vitae vulgaris consuetudinem accommodavit. Multo hoc magis placere debet quam si comtos et elegantes versus fudisset et sententias rotundas, quibus ingenii vigor festivitasque et lepores deessent. Maiora fragmenta — quamquam haec quoque non multis versibus continentur — omnia proprium habent τύπον, quem facile agnoscas et sive protervam lasciviam spectas, sive verborum proprietatem, habent quo se distinguant a quibusvis monumentis ingenii Romani. Conferas mihi V. 8.

Digitized by Google

(»quo me habeam") et VI. 16 (»cui neque"), et invenies aliquid vere Romanum, non extranea doctrina tinctum, quod quo rarius est, eo pluris faciendum. Familiarem sermonem duris subinde versibus et sermone, quem cultius aevum Augusteum aspernabatur, maluit exprimere, quam tornatos versus et urbanam elegantiam legenda proponere.

Inter Gerlachii et Muelleri editionem tantum interest quantum inter subitaneum laborem et diligentem recensionem. Et magnifice praedicat Muellerus: »novem annorum moras, quas »sanxit operi, quod non modo praesentis aetatis, etiam futurae »probaretur iudiciis, Flaccus ille Venusinus Auruncae alumni »aemulus, aequasse (se) atque adeo superasse." Sed cum illa diuturna horum fragmentorum commentatio magnum fructum tulerit, contra haud scio an eadem aliquod incommodum traxerit. Scilicet longa meditatione et tractatione eorundum versuum fit ut tandem dura et vitiosa minus offensioni sint, tandemque patienter ferantur ea, quae, si auctoritas abesset, non tolerarentur. Atque haec res omnium difficilima est in hoc argumento, quod in paucitate fragmentorum et proprietate sermonis Luciliani, diversa illa ab Horatiano genere, saepe norma deest et amussis, ad quam singula exigamus; saepe dubii haeremus, utrum librarii nos ludant, an Lucilius plus sibi libertatis sumserit, quam aliis permittatur. Muellerus nobis saepe nimia Lucilio suo concessisse visus est, eaque admisisse, quae vix aut ne vix quidem intellegantur aut contra sermonem peccent. De quo cum iudicium hic illic anceps sit, illud tamen dolendum, quod illa imperfecta conamina in contextum recepit, quo facto emendandi via aliis minus parata est. Dissectis enim in annotatione critica versibus in singula vocabula, ea quae libri offerunt non sub uno conspectu posita sunt. Accedit quod divisis »testimoniis" et »varietate lectionis" nec per eosdem numeros notatis, modo huc modo illuc errare debet oculus. Mihi multo magis commoda videtur ratio quam secuti sunt Meinekius et Bergkius, quam quae Comicorum Tragicorumque Latinorum, Varronis, Ennii fragmentis adhibita est. Vix credo, Muellerum ipsum emendationes, quas recepit, omnes certas evidentesque putare; iis locis, opinor, ubi nil relinquitur nisi divinatio, praestitisset traditam lectionem, vel cum vitiis,

Digitized by Google

reponere, emendatam autem in marginem relegare, contra, si fragmentum aliquod probabiliter constitutum esset, ut tamen valde a librorum auctoritate recederetur, uno tenore scriptum versum vitiosum initio variarum lectionum repraesentare. Sperandum est, ut, si ad Nonium editor accesserit, in recipiendis suis coniecturis minus periclitetur; nam tales auctores non edantur ut desideriis satisfiat eorum, qui uno tenore legere cupiant, sed ut ex iis tanquam ex intemerato fonte hauriri possit, quid alii dixerint.

Lucilii aetatem non excedere saeculum a. C. secundum, sed maturius incepisse, quam plerique auctore Hieronymo statuant, verissime nobis iudicare videtur Muellerus p. 289. Nam quae sunt in eius satiris temporum notae, omnes intra annos 600 et 650 cadunt (Coniect. II p. 76, 79, al.). Qui autem a° 606 demum eum natum putant, inextricabili errore implicantur. Quae contra de ordine librorum editorum statuit M., ea nulla fide digna sunt. Putat enim libros quinque postremos editos esse ante reliquos, idque constare ex his versibus l. XXIX. 21:

Apolost numen, qui te antiquis non sinet
deliciis maculam atque ignominiam inponere,

collatis cum VII. 4:

huncine ego unquam Hyacintho hominem cortinipotentis
deliciis contendi?

Nempe discidio facto queritur Lucilius, ut statuit M., quod priore loco illum Hyacinthum cum deliciis Apollinis comparasset. Hinc consequetur, eo iudice, non ut unus ille liber VII sit scriptus post XXIX, sed omnes XXV; neque id tantum, sed ut »certe maior pars" horum librorum »non ita multis annis" post XXVI—XXX editi sint, »cum catamitorum flos spatio temporis sat exiguo contineri soleat". Equidem quamdiu exoleti remediis adhibitis iuventutem prae se ferre possint ignoro — nec scire fas est omnia —; illud scio, si verum sit quod opinetur M., plerasque satiras compositas esse a sene et sene voluptario quidem, quoniam quaedam temporis notae sunt annorum 645 et 646, poeta autem a° 652, natus annos 78, decessit. At vide praeterea quid sumat M.:

Locus XXIX. 21 non est corruptus. (Id precario statuitur;

Digitized by Google

an bona videtur sententia: »Apollo, qui non sinet, est numen"? Hoc languidum).

Verba ibi relata ad Lucilium (*te*) dicta sunt.

Lucilius comparaverat puerum meritorium cum Hyacintho. Is puer non est alius quam qui memoratur VII. 4.

De singulis his potest disputari, et tamen omnia concurrant necesse est, antequam umbram demonstrationis habeamus. Non haec copiose redarguerem, nisi M. initio statim operis, p. IX hoc »extra controversiam positum" diceret et »vix quemquam futurum", qui de his dubitet. Eiusdem generis est p. IX »principio l. XXVI *aperte* — initia tum primum poeticam capessentis et saturam sibi vindicantis — poetae declarantur". Nam quis docuit illa: »nec doctissimis, nam Gaium Persium haece legere nolo, Iunium Congum volo" (XXVI. 1) ex libro XXVI, et quidem ex initio huius libri sumta esse? Contra quod est certum et indubitatum testimonium, unde apparet librum I post a. U. 625 (nec multo post, ut videtur) scriptum esse, omittitur; in eo libro v. 11 »nec si Carneaden ipsum Orcu' remittat" legitur; eum mortuum esse Ol. CLXII. 4, 625. U. C., 129 a. C. novimus diserto Apollodori testimonio apud Diog. Laert. IV. 65. Et undecimum librum scriptum esse eo tempore, quo Opimius ardebat infamia ex bello Iugurthino, i. e. utique post a° 642 (rogatio Mamilia est a° 644) apparet ex XI. 19. Haec utilius erat de singulis libris anquirere quam in universum exponere, aut dubia admodum coniectura niti. Sed omnino ad locum definiendum, quem L. tam in historia litterarum quam inter aequales cives sibi vindicat, ad temporis rationes constituendas, ad quaestionem solvendam, num dramata satirica in sylloge Luciliana fuerint non multum contulit nec conferre voluit editor, ut qui intellegeret, ante omnia nunc fragmenta perpolienda et, quatenus fieri posset, ad pristinum nitorem revocanda esse.

Groningae M. Februario. C. M. FRANCKEN.
a° 1873.

Digitized by Google

NOVA FRONTONIANA.

Laborat Grammatica Latina in epist. VII ad M. Caesarem p. 18 ed. Naberi, vs. 5 sqq. *Ego denique olim iam me puto satis amari, tibi autem nondum etiam quantum me diligas* satis est. Oratio Latina erit, si aut *diligis* aut esse correxeris. Mox legimus: *namque in dies plus amando efficis, ne quod ante* [*diem*] *amaveris, plurimum fuerit*, abiecto *diem*, s. *dies*, ut habet man. sec. Sin minus, certe necessarium foret, *ante hunc diem*, quod ipsum quominus verum habeatur, non obnitar.

Libr. III ep. VII p. 46, vs. 10. Et *amem te; tu quas εἰκόνας in eandem rem demonstrata ratione quaesiveris et inveneris, mittito mihi cett.* Imo vero: Ita *amem te, tu cett.* Ep. XV. p. 33, vs. 1 sqq. *Alcibiadem vero* (Socrates) *ceterosque adulescentes genere aut forma aut opibus feroces quo pacto appellare atque adfari solebat? per iurgium an per* ΠΟΛΙΤΙΑΝ? *exprobrando acriter quae delinquerent an leniter arguendo?* Non persuadet mihi doctissimus editor cum Hauptio suspicanti sic Frontonem vertisse vocabulum Latinum, quod est *urbanitas*. Ex usu Polybiano adiectivi *πολιτικός*, ad quem provocant, eiusmodi quid credi posset, si scriptum foret *πολιτικήν*, sed *πολιτίαν* (i. e. *πολιτείαν*) poni notione a vera vocabuli vi tam longe diversa ne a Frontone quidem potuit. Potius crediderim genuinam lectionem esse ΠΑΙΔΙΑΝ, i. e. *iocum*. Ep. XVI. vs. 3. *supra aetatem quanta est.* Codex *quantus* et corr. *quantum*. Nescio an potius rescribendum sit: *supra aetatem qua nunc es.* Ep. XXI. p. 57. *Mane ad te non scripsi, quia te commodiorem esse audieram, et quia ipse in* alio *negotio occupatus fueram.* Urbanius Caesarem ad magistrum scripsisse suspicor: *et quia ipse in* aliquo *negotio occupatus fueram.* Scribere ad dilectum suum Frontonem ei *otium* erat, opinor, non *negotium*.

Digitized by Google

Lib. IV, ep. VIII p. 71, vs. 8: *ulcus autem illud* ΑΠΕΡΓΑΝ ΣΤΑΙ *τῆς ἀρτηρίας*. Adnotat Naberus: fortasse *ἀπεξήρανται*. Parum huic coniecturae favent quae praecedunt: SANE QUIDEM *quod ad vires adtinet incipiunt redire: pectoris etiam dolor nullus residuus: ulcus* AUTEM cett., unde credo apparet vulnus *peius habere* quam antea. Ne multa: scripsit Fronto: *ulcus autem illud ἀπηγρίανται τῆς ἀρτηρίας*. Cf. Pape in voc. *ἀγριαίνω*. De composito nemo dubitabit, qui contulerit *ἀπαγριοῦν*. Vide etiam V, ep. 27, p. 83. — Lib. V, ep. 5, p. 78. extr.: *Vel fumum inquit patriae* CAIUS *poeta*. Iacobsius: GRAIUS poeta. Imo vero CHIUS *poeta*, Homerus. Cf. Od. *α*, 58.

Ep. 23, p. 82. *Praeterea in hac materia diutius laborandum est, ut factum credatur, quam ut* IRASCATUR. Respondet haec Fronto discipulo, qui ei miserat argumentum declamationis hoc: *Consul populi Romani, posita praetexta, manicam induit, leonem inter iuvenes quinquatribus percussit populo Romano spectante. Apud censores expostulatur.* Dubium non est Frontonem in responso hoc dicere, difficilius esse auditoribus persuadere rem tam indignam revera factam esse, quam excitare eorum iram et indignationem; itaque scripsisse censendus est: — *diutius laborandum est, ut factum credatur, quam ut* IRA NASCATUR. Infeliciter Schopenus: AUGRATUR.

Ad Verum imper. ep. I. extr. p. 129. Expleverim: *si ob militaria facinora, cur non Camilli? cur non (Capito)lini? cur non Curii* cett.?

Epist. Graec. IV p. 245, vs. 10. *ἤδη δέ τινας καὶ αὐτοὺς* [*πως*] *ὑποδιδόντας*. Imo *ἐπιδιδόντας*. Mox pro *φίλιοι* l. *φίλοι*. P. 243, vs. 7 dele *ἑορτάζειν*.

Iamque Frontonem depono de manibus, numquam posthac inspecturus scriptorem tam ieiunum atque ineptum, ut satis mirari non possis, eiusmodi tamen hominem suspexisse et admiratos esse aequales eosque non *τοὺς ἐπιτυχόντας*, sed ipsum imperatorem philosophum! Quanto melius consultum fuisset eius gloriae apud posteros, si eorum quae scripsit nulla servata esset litera!

Scribebam H. VAN HERWERDEN.
Traiecti ad Rhenum.

Digitized by Google

LECTIONES VALERIANAE.

Valerius Maximus 2, 3, 1 [1]). Postquam capite censos primum a C. Mario milites lectos esse narratum est, haec adduntur: *Is enim novitatis suae conscientia vetustati non sane propitius fuit, memorque, si militaris ignavia humilitatem spernere perseveraret, se a maligno virtutum interprete velut capite censum imperatorem compellari posse.*

Haud, opinor, ignavia causa fuit ob quam capite censi ab imperatoribus sacramento antehac non rogabantur, imo fastidium potius atque superbia. Hoc ipsum Valerium expressis verbis significasse credo. In *arisignavia* enim nescio an lateat *arrogantia*. Scribas igitur *si militaris arrogantia humilitatem spernere perseveraret*. Cf. Plut. Mar. c. 9. Ἐστρατολόγει παρὰ τὸν νόμον καὶ τὴν συνήθειαν, πολὺν τὸν ἄπορον καὶ δοῦλον καταγράφων· τῶν πρόσθεν ἡγεμόνων οὐ προσδεχομένων τοὺς τοιούτους, ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο τι τῶν καλῶν, καὶ τὰ ὅπλα μετὰ τιμῆς τοῖς ἀξίοις νεμόντων, ἐνέχυρον τὴν οὐσίαν ἑκάστου τιθέναι δοκοῦντος.

2, 4, 4. *Atellani autem ab Oscis acciti sunt. quod genus delectationis Italica severitate temperatum ideoque vacuum nota est: nam neque tribu movetur nec a militaribus stipendiis repellitur.*

Post *movetur actor* intercidisse videtur. Cf. Liv. 7, 2, 12: *Eo institutum manet, ut auctores Atellanarum nec tribu moveantur et stipendia . . . faciant.*

2, 7, 8. *Rullianus . . . victor . . . lictorum se verberibus lacerandum praebuit, ut in acie exceptorum vulnerum nodosis ictibus cruore renovato victoriarum . . . titulos respergeret.*

1) Editionem secutus sum, quae Halmii curis Lipsiae prodiit a. 1865.

Digitized by Google

Ex *nodosisictibus* veram quaeso et genuinam elicias lectionem *nodosis stipitibus.*

2, 10, 2. Ad Africanum in Liternina villa degentem complures praedonum duces eodem forte tempore confluxisse narrantur, non vitae eius hostes, sed virtutis admiratores. *Qui* — ita scriptum est — *postes ianuae . . . venerati, cupide Scipionis dexteram adprehenderunt ac diu osculati positis ante vestibulum donis, quae deorum inmortalium numini consecrari solent, laeti quod Scipionem vidisse contigisset, ad lares reverterunt.*

Praedones illos, non ad *lares*, sed ad *naves* rediisse crediderim.

2, 10, 6. *Missus ad eum* [i. e. Marium] *occidendum . . . servus publicus . . . et senem et inermem et squalore obsitum strictum gladium tenens adgredi non sustinuit, et claritate viri obcaecatus abiecto ferro attonitus inde ac tremens fugit.*

Servus ille non hercle claritate viri obcaecatus est, imo vero claritate s. fulgore oculorum eiusdem viri. Cf. Plut. Mar. 39: λέγεται τὰ μὲν ὄμματα τοῦ Μαρίου φλόγα πολλὴν ἐκβάλλοντα τῷ στρατιώτῃ φανῆναι. Quamobrem corrige sodes *claritate visus obcaecatus.* Cf. Cic. apud Plin. N. H. 7, 2, 2: *esse homines, qui visu effascinent, interimantque quos diutius intueantur.*

3, 5, 1. Postquam nonnulla enarrata sunt de Scipione superioris Africani filio, qui a patris virtute admodum degenerasset, haec adduntur: *dii boni, quas tenebras e quo fulvine nasci passi estis!*

In his *fulmine* vitiosum esse affirmare non dubito. Rectam nimirum habebis comparationem corrigendo *lumine.*

3, 8, E. 3. *Universa civitas Atheniensium, iniquissimo ac truculentissimo errore instincta, de capite decem praetorum, qui apud Arginussas Lacedaemoniam classem deleverant, tristem sententiam tulerat.*

Errore instincta num recte dici possit vehementer addubitare audeo. Sana lectio haud scio an restituatur *furore instincta* scribendo coll. quae in fine leguntur: *nec timuit Socrates ne consternatae patriae undecimus furor mors ipsius existeret.* Etenim *instinctus* tantummodo coniungi solet cum iis verbis, quae animi motum vehementiorem significant. Quamobrem *ira*

Digitized by Google

instinctis corrigere non dubito loco, qui legitur 4, 1, 8: *nec quisquam dubitavit, quin in eo scribendo ira tinctis adversus Asiaticum verbis usurus esset*, ubi *ins* propter similitudinem praecedentis *ira* intercidisse videtur.

4, 1, E. 7. *A piscatoribus in Milesia regione everriculum trahentibus quidam iactum emerat.*

Immo *captum*, vel potius *capturam*. Illud legitur apud Pomponium Dig. 18, 1, 8 § 1: *captus piscium vel avium emitur*, hoc vero apud ipsum Valerium 4, 1, E. 7: *piscium capturam vendidisse.*

4, 2, 3. *Non contentus ... Scipio auctore senatu in Capitolio Iovis epulo cum Graccho concordiam communicasse, filiam quoque ei Corneliam protinus ibi despondit.*

Concordiam cum aliquo communicare quidnam sibi velit neque ego intelligo, neque credo quisquam intelleget umquam. Minime vero *cōicasse* (i. e. communicasse) in antiquissimis olim libris, sed *c̄ciliasse* (i. e. conciliasse) scriptum esse crediderim. *Concordiam conciliare* invenies apud Gellium 2, 12: *concordia per eos potissimum restitui conciliarique possit.*

4, 3, E. 1. *Pericles Atheniensium princeps, cum ... Sophoclea in praetura collegam haberet atque is publico officio una districtus pueri ingenui praetereuntis formam impensioribus verbis laudasset, intemperantiam eius* [increpavit].

Praetulerim *publici officii cura districtus* coll. 8, 7, E. 15 *maximarum rerum cura districtus.*

4, 4, 6. *Quae postquam senatus a consulibus accepit, et agrum Atili ilico colendum locari et alimenta coniugi eius ac liberis praeberi resque, quas amiserat, redimi publice iussit.*

Vereri me confiteor, ne *ilico* ex dittographia ortum veraque lectio sit *agrum Attili colendum.* Fere eadem, quae hoc loco a Valerio, a Seneca traduntur in Dial. 12, ad Helviam c. 12, apud quem tamen nullam in hac re festinationis mentionem factam esse video. Scribit enim: *Attilius Regulus, cum Poenos in Africa funderet, ad senatum scripsit mercenarium suum discessisse et ab eo desertum esse rus, quod senatui publice curari, dum abesset Regulus, placuit.* Cf. quae iam antea de simili scripturae vitio annotavi ad Ciceronis Antonianam 8, 2, 7 [1]).

1) In Coniectaneis Latinis p. 75

Digitized by Google

4, 5, 3. [Cicereius] *ut vidit omnibus se centuriis Scipioni anteferri, templo descendit abiectaque candida toga competitoris sui suffragatorem agere coepit, ut scilicet praeturam melius Africani memoriae concederet quam sibi vindicaret.*

Campum Martium iure quodam templum h. l. vocari contendunt interpretes, non solum quod Marti sacer esset, sed etiam quod consularibus esset auspiciis consecratus. Equidem in talibus quid constans atque perpetuus loquendi usus iubeat vetetve, quam quid possit dici an non possit inquirere satius puto. Usus ille autem campum nusquam locorum templum vocatum esse docet. Quae quum ita sint, *extemplo* scribendum esse censeo. Deinde vero pro *descendit discessit* corrigas. Prorsus simili vitio deformabatur olim locus in Ciceronis Planciana (14, 33): *Consuli P. Nasicae praeco Granius, medio in foro, cum ille edicto iustitio, domum descendens cett.* Manutius pro *descendens discedens* h. l. legendum esse monuit.

4, 7, 2. *Quo enim impetu, qua perseverantia animi Blossius et Pomponius et Laetorius tropaea ac triumphos eorum adiuvissent, furiosi conatus tam strenui comites, sinistris quidem auspiciis amicitiae condicionem secuti, sed quo miseriora, hoc certiora fideliter cultae nobilitatis exempla.*

Correctiorem, ni fallor, et elegantiorem habebis sententiam, si pro *certiora celsiora* scripseris.

4, 8, 3. [Q. Considius] *amaritudinem publicae confusionis privata liberalitate mitigavit, opportune mirificeque testatus se nummorum suorum, non civilis sanguinis esse faeneratorem.*

Pro *mirificeque* ut *munificeque* corrigatur rerum et verborum contextus enixe requirit.

4, 8, 4. *Asiam bello captam Attalo regi muneris loco* [Populus Romanus] *possidendam tradidit . . . Ipsa victoria donum felicius, quia multum occupasse invidiam habere potuit, tantum tribuisse gloria carere non potuit.*

Demiror editores nondum vitium manifestum sustulisse, quo sententiae tenor aliquantum impediatur. Nemo enim non facile sibi persuadebit pro *multum quantum* revocandum esse, ut sequens *tantum* verbum habeat apte sibi respondens.

5, 1, E. 5. [Campani] *militibus vestem, arma, equos, com-*

Digitized by Google

meatum benignissime praestando et inopiam et deformitatem Romanae cladis mutarunt. —

Immo hercle *mitigarunt.*

5, 3, E. 3. *Detrahe Atheniensibus Thesea, nullae aut non tam clarae Athenae erunt, si quidem ille vicatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit, separatimque et agresti more viventi populo amplissimae civitatis formam atque imaginem imposuit... Huius tamen summoti ab Atheniensibus Scyros, exule minor insula, ossa mortui cepit.* —

Inficetam et insulsam lectionem, qua Scyros insula Theseo exulante minor fuisse traditur, Valerio obtrudere nolim. MSS. quinque Torrenio teste *exulis* habent. Nempe scripsit olim noster *Scyros exilis et inops insula.*

5, 5, 3. *Tantum... amorem princeps parensque noster insitum animo fratris Drusi habuit, ut cum... gravi illum et periculosa valitudine in Germania fluctuare cognosset, protinus inde metu attonitus erumperet.* —

Probari nequit h. l. *fluctuare*, quippe quod verbum translata significatione non ad corpus, sed ad animum referri soleat, quum fere idem valeat, quod *agitari, turbari, dubium esse.* Ex *-afluctuare* mecum elice sodes *afflictari* et sanam habebis sententiam. Cf. Catilinaria I, 13, 31: *Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur;* Suet. Tit. 2: *gravi morbo afflictatus diu.*

6, 2, 1: *Ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabatur, eodem tempore et victoribus et iratis subiecta.*

Littera *s*, quae est ultima v. *iratis* prave h. l. geminatum est. Valerius sine dubio scripsit *iratis obiecta*, quia obiciendi verbum in eiusmodi locutione omnium usu receptum est.

6, 3, 1. *Viguit in nostra civitate Ti. et C. Gracchorum summa nobilitas ac spes amplissima, sed quia statum civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera iacuerunt supremusque humanae condicionis honos filiis Gracchi et nepotibus Africani defuit. quin etiam familiares eorum, ne quis reipublicae inimicis amicus esse vellet, de robore praecipitati sunt.*

Haereo in vv. *de robore*, siquidem *robur* Festo auctore locus est, non de quo malefici, sed in quem praecipitabantur. Minime

Digitized by Google

placet Torrenii coniectura, *de rupe* corrigentis, quia contra fidem est historicam. Equidem *in liberim* potius scripserim, audacissima sane coniectura, sed cui veterum testimonia favent. Cf. App. B. C. 1, 16: *κἀν τῷδε τῷ κυδοιμῷ πολλοί τε τῶν Γραγχείων καὶ Γράγχος αὐτὸς, εἱλούμενος περὶ τὸ ἱερὸν, ἀνῃρέθη κατὰ τὰς θύρας, παρὰ τοὺς τῶν βασιλέων ἀνδριάντας. καὶ πάντας αὐτοὺς νυκτὸς ἐξέρριψαν ἐς τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ.* — Liv. Epit. 58: *Quum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica, in Capitolio ab optimatibus occisus est... et inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus in flumen proiectus.*

6, 8, 7. Antius Restio a triumviris proscriptus spoliatusque a domesticis, unum tantum servum fugae comitem habuisse narratur, vinctum atque inexpiabili litterarum nota inustum. De quo servo haec deinceps traduntur: *ut sensit cupidos sanguinis milites supervenire, amoto domino rogum exstruxit eique egentem a se comprehensum et occisum senem superiecit.*

Locus, quem *egentem* in ordine occupat, a *senem* remotior, corruptionis suspicionem movet. Deinde vero iure quodam mirari possis, senex ille, miser sane consiliique inops, cur tandem *egens* potissimum dicatur. Melioris ni fallor lectionis Paridis Epitome ansam praebet, in qua haec leguntur: *amoto domino rogum extruxit eique ardenti comprensum et occisum senem superiecit.* His ductus veram lectionem *eique incenso* esse conicio.

7, 1, 2. *Cum... Gyges... inflatus animo Apollinem Pythium sciscitatum venisset an aliquis mortalium se esset felicior, deus ex abdito sacrarii specu voce missa Aglaum Psophidium ei praetulit. is erat Arcadum pauperrimus, sed aetate iam senior terminos agelli sui numquam excesserat, parvuli ruris fructibus contentus. verum profecto beatae vitae finem Apollo non adumbratum oraculi sagacitate conplexus est.*

Pro *excesserat* restituendum est *extenderat*, ut rectior sit sententia atque emendatior. Cave enim putes, Arcadem illum ultra agellum suum pedem numquam posuisse. Pro *adumbratum adumbratim* corrigo, quo adverbio Lucretius 4, 361 usus est.

7. 2, E. 10. *Age Philippi quam probabilis epistola, in qua*

Digitized by Google

Alexandrum quorundum Macedonum benivolentiam largitione ad se adtrahere conatum sic increpuit: 'quae te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui conpulisses?' a caritate istud pater † auus o Philippus maiore ex parte mercator Graeciae quam victor. —

Corrupto et mutilo loco sententiam quodammodo restituere conatus sum in hunc modum supplendo: *a caritate istud paterna* audiuisset olim *Philippus* ipse *maiore ex parte mercator G. q. v.*

7, 2, E. 16. *Magone... Cannensis pugnae exitum senatui Poenorum nuntiante inque tanti successus fidem anulos aureos trium modiorum mensuram explentes fundente, qui interfectis nostris civibus detracti erant,* [Hanno] *quaesivit an aliquis sociorum post tantam cladem a Romanis defecisset.*

Corrige sis *effundente; ef-* in praecedenti latere *-es* nemini opinor non perspicuum est.

7, 3, 4. *Q. Fabius Labeo, arbiter ab senatu finium constituendorum inter Nolanos ac Neapolitanos datus, cum in rem praesentem venisset, utrosque separatim monuit, ut omissa cupiditate regredi † modo controversia quam progredi mallent.*

Molesta illa *modo controversia* sententiae tenorem non leviter obstruunt atque impediunt. Suspicio me tenet, in archetypi margine olim adscriptum esse *mota controversia* a librario negligentiori, qui, quum suo loco i. e. inter *cum* et *in* illa verba recipere omisisset, calami errorem quodammodo corrigere voluerit, deinde alium hominem nescio quem somniculosum inter describendum ei loco illa praepostere assignasse, ubi nunc leviter mutata legantur. Quae quum ita se habeant, restituendum videtur: *cum mota controversia in rem praesentem venisset, utrosque separatim monuit, ut omissa cupiditate regredi quam progredi mallent.*

7, 3, 9. [Sentius Saturninus Vetulo] *cum a triumviris inter proscriptos nomen suum propositum audisset, continuo praeturae insignia invasit... vehicula conprehendit, hospitia occupavit, obvios summovit ac tam audaci usurpatione imperii in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. idem ut Pu-*

Digitized by Google

teolos venit, perinde ac publicum ministerium agens summa cum licentia correptis navibus in Siciliam... penetravit.

Saturninus ille naves corripiendo, quasi publicum ageret ministerium, non tam licenter credo quam confidenter se gessit. Quamobrem pro *cumlicentia* scribas quaeso *confidentia.*

7, 5, 2. Postquam narravit, P. Nasicam, cum aedilitatem curulem peteret, manumque cuiusdam rustico opere duratam apprehendisset, ioci gratia illum interrogasse an manibus solitus esset ambulare, deinceps addit hoc dictum Scipioni repulsae causam attulisse. Tum vero finit narrationem his verbis: *igitur civitas nostra nobilium iuvenum ingenia ab insolentia revocando magnos et utiles cives fecit, honoribusque, non patiendo eos a securis peti, debitum auctoritatis pondus adiecit.*

Nimis diu hic locus intactus relictus est. Aut enim fallor, aut scurrilis petulantia, quo hominem boni frugi laeserat, Scipioni repulsae causa fuit. Pro *securis* igitur *scurris* corrigas.

7, 6, 4. *C. Mario Cn. Carbone consulibus civili bello cum L. Sulla dissidentibus... senatus consulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflata sunt... Non... patrum conscriptorum voluntas, sed taeterrimae necessitatis truculenta manus illi consulto stilum suum impressit.*

Stilum Scto imprimere num recte dicatur pro *Sctum scribere*, donec exemplo comprobetur, non dubitare nequeo. *Stilum* mutilam vocem esse suspicor et decurtatam, Valerium vero scripsisse *sigillum*. *Sigillum imprimere* alicui rei, pro consignare s. obsignare aliquid, legitur apud Cic. Acad. 2, 26, 86; Curt. 3, 7 (18), 14.

7, 8, 4. *Pompeius Beginus... cum testamento fratris praeteritus esset et ad coarguendam iniquitatem eius binas tabulas testamentorum suorum in comitio incisas habita utriusque ordinis maxima frequentia recitasset... cineres fratris quietos esse passus est.*

Pro *habita adhibita* revocandum est. Etenim propter praecedens *-as* sequens *ad-* facile interire potuit. Verbum *adhibere* absolute usurpatum esse pro *in consilium adhibere*, pluribus locis probari potest. Cf. ipse Valerius 9, 5, E. 2: *adhibitis Asiae principibus;* Cic. Fam. 4, 7, 6; 11, 7, 1; de Off. 3, 20, 80.

8, 11, E. 5. *Natura, quem ad modum sacpe numero aemu-*

Digitized by Google

lam virium suarum artem esse patitur, ita aliquando inritam fesso labore dimittit. —

Malim *inrito fessam labore.*

8, 12, 1. *Sapientissimi... artis suae professores sunt a quibus et propria studia verecunde et aliena callide aestimantur.*

Immo vero *candide* i. e. integre atque vere. Cf. interpretes ad Hor. Ep. 1, 4, 1; Mart. 4, 87, 4.

8, 12, E. 3. *Mirifice... ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de crepida et ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.*

Pro *crure sura* praetulerim, quam multo acutiorem lectionem Paridis habet Epitome: *Quidam sutorem de sura disputare incipientem supra plantas ascendere vetuit.*

8, 13, E. 1. [Masinissa] *exercitus equo insidens noctem diei plerumque iungendo duxit nihilque omnino ex iis operibus, quae adulescens sustinere adsueverat, quo minus senectute ageret omisit.*

Displicet omittendi verbum cum *quo minus* coniunctum, cuius structurae exempla desunt. Praeterea *opera agere* pro *opera facere* insolens nimirum dictio est. Emendatae lectionis vestigia Codex Bernensis praebet, in quo legitur *quo millius senectutem ageret.* Pro *millius* corrige sis *mitius* et omnia opinor recte se habebunt. Masinissa enim omnia, quae adulescens sustinuerat, provecta aetate sustinere perrexit, ut eo minus senectutis mala sentiret atque incommoda. *Mitius* dictum puta pro *lenius* s. *levius* Cf. Cic. Tusc. 2, 22, 53: *Haec cogitatio dolorem mitiorem facit;* Quint. 6, 4: *mitiorem poenam irrogare.*

8, 14, E. 1. [Themistoclem] *ferunt, stimulis virtutum agitatum et ob id noctes inquietas exigentem, quaerentibus, quid ita eo tempore in publico versaretur, respondisse: 'quia me tropaea Miltiadis de somno excitant'... Idem theatrum petens, cum interrogaretur, cuius vox auditu illi futura esset gratissima, dixit 'eius a quo artes meae optime canentur' dulcedinem gloriae, paene adieci gloriosam! —*

Extrema haec verba omni sensu prorsus carere mihi videntur. Non magis enim intelligo, quomodo quae in praecedentibus narrata sunt, Valerium inducere potuerint, ut gloriam dulcem praedicaret, quam qua mente gloriae dulcedinem illam

Digitized by Google

AD DEMOSTHENIS ORATIONEM

IN MIDIAM.

Operae pretium me puto facturum, si paucas e multis expediam difficultatibus, quibus etiamnum premitur interpretatio elegantissimae orationis, quae oratio si qua alia non sermonis tantum praestantia sed etiam rerum copia ac diversitate lectorem delectat.

Et primum quidem haereo in iis quae leguntur § 5 sq., ubi, posteaquam dixit vulgo non accusatoris sed rei esse exorare iudices (*παραιτεῖσθαι*), orator ita pergit: *ἐπειδή τε τούς τε κριτὰς διαφθείραντος τούτου* (Midiam dicit) *καὶ διὰ τοῦτο τῆς φυλῆς ἀδίκως ἀφαιρεθείσης τὸν τρίποδα*, [*καὶ*] *αὐτὸς πληγὰς εἰληφὼς καὶ ὑβρισμένος οἷα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε χορηγὸς ὑβρίσθη, ἣν ὑπὲρ τούτων ἀγανακτήσας καὶ συνοργισθεὶς καταχειροτονίαν ὁ δῆμος ἐποιήσατο, ταύτην εἰσέρχομαι, οὐκ ὀκνήσω καὶ δεῖσθαι.* Perdit sententiam quod uncinis sepsi *καί*, quae vocula, si genuina est, non potest esse copula, sed debet significare *etiam*. At vero ne hac quidem vi posita ferri posse videtur, siquidem *καὶ αὐτὸς πληγὰς εἰληφώς* ita tantummodo recte diceretur, si idem dictum foret de tribu aut de iudicibus. Si quid addere voluisset orator, potuerat *προσέτι αὐτὸς κτέ.* aut aliquid eiusmodi. Neque scribendum est *αὐτὸς καὶ πλ. εἰλ. καί*, quod ipsi verberandi actioni inerat contumelia. Nihil autem est quod miremur, vocula saepius in vicinia obviam hoc loco male pedem intulisse. In vicinia § 4 perperam ex optimis codicibus receperunt editores: *ὅσῳ πλείοσιν οὗτος ἠνώχληκε καὶ περιήγγελκεν*, ubi rectissime olim vulgabatur *παρήγγελκεν*. Nam

Digitized by Google

παραγγέλλειν (non περιαγγέλλειν) est, quam notionem huius loci ratio requirit, *advocationem alicuius deposcere, sollicitare aliquem, ut sibi adsit in iudicio.* Substantivum παραγγελία hoc sensu reperies apud nostrum p. 341, 2 et p. 432, 11. Iisdem vocabulis Graecos uti de *ambiendo* et *prensando* in vulgus notum est.

Pronomen abesse malim § 19; ἔχω δὲ λέγειν καὶ πονηρίας ἑτέρας παμπληθεῖς [αὐτοῦ] καὶ ὕβρεις εἰς πολλοὺς ὑμῶν καὶ τολμήματα τοῦ μιαροῦ τούτου πολλὰ καὶ δεινὰ κτέ., sed maius emblema detexisse mihi videor § 32 sq.: ἴσε δήπου τοῦθ' ὅτι τῶν θεσμοθετῶν τούτων οὐδενὶ θεσμοθέτης ἔς' ὄνομα, ἀλλ' ὁτιδήποθ' ἑκάςῳ. ἂν μὲν τοίνυν ἰδιώτην ὄντα τινὰ (l. τιν') αὐτῶν ὑβρίςῃ τις ἢ κακῶς εἴπῃ γραφὴν ὕβρεως καὶ (malim ἢ) δίκην κακηγορίας ἰδίαν φεύξεται, ἐὰν δὲ θεσμοθέτην, ἄτιμος ἔςαι καθάπαξ. διὰ τί; ὅτι τοὺς νόμους ἤδη ὁ τοῦτο ποιῶν προσυβρίζει καὶ τὸν ὑμέτερον κοινὸν ςέφανον καὶ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. Hebes sit oportet, qui post haec verba indigeat interpretamento: ὁ γὰρ θεσμοθέτης οὐδενὸς ἀνθρώπων ἔς' ὄνομα, ἀλλὰ τῆς πόλεως. Ferrem tamen fortasse, nisi praeterea suspectus esset usus articuli ὁ γὰρ θεσμοθέτης. Demosthenes enim, nisi fallor, scripsisset θεσμοθέτης γὰρ κτέ., ut recte legitur in praegressis ὅτι τῶν θεσμοθετῶν οὐδενὶ θεσμοθέτης ἔς' ὄνομα. Non defendi articulum iis quae sequuntur § 34 ἅμα γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ ὁ χορηγὸς ὑβρίζετο, τοῦτο δ' ἔςι τῆς πόλεως ὄνομα, non est quod moneam.

Sed redeundum est ad § 19, ubi Demosthenico stilo indignam arbitror hanc omnium librorum scripturam: Τὰ μὲν οὖν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς φυλέτας ἠσελγημένα καὶ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικήματα τούτῳ πεπραγμένα — ταῦτ' ἔςιν κτέ. Suspicor h. l. accidisse, quod saepe fieri video in libris antiquis, per compendiorum usum confusam esse participii Perfecti passivi terminationem μενα cum terminatione substantivi ματα, et genuinam oratoris manum esse hanc: Τὰ μὲν οὖν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς φυλέτας ἠσελγημένα καὶ περὶ τὴν ἑορτὴν ἠδικημένα τούτῳ — ταῦτ' ἔςιν, abiecto participio πεπραγμένα, quod semel scripto ἀδικήματα a correctore additum esse non dubito. Ita demum legitimum locum occupabit pronomen τούτῳ, referendum ad utrumque participium.

In vicinia maioris emblematis, quod supra damnavi, prono-

Digitized by Google

mea male repetitum videtur in verbis (§ 33)): *οἷς ἂν ἡ πόλις τινα* (l. *τιν'*) *ἄδειαν ἢ σεφανηφορίαν ἢ* [*τινα*] *τιμὴν δῷ*, ubi fieri potest ut dittographia natum sit e priore syllaba vocabuli sequentis. Certe nullam video causam idoneam, cur repeteretur pronomen indefinitum, siquidem non maior est necessitudo inter *ἄδειαν* et *σεφανηφορίαν* quam inter *σεφανηφορίαν* et *τιμήν*.

Longe diversi generis est quod correctum velim § 67, ubi dicit orator: *καίτοι πᾶσιν ὑμῖν ἐγὼ τοῦτο δείξω σαφῶς, ὅτι μηδὲν ἀσελγὲς ἔξῃν ποιοῦντι* Μειδίᾳ *μηδ' ὑβρίζοντι μηδὲ τύπτοντι καὶ λυπεῖν ἐμὲ καὶ κατὰ τοὺς νόμους αὐτῷ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ μηδὲ διᾶραι τὸ σόμα περὶ αὐτοῦ ἔχειν ἐμέ*. Quum post *Μειδίᾳ* modo praegressum turpiter abundet pronomen *αὐτῷ* et simul pro *φιλοτιμεῖσθαι* manifesto requiratur notio verbi, quo dicatur Midias *certare* cum Demosthene *φιλοτιμίᾳ* erga populum, nihil potest esse certius quam oratori reddendum esse: *καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἀντιφιλοτιμεῖσθαι*. Saepissime autem a librariis confundi compendium pronominis *αὖ* (quo omnes casus et numeri significantur) et praepositionem *ἀντ(ὶ)* neque ignotum est neque mirum accidet cuiquam.

Iterum vocabulum corruptum ludificari credo lectorem § 65 in verbis: *οὐδέ γε ἐκεῖνο οὐδεὶς ὑμῶν οἶδ' ὅτι μνημονεύει πρότερον τῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἢ καὶ τοῖς κοινοῖς ἐχθρῶν ἀλλήλοις οὐδένα οὔτε καλουμένων τῶν κριτῶν παρεσηκότα, οὔθ' ὅταν ὀμνύωσιν ἐξορκοῦντα, οὔθ' ὅλως ἐπ' οὐδενὶ τῶν τοιούτων ἐχθρὸν ἐξεταζόμενον*. Quamvis silentio interpretes praetereant participium *καλουμένων*, ego prorsus non intellego quid sibi h. l. velit. Propter *iurisiurandi* mentionem in sequentibus de' *sortitione* cogitandum esse suspicor et corrigendum: *οὔτε κληρουμένων τῶν κριτῶν παρεσηκότα*, ut dicatur Midias aut operam dedisse fraudulentam, (numerandis calculis si ipse adhibitus fuerit) ne Demosthenis amici sorte crearentur, aut adstantem sortientibus iam tunc pecuniam promisisse, si sortiti Demosthenem victoria privassent. De horum iudicum sortitione vide Schömanni Ant. Iur. publ. p. 260 sq.

Glossema denuo deturpat quae legimus § 75, ubi orator demonstrat gravius in se deliquisse Midiam, quam Boeotum in Euaeonem: *ὁ μέν γε ὑπὸ γνωρίμου, καὶ τούτου μεθύοντος, ἐναντίον ἓξ ἢ ἑπτὰ ἀνθρώπων ἐπλήγη, καὶ τούτων γνωρίμων; οἳ τὸν μὲν*

Digitized by Google

κακιεῖν οἷς ἔπραξε, τὸν δ' ἐπαινέσεσθαι μετὰ ταῦτ' ἀνασχόμενον καὶ κατασχόθ' ἑαυτὸν ἔμελλον, καὶ ταῦτ' εἰς οἰκίαν ἐλθὼν ἐπὶ δεῖπνον, οἳ μὴ βαδίζειν ἐξῆν αὐτῷ· (vulgo male ponitur distinctio maior) ἐγὼ δ' ὑπ' ἐχθροῦ νήφοντος, ἔωθεν ὕβρει καὶ οὐκ οἴνῳ τοῦτο ποιοῦντος, ἐναντίον πολλῶν καὶ ξένων καὶ πολιτῶν [ὑβριζόμην], καὶ ταῦτ' ἐν ἱερῷ καὶ οἳ πολλή μοι ἦν ἀνάγκη βαδίζειν χορηγοῦντι. Ad ἐγὼ δ' e praegressis mente repetendum est ἐπλήγην, quod qui non intellexit absurde supplevit ὑβριζόμην, non tantum male usus Imperfecto, ubi praecesserat Aoristus, sed etiam verbo ineptissimo, quasi vero aliter quam ὕβρει possit aliquis ὑβρίζειν. Mutata igitur, ut indicavi, interpunctione, dele importunum emblema: et totus locus egregie procedet.

Mutata interpunctione adiuvandus quoque locus valde controversus § 86: φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν διαιτῶν — εἰς ἣν ὁ μὲν ἦλθε τῶν διαιτητῶν, ὁ δ' οὐκ ἦλθε, πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους κλητῆρα οὐδ' ὁντινοῦν ἐπιγραψάμενος, κατηγορῶν ἔρημον, οὐδενὸς παρόντος, ἐκβάλλει καὶ ἀτιμοῖ τὸν διαιτητήν. Post virorum doctorum de hoc loco disputationes monere sufficiat neque Reiskianam coniecturam συνηγόρων, qua bis idem dicatur, ferri posse neque multo leniorem H. Wolfii κατηγόρων, qua tribuatur vocabulo ἔρημος notio quam numquam habuerit, siquidem nemo dicatur ἔρημος earum rerum, quibus careat libenter, ferri ullo modo posse, sed codicum omnium scripturam κατηγορῶν habere rectissime, modo locum sic interpungamus: πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρα οὐδ' ὁντινοῦν ἐπιγραψάμενος κατηγορῶν, ἔρημον οὐδενὸς παρόντος ἐκβάλλει καὶ ἀτιμοῖ τὸν διαιτητήν. Ita vocabulo κατηγορῶν absolute posito verbis κλητῆρα — κατηγορῶν idem dictum erit, quod scribi sic possit: δίκην εἰσιὼν ἀπρόσκλητον (cf. § 92), et ἔρημον, iungendum cum verbo ἐκβάλλειν et substantivo διαιτητήν, necessarium epexegema habebit vocabula οὐδενὸς παρόντος, quae iniuria sollicitavit Taylorus. Quod autem contendit Spaldingius diserte memorandum fuisse crimen, cuius reum Stratonem capite minuerat Midias, verum non est, neque criminis rationem Spaldingius intellexit. Intellexit Buttmannus, quem vide Excers. XIII, p. 160.

Quamvis non aeque facili, leni tamen ratione salus reddi

Digitized by Google

potest suspectae scripturae in § 81: *λαβὼν δ' ὑπερήμερον καὶ ἔχων οὐδενὸς ἠψάμην πώποτε τῶν τούτου, ἀλλὰ λαχὼν ἐξούλης κτέ.* Adnotat Buttmannus: »Utrumque participium referendum »est ad vocem *ὑπερήμερον*: neque differunt nisi eo quod *λαβὼν* »momentum illud temporis indicat, quo Midias debitor non sol»vens velut in manus Demosthenis, iure quidem, *datus est*; »*ἔχων* autem continuatum hunc utriusque statum: quippe »semper ab illo tempore ius habebat ille, bonis huius manum »iniicere." Ingeniosam esse interpretationem non nego, sed tamen non eam habet *πειθανάγκην*, ut animo meo evellere possit suspicionem, in verbis *καὶ ἔχων*, quae utique prorsus inutilia esse negari non potest, ali monstrum, quod videsis an procurasse tibi videar corrigendo: *λαβὼν δ' ὑπερήμερον καὶ ἐξὸν οὐδενὸς ἠψάμην κτέ.*, i. e. *et quamvis liceret, non tamen bonis huius manum iniecī*. An forte putas simili sententia retineri posse codicum lectionem *καὶ ἔχων* (i. e. *δυνάμενος*) scil. *ἅψασθαι*? Ego vereor, ne iusto obscurior foret haec scribendi ratio, cum praesertim vix quisquam auditorum non potius cum Buttmanno *ἔχων* iuncturus esset cum adiectivo *ὑπερήμερον*. Sed videant me peritiores!

Duae literulae e fuga revocandae § 166, ubi concitato Midiae sermoni magis congruum videtur: »*ἀγνοεῖτ'* (*ἔτ'*)" *ἔφη* »*ὦ βουλή, τὸ πρᾶγμα;*" *κτέ.*

Similem errorem castigaverim § 118 scribendo: *μετρία γὰρ δίκη παρὰ τῶν φίλων ἐστὶν, ἄν τι (τινα) δοκῶσι πεποιηκέναι δεινὸν, μηκέτι τῆς λοιπῆς φιλίας κοινωνεῖν, τὸ δὲ τιμωρεῖσθαι καὶ ἐπεξιέναι τοῖς πεπονθόσι καὶ τοῖς ἐχθροῖς παραλείπεται*, et § 120 extr. legendo: *οὐ γὰρ (ἂν) ἦν μοι δήπου βιωτὸν τοῦτο ποιήσαντι*, ut solet ea vocula post *γάρ* a librariis frequenter neglegi. Sic quoque § 171, ubi mecum legas: *μικρὰ γὰρ (ἄν) αὕτη γε τις ἦν*, § 114 verbum *ποιεῖν* post *νομίζειν* elegantius quidem omitteretur, nec tamen deest quo defendatur: quare abstineo manus. Contra defendi non posse videntur, quae sic scripta video § 126: *ὅσα μὲν τοίνυν εἷς τε τὴν λειτουργίαν καὶ τὸ σῶμ' ὑβρίσθη καὶ πάντ' ἐπιβουλευόμενος τρόπον καὶ πάσχων κακῶς ἐκπέφευγα, ἀκηκόατε κτέ.*, ubi manifestum est post *καί* periisse voculam, sive eam quacum saepissime in libris confunditur *ὡς*, ut scribendum sit: *καὶ ὡς πάντ' ἐπιβουλεύμενος κτέ.*, sive *ὅσα*, ut le-

Digitized by Google

gatur: καὶ ὅσα πάντ' κτἑ. Hoc certe apud me constat, unum illud ὅσα referri non posse ad utrumque periodi membrum, ubi, ut h. l., duo rerum genera diserte distinguuntur, iniuriae quibus affectus est a Midia Demosthenes per choragiam, et insidiae quibus antea ab eodem petitus est.

Mira verbositate laborant § 129 uerba: οὐδ', εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ ὑπάρξειε πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν [τὸ τ'ἐμὸν καὶ τὸ τούτου προστεθὲν] οὐκ ἂν ἐξαρκέσειεν. Dubito num verba inclusa sint Demosthenis; quibus abiectis tanquam interpretamento verborum παρ' ἀμφοτέρων, locum sic intellego: *neque si(mihi) suppeteret concessa utrique nostrum aquae mensura* (i. e. alterum tantum aquae quam nunc est), *ne sic quidem ea sufficeret ad omnes reliquas eius iniurias* (πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν) *oratione persequendas.* Vulgo interpungitur virgula post προστεθὲν, quam transposui post ὑπάρξειε. Obcurissima autem mihi quidem est Buttmanni interpretatio: *Si ei* (Midiaene?) *aquae, quae reliqua mihi est, de novo adderetur integra, et mea et illius mensura, non tamen sufficeret.* Prorsus enim non intellego, quid *Midiae* opus sit maiore aquae mensura, siquidem haec praecedunt: πάντα μὲν δὴ τὰ τούτῳ (Midiae) πεπραγμένα, οὔτ' ἂν ἐγὼ δυναίμην πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, οὔτ' ἂν ὑμεῖς ὑπομείναιτ' ἀκούειν, itaque consentaneum est, in sequentibus sermonem esse de augenda aqua Demosthenis, non Midiae, ut opinor.

§ 131 οὐ γὰρ ἡγεῖθ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, λαμπρὸν οὐδὲ νεανικὸν οὐδὲ ἄξιον θανάτου ὅτι ἄν τις πρὸς ἕνα εἷς διαπράττηται. Aut cum Schaefero expungendum θανάτου tamquam absurdum interpretamentum, aut, quia vix quisquam tam longe a verborum facillimorum sententia aberrare potuisse videtur, cogitandum est de somnolenti scribae lapsu θανάτου scribentis, quum in exemplari suo legeretur θαύματος.

§ 138 τοιοῦτοί τινές εἰσι μισθοφόροι περὶ αὐτοῦ καὶ πρὸς ἔτι ἕτεροι τούτοις μαρτύρων συνεσῶσα ἑταιρία, Φανερῶς μὲν οὐκ ἐνοχλούντων ὑμῖν σιγῇ δὲ τὰ ψευδῆ ῥᾴς' ἐπινευόντων. Ulpianus quem sequuntur fere recentiores: ἐπειδὰν ὁ κατήγορος λέγῃ τὰ ἀδικήματα λάθρα καὶ πόρρωθεν ἀνανεύουσι τοῖς δικασταῖς, ἐνδεικνύμενοι μηδὲν ἀληθὲς εἶναι τῶν λεγομένων, ῥᾷστον δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ ἀκίνδυνον. Prorsus incredibile est, hoc sic

Digitized by Google

Graece dici potuisse, quia *ἐπινεύειν τι* plane contrarium significat eius quod vult Ulpianus. Nisi igitur locus labem contraxit, non aliter haec intellegere possum quam de iis quae Demosthenes futura suspicatur, quando Midias se defendet; tunc istud testium sodalitium, quidquid mentiatur Midias, nutu suo tacite confirmaturum esse: rem facillimam sane et periculo vacantem, si quidem sic falsi testimonii argui non poterant.

§ 150 *καὶ πατρίδος τετευχώς*. Tandem Demostheni restituatur forma antiqua *τετυχηκώς*.

§ 161 extr. *ἐν τῇ βουλῇ γιγνομένων ἐπιδόσεων παρὼν οὐκ ἐπεδίδου τότε*. Lege praecedentia et concedes mihi scripsisse oratorem: *οὐκ ἐπεδίδου (οὐδὲ) τότε*. In vicinia *ἐξήγγελτο* pro *ἐξηγγέλλετο* iam Cobetus restituit Mnem. VII, p. 94.

§ 162 malim: *τῷ (δὴ) δῆλον — ὅτι — ἐποίησεν*;

§ 188 *ὀμωμόκατε — πείθεσθαι*. Imo *πείσεσθαι*. § 199 *τὸν οὖν ἐπὶ ταύτης τῆς ὑπερηφανίας ὄντα νῦν ἂν ἀποφύγῃ, τί ποιήσειν οἴεσθε*; Postulat loci ratio: *τί(οὐ) ποιήσειν οἴεσθε*; Absolutus Midias, ait orator, *οὐδὲν ὅτι οὐ ποιήσει*, a nullo contumeliae et superbiae genere abstinebit.

Scribebam H. VAN HERWERDEN.
Traiecti ad Rhenum.

EMENDATUR SOPHOCLES AP. STOB. FLOR. 26, 1.

Verba depravatissima haec sunt:

Λάθα Πιερίδων συγερὰ καὶ ἀνάρατος ὠδυνάσεις (sic) θανάτοις εὐποτμότατε μελέων ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἰσθμόν. Pro *ἀνάρατος* alii libri habent *ἀνάρεσος* aut *ἀνάρετος*. In ANAPΘTOC procul dubio latet ANAPCIOC. Metro dactylico locus sic corrigatur:

Λάθα Πιερίδων συγερὰ καὶ ἀνάρσιος,
αἳ δυνάσει θνατοῖσιν ἀποτμοτάτοις
μελέων ἀνέχουσι βίου βραχὺν ἰσθμόν.

i. e. *invisa atque ingrata est oblivio Musarum, quae vi carminum miseris mortalibus elevant augentque honore brevem vitae isthmum.*

H. v. H.

Digitized by Google

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

HELIODORUM.

SCRIPSIT S. A. NABER.

CAPUT SECUNDUM.

Nunc redeundum est ad Aethiopicorum primum librum, in quo haud longe ab initio p. 225. 32 in descriptione stragis illius in litore editae offendor verbis: *μυρίον εἶδος ὁ δαίμων ἐπὶ μικροῦ τοῦ χωρίου μετεσκεύασεν.* Quid in Codicibus legatur non habeo pro certo dicere, nam, quod aliquoties accidit, Hirschigius in referendo paulo negligentius versatus fuisse videtur; sed *μετεσκεύασεν* tamen ferri non poterit: *μυρίον εἶδος ὁ δαίμων exhibuit οἶνον αἵματι μιάνας*, cet. Itaque requiro *κατεσκεύασεν.* Norunt viri docti, quam facile praepositiones *κατὰ* et *μετὰ* locum permutent et tamen haud alienum videtur pauca quaedam nova exempla colligere et sub uno conspectu ponere. Apud Achillem Tatium invenio p. 118. 3 *ὁ δὲ τὰ πρῶτα σκῆψιν ὑπώπτευε τὴν ἀσθένειαν* (*εἶναι* supplendum) ..... *ὡς δὲ κατὰ μικρὸν ἐώρα τὴν ἀλήθειαν.* Vetus interpres Annibal Cruceius, qui codice usus fuisse dicitur aliquanto meliore quam ii libri sunt, qui ad nostra tempora perdurarunt, vertit sic: *cum* paulo post *veritatem comperisset.* Itaque invenit in libro manuscripto, quae haud parum melior lectio est, *μετὰ μικρόν.* Et omnino Achilles crebro sic loquitur: p. 119. 11 *μετὰ μικρὸν ἐκάθευδε*, p. 126. 22 *μετὰ μικρὸν ἔκειτο καθεύδουσα*, p. 134. 16 *μετὰ μικρὸν δὲ βοή τις ἦν*, p. 176. 15 *μετὰ μικρὸν δὲ ἀνέθορε*, p. 195. 19 *μετὰ μικρὸν αἱ θύραι ἀνεῴχθησαν.* Cruceii versio

Digitized by Google

itidem ostendit vitiose edi p. 175. 2 *ὁ δὲ ὠχρὸς ἐγίγνετο κατὰ μικρὸν καὶ ὀκνηρότερον ἤσθιεν.* Non *sensim paullatimque* expalluit miser ille, sed *brevi post* h. e. *μετὰ μικρόν*, quae lectio tertia et ultima vice periit apud eundem p. 206. 9 *κατὰ μικρὸν δὲ τὰ τραύματα ἀμφοῖν ἐξάπτεται*, quae verba apud Cruceium ita audiunt: utriusque vulnera *paulo post* inflammari coeperunt. Contra p. 191. 10 rectissime legitur: *τοῦ Διονύσου κατὰ μικρὸν ἐξιλασκομένου τὴν αἰδῶ*, h. e. *sensim*. Observatio de illarum praepositionum confusione prosit Dioni Cassio, qui XLIV, 25 refert de oratione, quam Cicero habuit in aede Telluris. Ostendit orator Brutum et Cassium in Capitolio, Lepidum cum militibus in foro Romano et indignabundus abominatur civium dissensionem: *οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα προαιρούμενοι διχῇ τε ἤδη νενέμηνται καὶ διχῇ στρατοπεδεύονται καὶ οἱ μὲν τὸ Καπιτώλιον προκατειλήφασιν ὥσπερ τινὰς Γαλάτας φοβούμενοι, οἱ δὲ ἐκ τῆς ἀγορᾶς πολιορκεῖν αὐτοὺς παρασκευάζονται καθάπερ Καρχηδόνιοί τινες ἀλλ' οὐ Ῥωμαῖοι καὶ αὐτοὶ ὄντες.* Recte Romani qui in Capitolio sunt cum iis comparantur, qui olim arcem adversus Gallos tenuerunt; sed quomodo Lepidi milites cum Carthaginiensibus comparari possunt, qui tamen Capitolium numquam oppugnarunt? Ut apte diceret Orator, uti debuit exemplo non ficto sed ex historia ipsa petito et omnibus noto. Fuitne igitur tempus quum Romani ipsi Capitolium oppugnabant? Fuit sane, cum Appius Herdonius in arcem confugisset. Quovis pignore contenderim, Dionem nihil aliud scribere potuisse nisi ista: *καθάπερ μεθ' Ἑρδωνίου τινὰς, ἀλλ' οὐ Ῥωμαίους καὶ αὐτοὺς ὄντας.* Forte fortuna librarius scripserat *καθ' Ἑρδωνίου·* supervenit alius qui sibi Καρχηδόνιοι legere visus est, nam Herdonium fortasse ne norat quidem, atque sic postea locus ultro corruptus est. Corruptelam prorsus eandem, quam offendimus in Achille Tatio, invenio apud Lucianum quoque, apud quem legitur in Amoribus c. 6 *ῥᾳδίᾳ τῷ τῶν ἐλατήρων μετὰ μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀναχθέντες*, sed non hoc dicit Lucianus, verum *sensim* se in altum fuisse provectum, unde apparet verum esse *κατὰ μικρόν*. Contra in Veris Historiis II. 5 *κατ' ὀλίγον ἤδη πλησίον τῆς νήσου ἐγιγνόμεθα*, coniicio requiri *μετ' ὀλίγον*, sicuti recte paulo supra legitur *μετ' ὀλίγον δὲ πολλαὶ νῆσοι ἐφαίνοντο*. Eodem modo pro *μετα-*

Digitized by Google

κεῖν saepe ponitur κατοικεῖν. Sic Plato scripsisse creditur in Legibus III. 682*b* κατῳκίσθη δὴ ἐκ τῶν ὑψηλῶν εἰς μέγα τε καὶ καλὸν πεδίον Ἴλιον, ubi vides necessarium esse μετῳκίσθη, nam Ilienses in campum dicuntur sedes suas *transtulisse*. Itaque utemur eodem remedio in Legibus IV 708*a* καί τοί τινας ὑμῖν ἐξ Ἄργους ὁρῶ εἰς τὴν χώραν κατῳκισμένους· lege μετῳκισμένους. Et in eodem opere de Legibus IX 862*c* ἐκ διαφορᾶς εἰς φιλίαν πειρατέον ἀεὶ καθιστάναι, quando usurpabimus verbum μεθιστάναι, si ne hic quidem intelligetur necessarium esse? Apud Thucydidem II. 59 πρὸς τὸ ἡπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστῆσαι, quod per se necessarium videri potuerat μεταστῆσαι, hoc confirmatur a Dione Cassio LV. 7, qui locum imitatus est. Hinc minus dubito perperam edi apud eundem I. 12 μετὰ τὰ Τρωικὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ κατῳκίζετο et praeferam μετῳκίζετο, sed credibile est ante me idem jam vidisse alios. Unum ex Demosthene locum adiiciam ex Oratione in Nicostratum p. 1247 § 4. Dicit ibi Apollodorus se rure cum degeret amicum habuisse Nicostratum, ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ καὶ ἐγὼ ἐν ἀγρῷ κατῴκουν, οὔπερ καὶ νῦν οἰκῶ. Perspicuum esse existimo ferri non posse male addita verba ἐν ἀγρῷ, quippe ex superioribus repetita, quibus deletis emicabit unice vera lectio μετῴκουν.

Apud Heliodorum p. 226. 47 de Chariclea legimus, quomodo corpus curaverit Theagenis in litore semimortui relicti: κατενεχθεῖσα ἐπὶ τὸν νεανίαν ἐδάκρυεν, ἐφίλει, κατέματτεν, ἀνῴμωζεν. Confusae videntur praepositiones ἀπὸ et κατὰ et Heliodoro reddam ἀπέματτεν, nam nihil prodest ad vulgatam tuendam Lucian. Asin. 10, qui locus foede corruptus est. Ad hunc usque diem legitur apud Demosthenem in Midiana § 167 ὅτε δεῦρο ἀπεπλεῖτε ἐκ Στύρων, sed qui domum redeunt κατέρχονται vel καταπλέουσιν· reditus est κάθοδος vel κατάπλους, qui exules reducunt κατάγουσιν· ubique praepositio κατὰ comparet, unde reddam Demostheni κατεπλεῖτε. Apud Philostratum in vita Apollonii legitur p. 7 ἐς ὕπνον ἀπήχθη κλιθεῖσα ἐν τῇ πόᾳ· quis non videt legendum esse κατηνέχθη? Edidit tamen Olearius p. 16 ἐς ἐρωτικὰ πάθη ἀπηνέχθη, p. 58 μὴ ἐς πόθον τῶν οἴκοι ἀπενεχθῶσιν, p. 111 ἐς μῆνιν ἀπενεχθῆναι, p. 185 ἐς ἔννοιαν ἀπηνέχθη, p. 200 ἐς ἔπαι-

Digitized by Google

νον ἀπηνέχθην, unde si quis contendat praepositionem esse servandam, non magno opere repugnabo, sed ἀπηνέχθη pro ἀπήχθη tamen necessarium erit. Vide Cobetum ad Philostrat. π. γυμν. p. 26. Certior est medicina in Longi Pastoralibus, apud quem legitur p. 285. 8 λάβροι μὲν οἱ χείμαρροι κατέρρεον, ἐπεπήγει δὲ κρύσταλλος, τὰ δένδρα ἐῴκει κατακλωμένοις. Courierius barbare edidit καταχωμένοις, quam vocem Hercherus monstruosam esse pronunciat nec tamen multo melius est quod scribit ipse κατεσκελετευμένοις. *Ustulare* est ἀποκάειν· sic apud Xenophontem in Anabasi IV. 5. 3 Boreas ἀποκάει πάντα; alibi, VII. 4. 5, τῶν Ἑλλήνων πολλῶν καὶ βῖνες ἀπεκάοντο καὶ ὦτα. Apud Longum ipsum p. 289. 4 αὔρα βόρειος ἀπέκαε πάντα. Itaque apparet loco laudato veram esse scripturam ἀποκαομένοις. Alibi apud Longum confunduntur ἀπελαύνειν et κατελαύνειν. Recte p. 282. 18 Daphnis et Chloe cum advesperascit, gregem domum dicuntur ἀπελαύνειν, simul autem συνέθεντο θᾶττον τὰς ἀγέλας τῆς ἐπιούσης κατελάσαι. Pariter p. 263. 12 κατήλαυνον τὰς ἀγέλας ἐς τὸ πεδίον et p. 254. 6 εἰς τὴν πηγήν et p. 248. 21 ἀπήλασαν τὰς ἀγέλας οἴκαδε. Sed probari non debet p. 246. 8 τὰς θρασυτέρας τῶν αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν, nam Daphnidis in gratiam Chloe ἀπήλαυνεν. Nunc nemo non intelliget, unde sit vitium natum et quid rescribendum sit apud Aristaenetum p. 14, qui fontem depingit cuius aqua adeo erat limpida ὥστε, inquit, ἅπαν ἡμῶν φανερῶς ἀποκαταφαίνεσθαι μέλος, nam omnino satis est καταφαίνεσθαι. Eadem est dittographia in Dionysio Halicarnasensi II. 43 ἀπὸ καθυψηλοῦ χωρίου, sed mendum jamdiu correctum est.

Supra dixi p. 156 apud Heliodorum p. 229. 52 pro ἀπενεγκαμένη reponendum esse ἐπενεγκαμένη; idem vitium corrigendum superest p. 302. 15, ubi de cohorte quadam sermo est, quae κατ' ἄλλο μέρος ἀπέβη τῆς νήσου; sed prorsus contrarium narratur et milites in insulam invasionem fecerant: itaque Heliodorus scripserat ἐπέβη, Itidem ex compendiorum usu repeto confusionem praepositionum ἀπὸ et ὑπό p. 247. 42 καθάπερ ἀπὸ ὕσπληγος τῆς βοῆς ἀπεσφενδόνητο; quia nemo potest ἀπὸ τῆς βοῆς ἀποσφενδονᾶσθαι, necessaria est praepositio ὑπό. Eadem medicina recte utemur p. 272. 44, ubi Calasiris dracones describit in zona Charicleae ὑγρῷ κώματι διαρρεομένους,

Digitized by Google

ὥσπερ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὰ σέρνα τῆς κόρης ἱμέρου κατευναζομένους. Ildem vitiose editum p. 324. 16 ὀξὺς γὰρ ὁ ἐρῶν Φωρᾶσαι τὸν ἀπὸ τῶν ἴσων παθῶν κεκρατημένον. Quia satis notum est istas praepositiones crebro confundi, non multos locos afferam ut probem qua de re nemo dubitat, sed satis erit unum ex Aristophane vitium eximere. Annotavit Phrynichus in Bekkeri Anecdotis p. 67. 32: ὑποψωνεῖν, sic enim scribendum est auctore Cobeto in variis Lectionibus p. 138, ὑποψωνεῖν· τὸ ἀγοράζοντός τινος ὄψον ἕτερον τῇ τιμῇ ὑπερβάλλοντα ὠνεῖσθαι. In unico Codice est ὑποψόνην, sed ὑπεροψωνεῖν Bekkeri est παραδιορθωσις, nam Phrynichus respicit Aristophanis ex Acharnensibus locum v. 842 οὐδ' ἄλλος ἀνθρώπων ὑποψωνῶν σε πημανεῖ τι. Scholiasta illud ὑποψωνῶν haud male interpretatur: ἐπ' ὀψωνίᾳ κακουργῶν et προστιθεὶς τῇ ὀψωνίᾳ· εἰσὶ γὰρ πολλοὶ διὰ μικρᾶς προσθήκης ὠνούμενοι. Eodem modo apud Theophrastum usurpatur ὑποπρίασθαι. Ὑπωνεῖται qui in foro emtorem deludit hiantem τῇ τιμῇ ὑπερβαλών. Nostrates utuntur simili composito verbo de eo qui eandem fraudem in conductorem adhibet et Aristophanes eodem modo usus est verbo ὑποθεῖν in Equitibus. Inspice iam Aristophanis Ranas, vs. 1227. Postquam Aeschylus saepius iam occinuit suum ληκύθιον ἀπώλεσεν, Bacchus ad Euripidem conversus ὦ δαιμόνιε, inquit,

ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, ἀποπρίω τὴν λήκυθον,
ἵνα μὴ διακναίσῃ τοὺς προλόγους ἡμῶν.

Nullibi exstat ἀποπρίασθαι et praestare existimo ὑποπρίω. Quae sequuntur sic constituerim:

Εὐ. τὸ τί;
ἐγὼ πρίωμαι; Δι. νὴ Δί' ἐὰν πίθῃ γ' ἐμοί.

Nullae praepositiones in Heliodori Codicibus mihi frequentius confusae esse videntur quam εἰς et πρός· fieri tamen potest ut hic illic vitium ipsius scriptoris sit, non librariorum. Sic notum est forense verbum εἰσαγγέλλειν. Sed *nomen deferre* προσαγγέλλειν est p. 233. 29 et 295. 53. Facilius fero p. 236. 24 αὐτὴ μέν σοι προσαγγεῖλαι κατώκνησα, quia simpliciter nunciare significat, uti et p. 282. 47; sed non mihi persuadeo sinceram esse lectionem p. 343. 7 τίνα ὑμῶν ὀνόματα χρὴ προσαγγέλλειν. In aula regia εἰσαγγελεὺς est qui εἰσαγγέλλει. Praeter scriptoris mentem p. 263. 18 invenio: ἐπανήκειν πρὸς τὴν πόλιν,

Digitized by Google

nam Calasiris urbem intraturus erat. Improbo quoque p. 284. 20 ὀχλείτω δὲ μηδὲ εἷς ἕως ἂν προσκαλέσωμαι· veram lectionem esse εἰσκαλέσωμαι apparebit consulenti p. 285. 19 κωλύει δ' οὐδὲν καὶ ἰατρόν τινα εἰσκαλεῖν et p. 286. 27 περιττῶς ἡμᾶς ἐνθάδ' εἰσκέκληκας. Eodem modo constat de vitio p. 369. 35 πρὸς Φρουρὰν ἦν καταλελειμμένος, nam recte legitur εἰς Φρουράν p. 369. 47 et 372. 8. Apud Achillem Tatium p. 119. 8 χαίρουσι γὰρ οἱ ἐρῶντες εἰς τὰ ἐρωτικὰ προστάγματα, prorsus necessarium esse judico πρός. Perperam quoque editur apud Aristaenetum p. 148 ἀποκαλεῖσα προσκαλέσασθαι τὸν μοιχόν. Perperam apud Dinarchum adv. Demosthenem § 106 ἀφήσετε τὸν εἰσεληλυθότα πρὸς ὑμᾶς. Sed ubi finem inveniam?

Confunduntur ἐν et ἐπί p. 234. 49 ἐπήνουν εἰ μητρὸς ἡ μητρυιὰ πάθος ἐπιδείκνυται. Si quidem Heliodorus episcopus fuit, ignorare non potuit novercam τὸν μισθὸν ἀπέχειν, ἥτις ἂν amoris in privignum ἐπίδειξιν ποιῆται, ἵνα δοξασθῇ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Sed matronae illae affirmabant Demaenetam μητρὸς πάθος non ἐπιδείκνυσθαι sed ἐνδείκνυσθαι. Si quis contulerit p. 230. 53 et 233. 34 videbit quid intersit. Pariter p. 316. 17 τὸ ϛενὸν τοῦ καιροῦ πολυλογίαν οὐκ ἐπιδέχεται, rescribam ἐνδέχεται. Et p. 396. 41 μήτις δαίμων ἡμῖν ἐπιπαίζει, quia sana ratio hoc compositum respuit, lege ἐμπαίζει. Eodem morbo quem in Heliodoro modo sanavimus, laborat Chariton p. 78. 30 εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος αὐτῇ. Apud Andocidem invenio de Mysteriis § 39 ὅπως ἐν ἐκείνῳ εἴη ὅντινα βούλοιτο Φάναι τῶν ἀνδρῶν τούτων εἶναι. Praestat opinor ἐπ' ἐκείνῳ. Contra in Aristophanis Avibus vs. 542:

τάςδε τὰς τιμὰς προγόνων παραδόντων
ἐπ' ἐμοὶ κατέλυσαν.

Quomodo hoc sit dicendum, aperiet Demosthenes p. 150. 27 παππώα σοι καὶ πατρῴα δόξα ὑπάρχει, ἣν αἰσχρὸν ἐϛιν ἐν σοὶ καταλῦσαι.

Quod apud Heliodorum legitur p. 251. 22 ἔτι τῆς δίκης συνισαμένης, non tantum reliqui in ea re dixerunt ἐνισαμένης, sed Heliodorus ipse quoque, quod ostendet p. 280. 50 τῆς κυρίας τοῦ ἀγῶνος εἰς τὴν ἐξῆς ἐνεϛηκυίας. Frequens hoc mendum est et p. 312. 28 nautae non ἐμβεβηκότες dicuntur, sed perpe-

Digitized by Google

ram συμβεβηκότες. Nusquam mihi plus profuit huius confusionis fuisse memorem quam in Parthenio corrigendo p. 27. 1. Hipparinus tyrannus Syracusarum domi amasio relicto cum hostibus manus conseruit et victoria reportata ἐπὶ πολὺν οἶνον ἐτράπετο καὶ συνουσίαν· ἐκπαόμενος δὲ ὑπὸ μέθης καὶ πόθου τοῦ παιδὸς ἀφίππευσεν εἰς τὰς Συρακούσας. Scribe illud CTNOTCIAN, quod vides quam sit absonum, uncialibus literis et habebimus veram lectionem ἐνθουσίαν, quod substantivum recentioribus proprium est et ab Hesychio enotatur. Verbum ἐνθουσιᾶν crebro apud Eroticos legitur, v. c. Heliod. p. 317. 38 παντάπασιν ἐνθουσιῶντι προσεοικώς. Apud Charitonem p. 24. 13 συγκαλυψαμένη τὴν κεφαλήν, malo ἐγκαλυψαμένη scribere, quod est solemne vitium apud alios multos et apud Dionem Cassium XLII. 4.

Navigia quaedam apud Heliodorum p. 259. 19 dicuntur περὶ τὴν ὄχθην σαλεῦσαι, quod quum fieri omnino non possit, verum esse suspicor παρὰ τὴν ὄχθην. Itidem p. 313. 52 Trachinus praedo parcit Calasiridi seni et ad Charicleam conversus his verbis utitur: ὅδε ὁ πρεσβύτης, ἄχθος τηνάλλως, εἰς χάριν μόνην τὴν σὴν παρέσω, quod περιέσω utique scriptum oportuit: sic περισώζειν recte legitur p. 322. 8 et 325. 37. Quo modo erratur apud Heliodorum, prorsus eodem modo apud Philostratum de Vita Apollonii p. 95 δένδρα δέ οἱ προσόμοια φύει περὶ τὰς ὄχθας. Miror Hercherum qui non correxerit apud Achillem Tatium p. 55. 4 ὁ ψιττακὸς ἐν οἰκίσκῳ περὶ δένδρον κρεμάμενος. Scribendum esse παρὰ δένδρον monstrare tamen potuerat p. 136. 23 ἐπεχείρουν ἔχεσθαι παρακρεμάμενος. Sed in sequiorum scriptorum operibus talia vitia superesse ferri fortasse poterit, verum vix credibile videtur ne optimorum quidem scriptorum exemplaria ab ista labe immunia esse. Apud Herodotum lego V. 41. οἱ ἔφοροι τίκτουσαν τὴν γυναῖκα περιιζόμενοι ἐφύλαξαν· satis est opinor παριζόμενοι, cf. infra IX. 94 et Arist. Them. 410. Quanti intersit Chariton ostendet p. 151, 8, ubi Chaereas depingitur in navigio Charicleae παρακαθήμενος· flagitiosum est quod ante Cobetum edebatur περικαθήμενος. Alibi, III. 32, narrat Herodotus de Cambyse et sorore, quae eadem uxor erat, ὡς τραπέζῃ περικατημένων λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτῖλαι· praefero sane παρακατημένων·

Digitized by Google

tertius casus τραπέζῃ argumento sit. Cf. Cobetus supra p. 141 et Mnemos. IV. p. 2. Ne intelligi quidem potest Herodt. 1. 179 τὸ μέσον δὲ τῶν οἰκημάτων ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν, nisi rescribas παρέλασιν. Contra I. 86 ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσον καὶ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παρ' αὐτὸν παῖδας, verisimilior lectio videtur περί. Locus quem modo ex Charitone laudavi, facit ut Luciani recorder, qui ita scribit in Lexiphane c. XI. ἀπηγχόνισα αὐτὸν καὶ παρέλυσα τῆς ἐμβροχῆς ἐπὶ πολύ τε ὀκλὰξ παρακαθήμενος ἐπινύσσων τὸν ἄνθρωπον βαυκαλῶν καὶ διακωδωνίζων, μή πῃ ἔτι συνεχὴς εἴη τὴν Φάρυγγα, nunc quidem rectius videtur περικαθήμενος. Apud Appianum p. 414. 3 παραλύσας ὁ περὶ τῷ ξίΦει Φάρμακον ἀεὶ περιέκειτο ἐκίρνη, requiro παρὰ τῷ ξ. — παρέκειτο. Ad Aeschyli emendationem vix accedere audeo: non tamen diffitebor mihi displicere in extremo Prometheo vs. 1082.

βρυχία δ' ἠχὼ παραμυκᾶται
βροντῆς.

Nonne praestat περιμυκᾶται?

Praepositio πρὸς abundat apud Heliodorum p. 314. 38 [πρὸς] τῆς ἐχομένης ἡμέρας ἀκτῇ τινὶ προσωκείλαμεν et p. 375. 46 σΦᾶς αὐτοὺς ἐπιτρέπειν Τδάσπῃ χρῆσθαι [πρὸς] ὅ τι βούλοιτο, ut recte legitur p. 256. 17 κέχρησο ὅ τι βούλει. Contra apud Xenophontem Ephesium p. 357. 25 ὁ δὲ αὐτὸν ὅσις ἦν οὐ λέγει, insere (πρὸς) αὐτόν et apud Achillem Tatium p. 123. 11 οἱ τεταγμένοι τὸ ἔργον διακόπτουσι ταχὺ τὸ χῶμα, rescribe προστεταγμένοι. Lucianus de Dom. 7 scribit: ἡ δέ γε σώΦρων οἰκία χρυσῷ μὲν τὰ ἀρκοῦντα καὶ μόνον τὰ ἀναγκαῖα προσχρῆται, malim (πρὸς) τὰ ἀρκοῦντα. Alciphron III. 23. 1 ἐξαιρέτως δ' ἐθέλω βλίττειν τὰ σμήνη, cum intelligi non possit, facili opera rescribendum est ἐξαιρέτως δ' ἔχω πρὸς τὸ βλίττειν et alibi haud raro.

Praepositiones ἐπὶ et περὶ confusas vidi apud Heliodorum p. 376. 16 μεμψάμενος εἰ περὶ τῶν ἴσων διαλέγεται et p. 389. 48 τὴν πόλιν ἐπιόντες τῶν εὐαγγελίων ἐμπλήσατε, ubi vides requiri ἐπὶ τῶν ἴσων et περιόντες. Pariter Chariton p. 50. 24 τὸν τάΦον περιέκλεισαν ἀμελῶς, verum est ἐπέκλεισαν et p. 18. 24 μὴ περιαγάγωμεν καθ' αὐτῶν τὸν κατήγορον rescripserim ἐπαγάγωμεν.

Digitized by Google

Quia notum est quid intersit inter διαπέμπειν et ἀναπέμπειν, ferri non debet p. 356. 47 δούλους βασιλεῖ διαπεμφθησομένους pro ἀναπεμφθησομένους, sicuti recte legitur p. 358. 23. Pariter novimus *vasa colligere* Graece dici non διασκεύαζεσθαι sed ἀνασκευάζεσθαι, unde paratum est remedium p. 368. 47. Sed perridicule scribitur p. 368. 25 ἔγνωσαν κατασκηνώσαντες πνεῦσαι μὲν αὐτοὶ, ἀναπνεῦσαι δὲ καὶ τὴν ἵππον, ἀναψύξαι δὲ καὶ τὴν κόρην. Hoc decretum si mortalibus facere liceret, nullum aliud crebrius fieret et cupidius expostularetur, sed scripsit noster ἀναπνεῦσαι. Alibi eodem modo: v. c. Lucian. Catapl. 1 κενὸν γοῦν ἐπιβατῶν ἔσι τὸ πορθμεῖον τρὶς ἤδη τήμερον ἀναπεπλευκέναι δυνάμενον, lege διαπεπλευκέναι. Demosthen. adv. Aphob. I. § 29 τρία τάλαντα ἀνήρπακασιν, lege διηρπάκασιν, sicuti recte § 41, 47, alibi. Excidit ἀνὰ apud Achillem Tatium p. 151. 13 βάλλεται εὐθέως τὴν καρδίαν γνωρίσασα τοὔνομα, corrige ἀναγνωρίσασα. Apud eundem p. 52. 10 μεταξὺ δὲ νήψας ἐκ τοῦ κακοῦ, malim ἀνανήψας. Anecd. Bk. p. 6. 5 ἀνασπᾶν γνωμίδιον·... οἷον ἐκ βύθου διανοίας ἄγειν. Lege ἀνάγειν. Herodt. I. 74 Ἀλυάττεα γὰρ ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀγυάγεϊ. L. ἀνέγνωσαν.

Praepositiones ἀπὸ et ἐκ confusae sunt p. 386. 5, ubi pugio describitur ἐκ πολλῶν ταλάντων κατεσκευασμένος. Prorsus idem vitium invenio p. 403. 39 et fieri potest ut similis corruptela lateat p. 228. 40 τοῖς ἀπὸ τῆς λίμνης ἰχθύσι. Excidit autem praepositio p. 313. 34 τὸ κατηφὲς τῶν περιεσηκότων τοῦ βλέμματος ἀποσκευασαμένη, nam dicitur opinor ἐκ τῶν περιεσηκότων. Eadem opera prodesse conabimur Alciphroni III. 42. 2 καθ' ἓν γὰρ ἕκαστον τῶν ἱματίων ἐκ προκλήσεως ἀποτιθεὶς τέλος ἁπάντων ἐψιλώθην τῶν ἐνδυμάτων. Non in balneis haec aguntur, sed in ganea; lusit in vestem qui hoc scribit: h. e. ἐξέθηκεν, sicuti infra III. 54. 2 ὅλας τὰς ἐκθέσεις συνελεξάμην, unde cuivis apparere potest quid sit, si quid ludentes ἐκθεῖναι dicuntur. Itaque laudato loco reponemus ἐκτιθείς. Sophocles apud Athenaeum X. 466. B. eodem modo:

πολὺν δ' ἀγῶνα πάγξενον κηρύσσεται,
χαλκηλάτους λέβητας ἐκτιθεὶς φέρειν
καὶ κοῖλα χρυσόκολλα καὶ πανάργυρα
ἐκπώματ', εἰς ἀριθμὸν ἑξήκοντα δίς.

Digitized by Google

Mittemus nunc praepositionum confusiones et Heliodorum ordine percurremus ac statim offendor p. 228. 7 *ἡ δὲ τῶν μὲν λεγομένων οὐδὲν συνιεῖσα, τὸ δὲ προσταττόμενον συμβαλοῦσα*, ubi nitida compositio *συμβάλλουσα* postulat. Recurrit idem vitium p. 279. 2, ubi de Homero affirmat Calasiris: *τὸ τῆς Φύσεως ὑπερέχον οὐκ ἂν οὕτω τοὺς πάντας ὑπερβαλλόμενον, εἰ μή τινος θείας μετέσχε καταβολῆς*, nam rescribendum est *ὑπερβαλόμενον*. Similiter erratur p. 243. 10 *ἥκω δρομαῖος οὐδὲν τάχους ἀνιείς ἀλλὰ καὶ ὅσους ἐδυνάμην παρασκευάζεσθαι διαγγείλας*, nam aoristus *ἀνείς* requiritur. Etiam ii qui hic ferent *ἀνιείς*, non ferent p. 267. 32 *ἡ παῖς ἔλεγεν οὐδὲν οὔπω τῆς Ἑλλάδος συνεῖσα φωνῆς*, nam qui numquam quidquam correxit, hoc tamen haud illubenter corriget. Praeterea adiiciam p. 361. 39 *τό τ' ὄμμα ἡ πρεσβῦτις ἐπίμπρατο καὶ τὰ μέλη πρὸς τὸ ἀκίνητον παρεῖτο καὶ χροιὰ μελαίνουσα τὴν ἐπιφάνειαν ἐπεπόλαζεν*. Immo *παρίετο* legendum est.

Sequuntur nonnulla minuta vitia, quae verbo indicasse satis est, veluti p. 228. 17 *πρόσανέχων εἴ ποί τις αὐτῶν περιτρέποιτο*, nam rescribendum est *εἴ πῄ τις*, sicuti p. 228. 35, 237. 32, 250. 31, 253. 21, alibi. Articulus omissus est p. 228. 33 *ὁ γὰρ ταῖς θαλάτταις (οἱ) αἰγιαλοί, τοῦτο ταῖς λίμναις τὰ ἕλη γίγνεται*. Inepte legitur p. 229. 35 *τὴν ἐρημίαν τῶν ὀχλησάντων εὐπορίαν εἰς θρήνους οἱ περὶ τὴν κόρην ἐλάμβανον*, nam planissime opus est futuro *ὀχλησόντων*. Recurrit idem vitium p. 300. 27 *παντὸς ἀπηλλαγμένοι τοῦ ὀχλήσαντος*, ubi itidem reponam *ὀχλήσοντος*.

Quod in aliis obtinet, obtinet quoque in Heliodoro: particulae *καὶ*, *ὡς* et *πρὸς*, quia compendiis scribi solent non multum dissimilibus, haud raro locum permutarunt. Primus locus invenitur p. 231. 10, ubi Cnemon de matre Demaeneta: *τὰ καλὰ τῶν ὀνομάτων τοῖς ἐπαγωγοῖς παραμιγνῦσα καὶ οἵστισι μᾶλλον προστρέχω περισκοποῦσα, ὡς ἐν μὲν τοῖς σεμνοτέροις μητέρα ἑαυτὴν ἀναπλάττουσα, ἐν δὲ τοῖς ἀτοπωτέροις τοῦτ' ἐκεῖνο λαμπρῶς ἐρεμένην ὑποφαίνουσα*. Apparet *καὶ* requiri. Non magis fero p. 242. 16 *Ὡς ἥδισα, ἔφη, δέχομαί σου τοὺς ἐπ' ἐμοὶ τούτους τοὺς φόβους*. Praepositio *πρὸς* excidit p. 292. 7 (*πρὸς τὸ*) *ὀνειροπολεῖν μοι δοκεῖς οὐκ ἔχειν ἐπιτηδείως*. Saepius erratur in conjunctione *καί*, v. c. p. 260. 24 *ποῦ γῆς οὗτοι δείκνυε (καὶ) σεσ-*

Digitized by Google

τῆρά σε καὶ θεοῖς ἰσοςάσιον ἡγήσομαι. P. 239. 53 ἄλλως τε (καὶ) διότι τὸ πᾶν εἰς ἐμὲ τείνει. Atque his quidem locis καὶ hodie desideratur: abundat contra p. 355. 16 θατέρου τῶν ἐπάθλων τοῦ πολέμου γεγονὼς ἐγκρατὴς [καὶ] τὴν πόλιν ὑΦ' αὐτῷ πεποιημένος. P. 357. 10 κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας [καὶ] κατὰ ΜέμΦιν τοιάδε ἐγένετο. P. 374. 4 μέρος τι τοῦ τείχους [καὶ] μεταπύργιον. P. 378. 34 εἶτα [καὶ] κατὰ συλλόγους συνισάμενοι. P. 385. 34 εἴτε [καὶ] καθ' ὑμᾶς θεόν. P. 410. 5 μή πως ἄρα [καὶ] κατὰ τὴν Φυγὴν ἐκείνης τὴν αἰδῶ προαΦανισθείσης.

P. 231. 21 intelligi non possunt Demaenetae verba, quae in Heliodori fabula Phaedrae partes agit: ὁ νέος Ἱππόλυτος, ὁ Θησεὺς ὁ ἐμός. Correxerim ὁ ἐμὸς Ἱππόλυτος, ὁ Θησέως ὁ νέος. Tum legimus p. 231. 50 pater quid fecerit πιςεύων μηδ' ἂν ψεύσασθαι κατ' ἐμοῦ τὴν οὕτω περὶ ἐμὲ διακειμένην, ubi necessarium est μηδέν.

Vidimus supra haud raro apud Heliodorum εἰ perperam cum optativo construi; quod tamen bis cum conjunctivo construitur, id non scriptoris ipsius vitio fieri existimo. Ut Homerum omittam, cuius causa diversa est, novi sane apud Herodotum εἰ cum conjunctivo inveniri. Legitur I. 46 διέπεμπε πειρεώμενος τῶν χρηςηρίων ὡς ἐπείρηται εἰ ἐπιχειρέῃ ἐπὶ Πέρσας ςρατεύεσθαι. I. 53 ἐπειρωτᾷ εἰ ςρατεύηται ἐπὶ Πέρσας. I. 75 ἐς τὰ χρηςήρια ἔπεμπε εἰ ςρατεύηται. Correxit Dobraeus V. 43 οἴχετο χρηςόμενος εἰ αἱρέῃ, V. 67 ἐχρηςηριάζετο εἰ ἐκβάλῃ τὸν Ἄδρηςον, V. 124 ἐβουλεύετο εἴτε ἐς Σαρδὼ ἄγῃ εἴτε ἐς Μύρκινον, V. 82 ἐπειρώτεον κότερα χαλκοῦ ποιέωνται ἢ λίθου. Aliquam opem tulerunt Codices VI. 35 ἐπειρησόμενος τὸ χρηςήριον εἰ ποιέῃ et VI, 135 ἐπειρησομένους εἰ καταχρήσωνται. Recte itidem legitur VI. 86 εἰρωτέοντα εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα λῃΐσηται et IX. 98 ἐν ἀπορίῃ εἴχοντο εἴτε ἀπαλλάσσωνται ὀπίσω εἴτε καταπλώωσι ἐπ' Ἑλλησπόντου. Duo loci quantum quidem novi nondum sunt correcti, VII. 169 ἐπειρώτεον εἴ σΦι ἄμεινον γίγνεται τιμωρέουσι τῇ Ἑλλάδι et VIII. 67 εἰρώτα εἰ ναυμαχίαν ποιέοιτο, nam non minus necessarium videtur hic quoque rescribere γίγνηται et ποιέηται. Contra citra controversiam soloecum est VIII. 118 σωτηρία οὐκ ἔςι οὐδεμία, εἰ μὴ τούτων ἀπαλλαγή τις γένηται, Impense miror hoc vitium Valckenaerios et Dindorfios fugere potuisse. Sed tamen in Ionia de

Digitized by Google

eo usu coniunctionis εἰ constat inter omnes; illud dubitatur num extra Ioniam Graeci eodem modo dicere fuerint soliti. Tragicorum diversa ratio est et separatim erit aliquando videndum de quatuor locis apud Sophoclem, qui ex numero olim paulo maiore nunc soli supersunt, Oed. Reg. 198 εἴ τι νὺξ ἀφῇ, Oed. Reg. 874 εἰ ὑπερπλησθῇ, Oed. Colon. 1443 εἴ σου φερηθῶ et Antigon. 710 εἴ τις ἦ σοφός. Consultantibus apparebit nihil esse tribuendum septem locis e Demosthenis Timocratea, quos Dobraeus collegit in Adversariis I. p. 535. Parum refert Plutarchum scripsisse εἰ πρίηται, p. 1099c. ex emendatione Cobeti in Variis Lectionibus p. 363. Utilior locus est apud Aeschinem de Fals. Leg. § 64 ἀνεκοινοῦτο εἰ δῷ τῷ γραμματεῖ, quae verba repetuntur § 68. Pariter in Ctesiphontea invenio § 202 ἐπανερομένου Κτησιφῶντος εἰ καλέσῃ Δημοσθένη. Haec si scripsit Aeschines, qua de re non video quomodo umbra dubitationis oriri possit, longius jam progrediendum videtur et considerandum an Xenophon dare potuerit in Memorabilibus III, 2. 5 πότερον τῇ τύχῃ ἐπιτρέπεις ἐάν τίς σοι φίλος ὥσπερ μυῖα πρόσπτηται. Alii diiudicent an verum sit quod mihi arridet εἰ... πρόσπτηται. Verum haec obiter, nam ab Heliodoro certe tales elegantiae alienae sunt, qui p. 252. 27 scribere non potuit εἰ γὰρ οὕτω βουληθῇς· corrigendum enim est βουληθείης, siculi p. 293. 36 et 236. 39 recte legitur. Quod praeterea invenio p. 234. 13 προσεπιτρίψεις ἡμᾶς εἰ τὴν κακίσην ἀτιμώρητον ἐάσῃς, hoc utique ἐάσεις dictum oportuit.

Non est alia lenior medicina, quam qua sanabimus p. 234. 45 Κνήμων ἐβόα νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, nam Graece hoc sic dicitur Κνήμων' ἐβόα. Eadem ratione librarii errarunt p. 248. 45 τίν' οὖν ἀνακαλέσω; τίνα προσφθέγξομαι (l. προσφθέγξωμαι) λοιπόν; ἦ ἄρα τὸ πάντων ὀνομάτων ἥδιον Χαρίκλεια, ubi lege Χαρίκλειαν. Simile vitium olim in Sophoclis Aiace v. 569.

Miror quod legitur p. 236. 9 προστιθέναι τάχος τοῖς δεδογμένοις ἱκέτευεν et veram lectionem esse coniicio τέλος. P. 236. 41 καὶ μεταβαλέσθαι προσδοκήσας, literarum similitudo fecit ut pronomen personale excideret, nam prorsus necessarium est κἀμέ, siculi recte p. 241. 46 οὐδὲν οὕτω βίαιον ὥςε με μεταπεισθῆναι. Eadem illa pagina 236 extr. verba sunt Thisbes

Digitized by Google

ad Arsinoen jubentis εἰς ἕτερον μεταςῆναι δωμάτιον καὶ σχολὴν αὐτῇ παρασχεῖν. Tum adduntur illa: ἐρυθριᾶν γὰρ, ἔφη, τὸ μειράκιον ἄρτι τῶν Ἀφροδίτης μυούμενον. Verbum ἔφη additum indicat non hoc scriptum fuisse olim sed ἐρυθριᾷ. Eaedem terminationes confusae sunt infra p. 379. 11 πρὸς θεράπειαν ὄντας, nam πρὸς θεραπείᾳ Graece dicitur cum tertio casu. Non magis mihi persuadeo scripsisse Charitonem p. 67. 17 προστάξας δὲ Φωκᾶν τὰ μὲν ἄλλα Φανερῶς διηγεῖσθαι, sed Φωκᾷ verum est. Gravius autem vitium Herodotus alit VII. 16 κατάπερ τὴν πάντων χρησιμωτάτην ἀνθρώποισι θάλασσαν πνεύματά φασι ἀνέμων ἐμπίπτοντα οὐ περιορᾶν Φύσι τῇ ἑωυτῆς χρᾶσθαι. Verba haec sunt Artabani, qui Darium fratrem in expeditione adversus Scythas comitatus fuerat neque relatas res refert sed quarum olim oculatus testis fuerat: itaque credibile est id quod est Φύσι fecisse ut alieno loco adderetur Φασι, quo expuncto omnia recte sese habebunt si rescripseris περιορᾷ.

Minus bene scribitur p. 239. 49 ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ Θεαγένει τούτῳ, nam sincerum est τουτῳί et p. 257. 5 Χαρικλείας ταύτης ἕνεκα pro ταυτησί et p. 323. 23 Χαρικλείᾳ ταύτῃ pro ταυτῃί, siculi recte p. 324. 13 Καλάσιριν τουτονί, p. 324. 28 Ναυσικλέα τουτονί, p. 324. 40 ἐμὲ τουτονί, p. 324. 47 θυγατέρα ταυτηνὶ et p. 328. 33 τῆς κώμης τῆς ἡμετέρας ταυτησί. Minus recte p. 323. 52 τουτουὶ Ναυσικλέους, ubi nomen proprium expungendum est. Apud oratores hodie quoque plurimi loci supersunt, quibus illud οὑτοσὶ reponi debet. Vel sola oratio adversus Neaeram hoc monstrare poterit, in qua cum frequenter legitur Νεαίρας ταυτησί, Νέαιραν ταυτηνί, Στέφανον τουτονὶ, in his quidem casibus non erratur, sed § 14 vitiose editur Νέαιρα αὕτη et Στεφάνῳ τούτῳ pro αὐτηί et τουτῳί. Idem mendum recurrit § 17, 20, 22, 24, 27, 43, 44, 45, 55, 63, 64, 72, 118 et 119. Reliquos oratorum locos alia occasione recensebo et simul dicam de nominibus propriis post οὑτοσὶ crebro interpolatis.

Solita terminationum commutatio fecit ut obscuraretur quod Heliodorus scripsit p. 241. 22, ubi Thyamis narratur Charicleam invisere noluisse οὐδὲ ὁρᾶν τὰ πολλὰ διεγνώκει, τοῦ μὴ τὴν θέαν ὑπέκκαυμα γίγνεσθαι τοῦ ἐγκειμένου πόθου καὶ πρᾶξαί τι παρὰ τὰ δόξαντα καὶ προδηλωθέντα καταναγκασθείη. Non habet

Digitized by Google

optativus quo referatur: latet participium καταναγκασθείς. Erratum est eodem modo apud Platonem in Legibus I. p. 648c γυμνασάμενον μὲν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀζήμιον ἀπαλλάττοις ἄν, κακῶς δὲ ζημίαν ἐπιτιθείς, ubi in nitida compositione requiritur ἐπιτιθείης.

Corruptum esse judico p. 250. 37 ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἐσχάτης γῆς Αἰγύπτου ἀναπεμφθῆναι· expuncto nomine proprio scripserim ἐπ' ἔσχατα γῆς, sicuti p. 291. 53 γῆς ἐπ' ἔσχατόν τι πέρας. Minutum quoque vitium lectionis est p. 251. 29 οὕτω μὲν ἡ κακίστη Θίσβη καὶ δίκας ὑπ' ὄψεσι νυνὶ ταῖς ἐμαῖς ὑποσχοῦσα τῶν Ἀθηνῶν ἐξέπλευσε. Quum notum est confundi solere καὶ et ἡ, ἤ, ἦ, ἧ, hic quoque emendandum est ἡ δίκας ... ὑποσχοῦσα. Idem vitium recurrit infra p. 387. 13 τὰ γνωρίσματα γιγνώσκουσιν αὐτὰ ἢ συνεκθεμένοις ἐστὶ γνωρίσματα, κτλ., nam vides requiri καὶ συνεκθεμένοις. Juvat alios quosdam locos addere eadem ratione corruptos. Apud Charitonem p. 142. 11 τί, ἔφη, βεβούλευσαι; καὶ Στάτειραν ἄγεις εἰς Συρακούσας; malim ἤ rescribere. Imprimis apud Lucianum crebro sic erratur, v. c. Deor. Dial. 26. 1 πότερος ὁ Κάσωρ ἐστὶ τούτων ἢ πότερος ὁ Πολυδεύκης; Apud Dionem Cassium consideranda verba sunt 38. 18 ἐπεὶ δ' οὖν ἐν τούτῳ καθέσηκας, καὶ γὰρ ἄν τι ὠφελήσαιμί σε διαλεξάμενος τι τῶν προσφόρων· Philisci verba sunt ad Ciceronem in Macedonia exsulem: ἢ γὰρ ἄν τι ὠφελήσαιμί σε; Alibi ante καὶ excidit ἤ, v. c. apud Herodotum VIII. 88 ὁρᾷς Ἀρτεμισίην ὡς εὖ ἀγωνίζεται καὶ νέα τῶν πολεμίων κατέδυσε, ubi rescribendum est ἢ καὶ νέα τ. π. κατέδυσε. Demosthenes creditur in oratione adv. Pantaenetum § 55 scripsisse περὶ τοῦ ἐμοῦ βαδίσματος ἢ τῆς διαλέκτου τἀληθῆ πάντ' ἐρῶ. Nemo non videt quid necessarium sit. Magis etiam ridicule Plato in secundo libro de Rep. p. 366a ἐν Ἅιδου δίκην δώσομεν ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν ἢ αὐτοὶ ἢ παῖδες παίδων et in nono libro de Legibus 862b ἐὰν ὠφελῇ τινά τι καὶ βλάπτῃ. Corrupti sunt hi loci ita ut tamen intelligi possint: nondum intellecta sunt extrema verba in Epistola quae fertur Platonis XIII: καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἢ αὐτὴν ἢ εἰ ὑπόμνημα αὐτῆς σώζεται καὶ αὐτὸς ἴσθι. Vetus interpres ita vertit: *Et epistolam aut ipsam aut si ipsius exemplar servatur, tute cognosce:* quae verba egregio philosopho uti vides dignissima sunt. Quid lateat docemur secundae epi-

Digitized by Google

stolae p. 314c τὴν ἐπιστολὴν ταύτην νῦν πρῶτον πολλάκις ἀναγνοὺς κατάκαυσον: eodem modo scriptum fuit καὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ αὐτὴν καὶ εἰ ὑπόμνημα αὐτῆς σώζεται καῖ' αὐτός, vel κατάκαυσον, vel simile quid, nam ipsa verba non praestiterim: hoc tamen video jussisse Platonem epistolam comburi.

Verum non est quod dicit Cnemon p. 251. 32 Ἀντικλεῖ δεύτερον εἰς τὴν Αἴγυπτον συνέπλευσα, nam semel tantum in Aegyptum navigavit. Quid itaque dedit Heliodorus? Nempe δεῦρο συνέπλευσα atque sic sponte excident male addita verba εἰς τὴν Αἴγυπτον. Facit hic locus ut Pausaniae meminerim qui scripsisse creditur I. 22. 7 ἐγὼ ἔπη ἐπελεξάμην ἐν οἷς ἐστι πτέσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον. Facilius intelligetur ἀπὸ Βορέου δεῦρο.

Soloecum est et ab Heliodori oratione alienum p. 251. 40 θεοῦ τινὸς ἂν ἴσως δεήσει Φράζοντος, requiritur enim δεήσειε. In sequentibus non dissimilia vitia sunt: p. 256. 22 οὐκ ἂν παυσόμενον εἰ μὴ ἐπιβουλεύσειεν pro παυσάμενον· p. 267. 53 παρθενεύειν τὸν πάντα βίον διατείνεται pro παρθενεύσειν· p. 290. 43 ἔλεγε τοῖς ἐγχωρίοις σοφοῖς οὐ θαρρήσειν εἰπεῖν pro θαρρῆσαι· p. 291. 36 τῷ Χαρικλεῖ σύντρεχε τὰ πρὸς τὸν γάμον ὡς οὐδὲν ἐκείνου πράξαντος ἄνευ τῆς ἐμῆς ὑφηγήσεως pro πράξοντος· p. 337. 45 ἀποσέλλειν ἐπαγγειλαμένου pro ἀποσελεῖν, cf. p. 268. 31 et 280. 34; p. 348. 21 μὴ δή τι λάθοι κακὸν ἐργασόμενος pro ἐργασάμενος· p. 372. 27 ἀναρπάσασθαι τὴν πόλιν ἐλπίσας pro ἀναρπάσεσθαι et eadem opera p. 381. 52 ὡς αὐτίκα καὶ παρὰ τὴν πρώτην συμβολὴν ἂν ἁρπασάμενοι, corrige ἀναρπασόμενοι.

Nimis est ridiculum quod legitur p. 254. 53 μικρὸν ἐπάσαντο ὕπνου· veram scripturam esse ἔσπασαν, ostendet p. 297. 46 ὀλίγον δὲ καὶ ὕπνου σπάσωμεν et eadem metaphora usus Heliodorus scripsit p. 258. 4 Χάλκεόν τινα καὶ πύματον ὕπνον εἵλκυσεν. Crebro confunduntur in Codicibus omnibus Σ et ΣΠ. Legitur apud Appianum p. 233. 8 Bk. οὐ γάρ τινα διάλυσιν προσεδέκων ἄπιστα πρότεροι κελεύσαντες· praeferendum sane est ἄσπειστα. In Aristophanis Lysistrata vs. 173 legitur in Codice Ravennate:

οὐχ ὡς σπουδᾶς ἔχοντι ταὶ τριήρεες.

Digitized by Google

Valckenaerius in Diatribe p. 235 feliciter veram lectionem reperit et emendavit:

οὐχ ἅς πόδας κ' ἔχωντι ταὶ τριήριες.

Facit ea corruptela ut minus etiam dubitem quid sit reddendum Thucydidi, apud quem V. 10 sensu vacua verba leguntur: ὑπὸ τὰς πύλας ἵππων τε πόδες πολλοὶ καὶ ἀνθρώπων ὡς ἐξιόντων ὑποφαίνονται. Emendandum videtur σποδὸς πολλὴ—ὑποφαίνεται. Euripidis verba sunt in Ione vs. 305

καρποῦ δ' ὑπὲρ γῆς ἥκετ' ἢ παίδων πέρι;

Nonne praestat σπόρου? Quod Agamemnon ad senem dicit initio Iphigeniae Aulidensis πεύσει, cui senex respondet σπεύδω, cum minus facilem explicationem habeat, fere suspicor praestare σπεῦσον. Cf. Porson. Advers. p. 218. Denique Sophoclis senarii sunt apud Stobaeum 109. 2.

μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα
σιγῶμενος γάρ ἐσι θρηνεῖσθαι πρέπων.

Scribam: μὴ 'παιρε πολλοῖς, sicuti apud Euripidem legitur in Supplicibus vs. 581

οὗτοι μ' ἐπαίρεις ὥσε θυμῶσαι φρένας
τοῖς σοῖσι κόμποις.,

quamquam locus ne sic quidem persanatus est.

In superioribus, p. 161 duos iam indicavi locos, quibus librarii confuderunt imperfectum et plusquamperfectum. Satis crebro sic erratur, ita tamen ut plusquamperfectum paulo frequentius locum cedat imperfecto quam contra. Fit hoc tamen aliquoties et ecce duo jam ex Heliodoro loci. P. 255. 4 narratur somnium quod Chariclea vidit: apparuit ei species viri, quae τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῇ τὸν δεξιὸν ἐξήρητο, quo facto confestim expergefacta est. Nonne verum est ἐξήρεῖτο? Alibi p. 291. 21. narrat Calasiris non ignotum fuisse Charicleae oraculum quoddam de se ipsa ab Apolline consultantibus editum: οὐ γὰρ ἠγνόητο τῇ Χαρικλείᾳ ὁ χρησμός. Hic quoque rescribam ἠγνοεῖτο.

Nunc conferemus p. 255. 34 βαρὺ μὲν καὶ τοῦτο, πλὴν ἀλλ' ἔσω γ' ἀληθὲς μᾶλλον ἢ τὸ ἕτερον et p. 291. 26 βαρὺ μὲν καὶ ἄλλως αἰσχρόν, πλὴν ἀλλὰ τίνα σκοπὸν ἔχει τὸ πλάσμα. Adhibebo hos locos ut vitium eluam e Charitone, qui p. 97. 13 sic scripsisse putatur: συνίημι δὲ ὅτι βαρεῖ με πρὸς ὑποψίαν

Digitized by Google

τὸ κάλλος τῆς γυναικός. Admonitus quivis corrigat: βαρὺ μὲν πρὸς ὑποψίαν et frustra provocabitur ad p. 106. 4 ἐβάρει γὰρ αὐτὴν τὸ κάλλος τῆς γυναικός.

Sunt in Heliodoro interpolationes admodum paucae nec tamen omnino desunt: satis certo mihi constare videtur vocabulum ἄρχοντος inepte abundare in iis quae leguntur p. 256. 12 τοῦ καταγέλαντος τὴν γνώμην πρὸς τὸ σωφρονέστερον [ἄρχοντος] ἀμοιροῦσιν· arguit interpolationem vel ipse locus quo male pedem intulit illud ἄρχοντος. Contra aliquid excidit p. 256. 24 ἐπηνέθη ταῦτα καὶ ἐδόκει γίγνεσθαι, nam prorsus necessarium est οὕτω ἐδόκει γίγνεσθαι. Compendium fecisse videtur ut saepius istud adverbium excideret. Apud Parthenium p. 14. 30 σπουδὴν ἐποιεῖτο κατοπτεῦσαι τὸν Κυάνιππον ὅ τι ποιῶν ἥδοιτο τῇ κατ' ὄρος διαίτῃ· verior scriptura est οὕτως ἥδοιτο. Apud Xenophontem Ephesium p. 351. 31 εἰπὼν ἐκέλευσε φέρειν πῦρ, malim οὕτως εἰπών. Apud Herodotum legitur loco notissimo I. 30 ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθε εἴ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον. Non temere agere qui reponere velit ὄλβιον οὕτω, ostendet III. 35 τίνα εἶδες ἤδη πάντων ἀνθρώπων οὕτω ἐπίσκοπα τοξεύοντα; Eodem modo rescripserim II. 2 πυνθανόμενος εὗρισκε Φρύγας καλεῦντας (οὕτω) τὸν ἄρτον et II. 47 σαιτίνας πλάσαντες ὗς καὶ ὀπτήσαντες ταύτας (οὕτω) θύουσι. Verum de duobus locis postremis dubitari potest: minime dubia res apud Lucianum in Alexandro § 25: εἶτα θαυμάζεις εἰ ἐπὶ μέγα ἤρθη τὸ χρηστήριον, ὁρῶν τὰς ἐρωτήσεις τῶν προσιόντων σεμνὰς καὶ πεπαιδευμένας, nam inserendum est οὕτω σεμνάς. Gravius vitium alitur apud eundem in Meretr. Dialog. 10. 3 λέγει δέ· πῶς μὲν ἐφίλησά σε, ὦ Δροσί, τοὺς θεοὺς ποιοῦμαι μάρτυρας. Emendandum est: λέγει δὲ οὕτω πως· ὡς μὲν ἐφίλησά σε κτἑ. Apud Plutarchum περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν p. 1069c κρασπέδοις καὶ ἀμίσι χρυσαῖς καὶ νὴ Δία ληκύθοις ὅταν τύχωσι παραβάλλουσι τὸν μέγιστον πλοῦτον. Graece hoc dicitur ni fallor ὅταν οὕτω τύχωσι. Itaque quum hoc vitium tam crebro inveniri appareat, fortasse ne Thucydides quidem II. 12 scripsisse videbitur: τό τε λοιπὸν ἀναχωρήσαντας ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἤν τι βούλωνται πρεσβεύεσθαι, nam in tali re reliqui certe οὕτω πρεσβεύεσθαι dicere solent. In Xenophontis Anabasi VII. 2. 2 intelligi non potest: Τιμασίων προὐθυμεῖτο πέραν εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν

Digitized by Google

διαβῆναι, οἰόμενος ἂν οἴκαδε κατελθεῖν· rescribendum videtur οἰόμενος (οὕτως) ἂν οἴκ. κτ. Saepius eodem modo erratum esse video in Demosthene. Imprimis evidens mendum est in oratione adversus Macartatum § 72: τί ποτ' οἴεσθε ἡμᾶς πάσχειν ὅτου ὑμῶν (οὑτωσὶ) κατεφρόνησαν καὶ οὑτωσὶ κατεφρονητικῶς ἠπίσαντο τὰ χωρία ἃ κατέλιπεν Ἀγνίας. Eodem modo hic scripserat orator οὑτωσὶ κατεφρόνησαν, quo infra § 78 οὑτωσὶ ἡμᾶς κατεφρόνησε τῶν νόμων. Minus jam dubitandum erit quin vera scriptura sit in Aristocratea § 9 τῷ μὲν (οὑτωσὶ) ἀκοῦσαι κεχαρισμένον τοῦ τι τοιοῦτον δοκεῖν διαπράξασθαι. Itidem in oratione de foedere Alexandri § 17 βουλευσώμεθα πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς δεινοτικῶς καὶ ἀσελγῶς διακειμένοις, inserendum censeo ἀσελγῶς οὕτω. Non minus saepe οὕτος quoque excidit et confusa sunt vocabula οὕτως et οὐ, sed satis jam dixisse mihi videor, ut evincam in Heliodoro peccatum fuisse eodem modo quo apud alios plurimos.

P. 257. 12 non est grammaticum vitium, sed, quod etiam gravius est, ipsa fabulae dispositio male habita est. Postquam Cnemon ille Atheniensis juvenis nescio quid lepide dixerat, pergit Heliodorus sic: πρὸς ταῦτ' ἐμειδίασεν ὀλίγον καὶ βεβιασμένον· verum arrisit non ipse sed Theagenes et Chariclea, ut credibile est; itaque reponemus ἐμειδίασαν, sicuti p. 250. 22 loco non dissimili recte legitur ἐγέλασαν πρὸς ταῦτα βραχύ τι καὶ βεβιασμένον.

Suspicionem nunc promere iuvat paulo incertiorem; legitur enim p. 260. 44 ἐντραγόντες τῶν τε καρύων καὶ σύκων ἀρτιδρεπῶν τέ φοινίκων καὶ ἄλλων δὴ τοιούτων. Deesse mihi videtur substantivum quo postremum illud τοιούτων referatur; memor eorum quae Plato scripsit noto loco in secundo libro de Republica p. 372e ὄψον ἕξουσιν ἅλας τε δηλονότι καὶ ἐλάας καὶ τυρὸν καὶ βολβοὺς καὶ λάχανα, requiro fere ἄλλων δὴ τοιούτων ὄψων. Haec suspicio si a viris doctis probabitur, novum jam habebimus exemplum confusionis literarum Τ et Ψ, nam ea fecit ut post τοιούτων excideret ὄψων. Notum est quomodo ψυχὴ in τύχη abire soleat, τοὔψον in τοῦτον, alia; nova quaedam ad Lucianum proferre in animo est: nunc defungar unico loco ex Eustathii ridiculo opere de amoribus Hysminiae et Hysmines. P. 280. 20 legimus sic: in nuptiis Hysmines quum rem divinam face-

Digitized by Google

rent, diro omine viso, consternati parentes et mater ante omnes κατὰ γῆν πεσοῦσα καὶ τὴν πολιὰν ἀμφοτέραις τίλλουσα καὶ ψιλοῦσα τὴν κεφαλήν, Ζεῦ πάτερ, φεῖσαι πολιᾶς ταύτης ἐμῆς, ἔλεγε. Ineptae istae preces sunt Pantheae, nam ὁ ἐψιλωμένος τὴν κεφαλὴν caput habebit totum depilatum, quod Herodotus IV. 26 si quis dubitabit, perspicue monstrabit. Itaque eiicienda erunt verba καὶ ψιλοῦσα τὴν κεφαλήν et apparet unde duplex scriptura nata sit.

Quomodo recentiores usurpare soleant μὴ γένοιτο, ex Sacra Scriptura satis notum est; diversa tamen ratio obtinet p. 262. 26 τῶν δ' ἡμαρτημένων οὐκ ἔργῳ (μὴ γένοιτο) ἀλλ' ἐφέσει μόνῃ τὴν ἁρμόζουσαν ἐπιβαλὼν ζημίαν, nam dictum hoc utique oportuit ὃ μὴ γένοιτο. Cum magno sententiae detrimento pronomen relativum saepissime excidit. Ex pluribus unum. Apud Alciphronem I. 34. 4. verba sunt non illepida meretriculae ad philosophum: πόσῳ δ' ἀμείνους ἡμεῖς καὶ εὐσεβέστεραι, οὐ λέγομεν θεοὺς οὐκ εἶναι. Quis non videt quantum praestet, quum praesertim εὐσεβέστεραι praecedat, αἳ οὐ λέγομεν?

Librarii p. 264. 7 Calasiridem ex religiosissimo homine impium fecerunt neque fraus animadversa fuit, quamquam etiam in Latina versione pelluceat. Nimirum narrat Calasiris se a Graecis quibusdam sapientiae studiosis fuisse interrogatum de flumine Nilo: ἐμοῦ δ' ἅπερ ἐγίγνωσκον εἰπόντος καὶ ὅσα περὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου βίβλοις ἱεραῖς ἐγγεγραμμένα μόνοις τοῖς προφητικοῖς καὶ γιγνώσκειν καὶ ἀναγιγνώσκειν ἔξεστι· inducenda verba sunt καὶ γιγνώσκειν καὶ. Apparet ex ipsa Calasiridis narratione sacrorum librorum lectionem sacerdotibus solis fuisse concessam, sed liberum iis erat alios docere quae prius ex arcanis fontibus didicissent ipsi: diserta verba sunt ἐμοῦ δ' ἅπερ ἐγίγνωσκον εἰπόντος.

Est interpolatio in paucis insulsa p. 267. 29 νυνὶ δ' ἅπερ ἐξῆς ἐπέραινεν ὁ Χαρικλῆς, εἰρήσεται. Verbo indicasse satis est et pergemus ad p. 267. 52 ἀπηγόρευται παρ' αὐτῇ γάμος, ubi lenis est correctio ἀπηγόρευται γὰρ αὐτῇ γ. Satis frequens iste error est et litterae Γ et Π crebro confunduntur. Apud Achillem Tatium v. c. p. 94. 21 describitur tabula in qua Andromeda repraesentata erat: erat τὸ ὕφασμα λεπτόν, ἀραχνίων ἐοικὸς πλοκῇ, οὐ κατὰ τὴν τῶν προβατείων τριχῶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν

Digitized by Google

ἐρίων των πτηνῶν, οἷον ἀπὸ δένδρων ἕλκουσαι νήματα γυναῖκες ὑφαίνουσιν Ἰνδαί. Et πτηνῶν quidem ferri non posse, omnes opinor, viderunt; nimis tamen infeliciter excogitatum est quod Hercherus in textum intulit λεπτοΐνων. ΠΤΗΝΩΝ uncialibus literis scriptum ducet ad veram Achillis manum, quae fuit γηίνων. Vide hoc adjectivum apud eundem p. 110. 6. Apud Lucianum de Syria Dea c. 13 absurde legitur: ὡς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέεται. Non miraculum id est quod narratur neque aqua sponte in templo scaturit, nam ut statim sequitur, φέρουσι δὲ οὐκ ἱρέες μοῦνον ἀλλὰ πᾶσα Συρίη καὶ Ἀραβίη. Itaque ferri non debet ἀπικνέεται et rescribemus ἀγινέεται, sicuti § 49 recte legitur ἀγινέοντες αἰγάς τε καὶ ὄϊας. Eadem causa est ob quam πράγματα et γράμματα confundi solent, sicuti in Plutarchi Moralibus p. 1086*d*, qua observatione usus olim in Commentatione Platonica I. p. 7 emendare conatus sum Platonis Gorgiam p. 484*a*. Apud Thucydidem VII. 51 fluctuant Codices inter ἐγηγερμένοι et ἐπηρμένοι et VII. 42 τῷ δὲ προτέρῳ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων ὡς ἐκ κακῶν ῥώμη τις ἐγεγένητο, malim equidem ἐπεγένετο. Miror apud Pindarum Pyth. IX. 119.

εἶπε δ' ἐν μέσσοις ἀπάγεσθαι ὃς ἂν πρῶτος θορὼν
ἀμφὶ οἱ ψαύσειε πέπλοις.

Quia ἀπάγεσθαι alienum videtur, arridet sane quod perquam accommodatum est ἀγαγέσθαι. Si de Sabinis virginibus esset sermo, ἀπάγεσθαι ferri posset; qui ἐθέλων ἐθέλουσαν uxorem ducit ἄγεται γυναῖκα. Nondum fuit intellectum Euripidis fragmentum 1045, quod Stobaeus servavit 73. 1:

δεινὴ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσίων,
δειναὶ δὲ ποταμῶν καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαί,
δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία,
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν,
οὐδ' ἂν γένοιτο γράμμα τοιοῦτον γραφῇ,
οὐδ' ἂν λόγος δείξειεν.

Non intelligam nisi γράμμα in πρᾶγμα mutato. Contrarium vitium mihi observasse videor in Luciani Zeuxide § 7: ὁ Ζεῦξις συνεὶς ὅτι αὐτοὺς ἀσχολεῖ ἡ ὑπόθεσις καινὴ οὖσα καὶ ἀπάγει τῆς τέχνης, ὡς ἐν παρέργῳ τίθεσθαι τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραγμάτων κτέ. Quam sint haec absurda, nam scriptor sibi prorsus con-

Digitized by Google

tradicit, etiam melius apparebit in iis quae continuo sequuntur in eandem sententiam: παρευδοκιμεῖ τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ὑποθέσεως καινοτομία. Opponitur uti vides in Zeuxidis tabula argumenti novitas, quae spectatoribus impense placebat, linearum exactissimis formis, quas non animadvertebant scilicit aestimatores illi parum exercitati. Itaque neque τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραγμάτων feremus, neque τῶν ἔργων. Utroque loco scripsit Lucianus, uti conjicio, modo eodem: τὴν ἀκρίβειαν τῶν γραμμῶν, sicuti memoratur in Imaginibus § 16 καλλίσῃ καὶ πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη εἰκών. Corruptelae interdum latius serpunt et vitia vitiis cumulantur. In Platonis Gorgia, ut supra dicebam, καταπατήσας τὰ ἡμέτερα γράμματα καὶ μαγγανεύματα καὶ ἐπῳδάς, olim correxeram περιάμματα, neque tamen cuiquam persuasi, eam esse Platonis manum, quamquam idoneis fueram usus argumentis ut probarem emendationem quae mihi quidem in paucis evidens videbatur. Erant adeo qui me carperent et contenderent in commentatione illa Platonica me operam perdidisse et multa moliendo nihil promovisse vel correxisse. Jam apparet summum inter nostrates criticum, quem admiramur et diligimus omnes, incidisse in eandem emendationem. Platonis causa gaudeo, nam nunc plaudunt omnes plaudentque et mox palmaria scilicet correctio recipietur in textum. Tanti est, etiam in summa innocentia, nobilem habere causae tuae patronum. Equidem interim in sinu rideo et Phaedrum cogito qui sapienter: Nonne hoc declarat, inquit, quales sitis judices? Verum hoc obiter. Quia notum est πρᾶγμα et πρόσταγμα confundi, factum est aliquando ut ipsum illud πρόσταγμα primum in πρᾶγμα abiret, mox ulterius corrumperetur et fieret γράμμα. Locus est apud Lucianum in Saturnalibus § 30 πλὴν ἐπιτελῶ γε αὐτοῖς ὥσπερ ὑπεσχόμην καὶ οἶδ' ὅτι οὐκ ὀλιγωρήσουσι τῶν ἐμῶν γραμμάτων. Concedent omnes uti spero vocabulum unice aptum προσταγμάτων esse.

Turpe est in paucis vitium, quod nescio quomodo per omnes deinceps editiones propagatum, viros doctos latuisse videtur. In oraculo quodam de Theagene et Chariclea p. 269. 53 pentameter est:

ἥξοντ' ἠελίου πρὸς χθόνα κυανέην

Digitized by Google

Non est hoc pro ἥξοντα dictum sed pro ἥξονται scilicet; recurrit eadem barbara forma p. 284. 4, ubi tertia persona in secundam versa est:

ἥξεσθ' ἠελίου πρὸς χθόνα κυανέην.

Dixeris non magno acumine opus esse ut vera lectio ἵξοντ' et ἵξεσθ' inveniatur, cum praesertim eadem corruptela alibi quoque nos ludificetur, vide Dindorfium ad Aeschyli Prometheum vs. 734, p. XIV in quinta editione Anglica. Et tamen talia virorum doctorum aciem effugiunt interdum, quod nunc quidem eo maiorem admirationem movet, quia infra in extrema fabula p. 412. 21 in eodem oraculo alia quidem sunt vitiosa, sed recte tamen legitur in Codicibus ut videtur omnibus:

ἵξεσθ' ἠελίου πρὸς χθόνα κυανέην.

Idem vitium facilius condonabitur p. 348. 2 ἡ πολιὰ θρὶξ αὕτη πολλοῖς τοιούτοις ἐνήθλισεν· quod ἐνήθλησεν scribi debet. Verum omnium turpissimum est p. 403. 29 τὴν δόξασαν αὐτῶν ὑποκατάκλησιν τῷ ἐπιτωθασμῷ τῆς κατ' ἐκείνου μεγαλαυχίας παρηγορηθέντες. Parumne dubium videtur esse scribendum ὑποκατάκλισιν?

Perperam editur p. 270. 1 ταῦτα μὲν ὡς ἀνεῖπεν ὁ θεός· quia ὁ μὲν κήρυξ ἀναγορεύει, ὁ δὲ θεὸς ἀναιρεῖ, necessario corrigendum est ἀνεῖλεν et notabis idem vitium in Schol. in Platonis Minoem p. 321*a*. Sed hoc quidem minutum est; paulo gravius peccatur p. 270. 24 ἐγὼ δέ σοι τὴν πομπὴν ἐπιτεμὼν διαθήσομαι, nam requiritur διηγήσομαι, si quidem narratio διήγημα Graece vocatur non διάθεσις. Sic p. 327. 40 legitur πήραν γ' ὑπὸ μάλης ubi planissime scribendum est πήραν θ' ὑπὸ μάλης. Sed non semel erratum fuit eodem modo quo vidimus; olim in Mnemosynes sexto volumine p. 243 indicavi in Polybio exemplum, ubi διαθέσθαι et διάγεσθαι confusa sunt. Quia prorsus constat et de corruptela et de remedio, non gravabor locum excribere. Apud Polybium est VII. 7. 7 ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον καὶ περιττότερον τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα διάγοιτο. Legendum esse διάθοιτο apparet et ex aliorum locorum collatione et ex XV. 34. 1 τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον διατιθέμενοι.

Omissis minoribus vitiis quibusdam, quorum emendatio faci-

Digitized by Google

lior est quam utilior, nunc attendendum est ad p. 276. 51 πρὸς μέθην ὁ ἐρῶν καὶ πρὸς τὸ ἐρᾶν ὁ μεθύων εὐπίφορος. *Proclivis* dicitur ni fallor εὐεπίφορος. Eodem modo cum in Dionysio Halicarnasensi IV. 29 legeretur ἐπιχείρητος, Henricus Stephanus correxit εὐεπιχείρητος. In Herodoto III. 80 numquam concoquere potui: κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτισμένον μουναρχίῃ, nam dicendum videtur εὖ κατηρτισμένον. In Herodiano I. 4 veram lectionem esse existimo περιέποντες (εὖ) τε καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύοντες. In Philostrati Heroicis p. 702 recte supplevit Salmasius: τὸν Διομήδη δὲ (εὖ) βεβηκότα ἀναγράφει· sed in editione Olearii p. 736 nondum correctum est ἡ κεφαλὴ δὲ ἐβεβήκει ἐπ' αὐχένος, quod vel puer videat quam sit inepte dictum pro εὖ ἐβεβήκει. Credibile est postea Philostratum editores nactum esse Olearios sagaciores.

Nunc est operae pretium Latinum interpretem audire, qui ita scribit p. 277: »*Postea vero quam oscitatione moerenti et anxia Theagenes plenus apparebat, manifestum erat, quod non recte valeret: ut etiam Charicles*, qui praeter varietatem hanc nihil animadverterat, *submisse ad me diceret*, cet. Difficile dictu est quid significent ista: *qui praeter varietatem hanc nihil animadverterat.* Graeca non sunt multo magis perspicua: καθεοραμένα ἀλλ' ἦ τὸ ἀνώμαλον. Parata tamen medicina est: in ΑΛΛΗ nihil aliud latet quam ΔΗΛΑΔΗ. Καθεορακότα δηλαδὴ τὸ ἀνώμαλον commendatione non eget. Confusio literarum Λ, Δ et Λ notissima est et tamen viri docti haud raro immemores fuisse videntur. In Anecdotis Bekkeri p. 238. 21 legitur Διιπόλια ὄνομα ἑορτῆς. Διιπόλια γάρ ἐστιν ἑορτὴ μὲν Διί, ᾗ καὶ δειλία καλεῖται. Scribendum est Διάσια (ΔΘΙΛΙΑ—ΔΙΑCΙΑ). Etiamne negas? Inspice Antiatticistam p. 91. 9: Διπόλια— Θουκυδίδης δὲ Διάσια καλεῖ τὴν ἑορτήν. Respicit grammaticus Antiphontem p. 120. 10 et Thucydidem I. 126.

Propero redire ad Heliodorum, ut vitium eluam, quo non est aliud magis ridiculum. Calasiris enim, ut legimus p. 277. 11 οἴνου καὶ ἐδεσμάτων τῶν ἐμψυχομένων ἀπέχεται. Cum sacerdotibus Aegyptiis omnibus, ut saepe legitur apud nostrum, abstinebat Calasiris ἐδεσμάτων τῶν ἐμψύχων. Praeterea legendum est eadem pagina 277. 40 τὰ μὲν ἄλλα συνίην ὅσ' ἐωράκειν

Digitized by Google

pro ὡς ἐώρακειν et p. 277. 53 τὴν ἐγκατεσπαρμένην αὐτοῖς θεολογίαν ἠγνόηκα pro συγκατεσπαρμένην.

P. 278. 33 in verbis ἦν δ' ἡμεδαπὸς [Αἰγύπτιος] nomen proprium expunxerim et in proxime sequentibus verbis, quum narratur Mercurius Homeri fuisse pater, dubito an satis recte dici possit καὶ ποιεῖ τὸν Ὅμηρον et malim reponere παιδοποιεῖ. Sed utilius fuerit subvenire iis quae nunc absurde leguntur p. 280. 8. Totum locum adscribam. Verba sunt Calasiridis ita narrantis: Καὶ ἐπισήσας ὀλίγον καὶ ψήφους τινὰς οὐδὲν καθαριθμούσας ἐπὶ δακτύλων συνθεὶς, τήν τε κόμην διασείσας καὶ τοὺς κατόχους μιμούμενος, Ἐρᾷς, εἶπον, ὦ τέκνον. Significant haec auctore interprete: *Cum paululum me* erexissem *et calculos quosdam nihil numerantes in digitis composuissem et comam quassissem afflatos vi numinis imitans, Amas dixi o fili.* Quam me delectant ista: *cum paululum me erexissem!* Et qui sunt praeterea *numeri isti nihil numerantes?* Levis error istas tenebras dedit: pro καταριθμούσας scribe καταριθμήσας.

Nunc prodesse conabimur Achilli Tatio, occasione sumta ab pg. 280. 18 ubi Theagenes Charicleae amore captus dicitur πρῶτον πειρᾶσθαι ἔρωτος. Non dissimilis est locus in Xenophonte Ephesio p. 333. 15, ubi Habrocomes exclamat: Ἄπειρος ὢν, Ἔρως, ἔτι τῶν σῶν ὑπερηφάνουν. Et apud Charitonem p. 78. 20 in epistola Chaereae ad uxorem suam Callirrhoen recte legitur: μνήσθητι τῆς νυκτὸς τῆς μυστικῆς ἐν ᾗ πρῶτον σὺ μὲν ἀνδρὸς, ἐγὼ δὲ γυναικὸς πεῖραν ἐλάβομεν. Erat igitur Heliodori Theagenes, nondum compressa Chariclea, ἔρωτος πρωτόπειρος sed γυναικὸς παντάπασιν ἄπειρος, quod postea in extrema fabula eventus docuit. Haec si vera sunt, scribere non potuit Achilles Tatius p. 86. 11 quod nunc editur. Clitophon ibi, qui ardet Leucippes amore, affirmat se numquam rem habuisse nisi forte cum meretricula: ἐγὼ μὲν, inquit, πρωτόπειρος ὢν εἰς γυναῖκας, ὅσον ὁμιλῆσαι ταῖς εἰς Ἀφροδίτην πωλουμέναις. Sunt haec verba corrupta, nam ne Salmasius quidem emendationem perfecit, quum pro πρωτόπειρος εὐγενοῦς γυναικός, quae vulgata Codicum lectio erat, reponeret id quod nunc edi solet ὢν εἰς γυναῖκας. Prorsus tamen intelligimus quod Clitophon dicit. Meretriculae apud eundem p. 209. 1 vocantur αἱ ἐπὶ μισθῷ πωλοῦσαι τὰ Ἀφροδίτης. Pergit nostro loco Clitophon extollere cum muliere concubitum prae

Digitized by Google

puerorum amoribus: ἄλλος γὰρ ἂν ἴσως εἰπεῖν τι καὶ πλέον ἔχοι μεμυημένος· εἰρήσεται δέ μοι (l. δ' ὅμως) κἂν μετρίως ἔχω πείρας. Finita oratione p. 87. 12 amicus respondet: ἀλλὰ σύ μοι δοκεῖς μὴ πρωτόπειρος ἀλλὰ γέρων εἰς Ἀφροδίτην τυγχάνειν. Haec omnia quo diutius considero, eo minus jam mihi placet Salmasii correctio quam omnes ni fallor amplexi sunt et oritur suspicio Achillem Tatium scripsisse: ἐγὼ μὲν ἄπειρος ὢν εὐγενοῦς γυναικός, tum unum alterumque vocabulum intercidit, ut recte addi possit ὅσον ὁμιλῆσαι ταῖς εἰς Ἀφροδίτην πωλουμέναις. Quae si probabuntur, amicus necessario respondisse videbitur: ἀλλὰ σύ μοι δοκεῖς μὴ ἄπειρος ἀλλὰ γέρων εἰς Ἀφροδίτην τυγχάνειν· sunt haec aperta et facilia ac fortasse non magno molimine inveniri poterit quod excidisse suspicatus sum. Nihil addam de corruptelae origine, quam omnibus notam esse suspicor. Neque hodie raro sic erratur. Apud eundem Achillem p. 107. 30 qui *nondum* sacris initiati sunt πρωτομύσαι appellantur: exspectas potius eos ἀμύστους fuisse dictos vel si mavis ἀμυήτους. Apud Philostratum in Vita Apollonii p. 127 lego: ἐπαινεσάντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων πρώτῃ φωνῇ τὰ εἰρημένα, sed scribendum est μιᾷ φωνῇ. Jam fuerunt ni fallor qui viderent apud Herodotum reponendum esse V. 76: οὗτος ὁ σόλος ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος Ἀθηναίων ὀρθῶς ἂν (πρῶτος) καλέοιτο. Nondum correctum fuit apud Dionem Cassium LIV. 35. ἐν μιᾷ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ. *Kalendis Januariis* tamen Graece dicitur ἐν πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ. De Platonis Legibus VIII. 834c alia occasione quaeremus.

Amat librariorum natio terminationum similitudinem. Oritur inde jocularis error p. 281. 42 in extremo tertio libro. Calasiris considerasse se dicit, εἴ πῃ τῇ Χαρικλείᾳ δύναιτο ἔφεσίν τινα γάμων καὶ ἀνδρῶν ἐμποιῆσαι. Credideris lenonis haec verba esse, non sanctissimi sacerdotis et Chariclea ipsa pudore suffunderetur, si in Aethiopum regia tale quid legere posset. Corrige ἀνδρός.

Nitida compositio suadet ut corrigamus p. 282. 8 δρόμων ἅμιλλαι καὶ πάλης συμπλοκαὶ καὶ πυγμῆς χειρονομία, nam vera lectio est χειρονομίαι. Conquiram aliquot exempla eiusdem generis. Apud Appianum p. 151. 10 σφαγὴ ποικίλη καὶ γυναικῶν ὕβρις καὶ παρθένων ἀπαγωγαί. Lege ὕβρεις. In

Digitized by Google

ἐς ἀλλοτριωτάτην σφίσι καὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ κατέφασιν ἀπαρτῶντες. Positivum ἀλλοτρίαν multum praestare, et per se intelligitur et apparet ex Thucydide VI. 21, quem locum Dio imitatus est. Apud Alciphronem II. 2. 4 ὃ δὲ πάντων δεινότατον ἤδη καὶ ἀφορητότατον τετόλμηκε, nihil est supra τὸ ἀφόρητον. Apud Strabonem III. p. 166 Casaub. τῶν ὀνομάτων ὅσα ἐνδοξότατα τῶν πλείφων ὄντων Ἑλληνικῶν· satis est ἔνδοξα scribere. Itidem in vicinia p. 190 Cas. θερμὰ κάλλιστα ποτιμωτάτου ὕδατος, malo ποτίμου scribere, quam cum Madvigio in Adversariis p. 537 ποριμωτάτου. Simul observari potest apud Strabonem πότιμος haud semel ποτάμιος esse factum, v. c. V. p. 214. Apud Platonem in Theaeteto p. 160d κατὰ Πρωταγόραν τὸν σοφώτατον, *sapientis* habebat Protagoras cognomen non sapientissimi. In Sophista p. 237e hospes Eleaticus interrogat Theaetetum: τὸν μὴ τὶ λέγοντα ἀναγκαιότατον παντάπασι μηδὲν λέγειν; Respondet adulescens ἀναγκαιότατον μὲν οὖν, sed hoc ut recte respondere possit, in hospitis verbis positivum requiro ἀναγκαῖον. Nimium quoque mihi esse videtur in Symposio p. 195e ἁπτόμενον ἀεὶ καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ ἐν μαλακωτάτοις τῶν μαλακωτάτων, nam τὰ μαλακώτατα τῶν μαλακῶν jam satis sunt mollia. In Thucydide IV. 32 miror τῶν χωρίων τὰ μετεωρότατα λαβόντες et exigua mutatione videtur scribendum: τὰ μετέωρα καταλαβόντες. In Demosthenis Timocratea § 148 ἁπάντων γὰρ κυριώτατον ᾤετο δεῖν εἶναι τὸ δικαστήριον et in oratione adversus Neaeram § 92 ἕτερός ἐστιν ἐφ' ἅπασι τούτοις κυριώτατος νόμος κείμενος, utroque loco positivus meo quidem judicio prorsus est necessarius. Alias superlativorum corruptelas nunc quidem omitto, ad idem argumentum postea fortasse aliquando reditturus.

In extrema pagina 289 Calasiris Charicleam jubet εἰς γάμον τρέψαι τὴν νόσον. Hoc apud sequiores στρέψαι dici solet, veteres ni fallor malebant uti composito καταστρέψαι, unde βίου καταστροφὴ dicitur apud omnes. Hoc sensu, ut mihi quidem videtur, τρέψαι non magis in usu fuit quam κατατρέψαι. Eodem modo p. 319. 2 πρὸς τὰ βελτίονα τρέψαι, itidem reposuerim στρέψαι. Apud Dionem Cassium XLII. 58 αὐτὸ ἐκεῖνο ἐς ἀγαθὸν ἔτρεψεν, itidem requiro ἔστρεψεν. Habet στρέψαι sic usur-

Digitized by Google

patum *commutandi* significationem: sic Chariclea iubetur morbum matrimonio commutare. Longe aliter τρέπειν, v. c. apud Dionem XXXIX. 48 τὴν αἰτίαν ἐς ὀλίγους τρέποντες. Ceterum cf. Elmsl. ad Eur. Med. 974.

Verbo indicasse satis est p. 291. 8, ubi ἀπολιπὼν in praesens tempus converti debet; sed mox vs. 30 corruptela est paulo gravior. Narrat Calasiris se Charicleae suasisse ut simularet Alcamenis amorem, illam autem mirabundam interrogasse, quid senex spectaret, cum tam odiosae rei auctor esset. Tum pergit sic: Γνώσει τοῖς ἔργοις, ἔφην, (ὅτι) τινὰ προαγορευόμενα μὲν γυναιξὶν ἔξιν ὅτε καὶ ὄκνον ἤνεγκεν, ἐπιτελούμενα δ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα θαρραλεώτερον ἠνύσθη πολλάκις. Nihil in his desideratur, postquam inserui conjunctionem ὅτι, quae in Codicibus deest. Notum compendium quo ὅτι a librariis scribi solet, fecit ut ea particula interdum prorsus e textu evanesceret. Apud Charitonem p. 87. 5 scribendum est: ἀπάγγειλον, εἶπε, βασιλεῖ (ὅτι) Μιθριδάτης (ὁ) σὸς δοῦλος πάρεσιν. In Luciani Deorum Dialogis 20. 13 legerim: ἐκείνη γὰρ δὴ εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε, (εὖ) οἶδ' ἐγὼ (ὅτι) πάντα ἀπολιποῦσα ἕψεται καὶ συνοικήσει. Et alibi eodem modo.

Frustra quaesiverunt editores quid lateret sub Codicum omnium scriptura p. 291. 41 ἐχρῆν σε ἕπεσθαι καὶ χαίρειν ἀποθύειν τε χαρισήρια τοῖς θεοῖς. Hirschigius de sua ut videtur conjectura in textum intulit ἥδεσθαι· non negabo sat bene convenire ἥδεσθαι et editor fortasse in animo habebat lepidum versiculum ex Aristophanis Pace

ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι.

Verum illud obest, non apparere quomodo ἥδεσθαι in ἕπεσθαι corrumpi potuerit. Facilius id ostendi poterit in verbo σπένδεσθαι, quae mihi vera lectio videtur.

Leve est corrigere p. 294. 20, ubi perperam editur τὸ φοβερώτεροι δοκεῖν προειληφότες pro φοβερώτατοι. Sic supra quoque p. 275. 45 πολυκινητότατόν τι καὶ θερμότατον scripserim pro πολυκίνητόν et ubivis magna talium corruptelarum prostat copia.

Peccatur in syntaxim p. 295. 2 οὐ πρότερόν σε μεθίημι πρὶν δή μοι τὸ ἀσφαλὲς ἐμπεδωθείη. Fieri sane potest, ut Heliodori ipsius error sit, sed malo tamen credere eum recte dedisse

Digitized by Google

κρὶν ἂν μὲ τὸ ἀσφαλὲς ἐμπεδωθῇ. Diversa ratio est apud Herodotum apud quem non sollicitaverim Codicum lectiones IV. 157, VI. 82, VII. 8. 10. 197, IX. 117. Caeterum ἂν et δὴ saepenumero confunduntur. In Demosthenis Midiana § 223 εἰσὶ τε δεκασταὶ ἐν τῇ χιλίαις ἐν δ' ἑπτάκις ἂν ἡ πόλις καθίσῃ, prorsus est necessarium δή. Barbare legitur in Platonis Charmide p. 155a οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦ. εἰ ἐτύγχανε νεώτερος ὤν, αἰσχρὸν ἂν ἦν αὐτῷ διαλέγεσθαι· scilicet legendum est οὐδὲν γὰρ δήπου. Mox p. 168c eiusdem dialogi πάντως δὴ ἄν του ἐκεῖνό γ' αὐτῷ ὑπάρχοι, facile corrigitur πάντως δήπου ἐκεῖνό γ' ἂν αὐτῷ ὑπάρχοι. In Euthydemo p. 302e ὅσα ἂν σοι ἔχῃ καὶ δοῦναι καὶ ἀποδόσθαι καὶ θῦσαι ἂν θεῷ ὅτῳ ἂν βούλῃ· scribe θῦσαι δή. Duplex scriptura est in Legibus V. 739b: εἴ τις ἄλλος [ἂν] δήποτε ἐθελήσειεν. In Dionysio Halicarnasensi VIII. 8 legitur, legebatur certe, ἅπαντες ἂν ἀμελογήσουσιν, VIII. 53 εἰ γὰρ ἂν πόλεμον ἐνεσηπάμην. In Cebetis tabula c. 14 τότε ἂν οὕτω σωθήσονται. In Luciani Dialogis Mort. 2. 2 πρέποι γὰρ ἂν ταῖς τοιαύταις εἰμαγαῖς ἐκβαλόμενον, malim πρέπον γὰρ δή. Observandum autem est multo crebrius δὴ in ἂν corrumpi quam contra. Huius quoque confusionis praeter exemplum quod supra in Heliodoro cognovimus, pauca exempla laudabo. In Isaei oratione de Astyphili hereditate § 16: ἐπιδείξω γὰρ ὑμῖν ἔχθιστον ὄντα Ἀστύφιλον Κλέωνι καὶ οὕτω σφόδρα μισοῦντα τοῦτον ὥστε πολὺ δὴ θᾶττον διαθέμενον..... μᾶλλον ἤ... κτέ. Astyphilus, orator inquit, hoc πολὺ ἂν θᾶττον διέθετο quam illud. Participia opinor hoc sensu non minus necessario cum particula ἄν conjunguntur, quam indicativus, itaque rescribam πολὺ ἂν θᾶττον. Minus etiam dubitabitur de vera lectione in Dionysio Halicarnasensi V. 10 ἐβουλόμην μὲν δὴ τουτονὶ τὸν ἄνδρα περὶ ἁπάντων μοὶ τὰ αὐτὰ φρονεῖν. In Plutarchi Gryllo p. 986a scribam: ὡς ἂν περίβλεπτος μᾶλλον ἢ νῦν γενόμενος, κενὸν ἀγαθὸν ἀντὶ τῆς ἀληθείας διώκων. Denique in Luciani Fugitivis c. 21 ὀπόσων γὰρ δὴ ἐγὼ ἐξυφήνω τοῦτο ἐν ἀκαρεῖ αὖθις ἀναλύεται perperam editur pro ὀπόσον γὰρ ἄν.

P. 295. 37 ὁ θεός μοι προεῖπεν ἀνθ' ὧν οὐ προσηκόντως εἶδον τῆς τῶν φιλτάτων ὄψεως στερήσεσθαι, reponam προσήκοντ' εἰσεῖδον.

Ostendam aliquando data opera saepe ab librariis negationem

Digitized by Google

saepe vel inconsulto abjectam esse vel perperam esse additam. Nunc satis est indicare unum in Heliodoro locum obvium p. 305. 40. Narrat ibi Nausicles quomodo Charicleam invenerit, cuius prorsus singularem pulchritudinem extollit, simul affirmans amicam quondam suam Thisben non dignam esse quae cum Chariclea comparetur, tantum enim esse discrimen ὅσον ἂν τι γένοιτο θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον. Οὕτως οὐκ εἶναι τοῦ κάλλους ὑπερβολήν. Quae εἰς ὑπερβολὴν pulchra est et οὐδεμίαν ὑπερβολὴν κάλλους καταλείπει, ipsa est κάλλους ὑπερβολὴ et recte Gruece sic ni fallor dicetur. Chariclea ipsa εἶχεν ὑπερβολὴν κάλλους itaque parum est quum Nausicles dicit οὐκ εἶναι τοῦ κάλλους ὑπερβολήν, nam illam ipsam ὑπερβολὴν viderat et domi suae tenebat. Quid igitur scripsit Heliodorus? Nimirum sic: Ὄντως εἶναι τοῦ κάλλους ὑπερβολήν, nam ὄντως et οὕτως crebro permiscentur. Atque hoc quidem sensu ὑπερβολὴ fortasse nove dictum est: saepius τὸ πέρας sic dicitur. Vide de hoc vocabulo accuratam disputationem Cobeti in Mnemosynes Vol. IV. p. 255. Quod Damoxenus dixit apud Athenaeum I. 15:

πέρας ἐστὶ κάλλους, ἄνδρες, οὔτ' ἀκήκοα
ἔμπροσθεν οὐθ' ἑώρακα τοιαύτην χάριν.,

idem fere dicit Nausicles quoque, sed Charicleam ὑπερβολὴν κάλλους vocat, non πέρας. Eodem modo τὸ πρῶτον dicitur et τὰ πρῶτα ut apud Aristophanem κἀστὶν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας. Itaque Callirrhoe non fuit κάλλος τὸ πρῶτον, sicuti hodie legitur apud Charitonem p. 107. 19 sed κάλλους τὸ πρῶτον. Erratum quoque est apud Aristaenetum p. 135 πέρας ἓν μόνον ἐπὶ τούτου δοκεῖ, nam τοῦτο requiritur. Gravior error latet in Euripidis Heracl. vs. 853:

κλύειν δὴ θαύματος πάρεστί σοι.

Nimis languent ista et pristinum nitorem recuperabunt sic scripta:

κλύειν δὴ θαύματος πέρας τόδε.

Minus recte scribitur p. 304. 15 συνεὶς ἐκείνους εἶναι τούτους περὶ ὧν διείλεκτο ὁ πρεσβύτης. Scribendum hoc fuisset utique τοὺς περὶ ὧν, sed non affirmaverim Heliodoro eam locutionem cognitam fuisse et praestat fortasse vulgatam lectionem non movere. Certius est ferri non debere in descriptione annuli p. 306. 19 μέγεθος μὲν ὅσον ὄμμα παρθενικὸν περιγράφει· prorsus

Digitized by Google

jocularis iste error est pro περιγραφῇ. Ipsum verbum περιγράφειν de artifice usurpatur p. 306. 1.

Quod legitur apud Heliodorum p. 306. 30 ὕδατος ἀπαραχύτου φιάλη, revocat in memoriam Phrynichi locum in Anecdotis Bekkeri p. 20. 23 Ἀρύταινα· σκεῦός τι, ᾧ οἱ βαλανεῖς χρῶνται πρὸς τὸ παρέχειν. Παρέχειν, ut vides, pro ὕδωρ παρέχειν dici non potest. Sed qui aquam praebet balneator παραχύτης proprie dicitur. Lepidum est quod narrat Plutarchus in Moralibus p. 538 A: τοὺς Σωκράτη συκοφαντήσαντας ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότας οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεσράφησαν, ὡς μήτε πῦρ ἐναύειν, μήτε ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις μήτε λουμένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας ὡς μεμιασμένον, ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος. Nempe ὁ παραχύτης dicitur quod ὕδωρ παραχεῖ, non παρέχει. Rectissime illud παραχεῖν apud Plutarchum legitur in Moralibus p. 235a et apud Platonem Comicum, cuius locum servavit Athenaeus XV. p. 665b.

νίπτρον παραχέων ἔρχομαι· κἀγὼ δὲ παρακορήσων.

Itaque non est dubitandum quin Phrynichus scripserit παραχεῖν. Confunduntur interdum χεῖν et ἔχειν· exemplum est apud Charitonem p. 45. 1, quod Cobetus notavit in Mnem. VIII. 263. Alia addi possunt. Apud Achillem Tatium p. 123. 6 καθ' ἑκάσην διώρυχα χῶμα ἔχουσιν Αἰγύπτιοι, malo χέουσιν. Contra ἔχειν pro χεῖν restituendum mihi esse videtur apud Longum p. 243. 21 ἐκ πηγῆς ἀναβλύζον ὕδωρ ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, ὥστε καὶ λειμὼν πάνυ γλαφυρὸς ἐξετέτατο πρὸ τοῦ ἄντρου. Non habeo dicere quid sit ῥεῖθρον χεόμενον, sed cum videam aquulam istam in antri vicinia fuisse, reponam ἐχόμενον. Finem faciam in corrigendo Euripidis fragmento 995. Legitur apud Photium: Λίθων χοαί· ἄργυρος καὶ χρυσός· καὶ γὰρ Εὐριπίδης φησί·

Λευκοὺς λίθους ἔχοντες αὐχοῦσιν μέγα.

Nemo intelliget, cur grammaticus attulerit hoc fragmentum, cum λίθων χοάς interpretari vellet, nisi quum rescripseris:

Λευκοὺς λίθους χέοντες αὐχοῦσιν μέγα.

Etiam talia quae ante pedes sunt posita, viros doctos fugere potuisse!

P. 311. 7 pro Κεφαλήνων reponenda videtur sincera forma

Digitized by Google

Κεφαλλήνων, quae itidem periisse videtur p. 293. 23, ubi hodie Κεφαληναίων legitur. Itidem Atticam locutionem periisse existimo p. 311. 1 ἐκ γειτόνων οἰκοῦσα et p. 237. 9 πίνει ἐκ γειτόνων et reponam ἐν γειτόνων. Si cui tamen error videbitur non librariorum sed Heliodori ipsius, non magno opere refragabor. Egerunt de illo ἐν γειτόνων plurimi et omnium novissime Cobetus in Mnem. IX. p. 164.

Sex paginis proxime sequentibus librariorum sunt quaedam minuta vitia non digna quae adnotentur, paulo maiora autem Interpretis Latini, cui v. c. τὰ ἱστία ἀνιμᾶν significat scilicet *remittere vela;* et pervenimus ad p. 317. 47. Describitur ibi certamen singulare Theagenis et Pelori, qui navis gubernator erat, qua infelices amantes in Aegyptum devecti erant. Ὑπελείφθη, Heliodorus scribit, τῷ Πελώρῳ μονομαχῶν, ἀνδρὶ τὰ πάντα γενναίῳ καὶ φόνοις ἐγγεγυμνασμένῳ παμπόλλοις. Ut in incerta re arridet πόνοις, neque vulgatam lectionem defendi posse existimo iis quae leguntur p. 242. 52. Certius est p. 318. 5 ἐγείρας τὸ φρόνημα πολλοῖς ἤδη τοῖς τραύμασι πεπιεσμένον, requiri πεπιεσμένος. Certissimum autem p. 322. 23 male relata esse Cnemonis ad Charicleam verba: ἐπίφορός πως ἀεὶ τυγχάνεις τὰ χείρονα μαντεύεσθαι καὶ ψεύδη γ' ἅμα καλῶς κατὰ τοῦτο ποιοῦσα. Facillimum est scribere καὶ ψεύδῃ γ' ἅμα, vel si mavis ψεύδει.

Prorsus barbarum est quod legitur p. 327. 27 ἤσπαζον τότ' ἀλλήλους pro ἠσπάζοντό τ' ἀλλήλους, ut recte legitur p. 335. 20. Solemne vitium est p. 329. 30 ἐπιμίξαι τοῖς ὑπολιπομένοις pro ὑπολειπομένοις. Sed non prorsus constat de vera scriptura p. 330. 4. Legitur sic: μέλιτος ἐπέχει τῷ βόθρῳ καὶ αὖθις ἐξ ἑτέρου (κρατῆρος) γάλακτος καὶ οἴνου ἐκ τρίτου ἐπέσπενδεν. Ex praecedenti vocabulo ἑτέρου natum esse suspicor genetivum γάλακτος et malim certe γάλα. Verum ut recte sic corrigatur, minuta ista vitia sunt sicuti permulta alia et propero ad p. 335. 19 ubi Thyamidis sunt ad Theagenem verba: τὸν λῃστρικὸν διαβλήσεις βίον, ἕως ἄν τι τέλος τῶν κατὰ σὲ δεξιώτερον ὑποφήνῃ θεός. Nemo dicat quid sit in his verbis τὰ κατὰ σέ, quod minus commode conjungi videtur cum substantivo τέλος. Ne tum quidem satis recte hoc dictum videbitur, si quis verterit: *Praedonem ages, donec miseriarum tuarum deus dederit*

Digitized by Google

finem dexteriorem. Interpres reddidit sic: *donec aliquam finem tuis rationibus dexteriorem deus ostenderit.* Difficile dictu foret quae sint istae *rationes.* Parva mutatio lucem affundet: ἕως ἄν τι τέλος τῶν κατὰ σὲ ἀξιώτερον ὑποφήνῃ θεός. Nempe: *donec deus finem dederit tuis natalibus et illustri loco quo natus es digniorem.* Praeclara forma Theagenes commendabatur eumque ut regium puerum Thyamis alloquitur, qui aliquid maius cogitare debeat, quam ut miseris praedonibus imperitet. Ceterum admiraberis Heliodorum, qui tam absurdum sacerdotis consilium finxerit et fabulam tam parum apte disposuerit.

Post plures annos redeuntem in patriam Thyamidem adulescentes non agnoscunt, τῆς ἀκμαζούσης ἡλικίας καί τι καὶ ἀναγνωρίζειν τὸν Θύαμιν ἐχούσης p. 337. 36. Legendum esse puto αὐτίκα, quod nisi commendet se ipsum, frustra commendabitur. Calamitosum istud adverbium αὐτίκα videtur et saepius revocandum. In prima oratione adversus Onetorem § 10 non scripsit Demosthenes: τὴν οὐσίαν τὴν Ἀφόβου οὕτω κινδυνευθήσεσθαι μέλλουσαν, sed ipsum illud αὐτίκα. In oratione adversus Eubulidem § 11 ἐβλασφήμει κατ' ἐμοῦ ταχὺ καὶ πολλά· itidem rescribe αὐτίκα. In oratione de Falsa Legatione § 30, sed locus longior est quam ut integer adscribi possit, εἶτα καὶ Φωκίας ἀπολώλεκε μὲν Φίλιππος, συνηγωνίσαντο δ' οὗτοι, vera lectio videtur αὐτίκα, *veluti, verbi causa,* ut in prima oratione adversus Aristogitonem § 29. In oratione de Corona queritur Demosthenes § 276 se ab Aeschine conviciis fuisse petitum, ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴπῃ τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα καὶ οὐκέτι τοὺς ἀκούοντας σκεψομένους τίς ποτ' αὐτός ἐστιν ὁ ταῦτα λέγων. Intelligo: αὐτίκα δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα. Contra apud Aristaenetum p. 74 κατατοξευόμενος τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὴν κόρην τὴν πρώτην αὐτίκα φανεῖσαν, requiro τότε πρῶτον αὐτῷ φ.

Turpe vitium ab editoribus relictum fuit p. 340. 2 σὺ δέ μοι σαυτὴν ἀναλαμβάνειν μηδὲ δυσθυμοῦσαν προαποκάμνειν ἀλλ' εὔελπις εἶναι. Vides requiri δυσθυμοῦσα. Eadem pagina vs. 31 τὸ λοιπὸν τῶν κατὰ τὴν πόλιν προφητικῶν τε καὶ ἱερατικῶν γένος, necessarium est corrigere προφητικόν τε καὶ ἱερατικόν. Sed putidum fere est omnia ejusmodi curiose persequi; acumine fortasse paullo maiore opus est ut verum

Digitized by Google

inveniatur vs. 37. Mortuo Calasiride, Theageni et Charicleae in templo degere non licebat et καταγώγιον αὐτοῖς εὐτρεπισθῆναι πλεῖσον καὶ ἔξω που περὶ τὸν νεὼν ὁ Θύαμις ἐπέσειλε. Nemo dicat quid sit καταγώγιον πλεῖσον et in versione interpres prudens omisit quod non intelligebat. Quid scripsit Heliodorus? Nempe illud ipsum quod quivis reponeret, si forte eo loco in Codice lacuna foret. Levis error est: non πλεῖσον fuit illud deversorium sed πλησίον. Confunduntur interdum H et ΕΙ; sic apud Nostrum p. 286. 30 olim δὴ legebatur, nunc recte emendatum est δεῖ; p. 252. 39 olim καθημένην, nunc καθειμένην; p. 255. 2 olim ὑποκαθήμενος nunc ὑποκαθειμένος; p. 259. 4 olim οὐκ ὄνειδος, nunc οὐκοῦν, ἥ δ' ὅς, quae memorabilis corruptela est. Apud Charitonem p. 102. 14 Callirrhoe describitur φυλάττουσα τὸ σχῆμα γυναικὸς ἀτυχούσης, μελαινείμων, ἀκόσμητος, καθημένη. Verum videtur καθειμένη. Quod vitium in Heliodoro jamdiu correctum esse diximus, idem superest fortasse in Platonis Symposio p. 186c: τοῖς ἀγαθοῖς ἐπέσου τοῦ σώματος καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ καὶ τοῦτό ἐστιν ᾧ. ὄνομα τὸ ἰατρικόν. Malo certe καὶ δὴ καί. Et saepius sic erratur.

Barbarum est quod editur p. 345. 16 Ἀρσάκης τὰ κάλλιστα διανοούσης, nam semper dictum fuit ab omnibus διανοεῖσθαι. Quid igitur Heliodorus scripsit? Nempe διακονούσης. P. 346. 54 οὐκ ἀπέφαινε τὸ βούλευμα τῆς Ἀρσάκης, praestabit scribere βούλημα, sicuti recte scribitur p. 352. 17. Idem vitium recurrit p. 374. 27 τὸ βούλευμα τῶν τοξευμάτων τοῖς σχήμασιν ἔφραζον· postquam τὰ τοξεύματα inceperint βουλεύεσθαι, lectionem licebit sanam habere et tueri. Sed scripsit Heliodorus βούλημα, eodem modo quo p. 398. 38 invenitur τὸ βούλημα τοῦ ταράχου ἐμφαίνειν. P. 342. 15 Hirschigius recte correxit πάντων (τῶν) ἀπορρήτων· cuius emendatio immemor fuit p. 347. 34, ubi non minus necessarium est πάντα τἀπόρρητα scribere, non πάντα ἀπόρρητα. Itidem minutum est p. 354. 1 corrigere ἡ δέσποινα τὸ ξένον καὶ ἄπειρον ὑπερεῖδεν, nam perperam editur τόν et p. 355. 24 ταύτην ποτὲ Αἰγύπτιοι καταλαβόντες καὶ ἐνοικίσαντες, ubi perpetuum vitium est ἐνοικήσαντες.

Non fero p. 356. 8 ἐς τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου τῆς βασιλείας αὐλῆς καὶ τραπέζης ἐπάξιον· novi sane τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν

Digitized by Google

ὅσον et ὑὸς χρῆμα μέγιστον, alia, neque tamen mihi persuadeo recte dici τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου. Facile fuerit emendare τὸ σχῆμα. Alibi σχῆμα et σῶμα confusa sunt. In Judicio Vocalium c. 12 scribit Lucianus: τῷ γὰρ τούτου σώματί φασι τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήναντας ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ' αὐτά. Scribe τῷ γὰρ τούτου σχήματι, quo facto sponte excidet dittographia σχήματι τοιούτῳ. Contrarium vitium nescio an lateat in Platonis Timaeo p. 32a εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, ubi faciliorem certe explicationem habet τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα.

P. 356. 44 scribendum est ἐνεχείριζε δὲ καὶ γράμματα, non γράμμα, nam Bagoae binae literae mandantur perferendae et mox vs. 54 εἴτε inserendum est in his verbis (εἴθ') ἐκούσης Ἀρσάκης εἴτ' ἀκούσης. Idem vitium corrigendum suspicor in Platonis Legibus IX. 864: ὅπερ ἂν ἔσεσθαι τοῦτό γ' ἡγήσανται (εἴτε) πόλις εἴτε ἰδιῶταί τινες. Recte apud Heliodorum εἴτε bis positum est p. 362. 28 atque ter adeo p. 368. 7.

Leve vitium est p. 358. 25 πρὸς ταῦτα ῥητόρευε καὶ δίκαια καὶ πρέποντα μάτην ὁριζόμενος ὡς οὐδενὸς προσδεῖται ὁ κρατῶν, nam requiritur ut vides ὧν. Paulo gravius peccatur vs. 33 Ἡ δ' Ἀρσάκη, Λόγος οὐδείς, εἰποῦσα, τῆς σῆς προφητείας, μίαν ὁρᾷ προφητείαν ἔρως τὴν ἐπιτυχίαν. Ultima verba non sunt Arsaces ipsius, sed Heliodori. Breviter Arsace ira concitata λόγος οὐδείς, inquit, τῆς σῆς προφητείας. Tum Heliodorus de suo addit; μίαν γὰρ ὁρᾷ προφητείαν ἔρως τὴν ἐπιτυχίαν. Eodem modo γὰρ usurpatur p. 359. 35 ἐπείθετο ἡ Ἀρσάκη, ἀπελπισθεὶς γὰρ ὁ ἔρως οὐδεμίαν ἔχει φειδὼ τοῦ ἐρωμένου. Saepius γὰρ excidit et ad Achillem Tatium complures locos indicare in animo est.

Obiter p. 361. 33, cum vulgo legitur τὸ γὰρ κακὸν τῶν καιριωτέρων καθίκετο, rescribemus τὸ γὰρ Φάρμακον, ut veniamus ad p. 362. 8 ὁ τῶν σῶν ἀνόμων βουλευμάτων ἔννομος ὑπερόπτης. Atque hic quidem dubitari nequit, quin ἀνόμων scripserit Heliodorus, quod commendatur ipsa oppositione adiectivi ἔννομος· itaque ferri non debet in iis quae proxime antecedunt: εἰ δέ τι πέπονθεν ὑπὸ τῶν σῶν ἀνοσίων βουλευ-

Digitized by Google

μάτων. Mirum dictu est quoties confusa sint adjectiva ἄνομος et ἀνόσιος. Jam indicavi olim in Mnem. IV. p. 13 Herodotum I. 162, ubi hodie legitur τὸν Ἀστυάγης ἀνόμῳ τραπέζῃ ἔδαισε et ex aliorum locorum collatione effeci veram lectionem esse ἀνοσίῳ. Alterum exemplum nuper Cobetus dedit in Mnemos. XII. p. 118. Tertium exemplum memini me legere apud Strabonem VI. p. 259 (τοὺς Λοκροὺς) πλεῖστον χρόνον εὐνομηθέντας Διονύσιος ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Συρακοσίων ἀνομώτατα πάντων διεχρήσατο, quibus verbis pravum et insulsum acumen inerit, donec rescripseris ἀνοσιώτατα. Quartum exemplum novi apud Antiphontem de Choreut. § 47 πῶς ἂν ἄνθρωποι σχετλιώτεροι ἢ ἀνομώτεροι γένοιντο, cum mox recte legatur ἐπιορκοτάτους καὶ ἀνοσιωτάτους πάντων ἀνθρώπων. Quinto loco apud Gorgiam in Palamede § 36 post ἄδικον languere mihi videtur adjectivum ἄνομον in his: ὑμῖν αὐτοῖς δεινὸν ἄθεον ἄδικον ἄνομον ἔργον συνεπισήσεσθε πεποιηκότες. Dubito de Plutarchi loco qui legitur in Moralibus p. 229*d*. De Lysandro ibi refertur quod exscribam: ἐν Σαμοθράκῃ χρησηριαζομένῳ αὐτῷ ὁ ἱερεὺς ἐκέλευσεν εἰπεῖν ὅ τι ἀνομώτατον ἔργον αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ πέπρακται. Mortalibus ὁ ἄδικος poenas dabit, τὸν ἀνόσιον vero plectent dii ipsi: itaque hic malim ἀνοσιώτατον.

P. 364. 53 Arsace narratur Charicleam in eundem carcerem conjecisse, in quo Theagenes jam pridem attinebatur: ᾤδει γὰρ ὡς πάθος τοῦ ἐρωμένου τὸν ἐρῶντα πλέον ἢ τὸ ἴδιον ἀλγύνει· τοῖς δ' ἦν παραψυχὴ μᾶλλον τὸ γιγνόμενον κτέ. Omissa est a librariis particula, qua in tali re Graecorum sermo carere non potest: τοῖς δ' ἦν ἄρα παραψυχὴ μᾶλλον τὸ γ. Vide si tanti est de hoc usu particulae ἄρα Elmsleium ad Euripidis Medeam 1229 et 1246. Apud Longum in Pastoralibus p. 251. 5 εἰ δ' ὡς λέγουσι καὶ αἶξ αὐτῷ γάλα δέδωκεν, οὐδὲν (ἄρ') ἐρίφου διαφέρει. Herodoti verba sunt VIII. 106. ἐδόκεες τε θεοὺς λήσειν οἷα ἐμηχανῶ τότε· sed malim ἐδόκεες τε ἄρα. Scilicet excidit haud raro particula ἄρα, quia compendio scribi solet, quod depingendum curavit Dindorfius in Adnotatione ad Schol. Aesch. Ctesiph. § 127. Apud Plutarchum περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν p. 1069*a* prorsus requiro ἐλήρει δ' (ἄρα) Ἀριστέλης atque etiam in versione apparet quam sit necessarium illud ἄρα addere. Supra quoque p. 1068*d* de stultis legimus qui ex Stoicorum

Digitized by Google

jocularis iste error est pro περιγραφῇ. Ipsum verbum περιγράφειν de artifice usurpatur p. 306. 1.

Quod legitur apud Heliodorum p. 306. 30 ὕδατος ἀπαραχύτου φιάλη, revocat in memoriam Phrynichi locum in Anecdotis Bekkeri p. 20. 23 Ἀρύταινα· σκεῦός τι, ᾧ οἱ βαλανεῖς χρῶνται πρὸς τὸ παρέχειν. Παρέχειν, ut vides, pro ὕδωρ παρέχειν dici non potest. Sed qui aquam praebet balneator παραχύτης proprie dicitur. Lepidum est quod narrat Plutarchus in Moralibus p. 538 A: τοὺς Σωκράτῃ συκοφαντήσαντας ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότας οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεσράφησαν, ὡς μήτε πῦρ ἐναύειν, μήτε ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις μήτε λουμένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας ὡς μεμιασμένον, ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος. Nempe ὁ παραχύτης dicitur quod ὕδωρ παραχεῖ, non παρέχει. Rectissime illud παραχεῖν apud Plutarchum legitur in Moralibus p. 235*a* et apud Platonem Comicum, cuius locum servavit Athenaeus XV. p. 665*b*.

νίπτρον παραχέων ἔρχομαι· κἀγὼ δὲ παρακορήσων.

Itaque non est dubitandum quin Phrynichus scripserit παραχεῖν. Confunduntur interdum χεῖν et ἔχειν· exemplum est apud Charitonem p. 45. 1, quod Cobetus notavit in Mnem. VIII. 263. Alia addi possunt. Apud Achillem Tatium p. 123. 6 καθ' ἑκάσην διώρυχα χῶμα ἔχουσιν Αἰγύπτιοι, malo χέουσιν. Contra ἔχειν pro χεῖν restituendum mihi esse videtur apud Longum p. 243. 21 ἐκ πηγῆς ἀναβλύζον ὕδωρ ῥεῖθρον ἐποίει χέόμενον, ὥσε καὶ λειμὼν πάνυ γλαφυρὸς ἐξετέτατο πρὸ τοῦ ἄντρου. Non habeo dicere quid sit ῥεῖθρον χεόμενον, sed cum videam aquulam istam in antri vicinia fuisse, reponam ἐχόμενον. Finem faciam in corrigendo Euripidis fragmento 995. Legitur apud Photium: Λίθων χοαί· ἄργυρος καὶ χρυσός· καὶ γὰρ Εὐριπίδης φησί·

Λευκοὺς λίθους ἔχοντες αὐχοῦσιν μέγα.

Nemo intelliget, cur grammaticus attulerit hoc fragmentum, cum λίθων χοάς interpretari vellet, nisi quum rescripseris:

Λευκοὺς λίθους χέοντες αὐχοῦσιν μέγα.

Etiam talia quae ante pedes sunt posita, viros doctos fugere potuisse!

P. 311. 7 pro Κεφαλήνων reponenda videtur sincera forma

Digitized by Google

Κεφαλλήνων, quae itidem periisse videtur p. 293. 23, ubi hodie Κεφαληναίων legitur. Itidem Atticam locutionem periisse existimo p. 311. 1 ἐκ γειτόνων οἰκοῦσα et p. 237. 9 πίνει ἐκ γειτόνων et reponam ἐν γειτόνων. Si cui tamen error videbitur non librariorum sed Heliodori ipsius, non magno opere refragabor. Egerunt de illo ἐν γειτόνων plurimi et omnium novissime Cobetus in Mnem. IX. p. 164.

Sex paginis proxime sequentibus librariorum sunt quaedam minuta vitia non digna quae adnotentur, paulo maiora autem Interpretis Latini, cui v. c. τὰ ἱστία ἀνιμᾶν significat scilicet *remittere vela;* et pervenimus ad p. 317. 47. Describitur ibi certamen singulare Theagenis et Pelori, qui navis gubernator erat, qua infelices amantes in Aegyptum devecti erant. Ὑπελείφθη, Heliodorus scribit, τῷ Πελώρῳ μονομαχῶν, ἀνδρὶ τὰ πάντα γενναίῳ καὶ φόνοις ἐγγεγυμνασμένῳ παμπόλλοις. Ut in incerta re arridet πόνοις, neque vulgatam lectionem defendi posse existimo iis quae leguntur p. 242. 52. Certius est p. 318. 5 ἐγείρας τὸ φρόνημα πολλοῖς ἤδη τοῖς τραύμασι πεπιεσμένον, requiri πεπιεσμένος. Certissimum autem p. 322. 23 male relata esse Cnemonis ad Charicleam verba: ἐπίφορός πως ἀεὶ τυγχάνεις τὰ χείρονα μαντεύεσθαι καὶ ψεύδη γ' ἅμα καλῶς κατὰ τοῦτο ποιοῦσα. Facillimum est scribere καὶ ψεύδῃ γ' ἅμα, vel si mavis ψεύδει.

Prorsus barbarum est quod legitur p. 327. 27 ἥσπαζον τότ' ἀλλήλους pro ἡσπάζοντό τ' ἀλλήλους, ut recte legitur p. 335. 20. Solemne vitium est p. 329. 30 ἐπιμίξαι τοῖς ὑπολιπομένοις pro ὑπολειπομένοις. Sed non prorsus constat de vera scriptura p. 330. 4. Legitur sic: μέλιτος ἐπέχει τῷ βόθρῳ καὶ αὖθις ἐξ ἑτέρου (κρατῆρος) γάλακτος καὶ οἴνον ἐκ τρίτου ἐπέσπενδεν. Ex praecedenti vocabulo ἑτέρου natum esse suspicor genetivum γάλακτος et malim certe γάλα. Verum ut recte sic corrigatur, minuta ista vitia sunt sicuti permulta alia et propero ad p. 335. 19 ubi Thyamidis sunt ad Theagenem verba: τὸν λῃστρικὸν διαβλήσεις βίον, ἕως ἄν τι τέλος τῶν κατὰ σὲ δεξιώτερον ὑποφήνῃ θεός. Nemo dicat quid sit in his verbis τὰ κατὰ σέ, quod minus commode conjungi videtur cum substantivo τέλος. Ne tum quidem satis recte hoc dictum videbitur, si quis verterit: *Praedonem ages, donec miseriarum tuarum deus dederit*

Digitized by Google

finem dexteriorem. Interpres reddidit sic: *donec aliquam finem tuis rationibus dexteriorem deus ostenderit.* Difficile dictu foret quae sint istae *rationes.* Parva mutatio lucem affundet: ἕως ἄν τι τέλος τῶν κατὰ σὲ ἀξιώτερον ὑποφήνῃ θεός. Nempe: *donec deus finem dederit tuis natalibus et illustri loco quo natus es digniorem.* Praeclara forma Theagenes commendabatur eumque ut regium puerum Thyamis alloquitur, qui aliquid maius cogitare debeat, quam ut miseris praedonibus imperitet. Ceterum admiraberis Heliodorum, qui tam absurdum sacerdotis consilium finxerit et fabulam tam parum apte disposuerit.

Post plures annos redeuntem in patriam Thyamidem adulescentes non agnoscunt, τῆς ἀκμαζούσης ἡλικίας καί τι καὶ ἀναγνωρίζειν τὸν Θύαμιν ἐχούσης p. 337. 36. Legendum esse puto αὐτίκα, quod nisi commendet se ipsum, frustra commendabitur. Calamitosum istud adverbium αὐτίκα videtur et saepius revocandum. In prima oratione adversus Onetorem § 10 non scripsit Demosthenes: τὴν οὐσίαν τὴν Ἀφόβου οὕτω κινδυνευθήσεσθαι μέλλουσαν, sed ipsum illud αὐτίκα. In oratione adversus Eubulidem § 11 ἐβλασφήμει κατ' ἐμοῦ ταχὺ καὶ πολλά· itidem rescribe αὐτίκα. In oratione de Falsa Legatione § 30, sed locus longior est quam ut integer adscribi possit, εἶτα καὶ Φωκίας ἀπολώλεκε μὲν Φίλιππος, συνηγωνίσαντο δ' οὗτοι, vera lectio videtur αὐτίκα, *veluti, verbi causa*, ut in prima oratione adversus Aristogitonem § 29. In oratione de Corona queritur Demosthenes § 276 se ab Aeschine conviciis fuisse petitum, ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴπῃ τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα καὶ οὐκέτι τοὺς ἀκούοντας σκεψομένους τίς ποτ' αὐτός ἐστιν ὁ ταῦτα λέγων. Intelligo: αὐτίκα δὴ ταῦθ' οὕτως ἔξοντα. Contra apud Aristaenetum p. 74 κατατοξευόμενος τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὴν κόρην τὴν πρώτην αὐτίκα φανεῖσαν, requiro τότε πρῶτον αὐτῷ Φ.

Turpe vitium ab editoribus relictum fuit p. 340. 2 σὺ δέ μοι σαυτὴν ἀναλαμβάνειν μηδὲ δυσθυμοῦσαν προαποκάμνειν ἀλλ' εὔελπις εἶναι. Vides requiri δυσθυμοῦσα. Eadem pagina vs. 31 τὸ λοιπὸν τῶν κατὰ τὴν πόλιν προφητικῶν τε καὶ ἱερατικῶν γένος, necessarium est corrigere προφητικόν τε καὶ ἱερατικόν. Sed putidum fere est omnia ejusmodi curiose persequi; acumine fortasse paullo maiore opus est ut verum

Digitized by Google

inveniatur vs. 37. Mortuo Calasiride, Theageni et Charicleae in templo degere non licebat et καταγώγιον αὐτοῖς εὐτρεπισθῆναι πλεῖσον καὶ ἔξω που περὶ τὸν νεὼν ὁ Θύαμις ἐπέσειλε. Nemo dicat quid sit καταγώγιον πλεῖσον et in versione interpres prudens omisit quod non intelligebat. Quid scripsit Heliodorus? Nempe illud ipsum quod quivis reponeret, si forte eo loco in Codice lacuna foret. Levis error est: non πλεῖσον fuit illud deversorium sed πλησίον. Confunduntur interdum H et ΕΙ; sic apud Nostrum p. 286. 30 olim δὴ legebatur, nunc recte emendatum est δεῖ; p. 252. 39 olim καθημένην, nunc καθειμένην; p. 255. 2 olim ὑποκαθήμενος nunc ὑποκαθειμένος; p. 259. 4 olim οὐκ ὄνειδος, nunc οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, quae memorabilis corruptela est. Apud Charitonem p. 102. 14 Callirrhoe describitur Φυλάττουσα τὸ σχῆμα γυναικὸς ἀτυχούσης, μελαινείμων, ἀκόσμητος, καθημένη. Verum videtur καθειμένη. Quod vitium in Heliodoro jamdiu correctum esse diximus, idem superest fortasse in Platonis Symposio p. 186c: τοῖς ἀγαθοῖς ἐπέσου τοῦ σώματος καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ καὶ τοῦτό ἐστιν ᾧ. ὄνομα τὸ ἰατρικόν. Malo certe καὶ δὴ καί. Et saepius sic erratur.

Barbarum est quod editur p. 345. 16 Ἀρσάκης τὰ κάλλιστα διανοούσης, nam semper dictum fuit ab omnibus διανοεῖσθαι. Quid igitur Heliodorus scripsit? Nempe διακονούσης. P. 346. 34 οὐκ ἀπέφαινε τὸ βούλευμα τῆς Ἀρσάκης, praestabit scribere βούλημα, sicuti recte scribitur p. 352. 17. Idem vitium recurrit p. 374. 27 τὸ βούλευμα τῶν τοξευμάτων τοῖς σχήμασιν ἔφραζον· postquam τὰ τοξεύματα inceperint βουλεύεσθαι, lectionem licebit sanam habere et tueri. Sed scripsit Heliodorus βούλημα, eodem modo quo p. 398. 38 invenitur τὸ βούλημα τοῦ ταράχου ἐμφαίνειν. P. 342. 15 Hirschigius recte correxit πάντων (τῶν) ἀπορρήτων· cuius emendatio immemor fuit p. 347. 34, ubi non minus necessarium est πάντα τἀπόρρητα scribere, non πάντα ἀπόρρητα. Itidem minutum est p. 354. 1 corrigere ἡ δέσποινα τὸ ξένον καὶ ἄπειρον ὑπερεῖδεν, nam perperam editur τόν et p. 355. 24 ταύτην ποτὲ Αἰγύπτιοι καταλαβόντες καὶ ἐνοικίσαντες, ubi perpetuum vitium est ἐνοικήσαντες.

Non fero p. 356. 8 ἐς τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου τῆς βασιλείας αὐλῆς καὶ τραπέζης ἐπάξιον· novi sane τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν

Digitized by Google

ὅσον et ὑὸς χρῆμα μέγιστον, alia, neque tamen mihi persuadeo recte dici τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου. Facile fuerit emendare τὸ σχῆμα. Alibi σχῆμα et σῶμα confusa sunt. In Judicio Vocalium c. 12 scribit Lucianus: τῷ γὰρ τούτου σώματί φασι τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήναντας ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ' αὐτά. Scribe τῷ γὰρ τούτου σχήματι, quo facto sponte excidet dittographia σχήματι τοιούτῳ. Contrarium vitium nescio an lateat in Platonis Timaeo p. 32*a* εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μὲν βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, ubi faciliorem certe explicationem habet τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα.

P. 356. 44 scribendum est ἐνεχείριζε δὲ καὶ γράμματα, non γράμμα, nam Bagoae binae literae mandantur perferendae et mox vs. 54 εἴτε inserendum est in his verbis (εἴθ') ἐκούσης Ἀρσάκης εἴτ' ἀκούσης. Idem vitium corrigendum suspicor in Platonis Legibus IX. 864: ὅπερ ἂν ἔσεσθαι τοῦτό γ' ἡγήσανται (εἴτε) πόλις εἴτε ἰδιῶταί τινες. Recte apud Heliodorum εἴτε bis positum est p. 362. 28 atque ter adeo p. 368. 7.

Leve vitium est p. 358. 25 πρὸς ταῦτα ῥητόρευε καὶ δίκαια καὶ πρέποντα μάτην ὁριζόμενος ὡς οὐδενὸς προσδεῖται ὁ κρατῶν, nam requiritur ut vides ὤν. Paulo gravius peccatur vs. 33 Ἡ δ' Ἀρσάκη, Λόγος οὐδείς, εἰποῦσα, τῆς σῆς προφητείας, μίαν ὁρᾷ προφητείαν ἔρως τὴν ἐπιτυχίαν. Ultima verba non sunt Arsaces ipsius, sed Heliodori. Breviter Arsace ira concitata λόγος οὐδείς, inquit, τῆς σῆς προφητείας. Tum Heliodorus de suo addit; μίαν γὰρ ὁρᾷ προφητείαν ἔρως τὴν ἐπιτυχίαν. Eodem modo γὰρ usurpatur p. 359. 35 ἐπελθετο ἡ Ἀρσάκη, ἀπελπισθεὶς γὰρ ὁ ἔρως οὐδεμίαν ἔχει φειδὼ τοῦ ἐρωμένου. Saepius γὰρ excidit et ad Achillem Tatium complures locos indicare in animo est.

Obiter p. 361. 33, cum vulgo legitur τὸ γὰρ κακὸν τῶν καιριωτέρων καθίκετο, rescribemus τὸ γὰρ Φάρμακον, ut veniamus ad p. 362. 8 ὁ τῶν σῶν ἀνόμων βουλευμάτων ἔννομος ὑπερόπτης. Atque hic quidem dubitari nequit, quin ἀνόμων scripserit Heliodorus, quod commendatur ipsa oppositione adiectivi ἔννομος· itaque ferri non debet in iis quae proxime antecedunt: εἰ δέ τι πέπονθεν ὑπὸ τῶν σῶν ἀνοσίων βουλευ-

Digitized by Google

μάτων. Mirum dictu est quoties confusa sint adjectiva ἄνομος et ἀνόσιος. Jam indicavi olim in Mnem. IV. p. 13 Herodotum I. 162, ubi hodie legitur τὸν Ἀσυάγης ἀνόμῳ τραπέζῃ ἔδαισε et ex aliorum locorum collatione effeci veram lectionem esse ἀνοσίῳ. Alterum exemplum nuper Cobetus dedit in Mnemos. XII. p. 118. Tertium exemplum memini me legere apud Strabonem VI. p. 259 (τοὺς Λοκροὺς) πλεῖσον χρόνον εὐνομηθέντας Διονύσιος ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Συρακοσίων ἀνομώτατα πάντων διεχρήσατο, quibus verbis pravum et insulsum acumen inerit, donec rescripseris ἀνοσιώτατα. Quartum exemplum novi apud Antiphontem de Choreut. § 47 πῶς ἂν ἄνθρωποι σχετλιώτεροι ἢ ἀνομώτεροι γένοιντο, cum mox recte legatur ἐπιορκοτάτους καὶ ἀνοσιωτάτους πάντων ἀνθρώπων. Quinto loco apud Gorgiam in Palamede § 36 post ἄδικον languere mihi videtur adjectivum ἄνομον in his: ὑμῖν αὐτοῖς δεινὸν ἄθεον ἄδικον ἄνομον ἔργον συνεπισήσεσθε πεποιηκότες. Dubito de Plutarchi loco qui legitur in Moralibus p. 229*d*. De Lysandro ibi refertur quod exscribam: ἐν Σαμοθράκῃ χρησηριαζομένῳ αὐτῷ ὁ ἱερεὺς ἐκέλευσεν εἰπεῖν ὅ τι ἀνομώτατον ἔργον αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ πέπρακται. Mortalibus ὁ ἄδικος poenas dabit, τὸν ἀνόσιον vero plectent dii ipsi: itaque hic malim ἀνοσιώτατον.

P. 364. 53 Arsace narratur Charicleam in eundem carcerem conjecisse, in quo Theagenes jam pridem attinebatur: ᾔδει γὰρ ὡς πάθος τοῦ ἐρωμένου τὸν ἐρῶντα πλέον ἢ τὸ ἴδιον ἀλγύνει· τοῖς δ' ἦν παραψυχὴ μᾶλλον τὸ γιγνόμενον κτέ. Omissa est a librariis particula, qua in tali re Graecorum sermo carere non potest: τοῖς δ' ἦν ἄρα παραψυχὴ μᾶλλον τὸ γ. Vide si tanti est de hoc usu particulae ἄρα Elmsleium ad Euripidis Medeam 1229 et 1246. Apud Longum in Pastoralibus p. 251. 5 εἰ δ' ὡς λέγουσι καὶ αἶξ αὐτῷ γάλα δέδωκεν, οὐδὲν (ἄρ') ἐρίφου διαφέρει. Herodoti verba sunt VIII. 106. ἔδοκεες τε θεοὺς λήσειν οἷα ἐμηχανῶ τότε· sed malim ἔδοκεες τε ἄρα. Scilicet excidit haud raro particula ἄρα, quia compendio scribi solet, quod depingendum curavit Dindorfius in Adnotatione ad Schol. Aesch. Ctesiph. § 127. Apud Plutarchum περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν p. 1069*a* prorsus requiro ἐλήρει δ' (ἄρα) Ἀριστέλης atque etiam in versione apparet quam sit necessarium illud ἄρα addere. Supra quoque p. 1068*d* de stultis legimus qui ex Stoicorum

Digitized by Google

sententia οὐκ εὖ πάσχουσιν οὐδ' εὐεργέτας ἔχουσιν οὐδ' εὐεργετῶν ἀμελοῦσιν· ibi quoque arridet οὐδ' ἄρα εὐεργετῶν. Ἄρα excidit paulo rarius; luculentum exemplum est apud Alciphronem I. 11. 1 (Ἄρ') ἀκήκοας ἀκουσμάτων βαρύτατον;

Emendandum est p. 365. 26 τοῦ εὐσεβεῖν πλέον ἢ (τοῦ) σωφρονεῖν ἀντέχεσθαι, sed vix est operae pretium talia adnotare; sic p. 366. 2 legitur φιλεῖ γὰρ ἄνθρωπος πρὸς τὰ συμπίπτοντα τρέπειν τὴν γνώμην, cum tamen moris est in generali sententia ἄνθρωπος ponere sine articulo. P. 367. 1 νυκτὸς ἔτι βαθείας ὕπνῳ πάντα ἐχούσης, rectius scribetur πᾶν κατεχούσης. P. 367. 19 rectissime Hirschigius τὸν λύχνον addidit in his: ἐπειδὴ δ' ἦκεν ὁ παῖς καὶ κατὰ τὸν λυχνοῦχον (τὸν λύχνον) ἐπιθεὶς μετέσχη, τοῦτο ἔλεγεν ὁ Εὐφράτης, sed minus recte significavit se deletum malle insiticium vocabulum τοῦτο· leniter enim refingendum est in τότε. P. 371. 2 legendum est: ὡς ἢ ἀμφοτέρων ἢ θατέρου (γε) πάντως συνήσοντας et ubi finem talium inveniam? Quantum futuro Heliodori editori agendum supersit, inde apparere poterit quod v. c. p. 372. 23 barbara forma ἐγεγόναμεν legatur, cum recte in optimo Codice scriptum sit γεγόναμεν.

Legitur p. 375. 11 καὶ ἂν ἐπὶ πλέον ἐξεκαύθη τὰ τῆς μάχης· non sic Graeci loqui solent et eadem hic obtinere videtur corruptela de qua supra vidimus: reddendum est Heliodoro καὶ δὴ κἄν. Itidem 379. 10 scribe τὸ αὐτῶν ἀνεπαίτιον pro ἀνυπαίτιον et in vicinia ἀφυπνωμένους pro ὑφυπνωμένους. Saepe ἐπιπλεῖστον vidi, παραπολὺ et similia ea ratione scripta, quae in Codicibus saepissime obvia est: malim certe ἐπὶ πλεῖστον, παρὰ πολὺ et sic in ceteris; verum semel in contrariam partem peccatum est p. 382. 24 συνεχές τε καὶ ἐπὶ σκοπὸν ἔβαλλον. Scribendum hoc utique est ἐπίσκοπον. Unde norim? Quia comparativus exstat ἐπισκοπώτερος et superlativus ἐπισκοπώτατος et adverbium ἐπισκόπως et apud Herodotum ἐπίσκοπα τοξεύειν est.

Supra quum exempla recenserem praepositionum κατὰ et μετὰ crebro confusarum, nescio quomodo cum ad alia properarem immemor fui loci qui legitur p. 383. 51. Notavit Cobetus in Mnemosynes sexto volumine p. 279 in Parisiensi Charitonis editione p. 431. 4 perperam legi καταμανθάνουσα τὴν ἐλευθερίαν, cum viri docti non Aeschinis fuissent recordati,

Digitized by Google

cuius verba in Ctesiphontea § 157 planissime tueantur unici Codicis lectionem μεταμανθάνουσα. Sed ut μεταμανθάνειν recte scribatur apud Charitonem, perperam tamen Heliodorus eodem verbo usus esse putatur. In atroci proelio Persae magna cum hominum strage ab Aethiopibus vincuntur et pelluntur: sero intelligunt inepto Satrapam fuisse consilio usum. Verba mutila sunt, sed lacuna nunc nihil ad nos. Μετεμάνθανον, Heliodorus inquit, ὡς τὸ δοκοῦν στρατήγημα τοῦ Σατράπου — ἄσκεπτον ἦν. Videor mihi intelligere, quid sit apud Charitonem μεταμανθάνειν τὴν ἐλευθερίαν, sed quo id melius intelligo, eo certior mihi videtur correctio apud Heliodorum κατεμάνθανον.

Necessaria vocula excidit p. 384. 22. Admirabile est colloquium Aethiopum regis et Satrapae. Captivus Oroondates ad Hydaspen adducitur: rex interrogat: τί βουλόμενος οὕτως ἄπιστος ἀπεδείχθης; Invicto animo Persa respondet: πρὸς σέ, πιστὸς δὲ πρὸς τὸν ἐμὸν δεσπότην. Requiro: πρὸς γέ σέ, eodem fere modo quo recte p. 386. 20 μετά γε σέ. Similiter correxi olim in Mnem. IV. p. 8 Herodoti locum, VII. 27, πρῶτος ἀνθρώπων μετά (γε) σέ. Saepius Γ et Σ confunduntur, quae corruptelae origo est. Dabo unum alterumque exemplum. Apud Herodotum I. 38 φυλακὴν ἔχων εἴ κως δυναίμην ἐπὶ τῇς ἐμῆς σε ζωῆς διακλέψαι, malim sane γε. Apud Lucianum in Lexiphane 19: μὴ ἐμὲ, Σώπολι, ἀλλὰ τουτονὶ [Λυκῖνον], quia γε necessarium est, malim μὴ ἐμέ γ' ὦ Σώπολι et inducendum est nomen proprium post τουτονί. Juvat unam correctionem addere, paulo quidem fortasse incertiorem, sed si erravero, non deerunt qui me meliora doceant. Miror quod lego in Sophoclis Oedipode Tyranno vs. 1284

νῦν δὲ τῇδε θἠμέρᾳ
στενάγμὸς ἄτη θάνατος αἰσχύνη, κακῶν
ὅσ' ἐστὶ πάντων ἐνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν.

Non intelligo in hisce quid αἰσχύνη significet: hoc igitur donec quis me docuerit, credam Iocastam respici quae modo laqueo miserae vitae finem invenerit. Nonne reponendum est ἀγχόνη?

P. 386. 24 in versione Latina rectissime legitur: *adductos obiter contemplatus fueram:* quo minus dubitari debet quin corrigi debeat ἐν παρέργῳ τότε προσταχθέντας ἐθεασάμην, nam facile est videre verum esse προσαχθέντας. Prorsus

Digitized by Google

contrarium vitium est apud Plutarchum *εἰ πρεσβ. πολιτ.* p. 793*a* *ἐκεῖνο σκοπῶμεν ἤδη ὅπως μηδὲν ἀπρεπὲς μηδὲ βαρὺ τῷ γήρᾳ προσάξωμεν ἀγώνισμα*, ubi vel coecus videat verbum *προστάσσειν* requiri, non *προσάγειν*.

Itidem p. 389*b* latina versio: *unius viri clementia:* ostendet non satis recte Graece legi *δι' εὐνομίαν ἀνδρὸς* et omnino requiro *ἑνὸς ἀνδρός*. Apud Plutarchum idem vocabulum etiam maiore cum evidentia restitui potest *γυν. ἀρετ.* p. 248*f* *συνεχώρησαν ἐξελθεῖν ἐν ἱματίῳ τοὺς ἐλευθέρους*. Apparet cur *ἐνὶ* exciderit in *ἐν ἑνὶ ἱματίῳ*. Cf. Diod. Sic. XVI. 34.

Obiter corrigemus p. 390. 30 *καταγρέψουσαν* pro *καταγρέφουσαν* et bis eximemus nomen proprium p. 397. 45 et 399. 21 in verbis *ταυτησὶ* [*Περσίνης*], ut veniamus ad p. 397. 46 ubi intelligi omnino non possunt verba *ὁμολογούσης ταυτησὶ, ἐσπακέναι τινὰ εἴδωλα καὶ φαντασίας ὁμοιοτήτων ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἀνδρομέδαν πρός σε ὁμιλίας ὁρωμένης*. Verbis transpositis, ex tenebris lux fiet: *ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ὁμιλίαν πρὸς σὲ Ἀνδρομέδας ὁρωμένης*.

Minus attinet corrigere p. 404. 17 *γρουθοῦ Λιβύσσης εἰς διπλάσιον ὀλίγου ὑπερφέρουσα*, cum perperam vulgo edatur *ὀλίγον*. Plus proderit considerare p. 409. 53 quae leguntur: *νῦν ὡς εὐαγὴς τοῖς τῶν θεῶν βωμοῖς προσκαθήμενος*. P. 411. 27 *εὐαγεῖς θυσίαι* vocantur et p. 411. 47 *εὐαγῆ ἱερά*, at sensu longe diverso p. 410. 20 *ἐναγὴς πρᾶξις*. Charicli piaculum Theagenes admisisse videbatur neque *εὐαγὴς* esse sed *ἐναγής*, quod est prorsus contrarium.

Finem faciam duobus locis indicandis, quibus Heliodorus parum prudenter Atheniensium loquendi usum imitatus est. Norunt viri docti quid sit *τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ*, *αἱ ἐξ ἀνθρώπων πληγαί*, sim. Scripsit Plato in Theaeteto p. 170*d* *τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσιν*. Apud Aeschinem est in oratione adversus Timarchum § 59 *τὸν Πιττάλακον ἐμασίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς*. In Lysiae oratione adversus Agoratum § 73 *γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο*. Tales locutiones ex recentioribus permulti sunt imitati, quorum plerosque locos collectos videbis ab Hemsterhusio in Anecdotis p. 212 et ab Wyttenbachio ad Plut. Mor. 371*d*. Adde Cobetum qui Aeliani locum de Nat. Anim. X. 21 emendavit in Variis Lectionibus p. 341.

Digitized by Google

Quantum memini autem, istud ἐξ ἀνθρώπων ab Atheniensibus ipsis perpetuo sic usurpatur ut adjunctam habeat notionem rei molestae, odiosae, insuavis. Vertit in bonam partem Heliodorus cum scriberet p. 247. 20 τὸ ἐξ ἀνθρώπων κάλλος et p. 260. 40 τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα. Venia ei dari potest, cum non solus sic erraverit, ea tamen conditione ut peccasse intelligatur.

Jam expositis quae mihi in Heliodoro corrigenda videntur, operae pretium est quosdam considerare Achillis Tatii locos.

Amstelodami, d. 29 m. Maii 1873.

MENANDRI FRAGMENTUM NOVUM.

Fugit collectores locus Menandri apud Galenum Tom. V. p. 412 Kühn. ὅταν μνημονεύῃ τοῦ Μενανδρείου ἔπους, ἐν ᾧ φησι τὸν νοῦν ὑποχείριον ἔχων εἰς τὸν πίθον δέδωκα, ubi verum esse suspicor:

ὑποβρύχιον τὸν νοῦν ἔχων εἰς τὸν πίθον δέδωκα.

ὑποβρύχιον Naberi est.

POËTA APUD SCHOLIASTAM PLATONIS EMENDATUS.

Scholiasta Platonis ad *Phaedrum* p. 260 c. παρῆπται ἀπὸ τοῦ ϛίχου·

εἰ δὲ κακὰ σπείραις κακά κεν ἀμήσαιο.

emendo: κακὰ ΚΗΔΕΑ κ' ἀμήσαιο.

POËTA INCERTUS CORRECTUS.

Scholiast. Platonis ad *Alcibiadem* p. 129 A.

τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις μὲν οὐ μέγα,
ἔργῳ μόνος δὲ τοῦτ' ἐπίϛαται θεός.

transpone hunc in modum:

ἔργῳ δὲ τοῦτο μόνος ἐπίϛαται θεός.

C. G. C.

Digitized by Google

MISCELLANEA

PHILOLOGICA ET CRITICA.

SCRIPSIT C. G. COBET.

CAPUT VI.

Ad Plutarchi Opera Moralia.

Plutarchi Chaeronensis Moralia ex rec. Rudolfi Hercheri. Lips. 1873. Volumen I. (p. 1—171. p.)

Plutarchi librorum, qui aetatem tulerunt, in Codicibus Mss. non eadem omnium conditio est. Alii enim sunt integerrimi et emendatissimi, alii mendis erroribusque cooperti et lacunis passim hiantes; sunt etiam qui medium teneant et vitiis laborent illi quidem sed quibus mederi possis. Primus omnium περὶ παίδων ἀγωγῆς libellus levis opella Sophistae loquacioris pessime in Codicibus habitus est scatetque vitiis, quorum pars omnem emendandi curam respuit praesertim in locis lacunosis, ubi nihil intelligas praeter hoc unum neque intelligi ista neque corrigi ullo modo posse. Inanis labor est urendo et secando et omnibus modis exiles antiquae scripturae lacinias vexando id quod olim amissum est et intermortuum refocillare velle. Est enim hoc, quod aiunt, *medicinam facere mortuo*, valeatque in his Catullianum illud

miser Catulle, desinas ineptire,
et quod vides perisse perditum ducas.

Contra libri sequentes πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, et περὶ τοῦ ἀκούειν, rarissimis erroribus maculati sunt et pleraque omnia sanissima et integerrima esse videbis. Quartus πῶς ἂν

Digitized by Google

τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ Φίλου medium quemdam locum obtinet, insunt mendae complures sed fere sanabiles et in quibusdam restituendis est illa ἐνάργεια, quae certas emendationes a levibus coniecturis etiam minus acute cernentibus distinguit, quales sunt ΘΤΘΙΝ pro ΟΤCΙΝ, 'ΘΚ ΛΟΓΟΤ Krebsii p. 32 n. pro 'ΘΚΑCΤΟΤ, ἐννοούμενος pro ἐνΗΘούμενος, Cχῆμα pro Ὄχημα, ΛυΑίψ pro ΛυΔίφ, ΘυμΑΙνειν pro Οὐ μΘνειν, ἐξΑΙΤτον pro ἐξΑΠτον, ἀπορῆτον pro ἀπόρρητον, et aliae multae perinde manifestae in aliis libris.

Itaque relegi diligenter omnia et ex singulis meo arbitratu delibabo nonnihil ubi me aliquid veri vidisse existimo eaque breviter et succincte cum omnibus, qui mecum Plutarchum amant et admirantur, communicare iuvat.

Incertus Sophista, qui περὶ παίδων ἀγωγῆς magno hiatu levia quaedam ac futilia declamitat et nemini mortalium dissimilior est quam Plutarcho, non dixit p. 4. c. νῦν δὲ τίς ΚΑΝ καταπτύσειε τῶν πατέρων, οἵτινες — ἀνθρώποις ἀδοκίμοις καὶ παρασήμοις ἐγχειρίζουσι τοὺς παῖδας, sed ut omnes Graeci in tali re loqui solent: τίς ΟΤΚ 'ΑΝ καταπτύσειεν, ut apud Demosthenem de Corona p. 295, 8. τίς οὐχὶ κατέπτυσεν ἂν σοῦ; μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε μηδ' ἐμοῦ. et ubi non saepe legitur τίς οὐκ ἄν -;

Subineptum est in his ἀνθρώποις παρασήμοις. Scite Aristophanes noto loco ἀνδράρια appellat μοχθηρὰ παρακεκομμένα ἄτιμα καὶ παράσημα, homunciones male natos et aliqua labe corporis insignes, sed nihil ea res ad puerilem institutionem facit. Etiam nunc multi patres ob perversam religionem ἀνθρώπους ἀδοκίμοις ἐγχειρίζουσι τοὺς παῖδας, sed eos magistros παρασήμους esse nemo sanus umquam dixerit.

Post pauca ita pergit: πολλοὶ δὲ εἰς τοσοῦτο [τῶν πατέρων] προβαίνουσι φιλαργυρίας ἅμα καὶ μισοτεκνίας, ὥστ' ἵνα μὴ πλείονα μισθὸν τελέσειαν ἀνθρώπους τοΤC μηδενὸς τιμίους αἱροῦνται τοῖς τέκνοις παιδευτὰς εὔωνον ἀμαθίαν διώκοντες. Primum τῶν πατέρων expunge, quod et vitiose abundat propter μισοτεκνίας et absurda sede collocatum est, ut si Latine dicas: multi eo patres procedunt avaritiae. Deinde scribe ἀνθρώπους τΟΤ μηδενὸς τιμίους, sed ἀξίους dicere debuisset.

Continuo sequitur: Ἀρίστιππος οὐκ ἀκόμψως ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀστείως ἐπέCΚΩψε τῷ λόγῳ πατέρα νοῦ καὶ φρενῶν κενόν. Ob-

Digitized by Google

(del. ἐλπίδι) ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν αὐτὴν πλουτήσειεν, ἀναβολὴν τοῦ δεινοῦ ἐποιήσατο· τὴν δὲ τῶν ἐναντίων τιμωρίαν ποθεινοτέραν αὐτῶν λαβόντες (sc. τοῦ ἀπολαῦσαι καὶ τοῦ πλουτῆσαι) καὶ κινδύνων ἅμα τόνδε κάλλιστον νομίσαντες ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἀφίεσθαι (h. l. μετὰ κινδύνου τοὺς μὲν ἐναντίους τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ προειρημένων, τῆς ἀπολαύσεως καὶ τοῦ πλουτῆσαι, ἀφίεσθαι) ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν ἐπιτρέψαντες, ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ ἤδη ὁρωμένου σφίσιν αὐτοῖς ἀξιοῦντος πεποιθέναι, καὶ ἑαυτῶν τὸ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι, τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὸ δὲ καλὸν τῷ σώματι ὑπέμειναν. — 43. οἷς ἐλπὶς οὐκ ἔστιν ἀγαθοῦ. Οἱ κακοπραγοῦντες, ait, non eodem iure vitae prodigi esse debent quo fortunati, quibus mutatio in contrariam partem metuenda est. Hi igitur merito mortem prius oppetere cupiant quam infortunia experiantur, illis eadem ipsa fortunae mutabilitas causam praebet cur vivere malint." Satin' manifestum est Thucydidem οἷς ἐλπίς ἐστιν ἀγαθοῦ scripsisse? 49. an ἀναδιδοῦσα, mox lege τῷ μὲν ἔξωθεν ἀπτομένῳ σῶμα οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν, οὐδὲ χλωρόν — (οὐκ est in A. B. F.) Recte Bekk. lectionem Codd. C. G. secutus μηδ' ἄλλο τι ἢ γυμνοί reposuit; sed cur idem in 50 ex iisdem libris ἀτάφων γενομένων non recepit? 51. οὐδὲν διεφάνη. Cf. IV. 108. Ex his locis apparebit immerito mihi suspectum fuisse διεφάνη in I. 18. Quod *eventus ostendit* recte διαφανῆναι dicitur. 52. Pro θήκας nihil melius succurrit quam μηχανάς, et mox 53. pro ἐς τἄλλα τῆς ἐπὶ πλέον ἀνομίας. Ibid. ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο μὴ καθ' ἡδονὴν ποιεῖν quid sit non intelligo. Scripserim ῥᾷον γὰρ ἐτόλμα τις, ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο, ἤδη καθ' ἡδονὴν ποιεῖν. 54. ἦν δέ γε οἶμαί ποτε ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τοῦδε ὕστερος καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμὸν κατὰ τὸ εἰκὸς οὕτως ᾄσονται. Displicet ᾄσονται de iis dictum qui ipsi non vaticinantur, sed tantummodo aliorum vaticinia referunt. Videndum an haec a Thucydidis imitatore adiecta fuerint. Περὶ μὲν οὖν τοῦ χρηστηρίου τὰ γιγνόμενα ἤκαζον ὅμοια εἶναι, ἐσβεβληκότων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἡ νόσος ἤρξατο εὐθύς. Quis credat Thucydidem sic scripsisse? Ex μὲν οὖν — δέ apparet sententiam ex oppositis membris constare. Atqui nihil hic est quod sibi opponatur praeter tempus. Itaque ἐσβεβληκότων δέ sponte nos ducit ad πρὶν μὲν

Digitized by Google

κἄν. Tum vero vel scribendum erit ἀλλὰ τοῦ χρησίμου omisso ἔμπα vel ipsa verba τοῦ χρησίμου in dativum mutanda vel omnino delenda. Hoc praeterierim. 64. Legendum arbitror: ὑμεῖς δὲ ἔς τε τὸ μέλλον καλὸν ἔς τε τὸ αὐτίκα μὴ αἰσχρὸν (h. l. et futuri honesti et praesentis non inhonesti habita ratione) προγνόντες τῷ ἤδη πρόσθεν ἀμφότερα κτήσασθαι, Λακεδαιμονίους κτέ. Quod in libris hodie legitur duplici vitio laborat; nam et articulus τὸ ἐς μέλλον καλὸν abesse nequit et προγνόντες sensu τοῦ προελόμενοι adhibitum prodigii instar est. Sin προγνόντες ἐς τὸ μέλλον καλόν sic interpretari velis ut iubeantur animis paratis esse ad honestum amplectendum, hoc et per se sine exemplo dicitur et nihil ab sequentibus differt τῷ ἤδη πρόθυμα κτήσασθε. 57. Lege καὶ εἶπεν ἅμαντα δι' ἐκείνου πορευθῆναι. 76. ὀράξαντες καὶ ξυντεμπράμενοι καί vel insiticium est vel vocabuli locum obtinet, quod ad modum τοῦ τεκμαίρεσθαι pertinebat v. c. μάχει. 87. νομίσαι δὲ (δίκαιον) ταῖς μὲν τύχαις ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ταῖς δὲ γνώμαις τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἀνδρείους ὀρθῶς εἶναι, καὶ μὴ ἀπειρίαν τοῦ ἀνδρείου παρόντος προβαλλομένους εἰκότως ἂν ἐν τοῖς κακοὺς γενέσθαι. C et G habent ὀρθῶς ἀνδρείους, quae varietas in locis interpolatis haud infrequens est. Sed interpolatum locum esse fatebitur quisquis ὀρθῶς ἀνδρείους perpendet. Fac τοὺς ὀρθῶς ἀνδρείους idem esse ac τοὺς ὡς ἀληθῶς. Verum hic nulla causa erat cur veram virtutem a falsa discerneret. Opponuntur οἱ σφαλλόμενοι et οἱ ὀρθοί. Legamus igitur τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ὀρθοὺς εἶναι. Sed quid sibi vult ἔν τινι? Nisi me omnia fallunt corrigendum: καὶ μὴ ἀπειρίαν, τοῦ ἀνδρείου παρόντος, προβαλλομένους εἰκότως ἀνέντας κακοὺς γενέσθαι. Mox προγενόμενα legendum. Dicere quidem potuisset ὅσων ἡμάρτομεν πρότερον ἡ ἀπειρία προσγίγνεται. Sed ipsi errores in possessionibus numerari non possunt. 89. L. καὶ οἴονται σφεῖς καὶ ἐν τῷ ναυτικῷ ποιήσειν τὸ αὐτό. Mox in — καὶ οὐκ ἂν ἡγοῦνται μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παρὰ πολὺ πράξειν ἀνθίσασθαι ὑμᾶς. — quid sit ἄξιον τοῦ παρὰ πολύ haud facile dixeris. Quid hic aptius esse potest quam τοῦ παραβόλου? Cf. Aristoph. Vesp. 129. et Isocrat. 126 A. εἴ τινες οὕτω χαλεπῷ καὶ παραβόλῳ πράγματι πιστεύειν ἀξιοῦσιν. Eodem sensu Noster in V. 113. παραβεβλημένοι dixit de stulta Meliorum fiducia. In sententia maneo πίπτειν ὑπό τινος in pedestri oratione ferendum non esse et pro ἔπεσεν ἔπταισεν

Digitized by Google

reponendum. Pro τῆς ἐφορμήσεως recte apud B. scriptum τῆς ἐφορμίσεως. nondum impetum fecerant Lacedaemonii. 20. pro ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν recte D. G. praeferunt παρὰ τὴν ἑαυτῶν. Tum leg. μὴ διαφύγοιεν πλέοντες, quippe qui meliores naves haberent. Ibid. — τῶν δὲ ἕνδεκα μὲν αἵπερ ἡγοῦντο ὑπεκφεύγουσι τὸ κέρας τῶν Π. καὶ τὴν ἐπισροφὴν εἰς τὴν εὐρυχωρίαν. Imo τούτων δὲ ἕνδεκα μὲν — ὑπεκφεύγουσι τοῦ κέρως τῶν Π. τὴν ἐπισροφήν κτέ. 93. inter μηδέν et τῷ τε Φρουρίῳ aliquid exciderit necesse est. 97. pro barbaro προσῆξαν olim προσήρκεσαν conieci; sed probabilius videtur ὅσοι (sc. φόροι) προσῆσαν ἐπὶ Σεύθου. Cf. Herod. I. 192. ἀργυρίου μὲν προσήει ἑκάσης ἡμέρης ἀρτάβη μεγή. Mox in κατεσήσαντο γάρ κτέ. omnia sana sunt neque debebam quidquam sollicitare. 101. pro ἔπεμψαν legendum ἔπεμψεν nempe Sitalces ad Perdiccam.

Lib. III. 2. καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω — mirum in modum confusa sunt quae Cleïppidae reliquisque ducibus ἐσηγγέλθη et quae ex ea re suscipere iussi sunt. Apparet locum lacunosum esse et hunc ad modum supplenda quae exciderunt: καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖσθαι ἀπροσδοκήτοις τοῖς Μυτιληναίοις καὶ αἱρήσειν τὴν πόλιν. προσετάχθη οὖν αὐτοῖς ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω κτέ. 7. pro ἐς Πελοπόννησον recte G περὶ Π. exhibet. 10. optime Bekkerus pro ἐπαγομένους coniecit ἐπειγομένους. Cf. L. VIII. 7. Cap. 11. ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ τὰ κράτιστα ἐπί τε τοὺς ὑποδεεστέρους πρώτους ξυνεπῆγον καὶ [τὰ] τελευταῖα λιπόντες τοῦ ἄλλου περιῳρημένου ἀσθενέστερα ἔμελλον ἕξειν. Delendum moneo τά. — ἔμελλον τὰ κράτιστα τελευταῖα λιπόντες ἀσθενέστερα ἕξειν. Mox recte Cod. B. ἀπὸ τῆς θεραπείας. In cap. 12. verba extrema nondum mihi videntur vel mea vel aliorum coniecturis sanata Qui verba ἐκ τοῦ ὁμοίου secludunt docere nos debebant unde proficisci potuerint; nec vero quae ipse conieci hodie mihi omni ex parte satisfaciunt. Sententia haec est: si ita pares Atheniensibus essemus, ut quandoque vellemus arma capere possemus, aequum esset ut, quemadmodum illi nihil novarent, nos quoque eandem legem servaremus. Sed quoniam impares sumus Atheniensibusque suo tempore nos aggredi licet, nobis autem idem facere non conceditur, iure nostro agemus si eorum vim antequam erumpat reppulerimus. εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου [καὶ] ἀντεπιβουλεῦσαι, καὶ ἀντι-

Digitized by Google

μελλῆσαί τι ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου [ἐπ'] ἐκείνοις· [εἶναι] ἐπ' ἐκείνοις δ' ὄντος ἀεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν, καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνασθαι. Scio Thucydidem saepe *καί* usurpare ubi plerisque scriptoribus inutilis vocula videretur; sed et librarii eandem haud raro invexerunt, ut in cap. praecedenti quoniam *χαλεπώτερον εἶσειν* genitivum regit (cf. II. 62 med.) ferri nequit coniunctio inter verbum et *τοῦ ἡμετέρου* posita. 15 *οἱ δὲ ἄλλοι ξύμμαχοι βραδέως τε ξυνελέγοντο, καὶ ἐν καρπῷ ξυγκομιδῇ ὄντων καὶ ἀρρωσίᾳ τοῦ στρατεύειν.* Causas adiicit, cur tarde convenerint: *καὶ ὅτι ἐν καρπῷ ξυγκομιδῇ ἦσαν καὶ ἀρρωδίᾳ τοῦ στρατεύειν.* 21. nisi fallor *οἱ ις' πόδες* glossema est; tum *διανενεμημένον* scribendum (sc. *τὸ μεταξύ*). 31. *καὶ ἅμα ἦν ἐφορμοῦσιν αὐτοῖς δαπάνη σφίσι γίγνηται.* G. *σφίσι δαπάνη* recte. Structura est *ἦν δαπάνη γίγνηται αὐτοῖς* (*τοῖς Ἀθηναίοις*) *ἐφορμοῦσι σφίσι* (*τοῖς Ἴωσιν*). 33. *εἰ καὶ ὡς μὴ διενοοῦντο μένειν*, imo *εἰ καὶ ἴσως μὴ δ. μ.*

SIDNEY
mense Aprili 1873. (*continuabitur.*)

SUIDAE ERROR.

Suidas v. Αἶψα docet *αἶψα* significare *θᾶττον*, et adscribit:

Λάζευ, τιμήεσσα Κυθηριάς, ὑμνοπόλοιο
αἶψα τάδε κλειτοῦ δῶρα Λεωνίδεω.

Erat in libro vetusto:

ΛΙΤΑΤΑΔΕΚΛΕΙΤΟΥ

id est:

λιτὰ τάδ' ἐκ λιτοῦ δῶρα Λεωνίδεω,

ut nunc emendate legitur in Leonidae Epigrammate (*Anthol. Pal.* VI. 190). Suidas pro Λ legit Α, pro Τ putavit se Ψ videre, cuius forma antiqua tenui lineola a Τ differt, non sensit ϾΙ esse pro Ι longo et male divisit *τάδε κλειτοῦ* pro *τὰδ' ἐκ λιτοῦ*, et sic magna gravitate docet *αἶψα* esse *θᾶττον*.

C. G. C.

Digitized by Google

CONIECTANEA LATINA.

I.

AD IUVENALEM.

Quam misera sit vel nostra aetate conditio carminum poetae, cui post Horatium libuit

decurrere campo,
per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus,

cum constat inter omnes, qui diligenti studio ad intimam harum saturarum sententiam penetrare conati sunt, tum nuperrime pluribus ostendit SCHOLTE meus, Scholae Latinae rector in oppido Zevenaar, dissertatione sua Academica, *observationes criticas* continenti in *Saturas D. Junii Juvenalis* (Traiect. ad Rhenum apud Kemink et fil. 1873). In quo libro non pauca ita feliciter et ingeniose correxit, ut omnia laeta de illo iuvene augurari nobis liceat, et facile ei condonemus, si hic illic minus bene rem gesserit, et, quod paullo gravius, a locis sanissimis non abstinuerit manum. Falsa commenta ipse delebit dies: vera manebunt. Mihi de locis quibusdam medicam manum hucusque frustra exspectantibus disserere in animo est, faciamque initium ab iis, quae sic scripta leguntur Sat. I, 94 sqq.:

quis totidem erexit villas, quis fercula septem
secreto cenavit avus? nunc sportula primo
limine parva SEDET, turbae rapienda togatae cett.

Ad *sedet* ANDREA WEIDNER in novissima editione (Lipsiae apud Weidnerum 1873) adnotavit »*sedet* = steht (an dem gewöhnlichen Platze) wie auch εἶμαι (sic!) im Griechischen, cf. »Naegelsbach zu Hom. 13, 254. Aehnlich (?) II, 120 *coena sedet*, »IV, 74 *in quorum facie miserae magnaque sedebat pallor ami-*

Digitized by Google

»*citiae*." Felices quibus talia persuadeant, neque sentiant aliquid interesse inter usum verbi, quod est *sedere*, loco de quo disputabimus et locis illis! Sensit Scholtius, minus tamen feliciter proponens *crepat*. Quid reponendum sit, ex intima universi loci ratione eruere conabimur.

Inde a vs. 87 poeta exagitat sui aevi *avaritiam*:

quando (ait)
maior *avaritiae* patuit sinus? alea quando
hos animos? neque enim loculis comitantibus itur
ad casum tabulae, posita sed luditur arca.
proelia quanta illic dispensatore videbis
armigero! simplexne furor sestertia centum
perdere *et horrenti tunicam non reddere servo?*

Avaritia et spes lucri homines inducit ut ingentes pecuniae summas incertae fortunae aleae committant, quum pauculis nummis, quibus tunica ematur frigenti servo (homini tamen), eosdem parcere videas. Nec multo melius tractant cives suos, moribus longe diversi a maioribus nostris, qui parce et sobrie ipsi viventes clientes suos vocitabant ad coenam. Hodie contra est: ipsi plurimas villas aedificant, lautissimeque coenant, sed *soli*: miseris clientibus dantur *sportulae* nomine C quadrantes, ut multum.

Quis totidem erexit villas, quis fercula septem
secreto cenavit avus? nunc *sportula* primo
limine *parva* SEDET, turbae *rapienda* togatae.

Ut paucis absolvam, gravis me tenet suspicio poetam *cum acerba ironia* scripsisse:

nunc sportula primo limine
parva DECET sqq.

i. e. *decora habetur*, his iudicibus, dum olim avorum nostrorum memoria *decebat* in rebus suis parcum esse, in alienis largum, et tamquam sui pares cives tenuiores invitare ad coenam. Accedit rei indignitas, apte expressa sequentibus verbis *turbae rapienda togatae* et tota quae subsequitur rationis, qua daretur sportula, descriptione optime illustrata. Non sine ironia eodem verbo utitur is qui Sat. IV, panxit vs. 15 sq.:

nam *quod turpe* bonis, Tito Seioque, *decebat*
Crispinum.

Digitized by Google

Similiter *quod turpe avis erat, decebat Juvenalis aequales.*

Sat. II, 45.

faciunt HI PLURA, cett.

Coniecturam meam PEIORA (cl. VI, 134 et XIV, 57) iam memoravit Scholtius in dissertat. pag. 10, nec sententiam muto. Neque enim *plura* pro *plura mala* aut pro *plus mali* Latine poni posse arbitror, neque hoc nunc quaeritur, utri *plura* faciant viri an mulieres, sed utri *peiora*, quemadmodum lege Scantinia, quae lata est in molles qui nefanda venere uterentur, e Laroniae sententia peiora puniebantur flagitia quam lege Iulia de adulteriis, quam modo poeta vocavit *amaram omnibus atque ipsi Veneri Martique timendam.* Quae sint adulteriis *peiora* deinde Laronia enarrat vss. 46 sqq. Corruptelae facilis est explicatio. PLVRA prono errore, cui favebat sequens *numerus*, in PEIORA abierat, quo facto ruens metrum fulserunt correctores inserto pronomine. Quod autem Scholtius addit versu sequenti pro *numerus* requiri *cuneus* paucis, ut arbitror, persuadebit. Contendit enim Laronia quod verum est (et vel si verum non esset suam causam defendenti potuisset concedi) maiorem esse numerum virorum probrosam et flagitiosam vitam viventium quam mulierum.

Sat. II, 78.

dedit hanc *contagio* labem,
et dabit in plures: sicut grex totus in agris
unius scabie cadit et porrigine porci,
uvaque *conspecta* livorem ducit ab uva.

Audiamus Weidnerum: »Es handelt sich nur von dem natürlichen Färben des Trauben. Zuerst färbt sich nur die aussen am Weinstock hervorragende Traube, *uva conspecta*, dann verbreitet sich almählich die Farbe auch über die innerhalb des Weinlaubes sich befindenden Trauben.« Germano scribenti de vini cultura tametsi non credere nefas, quid tamen ad rem faciat haec adnotatio haudquaquam intellego, quia, ut verum sit non de contagione itaque de morbo aliquo uvarum agi (quod tamen propter praegressa suspicemur paene necesse est), demonstrandum fuerat unam uvam colorem suum naturalem ducere ab altera, ut una ovis unusque porcus causam continet, cur altera ovis alterque porcus aegrotet. Hac de

Digitized by Google

cum, donec meliora afferantur, faciam cum Heinrichio acute corrigenti *contecta*.

Sat. II. 99 sqq.:

Describuntur sacra Bonae Deae a nullibus viris celebrata. Cuius descriptionis ecce particula:

ille nimis tenet speculum. pathici gestamen Othonis
Actoris Aurunci spectat quo se ille videbat
armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
res memoranda novis annalibus atque recenti
historia, speculum civilis sarcina belli:
nimirum summi ducis est occidere Galbam
et curare cutem, summi constantia civis
Bebriaci campo spectatum adfectare Palati
et pressum in faciem digitis extendere panem.

Qui adfectat Romanorum imperium non dicitur opinor Latine adfectare spectacula sed solium Palati, quod poetae ocius reddatur. Errandi causa manifesta est. Cf. Scholte p. 12, sq.

Sat. II, 158 sqq.:

arma quidem ultra
litora Iuvernae promovimus et modo capta
Orcadas ac *minima contentos nocte* Britannos.

Verba *minima—nocte* satis feliciter ad describendos Britannos addita iudico, quae non solum rem contineant miratione dignam Romae viventibus et paene prodigiosam, sed etiam lectorum animis ingentem illius regionis distantiam apte repraesentent. Haec opponenda videbantur iis quae nuper Otto Meinerzius in libello: *zur Kritick und Erklärung der Satiren des Iuvenalis* de his versibus disseruit: »Was will, in dieser pathetischen stelle »*der überaus matte Zusatz*, »die sich mit einer sehr kurzen Nacht »begnügen". Iuvenal will eben nichts Weiter als eine ihm »bekantte Thatsache an den Mann bringen und füllt damit auf »bequeme Weise seinen Vers." Tametsi longe absum ut contendam non saepius apud Iuvenalem reperiri quae tollere velles, hic tamen culpae mihi videtur prorsus immunis. Meliore iudicio Meinerzius insipida (albern) vocat quae supra leguntur vs. 137—142.

Sat. III, 21 sqq.

Umbricius, poetae amicus, multis de causis, quarum expositio

Digitized by Google

facit huius saturae argumentum, Romam civi tranquillo et honesto praesertim pauperi habitabilem non esse iudicans, statuerat urbe relicta sedem figere Cumis. Quo consilio laudato, poeta ipsum Umbricium introducit dicentem:

Quando artibus (inquit) honestis
nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
res hodie minor est hodie quam fuit, ATQUE EADEM cras
deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
ire cett.

Omnia plana ac facilia praeter verba *atque eadem — aliquid*, unde, utcumque mentem meam torqueo, sani nihil exculpo. Quid enim? *eadem* neque Grammatica ad *urbem* neque sententia ad *res* ullo modo referri sinit. Numne enim *res* (i. e. facultates, fortunae) dici potest aut cogitari *deterere aliquid exiguis* i. e. *a se ipsa*, quippe quae ipsa sit exigua?

Dubium tamen non est, quin Umbricius hoc dicat: *quando quidem res mea quotidie decrescit, Cumas migrare decrevi.* Conieci:

res hodie minor est here quam fuit, ATQUE FAMES cras
deteret exiguis aliquid cett.

Res ad vitam maxime necessariae, inquit, aere parandae nolentem volentem me cogent, ut cras faciam quod hodie feci et heri, videlicet ut demam aliquid ab exiguis quae mihi restent. Nam *esurire* non didici.

Sat. III, 132 sqq.

alter enim quantum in legione tribuni
accipiunt, donat Calvinae vel Catienae,
ut semel aut iterum super illam palpitet, at tu
cum tibi VESTITI facies scorti placet, haeres
et dubitas alta Chionen deducere sella.

Interpretantur *eleganter vestiti*, sed nullo allato loco, quo hunc praegnantem vocabuli usum tueantur. Nec quaerens invenies, ut opinor. Participio *vestitus* e regione opponitur *nudus*, neque erat, ut bene senserunt interpretes, cur illud poeta adderet, si quidem vestis per se non est Veneris irritamentum. *Nudam* amator mallet quam *male vestitam*, fortasse quam *eleganter!* Ne multa: scripsit Iuvenalis:

cum tibi FESTIVI facies scorti placet.

Cf. Scholte pag. 24.

Digitized by Google

Sat. III. 236 sqq.:

Vive laborantis saturus et culti vilicus horti,
unde epulum possis centum dare Pythagoreis.
est aliquid quocunque loco quocunque recessu
unius sese dominum fecisse *lacertae*.

Comica usus est poeta *hyperbole*, quum non melius illustres quam simili loco MARTIALIS XI, 19, ubi de villula sua suburbana sic iocatur:

arguta tegit ala quod *cicadae*,
quod *formica* die comedit uno.
— in quo nec *cucumis* iacere *rectus*
nec *serpens* habitare *tota* possit.

Conferatur etiam rursus anaccii carmen in Valerium Catonem Grammaticum ap. SUETONIUM de ill. Gramm. cap. XI.

Ergo sine causa idonea de vitio suspectum habuere quidam et insanis coniecturis vexarunt lepidum illud *lacertae*.

Sat. IV, 41.

nec enim minor haeserat illis
quos operit glacies Maeotica ruptaque tandem,
solibus effundit *torrentis* ad Ostia Ponti,
desidia tardos et longo frigore pingues.

Torrentis emendatum est e scholio ad h. l. pro *torpentis*, quod est in codicibus. Codicum lectio sic tantum potest vera esse, si sumimus versum 43 olim scriptum fuisse sic:

solibus effundit *torpentis* (A. Pl.) Ostia Ponti,

ut praepositio addita sit quum librarii male *torpentis* haberent pro Genetivo. Quod si statuemus, vix genuinus esse potest vs. 44.

Sat. IV, 117.

dignus Aricinos qui mendicaret ad AXES
blandaque devexae iactaret basia redae.

Interpretantur: *currus qui Ariciam vehuntur*, qui tamen permire audiunt *Aricini*, quemadmodum potius appellares *qui veniunt ab Aricia*. Si igitur sanum est *axes* potius intellegam currus Romanorum a villis suis in urbem redeuntibus. Nec tamen haec quoque interpretatio valde arridet neque omnino hoc versu *currus* memorari putaveris ob versum sequentem. Potius certum quendam locum, sollennem mendicorum statio-

Digitized by Google

nem indicari suspicor. Cf. Schol. *ad portam Aricinam sive ad clivum* cett. Inde venit in mentem, an forte in *axes* lateat *arcus;* certius tamen qui dederit, faciet gratum.

Sat. V, 146 sqq.

vilibus ancipites *fungi* ponentur amicis,
boletus domino;

Similiter Martialis III, 60, 5:

sunt tibi *boleti*, *fungos* ego sumo suillos.

Sed misere languent me iudice quae sequuntur:

sed quales Claudius edit
ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.

Sponte enim apparet *domino* non *venenatos* apponi *boletos*, ut opinor. Quanto salsius scripsisset:

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis
boletus domino; *sit qualem* (*-es?*) Claudius edit;

omisso versu sequenti, ad exemplum epigrammatis amici sui Martialis I, 21, laudati iam ab Heinrichio:

dic mihi, quis furor est? turba spectante vocata
solus boletos, Caeciliane, voras.
quid dignum tanto tibi ventre gulaque precabor
Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Conferas etiam haec Ovidii Amor. I, 4 init.: vir tuus est epulas nobiscum aditurus easdem. *Ultima coena tuo sit*, precor, *illa viro.*

Falsam esse Ribbeckii coniecturam proponentis:

Boletus domino, fungi porgentur amicis
vilibus ancipites nec quales cett.

iam demonstravit Meinerzius Suetonii verbis e. *Claud.* 44, idemque apparet ex epigrammate modo laudato.

Sat. VI, 114 sqq.

Quid privata domus, quid fecerit Eppia, curas?
respice rivales deorum. Claudius audi
quae tulerit.

Inepte ipsa Eppia dicitur *domus.* In praegressis autem, ubi narratur Eppia senatoris uxor comitata esse Sergium gladiatorem, moechum suum, in Aegyptum, describitur quid *privata mulier*, cui deinde opponitur imperatoris uxor Messalina, *fecerit*, quid *domus eius tulerit.* Cf. vs. 85: immemor illa *domus*

Digitized by Google

et *coniugis* atque *sororis* — *plorantes* — improba *natos* — reliquit et vs. 111 sq.: hoc *pueris* patriaeque, hoc praetulit illa *sorori* atque *viro*.

Quare punctum temporis non dubito corrigendum esse, una abiecta literula:

Quid privata *domu* quid fecerit Eppia, curas?

De forma Dativi in ū vide Zumpt. § 81, ad orationem cf. infra v. 157 sq.:

hunc dedit olim
barbarus incestae dedit hunc *Agrippa* sorori

et VIII, 114:

quid resinata iuventus
cruraque totius *facient tibi* levia gentis?

i. e. *quid mali facient tibi* cett.

Sat. VI, 191 sqq.

concumbunt Graece, dones tamen ista puellis:
tunc etiam, quam sextus et octogensimus annus
pulsat, adhuc Graece? non est hic sermo pudicus
in vetula, quotiens lascivum intervenit illud
ζωὴ καὶ ψυχή, modo sub lodice relictis
uteris in turba; quod enim non excitet inguen
vox blanda et nequam? digitos habet, *ut* tamen omnes
subsidant pinnae: dicas haec mollius Haemo
quamquam et Carpophoro, facies tua computat annos.

Verba ultima paullo melius sic constituenda esse putaverim:

et tamen omnes
subsidunt pinnae, dicas haec mollius Haemo
quamquam et Carpophoro. Facies tua computat annos.

Sententia: nam vox blanda et nequam digitorum instar excitare valet (*valet* pro *habet* Heinrichius) vel languidissimum penem. Nihilominus tu operam perdis: licet toties lascivum illud ζωὴ καὶ ψυχή interseras (*interserit* pro *intervenit* Heinrichii coniectura est) idque ipso Haemo et Carpophoro mollius, tamen subsidunt amatori tuo omnes pennae, i. e. *iacent* ei *velut praemortua membra*. Noli mirari: nam facies tua prodit sextum et octogensimum quo pulsaris annum.

Sat. VI, 268.

semper habet lites *alterna*que iurgia lectus.

Digitized by Google

Alterna iurgia significat modo uxorem maritum modo maritum uxorem obiurgare. Quapropter iure expectes in sequentibus aliquam certe memorari profectam a marito uxoris obiurgationem. Sed contra est. Audi modo:

tum gravis illa viro tunc orba tigride peior,
cum simulat gemitus, occulti conscia facti
aut odit pueros aut ficta pellice plorat
uberibus semper lacrimis semperque paratis
in statione sua atque exspectantibus illam,
quo iubeat manare modo: tu credis amorem,
tu tibi tunc Uruca places fletumque labellis
exorbes cett.

Qua de causa nescio an leniter corrigendum sit: *semper* habet lites *aeterna*que iurgia lectus.

Ibidem vs. 555 sq.:

quoniam Delphis oracula cessant,
et genus humanum DAMNAT caligo futuri

Heinrichius: »*obligat*, aus der juristischen Sprache. An eine »Corruption ist nicht zu denken." At scire velim ad quam rem caligo futuri genus humanum obliget. Numquam enim *damnare* est *ligare*, *vincire*, *tenere*. Si nihil a scribis peccatum est, *damnat* h. l. explicandum videtur *laedit*, *damno afficit*, quam vim verbum habere putatur apud Plautum Trinumm. IV, 1, 10 pauperibus te parcere solitum divites *damnare* atque domare. Sed longe veri similius esse arbitror poetam scripsisse:

et genus humanum EXANIMAT caligo futuri.

Ibidem vss. 490 sqq.:

disponit crinem, laceratis ipsa capillis
nudo umero Psecas infelix nudisque mamillis
»altior hic quare cincinnus?" taurea punit
continuo flexi crimen facinusque capilli.
Quid Psecas admisit? quaenam est hic culpa puellae,
si tibi displicuit nasus tuus? altera *laevum*
extendit pectitque comas et volvit in orbem.

Quid sibi h. l. velit *laevum* neque ego intellego neque alii mihi expediunt. Iuvenalis scripsit, si quid video:

altera *laeves*
extendit pectitque *comas* et volvit in orbem

Digitized by Google

»*citiae.*" Felices quibus talia persuadeant, neque sentiant aliquid interesse inter usum verbi, quod est *sedere*, loco de quo disputabimus et locis illis! Sensit Scholtius, minus tamen feliciter proponens *crepat.* Quid reponendum sit, ex intima universi loci ratione eruere conabimur.

Inde a vs. 87 poeta exagitat sui aevi *avaritiam*:

quando (ait)
maior *avaritiae* patuit sinus? alea quando
hos animos? neque enim loculis comitantibus itur
ad casum tabulae, posita sed luditur arca.
proelia quanta illic dispensatore videbis
armigero! simplexne furor sestertia centum
perdere *et horrenti tunicam non reddere servo?*

Avaritia et spes lucri homines inducit ut ingentes pecuniae summas incertae fortunae aleae committant, quum pauculis nummis, quibus tunica ematur frigenti servo (homini tamen), eosdem parcere videas. Nec multo melius tractant cives suos, moribus longe diversi a maioribus nostris, qui parce et sobrie ipsi viventes clientes suos vocitabant ad coenam. Hodie contra est: ipsi plurimas villas aedificant, lautissimeque coenant, sed *soli:* miseris clientibus dantur *sportulae* nomine C quadrantes, ut multum.

Quis totidem erexit villas, quis fercula septem
secreto cenavit avus? nunc *sportula* primo
limine *parva* SEDET, turbae *rapienda* togatae.

Ut paucis absolvam, gravis me tenet suspicio poetam *cum acerba ironia* scripsisse:

nunc sportula primo limine
parva DECET sqq.

i. e. *decora habetur*, his iudicibus, dum olim avorum nostrorum memoria *decebat* in rebus suis parcum esse, in alienis largum, et tamquam sui pares cives tenuiores invitare ad coenam. Accedit rei indignitas, apte expressa sequentibus verbis *turbae rapienda togatae* et tota quae subsequitur rationis, qua daretur sportula, descriptione optime illustrata. Non sine ironia eodem verbo utitur is qui Sat. IV, panxit vs. 13 sq.:

nam *quod turpe* bonis, Tito Seioque, *decebat*
Crispinum.

Digitized by Google

Similiter *quod turpe avis erat, decebat Juvenalis aequales.*

Sat. II, 45.

faciunt HI PLURA, cett.

Coniecturam meam PEIORA (cl. VI, 134 et XIV, 57) iam memoravit Scholtius in dissertat. pag. 10, nec sententiam muto. Neque enim *plura* pro *plura mala* aut pro *plus mali* Latine poni posse arbitror, neque hoc nunc quaeritur, utri *plura* faciant viri an mulieres, sed utri *peiora*, quemadmodum lege Scantinia, quae lata est in molles qui nefanda venere uterentur, e Laroniae sententia peiora puniebantur flagitia quam lege Iulia de adulteriis, quam modo poeta vocavit *amaram omnibus atque ipsi Veneri Martique timendam.* Quae sint adulteriis *peiora* deinde Laronia enarrat vss. 46 sqq. Corruptelae facilis est explicatio. PLVRA prono errore, cui favebat sequens *numerus*, in PEIORA abierat, quo facto ruens metrum fulserunt correctores inserto pronomine. Quod autem Scholtius addit versu sequenti pro *numerus* requiri *cuneus* paucis, ut arbitror, persuadebit. Contendit enim Laronia quod verum est (et vel si verum non esset suam causam defendenti potuisset concedi) maiorem esse numerum virorum probrosam et flagitiosam vitam viventium quam mulierum.

Sat. II, 78.

dedit hanc *contagio* labem,
et dabit in plures: sicut grex totus in agris
unius scabie cadit et porrigine porci,
uvaque *conspecta* livorem ducit ab uva.

Audiamus Weidnerum: »Es handelt sich nur von dem natürlichen Färben des Trauben. Zuerst färbt sich nur die aussen am Weinstock hervorragende Traube, *uva conspecta*, dann verbreitet sich almählich die Farbe auch über die innerhalb des Weinlaubes sich befindenden Trauben.« Germano scribenti de vini cultura tametsi non credere nefas, quid tamen ad rem faciat haec adnotatio haudquaquam intellego, quia, ut verum sit non de contagione itaque de morbo aliquo uvarum agi (quod tamen propter praegressa suspicemur paene necesse est), demonstrandum fuerat unam uvam colorem suum naturalem ducere ab altera, ut una ovis unusque porcus causam continet, cur altera ovis alterque porcus aegrotet. Hac de

Digitized by Google

causa, donec meliora afferantur, faciam cum Heinrichio acute corrigenti *contacta*.

Sat. II, 99 sqq.:

Describuntur sacra Bonae Deae a mollibus viris celebrata. Cuius descriptionis ecce particula:

ille (alius) tenet speculum, pathici gestamen Othonis
Actoris Aurunci *spolium* quo se ille videbat
armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
res memoranda novis annalibus atque recenti
historia, speculum civilis sarcina belli:
nimirum summi ducis est occidere Galbam
et curare cutem, summi constantia civis
Bebriaci campo SPOLIUM affectare Palati
et pressum in faciem digitis extendere panem.

Qui affectat Romanorum imperium non dicitur opinor Latine affectare SPOLIUM sed SOLIUM Palati, quod poetae ocius reddatur. Erroris causa manifesta est. Cf. Scholte p. 12, sq.

Sat. II, 158 sqq.:

arma quidem ultra
litora Iubernae promovimus et modo capta
Orcadas ac *minima contentos nocte* Britannos.

Verba *minima—nocte* satis feliciter ad describendos Britannos addita iudico, quae non solum rem contineant miratione dignam Romae viventibus et paene prodigiosam, sed etiam lectorum animis ingentem illius regionis distantiam apte repraesentent. Haec opponenda videbantur iis quae nuper OTTO MEINERZIUS in libello: *zur Kritiek und Erklärung der Satiren des Iuvenalis* de his versibus disseruit: »Was will, in dieser pathetischen stelle »*der überaus matte Zusatz*, »die sich mit einer sehr kurzen Nacht »begnügen". Iuvenal will eben nichts Weiter als eine ihm »bekantte Thatsache an den Mann bringen und füllt damit auf »bequeme Weise seinen Vers." Tametsi longe absum ut contendam non saepius apud Iuvenalem reperiri quae tollere velles, hic tamen culpae mihi videtur prorsus immunis. Meliore iudicio Meinerzius insipida (albern) vocat quae supra leguntur vs. 137—142.

Sat. III, 21 sqq.

Umbricius, poetae amicus, multis de causis, quarum expositio

Digitized by Google

facit huius saturae argumentum, Romam civi tranquillo et honesto praesertim pauperi habitabilem non esse iudicans, statuerat urbe relicta sedem figere Cumis. Quo consilio laudato, poeta ipsum Umbricium introducit dicentem:

Quando artibus (inquit) honestis
nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
res hodie minor est hodie quam fuit, ATQUE EADEM cras
deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
ire cett.

Omnia plana ac facilia praeter verba *atque eadem — aliquid*, unde, utcumque mentem meam torqueo, sani nihil exculpo. Quid enim? *eadem* neque Grammatica ad *urbem* neque sententia ad *res* ullo modo referri sinit. Numne enim *res* (i. e. facultates, fortunae) dici potest aut cogitari *deterere aliquid exiguis* i. e. *a se ipsa*, quippe quae ipsa sit exigua?

Dubium tamen non est, quin Umbricius hoc dicat: *quando quidem res mea quotidie decrescit, Cumas migrare decrevi*. Conieci:

res hodie minor est here quam fuit, ATQUE FAMES cras
deteret exiguis aliquid cett.

Res ad vitam maxime necessariae, inquit, aere parandae nolentem volentem me cogent, ut cras faciam quod hodie feci et heri, videlicet ut demam aliquid ab exiguis quae mihi restent. Nam *esurire* non didici.

Sat. III, 132 sqq.

alter enim quantum in legione tribuni
accipiunt, donat Calvinae vel Catienae,
ut semel aut iterum super illam palpitet, at tu
cum tibi VESTITI facies scorti placet, haeres
et dubitas alta Chionen deducere sella.

Interpretantur *eleganter vestiti*, sed nullo allato loco, quo hunc praegnantem vocabuli usum tueantur. Nec quaerens invenies, ut opinor. Participio *vestitus* e regione opponitur *nudus*, neque erat, ut bene senserunt interpretes, cur illud poeta adderet, si quidem vestis per se non est Veneris irritamentum. *Nudam* amator mallet quam *male vestitam*, fortasse quam *eleganter!* Ne multa: scripsit Iuvenalis:

cum tibi FESTIVI facies scorti placet.

Cf. Scholte pag. 24.

Digitized by Google

Sat. III. 238 sqq.:

Vive bidentis amans et culti vilicus horti,
unde epulum possis centum dare Pythagoreis.
est aliquid quocumque loco quocumque recessu
unius sese dominum fecisse *lacertae*.

Comica usus est poeta *hyperbole*, quam non melius illustres quam simili ioco MARTIALIS XI, 19, ubi de villula sua suburbana sic iocatur:

arguta tegit ala quod *cicadae*,
quod *formica* die comedit uno.
— in quo nec *cucumis* iacere *rectus*
nec *serpens* habitare *tota* possit.

Conferatur etiam FURII BIBACULI carmen in Valerium Catonem Grammaticum ap. SUETONIUM de ill. Gramm. cap. XI.

Ergo sine causa idonea de vitio suspectum habuere quidam et insanis coniecturis vexarunt lepidum illud *lacertae*.

Sat. IV, 41.

nec enim minor haeserat illis
quos operit glacies Maeotica ruptaque tandem,
solibus effundit *torrentis* ad Ostia Ponti,
desidia tardos et longo frigore pingues.

Torrentis emendatum est e scholio ad h. l. pro *torpentis*, quod est in codicibus. Codicum lectio sic tantum potest vera esse, si sumimus versum 43 olim scriptum fuisse sic:

solibus effundit *torpentis* (A. Pl.) Ostia Ponti,

ut praepositio addita sit quum librarii male *torpentis* haberent pro Genetivo. Quod si statuemus, vix genuinus esse potest vs. 44.

Sat. IV, 117.

dignus Aricinos qui mendicaret ad AXES
blandaque devexae iactaret basia redae.

Interpretantur: *currus qui Ariciam vehuntur*, qui tamen permire audiunt *Aricini*, quemadmodum potius appellares *qui veniunt ab Aricia*. Si igitur sanum est *axes* potius intellegam currus Romanorum a villis suis in urbem redeuntibus. Nec tamen haec quoque interpretatio valde arridet neque omnino hoc versu *currus* memorari putaveris ob versum sequentem. Potius certum quendam locum, sollennem mendicorum statio-

Digitized by Google

nem indicari suspicor. Cf. Schol. *ad portam Aricinam sive ad clivum* cett. Inde venit in mentem, an forte in *axes* lateat *arcus;* certius tamen qui dederit, faciet gratum.

Sat. V, 146 sqq.

vilibus ancipites *fungi* ponentur amicis,
boletus domino;

Similiter Martialis III, 60, 5:

sunt tibi *boleti*, *fungos* ego sumo suillos.

Sed misere languent me iudice quae sequuntur:

sed quales Claudius edit
ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.

Sponte enim apparet *domino* non *venenatos* apponi *boletos*, ut opinor. Quanto salsius scripsisset:

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis
boletus domino; *sit qualem* (*-es*?) Claudius edit;

omisso versu sequenti, ad exemplum epigrammatis amici sui Martialis I, 21, laudati iam ab Heinrichio:

dic mihi, quis furor est? turba spectante vocata
solus boletos, Caeciliane, voras.
quid dignum tanto tibi ventre gulaque precabor
Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Conferas etiam haec Ovidii Amor. I, 4 init.: vir tuus est epulas nobiscum aditurus easdem. *Ultima coena tuo sit*, precor, *illa viro.*

Falsam esse Ribbeckii coniecturam proponentis:

Boletus domino, fungi porgentur amicis
vilibus ancipites nec quales cett.

iam demonstravit Meinerzius Suetonii verbis e. *Claud.* 44, idemque apparet ex epigrammate modo laudato.

Sat. VI, 114 sqq.

Quid privata DOMUS, quid fecerit Eppia, curas?
respice rivales deorum. Claudius audi
quae tulerit.

Inepte ipsa Eppia dicitur *domus.* In praegressis autem, ubi narratur Eppia senatoris uxor comitata esse Sergium gladiatorem, moechum suum, in Aegyptum, describitur quid *privata mulier*, cui deinde opponitur imperatoris uxor Messalina, *fecerit*, quid *domus eius tulerit.* Cf. vs. 85: immemor illa *domus*

Digitized by Google

et *coniugis* atque *sororis* — *plorantes* — improba *natos* — reliquit et vs. 111 sq.: hoc *pueris* patriaeque, hoc praetulit illa *sorori* atque *viro*.

Quare punctum temporis non dubito corrigendum esse, una abiecta literula:

Quid privata *domu* quid fecerit Eppia, curas?

De forma Dativi in ū vide Zumpt. § 81, ad orationem cf. infra v. 157 sq.:

hunc dedit olim
barbarus incestae dedit hunc *Agrippa* sorori

et VIII, 114:

quid resinata iuventus
cruraque totius *facient tibi* levia gentis?

i. e. *quid mali facient tibi* cett.

Sat. VI, 191 sqq.

concumbunt Graece, dones tamen ista puellis:
tune etiam, quam sextus et octogensimus annus
pulsat, adhuc Graece? non est hic sermo pudicus
in vetula, quotiens lascivum intervenit illud
ζωὴ καὶ ψυχή, modo sub lodice relictis
uteris in turba; quod enim non excitet inguen
vox blanda et nequam? digitos habet, *ut* tamen omnes
subsidant pinnae: dicas haec mollius Haemo
quamquam et Carpophoro, facies tua computat annos.

Verba ultima paullo melius sic constituenda esse putaverim:

et tamen omnes
subsidunt pinnae, dicas haec mollius Haemo
quamquam et Carpophoro. Facies tua computat annos.

Sententia: nam vox blanda et nequam digitorum instar excitare valet (*valet* pro *habet* Heinrichius) vel languidissimum penem. Nihilominus tu operam perdis: licet toties lascivum illud ζωὴ καὶ ψυχή interseras (*interserit* pro *intervenit* Heinrichii coniectura est) idque ipso Haemo et Carpophoro mollius tamen subsidunt amatori tuo omnes pennae, i. e. *iacent* ei velut *praemortua membra*. Noli mirari: nam facies tua prodit sextum et octogensimum quo pulsaris annum.

Sat. VI, 268.

semper habet lites *alterna*que iurgia lectus.

Digitized by Google

Alterna iurgia significat modo uxorem maritum modo maritum uxorem obiurgare. Quapropter iure expectes in sequentibus aliquam certe memorari profectam a marito uxoris obiurgationem. Sed contra est. Audi modo:

tum gravis illa viro tunc orba tigride peior,
cum simulat gemitus, occulti conscia facti
aut odit pueros aut ficta pellice plorat
uberibus semper lacrimis semperque paratis
in statione sua atque exspectantibus illam,
quo iubeat manare modo: tu credis amorem,
tu tibi tunc Uruca places fletumque labellis
exorbes cett.

Qua de causa nescio an leniter corrigendum sit: *semper* habet lites *aeterna*que iurgia lectus.

Ibidem vs. 555 sq.:

quoniam Delphis oracula cessant,
et genus humanum DAMNAT caligo futuri

Heinrichius: »*obligat*, aus der juristischen Sprache. An eine »Corruption ist nicht zu denken." At scire velim ad quam rem caligo futuri genus humanum obliget. Numquam enim *damnare* est *ligare*, *vincire*, *tenere*. Si nihil a scribis peccatum est, *damnat* h. l. explicandum videtur *laedit*, *damno afficit*, quam vim verbum habere putatur apud Plautum Trinumm. IV, 1, 10 pauperibus te parcere solitum divites *damnare* atque domare. Sed longe veri similius esse arbitror poetam scripsisse:

et genus humanum EXANIMAT caligo futuri.

Ibidem vss. 490 sqq.:

disponit crinem, laceratis ipsa capillis
nudo umero Psecas infelix nudisque mamillis
»altior hic quare cincinnus?" taurea punit
continuo flexi crimen facinusque capilli.
Quid Psecas admisit? quaenam est hic culpa puellae,
si tibi displicuit nasus tuus? altera *laevum*
extendit pectitque comas et volvit in orbem.

Quid sibi h. l. velit *laevum* neque ego intellego neque alii mihi expediunt. Iuvenalis scripsit, si quid video:

altera *laeves*
extendit pectitque *comas* et volvit in orbem

Digitized by Google

sive malis *laevem—comam;* i. e. extendendo pectendoque crines laevigat. Qui adiectivi usus praedicativus utriusque linguae scriptoribus praesertim poetis est in deliciis, velut in hac ipsa vicinia vs. 502: *altum aedificat caput.* Conferatur Ovid. Metam. XII, 409 *comam pectine laevem.*

Ibidem vss. 562 sqq.:

nemo mathematicus genium indemnatus habebit:
sed qui paene perit, cui vix in Cyclada mitti
contigit et parva tandem CARUISSE Seripho,
consulit ictericae lento de funere matris,
ante tamen de te Tanaquil tua, quando sororem
efferat et patruos, an sit victurus adulter
post ipsam; quid enim maius dare numina possunt?
haec tamen ignorant, quid sidus triste minetur
Saturni, quo laeta Venus se proferat astro,
qui mensis damnis, quae dentur tempora lucro; cett.

Caruisse ferri non posse manifestum est. Quae Scholtio (p. 59) placet Schraderi coniectura *latuisse*, mihi non satisfacit, idque duplici fere de causa. Nam si ita scribimus, verba *parva—Seripho* fere supervacua erunt, certe languebunt, post illa: *vix — mitti*, et, quod multo gravius, exspectatur aliquid unde appareat mathematicum illum ex deportatione Romam revertisse. Nam Romae mulier eam consulit, non Seriphi, opinor. Hinc longe malim: cui vix in Cyclada mitti contigit et parva tandem REDIISSE Seripho. *Tandem* i. e. post longum exilium. Mox haereo in vocabulis *post ipsam*, quia non cadit in harum mulierum pravitatem, ut vel adultero longiorem optent vitam, quam sibi ipsis. An, ut se lugeat mortuam superstes?

Sat. VII, vs. 143 sqq.-

ideo conducta Paulus agebat
sardonyche, atque ideo pluris quam *Gallus* agebat,
quam *Basilus*, rara in tenui facundia panno.
146 Quando licet *Basilo* flentem producere matrem?
147 quis bene dicentem *Basilum* ferat?

Non apparet cur poeta praeter Basilum Gallum nominaverit, nisi eum putamus aut vs. 146 scripsisse:

quando licet *Gallo* flentem producere matrem?

aut versu sequenti:

Digitized by Google

quis bene dicentem *Gallum* ferat?

Ibidem vs. 237 sqq.:

exigite ut mores teneros ceu pollice ducat,
ut si quis cera vultum facit, exigite ut sit
et pater IPSIUS coetus, ne turpia ludant,
ne faciant vicibus. sqq.

Intellegerem *ipse*, quod metro excluditur, sed qua vi praeceptor dicatur pater *ipsius* coetus, non exputo. Nam nullis aliis *coetus* (puerorum) h. l. opponitur. Ne multa: verum videtur: *et pater* ISTIUS *coetus*, pronomine adiecto ad significandum contemtum, ut saepe.

Sat. VIII, 87 sqq.

expectata diu tandem provincia cum te
rectorem accipiet, pone irae frena modumque,
pone et avaritiae, miserere inopum sociorum:
ossa vides rerum *vacuis* exucta *medullis*.

Ossa exucta *vacua* sunt, opinor, non medullae, itaque *vacuis* procul dubio labem concepit. Suspicor:

ossa vides rerum, *vae*, *quis* exucta *medulla* [1]).

Interiectio *vae* interdum *dolentis* est, non minantis, ut in notissimo versu Vergiliano:

Mantua, *vae*, miserae nimium vicina Cremonae.

quem versum salse olim Anglorum facetissimus SWIFT citavit, quum noti instrumenti musici fides rumperentur nimia matronae nescio cuius vicinia indutae amiculo, cui *mantille* hodie nomen est.

Sensu vocabuli proprio *medulla* sing. num. non rarum esse vix est quod moneam. Ad formam Dativi *quis* cf. III, 31.

Ibidem 254 sqq.:

plebeiae Deciorum animae, plebeia fuerunt
nomina: pro totis legionibus hi tamen et pro
omnibus auxiliis atque omni pube Latina
sufficiunt dis infernis terraeque parenti:
[pluris enim Decii, quam quae servantur ab illis.]

Non facile adducar, ut credam hunc versum a Iuvenali profectum esse. Absurda vel potius ridicula est conclusio ex

1) Aut, si mavis, *medullast*. Pro *rerum* Heinrichius iniuria *regum* coniecisse videtur.

Digitized by Google

iis quae poeta dixerat, Decios quamvis plebeio genere natos tanta fuisse praestantia, ut dis inferis eorum devotio pro toto exercitu Romano sufficere visa sit. Hoc loco rhetor (Iuvenalis) poenas luit magistello, verba eius ad literam interpretanti.

Sat. X, 25 sqq.:

sed nulla aconita bibuntur
fictilibus; tunc illa time, cum pocula sumes
gemmata et LATO Setinum ardebit in auro.

Mire sane dictum *latum aurum* pro *magnis poculis aureis*! Exemplum certe requiro huius adiectivi prorsus sic usurpati. Valde abblanditur, quod mihi venit in mentem:

et FLAVO Setinum ardebit in auro.

Cf. Verg. Aen. I, 592.

Ibidem 140 sqq.:

tanto maior famae sitis est quam
virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipsam,
praemia si tollas? patriam tamen obruit olim
gloria paucorum et laudis titulique cupido
haesuri saxis cinerum custodibus, ad quae
discutienda valent sterilis mala robora fici.

Hic vellem poeta substitisset, nam post praeclaros versus vehementer me iudice friget, quae additur observatio:

quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulcris.

Sat. XI, 110 sqq.

templorum quoque maiestas praesentior et vox
nocti fere media mediamque audita per urbem,
litore ab Oceani Gallis venientibus et dis
officium vatis peragentibus, *his monuit* nos,
hanc rebus Latico curam praestare solebat
fictilis et nullo violatus Iuppiter auro.

Silent fere de his verbis interpretes, quae tamen non sunt ita facilia ad intellegendum. *Templorum quoque*, ait poeta, *maiestas* (illa aetate erat) *praesentior* (quam hodie). Hucusque nulla est difficultas. Sed quid faciamus reliquis? Utrum dicit: (et praesentior erat) *vox, quae nocte fere media mediamque per urbem audita est;* an *et vox audita* (est) *nocte fere media mediamque per urbem.* Illud si sumimus, iungere paene cogimur: *templorum maiestas et vox*, quod absurdum; hoc

Digitized by Google

quominus faciamus, obstare videtur ellipsis diversorum temporum verbi *esse* (primum *τοῦ erat* deinde *τοῦ est*) in eadem periodo. Tertiam difficultatem offerunt verba *his monuit;* quorum prius male coit cum praegresso *vox audita.* Vide igitur an mutata interpunctione locus sic refingendus sit:

templorum quoque maiestas praesentior, et vox
nocte fere media mediamque audita per urbem,
litore ab Oceani Gallis venientibus et dis
officium vatis peragentibus, *admonuit* nos.
hanc rebus Latiis curam praestare solebat
fictilis et nullus violatus Iuppiter auro.

Ibidem vs. 167 sqq.

vocatur Gaditanarum puellarum in conviviis saltatio
inritamentum veneris languentis et acres
divitis urticae.

Sequuntur haec:

maior tamen ista voluptas
alterius sexus; magis ILLE EXTENDITUR et mox
auribus atque oculis concepta urina movetur.

Sive haec verba sunt ipsius Iuvenalis, sive, quae est Ribbeckii non spernenda sententia, interpolatoris, nemo scribere potuit quae omni sensu carent. Quid enim est, quaeso, *magis ille* (alter sexus) *extenditur?* aut quo sensu urina dici potest *concipi auribus atque oculis?* Quisquis hos versus panxit, scripsisse mihi videtur:

magis ILLA ACCENDITUR et mox,
auribus atque oculis conceptā, urina movetur.

i. e. magis accenditur feminini sexus voluptas, et mox, ubi auribus atque oculis concepta est (sc. voluptas), urina movetur.

Sat. XII, 10 sqq.

si res ampla domi similisque affectibus esset,
pinguior Hispulla traheretur taurus et ipsa
mole piger nec finitima nutritus in herba,
laeta sed ostendens Clitumni pascua *sanguis.*

Recte IAHNIUS in editione Berolinensi (a 1868) ut suspectam obelo notavit vocem *sanguis*, eiusque exemplum secutus est in novissima editione WEIDNERUS. Suspicor:

Clitumni pascua *sancti.*

Digitized by Google

Ut apud Graecos *ἱεροί* et *ἅγνοί*, sic apud Latinos fluvii *sacri* audiunt et *sancti*. Pro diis enim, quod pueri norunt, coluntur. Aen. VIII, 72: *tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto* dixit Vergilius secundum Macrobium Sat. VI. 1, 12 ad exemplum Ennii canentis: *teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto* Cf. Georg. II, 146.

Hinc albi, Clitumne, greges et maxuma taurus
Victima, saepe tuo perfusi *flumine sacro*.

Non ignobilis erat Clitumnus in Umbria fluvius simul et deus, cuius plenum nomen erat *Iupiter Clitumnus*.

Vs. 25—29, qui mira laborant infantia, abesse mallem, nec omissum requirerem vs. 36 *testiculi—inguen*.

Nihil vidi umquam infelicius Weidneri coniectura vs. 32 pro *arboris incertae* legentis *arboris interitu*, quod quam falsum sit apparet ex vs. 54 *illuc reccidit, ut malum ferro summitteret*. Nihilominus eam praetulit aliis, si non veris, certe probabilibus, velut quod Kampfius coniecit: *arboreque incerta*.

Sat. XIII, 49.

nondum *aliquis* sortitus triste profundi
imperium [*aut*] Sicula torvus cum coniuge Pluton.

Triste profundi imperium de solis inferis intellegi posse recte adnotat Weidnerus. Sequitur necessario expungendum esse voculam *aut*. Sed *aliquis* monstrum alere videtur, quod aliis procurandum relinquo.

Vs. 57 sq. rem de qua agitur in praegressis tam inepte exaggerant, ut spurios esse credam.

Sat. XIII, 118 sq.

ut video, nullum discrimen habendum est | effigies inter vestras statuamque Vagelli. — Varias interpretationes vide apud Weidnerum. Ego fere nescio an ad *statuam Vagelli* cogitandum sit: *ad quam non tantum meiere fas est*. Cf. I, 131.

Sat. XIII, 174 sqq.

Nullane peiuri capitis fraudisque nefandae
poena erit? abreptum crede hunc graviore catena
protinus et nostro — quid plus velit ira? — necari
arbitrio: manet illa tamen iactura, nec umquam
depositum tibi sospes erit, sed corpore trunco
invidiosa dabit *minimus* solacia sanguis.

Digitized by Google

Obscurum est, cur dicat poeta »*minimus* sanguis." Ambigo utrum verius sit:

invidiosa dabit *vilis* solacia sanguis.

an propius ad literarum ductus:

invidiosa dabit *minius* (i. e. ruber) solacia sanguis.

Sat. XIV, 15 sqq.

mitem animum et mores modicis erroribus aequos
praecipit atque animas servorum et corpora *nostra*
materia constare *putat* paribusque elementis.
an saevire docet Rutilius, qui gaudet acerbo
plagarum strepitu, et nullam Sirena flagellis
comparat, Antiphates trepidi laris ac Polyphemus,
tunc felix, quotiens aliquis tortore vocato
uritur ardenti duo propter lintea ferro?

Locus sic scriptus sanam interpretationem admittit nullam, laborantibus tam verbis quam interpunctione. Posita autem virgula pro puncto post *elementis*, facile intelliges cohaerere debere: *mitem — aequos* PRAECIPIT *atque — constare — elementis*, AN *saevire* DOCET RUTILIUS, *qui* cett.? Quod si ita est, mendosum esse vocabulum *putat* necesse est; idque, non perspecta reliqua loci ratione, iam intellexit Wakefieldus feliciter corrigens *pari:* quem mirum est non vidisse ita simul necessarium esse *nostris* pro *nostra*. Totus igitur locus sic, nisi me omnia fallunt, constituendus:

mitem animum et mores modicis erroribus aequos
praecipit (filio), atque animas servorum et corpora *nostris*
materia constare *pari* paribusque elementis,
an saevire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
plagarum strepitu et nullam Sirena flagellis
comparat, Antiphates trepidi laris ac Polyphemus,
tunc felix, quotiens aliquis tortore vocato
uritur ardenti duo propter lintea ferro?

Utrum, ait, Rutilus, qui propter levissima peccata servos crudeli supplicio afficere solet, filio suo praecipit mitem animum et mores modicis erroribus aequos, atque servos quoque homines esse non minus quam nos, an docet eum saevire? Erroribus librariorum hunc locum maxime idcirco obnoxium fuisse puto, quod non intellegebant verbi *praecepit* duplicem

Digitized by Google

structuram primum cum Accusativis obiecti, deinde cum Accusativo cum Infinitivo.

Ibidem 23 sq.

quid suadet iuveni laetus stridore catenae,
quem mire adficiunt *inscripta ergastula* carcer?

Scholiasta: inscripta ergastula] quoniam, qui ibi includuntur, inscripti sunt.

Noli tamen putare *inscripta ergastula* Latine dici posse pro *inscriptorum ergastula*, sed explica: *servi inscripti ergastulis inclusi*. Saepe enim per metonymiam *ergastula* ipsa mancipia dicuntur.

Nihilominus additum *carcer* potius suadere videtur, ut *ergastula* sensu proprio accipiamus, quomodo accepit scholiasta. Hoc vero fieri nequit, nisi interpungamus: quem mire adficiunt *inscripta*, *ergastula*, carcer; ut *inscripta* dicantur *inscriptiones* in corporibus servorum.

Rem tamen ancipitis iudicii esse nec permagni momenti facile largior. His scriptis e Weidneri adnotatione disco iam Döderlinum eadem qua ego ratione locum interpunxisse.

Quod opponit Weidnerus *inscriptum* pro *inscriptione* carere exemplo, verum non est. Gellius in *Praefat.* »et quaedam alia *inscripta* nimis lepida, multasque prorsus concinnitates redolentia."

Sat. XIV, 215.

ast cum pectere barbam
coeperit et *longi* mucronem admittere cultri,
falsus erit testis, vendet periuria summa
exigua et Cereris tangens aramque pedemque.

Cur culter, qua barba tondetur, *longus* dicatur mihi prorsus obscurum est, nec quidquam lucis afferunt Scholiastes ceterive interpretes. At scripsit, opinor, Iuvenalis:

ast cum pectere *barbam*
coeperit et *longae* mucronem admittere cultri, cett.

Apparet autem e praegressis cum *pectere barbam coeperit* falli Heinrichium hic de *radendo* non de *tondendo* sermonem esse contendentem et innui caerimoniam illam, qua recens lanugo adolescenti novacula semel metebatur (cl. III, 186), ut postea cresceret et subinde tonderetur. Cui interpretationi

Digitized by Google

insuper obstat usus verbi *coeperit*, unde *admittere* non minus pendet quam *pectere*. Nec tantum *forcipi* in *tondendo* locum esse sed etiam *cultro* probat v. c. locus Ciceronis de off. II, c. 7: *cultrum tonsorium* super iugulum meum posui. Videatur etiam Plinius VII cap. 59: primus omnium *radi* quotidie instituit Africanus sequens: divus Augustus *cultris* semper usus est, i. e. semper barbam *tondebat*. Rectissime igitur Scholiasta: *admittere cultri*] id est, *tondere* barbam.

Sat. XIV, 232 sq.

nemo satis credit tantum delinquere, quantum
permittas; ADEO indulgent sibi latius ipsi.

Vox *adeo*, quantum potui observare, numquam augendi vim prorsus deposuit, ita ut ab hoc loco, cuius haec est sententia, „*quia nemo satis esse credit tantum delinquere quantum ei permittas, plus indulgent sibi ipsi*", aliena esse videatur. Scribere igitur malim:

IDEO indulgent sibi latius ipsi.

Sat. XIV, 265 sq.

an magis oblectant animum iactata petauro
corpora quique solet RECTUM descendere funem.

Adiectivum *rectus* habet sibi opposita nomina *pravus*, *obliquus*, *curvus*, ita ut qua vi funis ambulatorius, nam de funambulis sermo est, *rectus* dicatur, non satis assequar. Nescio an poetae manus sit haece:

quique solet (quive solet?) TENTUM descendere funem.

Sat. XIV pars extrema.

Si nondum implevi gremium, si panditur ultra,
nec Crœsi fortuna umquam nec Persica regna
sufficient animo nec divitiae Narcissi.
[indulsit Caesar cui Claudius omnia, cuius
paruit imperiis uxorem occidere iussus].

Duo ultimi versus, nisi me omnia fallunt, sunt scholium metricum, non ipsius poetae verba. Qui Narcissus significaretur latebat opinor neminem lectorem Romanum, nec, quod maioris etiam est momenti, quicquam hoc loco ad rem facere puto, utrum eo auctore Claudius imperator Messalinam interfecerit necne, quandoquidem, ut apparet e praegressis, hic agitur non de *potentia* hominis, sed de solis eius *divitiis*.

Digitized by Google

Sat. XV, 13 sqq.

attonito cum
tale super cenam facinus narraret Ulixes
Alcineo, bilem aut risum fortasse quibusdam
moverat, ut mendax ARETALOGUS.

Vide ne hic sit aptius TERATOLOGUS, quemadmodum Graeci appellabant *prodigiosa narrantes*.

Ceterum, si qua est Satura indigna Iuvenali, haec est.

II.

AD VERGILIUM.

Nuper mihi venit in manus Vergili editio quam quartam curavit ALBERTUS FORBIGER, doctum sane opus et laboriosum. Relegi post longum temporis spatium divina carmina, quae inde a puero mihi fuerunt in deliciis. Fateor tamen post tot eruditorum curas plurima etiamnum legi eiusmodi ut sana esse persuadere mihi nequeam.

In *Bucolicorum* Ecloga III, ubi maledictis certans Damoetas et Menalcas, Damoetae alterum criminanti his verbis:

Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis,
et quo — sed faciles Nymphae risere — sacello

non potuit, me iudice, Menalcas respondere, ut hodie scribitur:

Tum credo, cum ME arbustum videre Miconis
atque male vitis incidere falce novellas,

sed haud dubie retorsit:

tum credo, cum TE arbustum cett.

Qui de industria Menalcam *me* pro *te* per ironiam dixisse arbitrantur, reputent velim *primo* iusto obscurius ita fieri convicium, quod clarissimum sit necesse est, ut apte respondeatur ad opprobrium, quod verbis valde perspicuis Damoetas iecerat in Menalcam, *secundo* hinc fieri, ut eius dicterii vis prorsus intereat, respondente Damoeta:

aut hic ad veteres fagos cum Daphnidis arcum
fregisti et calamos cett.

tertio non cadere ironiam adeo absconditam in simplicitatem pastoritiam, neque in ceteris Menalcae conviciis non magis

Digitized by Google

quam adversarii simile quidquam reperiri. Eodem vitio olim HERMANNUS liberavit locum, qui est Ecl. X, 44:

nunc insanus amor duri me Martis in armis
tela inter media atque adversos detinet hostis

rescribendo te, frustra vulgatam defendentibus Wagnero, Jahnio, Forbigero, aliis.

Hinc transeo ad AENEIDEM, in quo carmine primum consideremus locum, qui legitur in nobili illa descriptione tempestatis, qua Iuno Aeoli ope delere conatur classem Troianam (I, 113 sqq.)

Unam (navem) quae Lycios fidumque vehebat Orontem
ipsius (Aeneae) ante oculos ingens a vertice pontus
in puppim ferit: excutitur pronusque magister
volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum et rapidus vorat aequore vortex.
Adparent rari nantes in gurgite vasto.
[arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas]

Praeeunte Heynio interpretantur: *conspiciuntur passim nantes* ET *arma cett.* At, ut taceam asyndeton prorsus insolitum, plane incredibile videtur, sequentibus subiectis *arma*, *tabulae*, *gaza*, primum et primarium subiectum sententiae, quod est *viri* (nam *adparent rari nantes*, si Vergilii est versus sequens, paene necessario est praedicatum), a poeta potuisse omitti. Accedit quod post verba illa *in gurgite vasto* non elegantissime, ut mihi quidem videtur, additur *per undas*. His de causis, ut versus genuinus sit, multum vereor. *Troia gaza* ab interpolatore peti potuit ex II, 763, ubi aliquanto aptior his verbis locus est, et *arma virum* saepe legitur in Aeneide.

Non ego primus dubito de sanitate loci, qui sic editur e codicibus vs. 375 sqq.:

Nos Troia antiqua, si vestras *forte* per auris
Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos
forte sua Libycis tempestas adpulit oris.

Corruptela vocabulorum *forte sua* tam manifesta est, ut vix intellegeres defensores tamen nactam esse eam lectionem, nisi idem corruptissimo cuique loco accidere videres. Non inepte Gentius coniecit *orta furens*, sed rectius Peerlkampius intellegens frequenti errore repetitum esse vocabulum *forte* e praegressis, nimio tamen molimine coniecit:

Digitized by Google

diversa per aequora *ventis*
iactatos Lybicis cett.,

qua coniectura mutatur vocabulum omni suspicione vacuum *vectos*, nulla habita ratione originis adiectivi quod est *sua*. Ut paucis absolvam, mihi in archetypo fuisse videtur:

vi subita Libycis tempestas adpulit oris.

Inde errore supra indicato librarium fecisse suspicor:

forte subita Libycis cett.

Supervenit corrector metricus, qui rem praeclare gerere sibi videbatur expunctis tribus literis corrigens:

forte sua Libycis cett.

Ad hanc coniecturam compara vs. 87 sq.:

Eripiunt *subito* nubes coelumque diemque
Teucrorum ex oculis cett.

et de eadem tempestate vs. 534 sq.:

Hic cursus fuit:
Cum *subito* adsurgens fluctu nimbosus Orion
in vada caeca tulit.

Si cum Gentio hoc loco apices literarum anxie spectandos censerem, mutatione unius literulae rescriberem:

diversa per aequora vectos
corte sua Libycis tempestas adpulit oris;

ut imagine admodum poetica *venti* vocarentur *cohors Tempestatis*, quemadmodum Horatius noto loco dicere meministi: *et nova febrium | terris incubuit cohors*.

Vs. 397—398. Ut reduces illi ludunt stridentibus alis
et coetu cinxere polum cantusque dedere

aptos esse h. l. mihi quidem non persuaserunt longae virorum doctorum disputationes. Hoc video illis omissis vs. 399 sq. bene respondere versibus 395 sq., nisi quod vs. 396 suspectum est vocabulum *captas*. Ceterum hos vss. (395 sq.) aliquanto rectius intellexisse mihi videntur Burmannus et antiquiores interpretes quam Weichertius quique e recentioribus eum secuti sunt. Etenim *terram capere* pro *oculis terram capere* Latinum esse non nisi exemplis victus concedam; et hoc praeterea illorum interpretationi obstat, quod sequitur: *aut portum tenet* sqq., non de *conspectu portus*, opinor, sed proprio verborum

Digitized by Google

sensu intellegendum. Avibus autem caelo turbatis ab aquila terra est, quod naufragis portus.

Vs. 553 sqq.: Si datur Italiam sociis et rege recepto
tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus,
sin absumpta salus et, te pater optime Teucrum,
pontus habet Libyae, nec spes iam restat Iuli,
at freta Sicaniae saltem sedesque paratas,
unde huc advecti, regemque petamus Acesten.

Aliquanto, ni fallor, rectius legeretur:

arva at Sicaniae cett.

Voculam *at* saepe metri causa a poetis transponi nemo ignorat.

Locus maxime controversus et iam Gellii (N. A. IX. 14) aetate corruptus legitur I, 632 sqq.:

Nec minus interea sociis ad litora mittit
viginti tauros, magnorum horrentia centum
terga suum, pinguis centum cum matribus agnos,
munera *laetitiamque* dei.

Certum est, et convenit fere inter optimos hodie interpretes ultimis verbis designari *vinum*. Peerlkampius hoc sic a poeta dici potuisse iure negans, eleganter quidem ut solebat, sed nimia mutandi audacia ideoque parum probabiliter coniecit:

muneraque *laticemque Lyaei*

Mihi nondum displicet, quod multis abhinc annis venit in mentem:

mittit
. . . . . .
. . . . . agnos,
munera *laeti additque* dei.

i. e. (traiecta more poetarum copula): additque munera *laeti dei*, i. e. Bacchi, quem infra vs. 734 poeta vocat *laetitiae datorem*. Prorsus similiter olim Hesiodus Opp. 614 dixerat: δῶρα Διωνύσοιο πολυγηθέος, quae ipsa verba Vergilio pangenti vs. 535 obversata esse suspicor.

Locus omnium obscurissimus est qui legitur II, 163 sqq.:

Omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes
fatale adgressi sacrato avellere templo

Digitized by Google

Palladium, caesis summae custidibus arcis,
corripuere sacram effigiem manibusque cruentis
virgineas ausi divae contingere vittas.

Res est notissima. Oraculum erat, Troiam capi non posse, quamdiu Minervae simulacrum moenibus suis contineret; quare necesse erat Graecis rapere Palladium. Rem perficiunt Diomedes et Ulysses, sed ita, ut propter sacrilegium vimque adhibitam Deae voluntatem a Graecis abalienarent.

Ex illo, ita pergit poeta, fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens.
Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
Vix positum castris simulacrum: arsere coruscae
luminibus flammae arrectis salsusque per artus
sudor iit terque ipsa solo — mirabile dictu —
emicuit parmamque furens hastamque trementem.
Extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas,
nec posse Argolicis exscindi Pergama telis,
omina ni repetant Argis, numenque reducant,
quod pelago et curvis secum avexere carinis.

Adnotat Heynius: *Omina ni repetant Argis* ductum videtur ab imperatoribus Romanis, qui ad auspicia repetenda ac renovanda Romam nonnumquam ex castris reverti solebant, si v. c. malum omen inciderat. Itaque similiter (Calchas) statuit, esse Achivis Graeciam repetendam, auspicia ibi instauranda." Res nota est, et facile adsentimur, sed quae addit: *et cum ipso Palladio avecto, ut restituatur in sedem suam, revertendum*, ea explicatio vera esse non potest; nam ut taceam, quod iam aliis vere observatum est, *numen* dici non potuisse *simulacrum*, prorsus non intellegitur, cur Palladium, si reddituri essent Troianis, prius in Graeciam averherent. Neque iam ante avectum esse satis apparet e narratione; nam *vix positum castris simulacrum*, quum dira illa *monstra* conspicerentur; quibus visis, *extemplo — canit — Calchas*. Usus autem sermonis Latini et dictionis ambiguitas prorsus damnant H. Vossii explicationem, ex qua Graeci iubentur voluntatem numinis denuo explorare (*numen reducere*), quam secuti e Graecia profecti sint (*quod—carinis*), ne moneam, ita verba *numen — carinis* post illa *omina ni repetant Argis* nihil

Digitized by Google

novi continere itaque prorsus otiosa esse et languida. Non magis denique possum probare Forbigeri sententiam, statuentis »iuberi Graecos a Calchante Palladium suis manibus pollutum et templo avulsum in sedem suam reducere, tempore quo hoc faciendum sit non accuratius constituto, *numen* autem pro ipso deae simulacro esse positum, quia una cum Palladio etiam ipsa dea discessisse videbatur, cuius numen erat placandum, cuius mens propitia erat revocanda, et versum 179 a Sinone, cuius, spreta eventorum veritate, intersit modo ut fallat Troianos, adiici, ut eorum animos magis exacerbet et ad equum in urbem recipiendum eo certius commoveat." Contra quem iterum moneo: *numen* pro simulacro poni potuisse a poeta omnem superare fidem; deinde non potuisse Calchantem suadere Graecis, ut ipsum Palladium Troianis redderent, neque Sinonem cum ulla probabilitatis specie illud fingere, quia in fatis esse sciebant Troiam, nisi Palladio carentem, capi non posse. Quorsum vero haec omnia? Ut unicam me iudice viam, qua universi loci difficultatem expedire liceat, ostendam: nempe vocabula *numenque reducant* significare, quod unum per linguae rationem et loci contextum significare possunt, *deamque reducant*, non reddito *Palladio*, sed dato eius vice *equo ligneo*, ut ipse poëta disertis verbis ait vs. 183 sqq: Hanc *pro Palladio* moniti, pro *numine laeso* effigiem statuere, nefas quae triste piaret. Ea *periuri* est *ars Sinonis*, ut persuadeat Troianis *equo illi* deae inesse *numen*, haud secus quam in *Palladio*, quare sic pergit:

Hanc tamen inmensam Calchas attollere molem
roboribus textis caeloque educere iussit,
ne recipi portis aut duci in moenia posset,
neu populum antiqua sub religione tueri.

Quae si vera est mea interpretatio verborum *numenque reducant*, necesse est versum sequentem:

quod pelago et curvis secum avexere carinis

non esse Vergilii, sed nescio cuius interpolatoris, substantivum *numen* perperam intellegentis et propter illud *reducant* male somniantis de Palladio avecto in Graeciam. Nihil autem lucramur Peerlkampii coniectura:

quod pelago turpi secum avexere rapina.

Digitized by Google

Curvis carinis interpolator petere potuit e Georg. I, 360.

His scriptis demum video versum a me notatum iam suspectum fuisse Dietschio in Theolog. Vergil. p. 7, qui recte *numen* eadem qua ego ratione intellegit, sed cuius explicationi *reducant* pro in *gratiam reducant*, vetante lingua, omnem fidem denego.

II, 342 sqq:

— Coroebus
Mygdonides. Illis *ad* Troiam forte diebus
venerat insano Cassandrae incensus amore.
et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,
infelix, qui non sponsae praecepta furentis
audierit!

Ad Troiam venire Latine dicuntur qui non intrant moenia, v. c. Graeci, qui veniunt ad urbem oppugnandam, sed num recte praepositio habeat de Coroebo auxilium Priamo ferenti itaque intromisso in urbem, id vehementer dubito. Codd. Macrobii vs. 341—344 afferentis Sat. V. 5. 7. habent:

Illis *qui ad* Troiam forte diebus.

Inde forsitan possis:

Illis *qui* Troiam forte diebus.

Quia tamen optimi libri Vergiliani conspirant in lectione *illis ad Troiam*, nescio an probabilius correxeris:

Illis *ah!* Troiam forte diebus
Venerat cett.

II, 391 sqq.:

sic fatus deinde comantem
Androgei galeam clipeique insigne decorum
induitur laterique Argivom accommodat ensem.
Hoc Rhipeus, *hoc ipse Dymas* omnisque iuventus
laeta facit; spoliis se quisque recentibus armat.

»*ipse Dymas* (verba sunt Forbigeri); cui igitur a poeta maior quam ceteris dignitas tribui videtur." Fidem haberem, si aliquam causam comminisci possem, quae poetam movere potuerit ad hoc faciendum. Sed e Vergilii mente haud dubie horum iuvenum princeps est Coroebus, nec duobus reliquis ubi nomen eius reperitur locis (vs. 340 et 428) Dymanti maior quam ceteris dignitas tribuitur. Immo *Epytus* vs. 340 *maximus ar-*

Digitized by Google

mis dictus videtur ei praeferri, haud secus quam *Rhipeus* et *Panthus* vs. 426 sqq. Haec igitur me causa impulit, ut coniicerem:

Hoc Rhipeus *Hypanisque Dymasque* omnisque iuventus
laeta facit; sqq.

Cf. 339 sqq.:

Addunt se socios Rhipeus et maxumus armis
Epytus, oblati per lunam, *Hypanisque Dymasque*,
et lateri adglomerant nostro cett.

et 428: — pereunt *Hypanisque Dymasque*.

II, 420.

Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram
fudimus *insidiis* totaque agitavimus urbe,
apparent; *primi* clipeos mentitaque tela
adgnoscunt atque ora sono discordia signant.

Forbiger tametsi iure explodit infelicem Ribbeckii coniecturam *primi* in *Priami* mutantis, non tamen expedivit usum adiectivi *primi* (in quo iure haesit Ribbeckius) adnotando: »Hi per totam urbem agitati, qui *primi* adgnoscunt mentita tela, opponuntur v. 413 sqq. commemoratis." Nam ex universa loci compositione hoc, opinor, apparet poetam dicere: *Illi etiam quos antea obscura nocte fudimus insidiis* (i. e. armorum illorum mutatione, quae narrata est 391 sqq.) *totaque agitavimus urbe* (cf. 398 sqq.), *redeunt*. NUNC PRIMUM *clipeos mentitaque tela* (quae ante fefellerant) *adgnoscunt* cett. Iam videndum, utrum scribere sufficiat:

apparent; *primum* clipeos mentitaque tela
adgnoscunt cett.

an maiore molimine opus sit, v. c.:

parent; nunc primum clipeos cett.

II, vs. 438 sqq.

Hic vero (ad Priami aedis) ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
sic Martem indomitum Danaosque ad tecta ruentis
cernimus obsessumque acta testudine limen.
Haerent parietibus scalae POSTESque sub ipsos
nituntur gradibus clipeosque ad tela sinistris
protecti obiciunt, prensant fastigia dextris.

Digitized by Google

Dardanidae contra turris ac tecta domorum
Culmina convellunt; his se, quando ultima cernunt,
extrema iam in morte parant defendere telis.

Alii limen obsident, alii scalis scandunt in tectum, clipeos obiicientes ad tela, quae defensorum pars in tecto collocata in aggredientes Graecos ingerit. Nulla inest loco difficultas nisi in verbo *postes sub ipsos*. Cadit enim in oculos non facile alieniore loco tectum scandi potuise, quam *postes sub ipsos*, i. e. si fides interpretibus, *Graecis ab ima parte ianuae eniti incipientibus*; quandoquidem eodem tempore *limen*, i. e. fores aedium, obsidebatur. Cur quaeso istae turbae, quas evitare tam facile potuerant oppugnatores? Accedit vocabula *postes sub ipsos* ne significare quidem quod significare videntur! Ne plura: verum videtur:

Haerent parietibus scalae HOSTEMSque sub ipsos

qua lectione simul explicantur sequentia: *clipeos — obiiciunt*. Hiatus post caesuram hephthemimerin neminem Vergili lectorem morabitur.

II, 517 sqq. Cf. Eurip. Heracl. 680—747.

II, 570: erranti passimque *oculos per cuncta ferenti*.

Cf. Eurip. Phoen. 265 sq.:

ὅμμα πανταχῇ διοιστέον
κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ.

Recte hunc locum contra Peerlkampi argutias defendit Forbiger.

Negat Anchises vs. 638 sqq. se cum filio profecturum in exilium.

Me si caelicolae voluissent ducere vitam
has mihi servassent sedes. Satis una superque
vidimus excidia et captae superavimus urbi.
Sic o, sic positum adfati discedite corpus.
Ipse MANU mortem inveniam; miserebitur hostis
exuviasque petet.

MANU triplicem admittit interpretationem: 1) manu hostium, 2) manu mea, 3) mea fortitudine. Hoc vero, mi bone Vergili, est ludificari lectores tuos, incertos quo se vertant. An forte tu culpa vacas, sed ludibrio fuisti librariis describentibus *manu*, quum tu dedisses:

Ipse MANENS mortem inveniam celi?

Libro III, ubi Andromache Aeneae sua post Troiam eversam

Digitized by Google

fata enarrat, exposita Neoptolemi nece, vs. 333 sic pergit:

Morte Neoptolemi regnorum REDDITA cessit
pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos
Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit

Res est notissima Latine verbum *reddere* ut Graece *ἀποδιδόναι* semper et ubique dici de eo, quod debetur, neque igitur huic loco satis aptum est. Merae enim argutiae sunt quod contendit Forbigerus »Helenum, ipsum regis filium, iure quodam suo expectare, ut sibi, *qui tam diu in servitute fuisset* (sic!) domino e medio sublato, pars certe eius regni obtingeret." Ipsa enim illa conditio servilis, opinor, Helenum quominus eiusmodi quid exspectaret prohibere debebat. Vulgatam lectionem, licet Servio iam cognitam, ferri non posse qui intellexit Peerlkampius minus probabiliter me iudice coniecit: TERTIA *cessit pars*. Ego suspicor:

Morte Neoptolemi regnorum TRADITA cessit
pars Heleno cett.

Libro IVto, posteaquam Mercurius Aeneae pertulit Iovis mandata, ut relicta Didone petat Italiam, idque agitare Aeneam miserae pervenit reginae ad aures:

Saevit inops animi totamque incensa per urbem
bacchatur, quali commotis excita sacris
Thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho
orgia nocturnusque VOCAT clamore Cithaeron.

Tametsi concedo explicari aliquatenus posse h. l. *vocat*, i. e. invitat reliquarum Baccharum clamore, tamen haud paullo elegantius poetam scripturum fuisse contendo aut:

nocturnusque SONAT clamore Cithaeron,

ut scripsit Ovidius Metam. III, 702:

ubi electus ad sacra facienda Cithaeron
cantibus et clara Bacchantum voce SONABAT.

Cf. Liv. XXIX, 17 § 16; Curtius VI, 33 § 31, aut:

nocturnusque BOVAT *clamore Cithaeron*,

ut dixit Ennius ap. Varronem l. l. VII, 104: *clamore* BOVANTES, Plautus Amphitr. I, 1, 77: BOAT *caelum fremitu virum*, Ovidius art. am. III, 149 »*Redde meum*" *toto voce* BOANTE *foro*.

Locus e Georg. III, 43 comparandi causa adscriptus in margine huic nostro exitiosus esse potuit.

Digitized by Google

Vss. 550 sq. Dido prorsus ridicule ad sororem:

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere MORE FERAE, TALIS NEC tangere curas!

Virorum doctorum coniecturis accedat haec mea:

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
degere, MORTIFERAS NEC TALIS tangere curas!

quam orationem nemo aptissimam esse negabit, posteaquam modo vs. 547 his atrocibus verbis se ipsam compellaverat:

Quin, MORERE, *ut merita es, ferroque averte dolorem.*

Vocabulo usus est noster VI, 279.

Lib. V, vss. 822 sqq.:

Tum variae comitum facies, inmania cete,
et SENIOR Glauci chorus Inousque Palaemon
Tritonesque citi Phorcique exercitus omnis;
LAEVA TENENT Thetis et Melite Panopaeaque virgo
Nesaee Spioque Thaliaque Cymodoceque.

Recte Ribbeckius Proleg. p. 80: »Nec potest integra haberi sententia 822—824 versuum: deest et verbum, quod e vicinis suppleri nequit et *dextri lateris* significatio, cui *laeva manus* a muliebri choro occupata opponitur vs. 825." Verbum quod deest repperisse videri potest aut Bothius qui pro COMITUM COMITANT, aut Peerlkampius, qui pro SENIOR SEQUITUR coniecerit. Alteri vero incommodo nescio an subveniri possit scribendo:

LAETAE NANT Thetis et Melite sqq.

scil. *gaudentes maris tranquillitate ac tempestate serena.*

VI, 442 sqq.

Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
secreti celant calles et myrtea circum
silva tegit; curae non ipsa in morte relinquunt.
His Phaedram Procrinque locis maestamque Eriphylen
crudelis nati monstrantem vulnera cernit
Euadnenque et Pasiphaen; his Laodamia
it comes [et iuvenis quondam, nunc femina, Caeneus
rursus in veterem fato revoluta figuram].

Quid Caeneus sibi velit inter mulieres infelici amore perditas, Forbigero *minus clarum*, mihi *prorsus obscurum* est, et vel hanc unam rationem sufficere arbitror, ut verba inclusa ad versum imperfectum supplendum ab interpolatore addita

Digitized by Google

esse credamus. Sed confirmat hanc crisin minus bona Latinitas, siquidem, ut perspexit Wagnerus quamvis nihil huiusmodi suspicatus, prava est oppositio inter *iuvenis*, quae vox alterum sexum non excludat, et *femina;* ut taceam male coïre *Caeneus* et *revoluta*, quae res Heynium coegit, ut *Caenis* pro illo nomine substitueret, probantibus multis.

Vss. 745 sqq.:

— donec longa dies perfecto tempori orbe
concretam exemit labem purumque reliquit
aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
Has omnis ubi mille rotam volvere per annos,
Lethaeum ad fluuium deus evocat agmine magno,
Scilicet immemores supera ut convexa revisant
rursus et incipiant in corpora velle reverti.

Servius: »*rotam volvere per annos*: exegerunt statutum tempus per annorum volubilitatem. Est autem sermo Ennii." Hanc interpretationem fere sequuntur viri docti praeter Peerlkampium, qui iure haerens in permira locutione parum feliciter coniecit: *aevum volvere.* Nam *rotam* depravatum non esse extra omnem dubitationem positum esse arbitror; sed *animae*, si unam Ixionis umbram exceperis, *rotam volvere* dici non possunt. Optime contra *rotam volvere* dicuntur sol, luna ceteraque corpora celestia, et eiusmodi quid latere suspicor sub voce *omnis*, quae sola potest iacere in mendo. Ipsa tamen emendatio aliis fortasse melius cedet quam mihi; nam in eo, quod tentavi:

Has, *soles* ubi mille rotam volvere per annos cett.

displicet usus numeri Pluralis, neque ab omni parte satisfacit:

Has *tum*, *signa* ubi mille rotam volvere per annos.

Quare rem acutioribus permittere malo, non dubitans tamen quin veram corrigendi viam ostenderim. Interim cf. Ennius ap. Isidor. Orig. 18, 36· *inde patefecit radiis rota candida caelum* Senec. H. Oet. 1022: *testor nitentis flammeam Phoebi rotam*, Tibull. I, 10, 62: *Dum rota Luciferi provocet orta diem.*

VII, 146 sqq.

certatim instaurant epulas.

Obscurum est, quo pacto hoc fieri potuerit post ea quae supra narrata sunt vs. 112 sqq.:

Digitized by Google

consumtis hic forte aliis ut vertere morsus
exiguam in Cererem penuria adegit edendi
et violare manu malisque audacibus orbem
fatalis crusti patulis nec parcere quadris.

Unde quaeso in tanta *edendi penuria* epulas instaurandi copia? An *epulae* Latine dici potest mera compotatio? Vix puto et, si potest, parum apte usurpatum est verbum *instaurant*; siquidem tum demum, peracta coena, potare incipiunt. Sequuntur enim haec:

atque omine magno
crateras laeti statuunt et vina coronant.

Has mihi nebulas aliquis dissipato, ne cogar utrumque versum (146 sq.) abiudicare Vergilio.

III.

Ad Horatium.

Ultima strophe carminis XXXII primi libri sic editur e codicibus:

O decus Phoebi et dapibus supremi
Grata testudo Iovis, o laborum
dulce lenimen, mihi *cumque* salve
rite vocanti.

Cumque corruptum esse non potest dubitari. Bentlei et Peerlkampi coniecturae, *cuique* et *tuque*, eiusmodi sunt, ut ne ipsis quidem auctoribus placere potuerint. Spero fore, ut aliis placeat quantum mihi haece lectio:

mihi *tu usque* salve
rite vocanti.

Usque pro *semper* saepius legitur apud Horatium, v. c. Carm. I, 17, 4.

Neminem, quod sciam, haesisse miror in ultima parte carminis VIti libri III:

Non his iuventus orta parentibus
infecit aequor sanguine Punico,
Pyrrhumque et ingentem cecidit
Antiochum Hannibalemque dirum;

Digitized by Google

Sed rusticorum mascula militum
proles, Sabellis docta ligonibus
versare glebas et severae
matris ad arbitrium recisos
Portare fustis; sol ubi montium
mutaret umbras et iuga demeret
bobus fatigatis, amicum
tempus agens abeunte curru.

Parum enim apte positum videtur verbum *mutare*, siquidem excepto ipso meridie, quando nullae sunt umbrae, sol umbras *mutat* per totum diem. Ubi vero ut h. l. tempus vespertinum significandum est, quando, ut Vergilii verbis utar (Eclog. I, 84) *maiores cadunt altis de montibus umbrae*, longe aptius est me iudice *augendi* verbum, ut dixit quoque Vergilius (citatus ad h. l. ab Acrone) in Bucol. Ecl. II, 66: *et sol* CRESCENTES *decedens* DUPLICAT *umbras*. Nec facile, si *mutaret* genuinum esset, tam mirus verbi usus veteres interpretes fefellisset. Quare suscio an (cl. Paul. Diac. p. 67, 2) Horatio reddendum sit:

sol ubi montium
duplaret umbras.

Diversi generis est quod repperisse mihi videor in Satura I libri II legens verba haece (62 sqq.):

Quid? cum est Lucilius ausus
primus in hunc operis componere carmina morem,
detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora
cederet, introrsum turpis.

Contendit olim Heinsius, dissentiente Bentleio sed suffragante nuper Peerlkampio, Horatium scripsisse *per ora incederet*. Heinsium ad coniecturam adduxit, opinor, constans Horatii eiusque aequalium scribendi mos; Peerlkampius eo processit, ut *cedere* pro *incedere* vel Plautum dicere potuisse negaret, et vocabulum saepius lectum apud illum ubique librariorum errori tribueret. Quod si ita esset, permirum sane foret apud solum fere Plautum apparere hanc confusionem eamque ita frequentem. Casu factum, opinor, ut singulis locis Plautinis mutationibus satis lenibus alterum verbum pro altero substitui possit. Et scire velim quid fiat Lucretii loco V, 842 sq.:

Digitized by Google

nec facere ut possent quicquam nec *cedere quoquam* ubi tamen *cedere* est *incedere*, *ire*, *χωρεῖν*.

Statuendum est potius *cedere* hoc sensu poni apud solos antiquiores; unde sequeretur Heinsium iure mutasse locum Horatianum, nisi alia res vetaret. Nempe gravis me tenet suspicio haec ipsa verba aut saltem partem eorum: *detrahere et* PELLEM, NITIDUS *qua quisque per ora cederet* INTRORSUM TURPIS Horatium mutuatum esse a Lucilio, de quo haec dicuntur. Nam aliunde ea petita esse apparet fere ex huius loci similitudine cum altero, qui legitur Epist. I, 16, 45 quemque miror a recentioribus interpretibus omnia etiam alienissima congerentibus non afferri. Laudaverat autem, ut nunc video, iam Lambinus sic habentem:

sed videt hunc omnis domus et vicinia tota,
INTRORSUS TURPEM speciosum PELLE decora.

Nisi fallor, olim Lucilius in Satiris hoc his fere verbis de sese praedicaverat, se simulatam quorundam hominum virtutem invadere, et quales revera essent ostendere populo. Quae coniectura si vera est, intellegitur non de nihilo esse, quod appareat hoc loco forma archaica. Ad ipsam locutionem quod attinet, Lambinus olim contulit Platonis locum de Rep. II, p. 365 c: *οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν — καὶ ἀληθειαν βιᾶται καὶ κύριόν ἐςιν εὐδαιμονίας, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον ὅλως, πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἑμαυτὸν σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν, κερδαλέαν καὶ ποικίλην*, eumque recentiores, ut videtur, secuti sunt interpretes. At fabula illa Archilochica de *aquila* et *vulpe* deque *vulpe* et *simia* (Cf. Bergk. Lyr. ed. III p. 706 sq.) quomodo *interna illa turpitudo pellisque decora* illustretur prorsus non intellego. Ego potius de Cumano asino cogitaverim, de quo vide quae scribit LUCIANUS in *Piscatore* cap. 32: *Τοιαῦτα καὶ ὑμᾶς πάσχοντας ὑπ' ἐκείνων* (scil. a falsis illis philosophis et aretalogis, qui Curios simulant et Bacchanalia vivunt) *ὁρῶν οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες ἐτόλμησαν ἡρώων* (sc. germanorum philosophorum, ut Platonis, Aristotelis horumque similium) *προσωπεῖα περιθέσθαι ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον* (turpem bestiam) *μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν* (quae est pellis sane decora!) *περιβαλόμενος ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι*

Digitized by Google

πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους (stupore famosos ut Abderitas) ὀγκώμενος μάλα τραχὺ καὶ καταπληκτικόν, ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν καὶ ὄνον πολλάκις ἤλεγξε παίων τοῖς ξύλοις. Cf. Pseudolog. c. 3. Hic demum singula optime conveniunt. Isti qui etiam leviora peccata *verbis Herculis invadunt* et *de virtute loculi clunem agitant*, turpes introrsum asini sed speciosa pelle leonina decori, simpliciores quidem hebetioresque homines facile decipiunt, sed viros acutiores narisque emunctae, qualis Lucilius est et Horatius, nequeunt fallere: hi et asinos norunt et leones, atque illos facile detectos fustibus dolant, i. e. satiris suis exagitant et traducunt.

Sat. II, II, 123.

Post hoc ludus erat *culpa* potare *magistra*.

Inter coniecturas in hunc locum prolatas (nam vulgatam frustra defendi planissime assentior Peerlkampio) mihi quidem longe maxime arridet Kirchneriana *pulso — magistro*, nisi quod hoc gravi laborat incommodo, quod ita Ofella dicitur prius de more in conviviis suis constituisse bibendi magistrum deinde vero abrogasse, quae sane neque Horatii neque Kirchneri mens fuit, cui unice convenit:

post hoc ludus erat *nullo* potare *magistro*,

ut fieri solebat in villa ipsius Horatii, ubi

prout cuique libido est
siccabat inaequales calices conviva solutus
legibus insanis cett.

quem locum iam attulit Bentleius *paene* recte (nam ineptum est genus femininum) coniiciens: *nulla — magistra*, antequam mutationis lenitas eum induceret, ut neglecto sanae mentis consilio, ingeniosiorem fortasse sed minime probabilem coniecturam promeret: *copa — magistra*, contra quam vide quae verissime disputat Peerlkampius, qui tamen ipse haud sane meliora excogitavit.

IV.

Ad Propertium.

Lubet iam tentare paucos quosdam locos librariorum culpa

Digitized by Google

impeditos ex principe (nam calculum meum adiicio iis qui sic iudicarunt et iudicant) elegiacorum Latinorum, Propertium dico, cuius novissimam editionem (Catullum quoque et Tibullum continentem) apud Teubnerum curavit Lucianus Muellerus. Incipiam ab elegia decima tertia libri primi; ubi primos canens amici sui Galli amores vs. 15 sqq. poeta sic pergit:

Vidi ego te toto vinctum languescere collo
Et furere iniectis, Galle, diu manibus,
et cupere optatis animam deponere labris
et quae deinde meus celat, amice, pudor.
19 *Non ego* COMPLEXUS *potui* DIDUCERE VESTROS:
tantus erat demens inter utrosque furor.

Vs. 19 scripturam suspectam habeo duabus praesertim de causis, quarum gravior haec est, quod poeta, qui impense gaudeat amici sui amoribus, ne cogitare quidem potuit de *complexibus amantium divellendis*, paullo levior nec tamen levissima haec, quod verba ipsa prorsus immundum sonant, quasi de duobus canibus venere iunctis per vim separandis sermo sit, idque postea quam poeta versu praegresso verecunde dixit:

et quae deinde *meus* celat, amice, *pudor*

Quid ipse Propertius olim scripserit, probabili coniectura reperisse mihi videor collato loco simillimo, qui est in eiusdem libris elegia decima, ubi vs. 9 sq. de eadem re hisce verbis utitur:

non tamen a vestro potui secedere lusu:
tantus in alternis vocibus ardor erat.

Similiter, sed variata, ut bonum poetam decebat, oratione, loco quem tractamus Propertius, ut suspicor, cecinerat:

non ego COMPLEXU *potui* SECEDERE VESTRO:
tantus erat demens inter utrosque furor.

nudo Ablativo, ut saepe poetae, usus quemadmodum in hoc ipso verbo fecit Ovidius Metamorph. III, 468, ubi exclamat Narcissus:

O utinam *nostro secedere corpore* possem!

Frustra vulgatam lectionem defendas elegantissimis versibus *Pauli Silentiarii* in Anthol. Palat v. 255, 15. Ῥεῖά τις ἡμερίδος στελέχη δύο σύμπλοκα λύσει, στρεπτὰ, πολυχρονίῳ πλέγματι συμφυέα,

Digitized by Google

ἢ κείνους φιλεόντας, ὑπ' ἀντιπόροισί τ' ἀγοςοῖς ὑγρὰ περιπλέγδην ἄψεα δησαμένους.

Libri II eleg. VI. vs. 27 sqq.:

Quae manus obscaenas depinxit prima tabellas
et posuit casta turpia visa domo.
illa puellarum ingenuos corrupit ocellos
nequitiaeque suae noluit esse rudes.
Ah gemat, in terris ista qui protulit arte
IURGIA sub TACITA condita laetitia.

Quid sibi velint *iurgia* non magis exputo quam quid *tacita* laetitia. Quod ad illud vocabulum attinet, leniter sane Ruhnkenius coniecit *orgia*, quod tamen placet mediocriter, quia *orgia* non sunt necessario obscoena. Alterum autem an cuiquam offensioni fuerit ignoro. — Mihi admodum placeret:

Ah gemat, in terris ista qui protulit arte
TURPIA sub PLACIDA condita laetitia.

Libr. III el. VI. 1 sqq.:

Non ita Dardanio gavisus Atrida triumphost,
cum caderent magnae Laomedontis opes,
nec sic errore exacto laetatus Ulixes,
cum tetigit carae littora Dulichiae,
nec sic Electra, salvam cum aspexit Orestem
cuius falsa tenens fleverat ossa soror,
nec *sic incolumem* Minois Thesea VIDIT,
Daedalium lino cum duce rexit iter,
quanta ego praeterita collegi gaudia nocte: cett.

Mirum est praeteriisse editores versum septimum ut hodie scribitur sensu cassum esse: *nec Minois sic vidit Thesea incolumen — quanta gaudia ego collegi nocte praeterita.* Dubium autem esse nequit vocalam *sic* eodem modo positam esse, quo legitur vs. quinto; itaque ad *nec sic* mente supplendum esse *gavisa est.* Durum foret, quod metrum sinit, corrigere:

nec sic *cum* incolumem Minois Thesea vidit

cum ob impeditiorem horum verborum structuram tum ob usum eiusdem coniunctionis in versu sequenti. Unum restat, ut corrigamus:

Nec sic (sc. gavisa est) incolumem Minois Thesea VIDENS,
Daedalium lino cum duce rexit iter.

Digitized by Google

Libri III eleg. XV, 35 sqq.

Aspice, uti caelo modo sol modo luna ministret,
sic etiam nobis una puella parumst.
Altera me cupidis teneat faveatque lacertis,
altera si quando non sinit esse locum,
aut si forte irata *meo* sit facta *ministro*,
ut sciat esse aliam, quae velit esse mea.

Locum conclamatum et frustra hucusque tentatum facili ac evidenti coniectura restituam in integrum scribendo:

altera si quando non sinit esse locum.
Aut si forte irata *mihi* sit, facta ministro,
ut sciat esse aliam, quae velit esse mea.

Librarios non intellegentes *facta* esse Acc. Pl. substantivi quod est *factum*, et *ministro* esse verbum, sed illud habentes pro participio fem. gen. hoc pro dativo substantivi pendente ex *irata*, ultro *mihi* in *meo* mutasse, ut cum *ministro* iungi posset, nihil est quod miremur.

Aut etiam, ait, si forte puella mihi irata est (prae zelotypia puta), *facta* ei *ministro*, i. e. pro vanis suspicionibus praebeo ei facta, ut sciat esse aliam quae mea esse velit.

IV el. 4. vs. 19 sqq.:

Me iuvat in prima coluisse Helicona iuventa
Musarumque choris implicuisse manus:
Me iuvat et multo mentem VINCIRE Lyaeo
Et caput in verna semper habere rosa.

Ut taceam verbum *vincire* pugnare cum significatione quam veteres tribuunt nomini *Lyaeo*, neminem hominem paullo elegantiorem iuvare potest mentem vino *vincire* itaque *impedire*. Vino indulgent poetae ut Bacchico furore pleni mente cernant quae vulgo mortalibus negata sunt. Vino enim hodie creditur et olim credebatur exacui ingenii vis.

ἀλλ' ἐξένεγκέ μοι ταχέως οἶνου χόα,
τὸν νοῦν ἵν' ἄρδω καὶ λέγω τι δεξιόν.

ait Demosthenes apud comicum in Equitibus. Non nego vino sumto immoderatius impediri mentem, sed neminem id hercle iuvat nisi forte hominem perditum ac desperatum, qui ita miserae qua laboret conditionis aliquantisper cupiat oblivisci.

Digitized by Google

Cogitanti versus illos Graecos non inepta videbitur suspicio scripsisse Propertium:

me iuvat et multo mentem UMECTARE Lyaeo.

Malim tamen propius ad literarum ductus corrigere:

me iuvat et multo mentem FULCIRE Lyaeo.

ut *fulcire* et *suffulcire* corpus *cibus* dicitur a Lucretio II, 1146 et IV, 865. Similiter vino mentem *fulcire* optime dicas.

H. VAN HERWERDEN.

Scribebam mense Martio.

EMENDATUR HERODOTUS VII, 168, 3.

Dicuntur Corcyraei περὶ ΠΤΛΟΝ καὶ Ταίναρον γῆς τῆς Λακεδαιμονίων ἀνοκωχεύειν τὰς νέας. At credibile non est, Corcyraeos tanto intervallo naves suas seiunxisse, vel quia sic omni specie carebat eorum praetextus affirmantium se ὑπὸ ἐτησιέων ἀνέμων ὑπερβαλέειν Μαλέην οὐκ οἵους τε γενέσθαι. Vide § 5. Nam si parti navium ad Taenarum usque per ventos licuit pervenire, cur in medio cursu substiterunt reliquae? Praeterea, si tanta esset locorum memoratorum distantia, repetitam expectasses praepositionem περί. Erat autem in ipsa Laconica haud ita procul a Taenaro urbs nobilis maritima Οἴτυλος, memorata iam ab Homero Il. B, 485, quae teste Strabone VIII, p. 360 etiam Τύλος dicebatur. Vide igitur ne historiae pater scripserit: περὶ ΤΤΛΟΝ καὶ Ταίναρον γῆς τῆς Λακεδαιμονίων κτέ.

H. v. H.

SCHOLIASTA PLATONIS EMENDATUS.

Scholiasta ad Platonis *Remp.* pag. 498 A. scripsit: Ἡράκλειτος Βαθέωνος Ἐφέσιος, et sic diserte in Parisino A scriptum esse vidi. Triplex in uno vocabulo mendum est. In ΒΑΘΕΩΝΟC latet verum nomen ΒΛΟCΩΝΟC, Ἡράκλειτος Βλόσωνος Ἐφέσιος.

C. G. C.

Digitized by Google

LAGUNA IN FRAGMENTO EURIPIDEO EXPLETA.

Legimus in Bekkeri Anecdotis Graecis, vol. I pag. 93. 31.

Ἐξαίρειν· ἀντὶ τοῦ ἀπαίρειν. Εὐριπίδης δὲ Ῥαδαμάνθυι·

οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς .... ἐξαιρήσεται.

ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσεται.

Glossae initium ita corrigendum est:

Ἐξαιρεῖν ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεῖν. Deinde lacunae in loco Euripideo explendae copiam praebet locus fere similis eiusdem poëtae, Med. 793.

οὔτις ἔστιν ὅστις ἐξαιρήσεται.

Scripsit igitur Euripides:

οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ὅστις ἐξαιρήσεται.

W. F. A. VAN DAM.

ERROR IN LOCO GALENI.

Galenus περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν Tom. IV. p. 788 Kühn. ex Platone haec affert: ὅπου γὰρ ἂν — χολώδεις χυμοὶ — ἔξω μὲν μὴ λάβωσιν ἀναπνοὴν ἐντὸς δε ΕΛΚόμενοι τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀτμίδα τὸ τῆς ψυχῆς διαθέσει σΦόδρα συμμίξαντες ἀνακερασθῶσιν, vera lectio est ἰλλόμενοι pro ἑλκόμενοι et ἀτμίδα τῇ τῆς ψυχῇC ΦΟΡΑΙ συμμίξαντες. Vitio natum est σΦόδρα pro Φορᾷ, deinde de nihilo διαθέσει fictum est. Locus est in *Timaeo* pag. 86 E.

C. G. C.

CONFUSIO INTER Κύριε ET εἴκοσι πέντε.

Apud Athenaeum pag. 199 A. Musurus edidit: ἐξῆς ἐΦέρετο τετράκυκλος μῆκος πηχῶν κύριε, quum dare deberet: μῆκος πηχῶν εἴκοσι πέντε. Nempe Κϵ significat utrumque, et κύριε et εἴκοσι πέντε.

C. G. C.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA

SCRIPSERUNT

C. G. COBET, C. M. FRANCKEN, H. VAN HERWERDEN,
S. A. NABER, W. G. PLUYGERS, ALII.

COLLEGERUNT

C. G. COBET, H. W. VAN DER MEY.

NOVA SERIES.
VOLUMEN SECUNDUM.

LUGDUNI-BATAVORUM,
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
RICHTER & HARRASSOWITZ.
1874.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
De Themistii adulatione. Scripsit C. G. Cobet.	1— 7.
Dittographia in loco Galeni.	7.
Numenii locus correctus.	7.
Thucydidea. Scripsit C. Badham.	8— 27.
Juliani locus correctus.	27.
Ad Philodemi librum X περὶ κακιῶν et Theophrasti Χαρακτῆρας ἠθικούς. Scripsit C. G. Cobet.	28— 72.
Polybiana. Scripsit H. van Herwerden.	73— 79.
Euripidis locus emendatus.	79.
Lectiones quaedam in Ciceronis oratione pro C. Rabirio Postumo. Scripsit B. ten Brink.	80— 88.
Scholia Platonis a Christiano scripta.	88.
Ad Stobaei Florilegium. Scripsit C. G. Cobet.	89—112.
Ad Platonis Gorgiam. Scripsit C. G. Cobet.	113—161.
πλέθρον quid sit et ὀργυιά.	162.
Galeni locus correctus.	162.
Hesychii glossa Comica emendata.	162.
Homerica. Scripsit C. G. Cobet.	
Cap. I. ἀπρεπῆ apud Homerum pravo Alexandrinorum iudicio	163.
II. ἴδνα — μείλια — δῶρα.	177.
III. νῶϊ et σφῶϊ.	188.
IV. δίγαμμα.	201.
V. ἀντερύειν.	204.
VI. ἔνναδεν.	205.
VII. δενήν — δετῖσαι — δετός — δέδετια.	205.
VIII. κέλλομαι — ἐκάλην — κεκελμένοι.	208.
IX. κελισσόμεν.	213.
X. καμέτην. — λαβέτην — ἠθελέτην.	217.
XI. ἀφίει — ἐτίθει — ἐδίδου.	219.
Symmachi locus correctus.	222.
Parentalia. Scripsit S. A. Naber.	223—240.
Platonica. Scripsit C. G. Cobet.	
Cap. I. ad Platonis *Menexenum*.	241.
II. ad diversos Platonis Dialogos.	245.
III. ad Iamblichi λόγον προτρεπτικόν.	261.

Digitized by Google

Pag.

Scholium Platonis emendatum. . . . . 282.

Scholium ad Platonem correctum. . . . . 282.

Thucydidea. Scripsit C. BADHAM. . . . . 282.

Ἄτακτα. Scripsit C. BADHAM. . . . . 297.

φιλόνικος non φιλόνεικος. . . . . 301.

Galenus correctus. . . . . 301.

Ad *Anthologiam Palatinam*. Scripsit H. VAN HERWERDEN. 302.

Iuliani locus correctus. . . . . 346.

Homerica. Scripsit C. G. COBET.

C. XII. versus apud Homerum interpolatus. . . . . 347.

XIII. Aristarchi errores. . . . . 349.

XIV. οἱ μεταχαρακτηρίσαντες. . . . . 352.

XV. Fήδεα. . . . . 361.

XVI. συνακμάχοτε. . . . . 366.

XVII. ἤνετο — ἤνυτο. . . . . 367.

XVIII. ἐδήδοται. . . . . 368.

XIX. ἀπατιμᾶν mendosa forma. . . . . 368.

Platonica. ad Platonis qui fertur Alcibiadem priorem. Scripsit C. G. COBET. . . . . 369.

Scholium ad Platonem correctum. . . . . 385.

Thucydidea. Scripsit C. BADHAM. . . . . 386.

Lysiae locus emendatus. . . . . 391.

Homerica. Scripsit C. G. COBET.

Cap. XX. Futura Homerica et Attica eliso c. . . . . 392.

Dionysius Halicarnassensis. . . . . 401.

Galenus. . . . . 401.

Annotationes Selectae ad Libanium. Scripsit C. G. COBET. 402.

Galenus. . . . . 410.

Adversaria Critica ad Aristophanem. Scripsit C. G. COBET. 411.

Ad Stobaei Florilegium. Scripsit C. G. COBET. . . . . 424.

Villoisoni error de Ruhnkenii uxore. . . . . 451.

Leges Solonis. . . . . 452.

Galenus. . . . . 452.

Index Auctorum. . . . . 453.

Index Latinus. . . . . 459.

Index Graecus. . . . . 460—454.

Digitized by Google

DE THEMISTII ADULATIONE.

SCRIPSIT C. G. COBET.

Quod Reiskius, candidum pectus, φιλελεύθερός τε καὶ φιλαληθής tulit de Themistio iudicium (apud Dindorf. in Praef. pag. XII) verissimum est. *„Fuit aulicus adulator et versipellis, vanus iactator philosophiae suae, specie magis quam re cultae, ineptus et ridiculus vexator et applicator Homeri et veteris historiae, tautologus et sophista: in omnibus orationibus paene eadem, et ubique argutiae longe petitae"*. Ad hunc usque diem flagitiosa hominis adulatio et incredibilis vanitas et arrogantia legenti aut bilem movet, aut fastidium parit ac nauseam. Ad Constantium ita dicit p. 1. νῦν σοι ΠΡΩΤΟΝ εἰσέρχεται λόγος, ὦ βασιλεῦ, ἐλεύθερός τε καὶ ἀψευδὴς ἐπαινέτης, quasi priores *omnes* meri assentatores fuissent, et pag. 54. ὃς εἰπεῖν, ὦ θειότατε αὐτόκρατορ, ὅτι νῦν ΠΡΩΤΟΝ εἰσέρχεται μάρτυς τῆς ἀρετῆς ἐλεύθερος καὶ ἀνύποπτος, ὃν οὐκ ἔστι ψευδομαρτυρίας ἐλεῖν, et multa his similia, quae frugi hominem, nedum philosophum, de semet ipso dicere turpissimum est, quem decebat καὶ ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριᾶν [1]). Platonem ille philosophus ita lectitabat ut ex eo adu-

[1]) Themistius noverat meliora probabatque sed deteriora sequebatur. Audi ipsum pag. 316. οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα Φορτικὸν ὡς ὁ καθ' ἑαυτοῦ ἔπαινος καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδείᾳ ἐφ' ᾗ καὶ ἄλλων ἐπαινούντων ἐρυθριᾶν χρεὼν τοὺς ἀληθινῶς αὐτῆς ἐπηβόλους, quae sumsit a Demosthene *de Corona* pag. 269. ποῦ δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι, ἧς τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδὲν ἀλλὰ κἂν ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριάσειεν.

Digitized by Google

landi et assentandi materiem et copiam colligeret. Est apud Platonem locus in libro IV *de Legibus* pag. 709. E. *τυραννουμένην μοι δότε τὴν πόλιν· τύραννος δ' ἔςω νέος καὶ μνήμων καὶ εὐμαθὴς καὶ ἀνδρεῖος καὶ μεγαλοπρεπὴς Φύσει*, quibus in sqq. addit *καὶ σώφρων*. et iterum pag. 710. C. *πῶς λέγεις; εἰ τύραννος γένοιτο νέος σώφρων εὐμαθὴς μνήμων ἀνδρεῖος μεγαλοπρεπής*. Has igitur laudes egregii principis, quem Plato quam optimum potuit cogitando finxit, Themistius magna voce et bonis lateribus clamat quadrare in quemlibet principem, quem salutatum venisset, idque *solus omnium μάρτυς τῆς ἀρετῆς ἐλεύθερος καὶ ἀνύποπτος*. Primo omnium Constantio haec cantilena cantatur pag. 55. *σὲ δέ, ὦ βασιλεῦ, καὶ Πλάτων ὁ σοφὸς ἐμοῦ πρότερον* (leg. *πρότερος*) *ἀνεκήρυττε καὶ ἵνα μὴ ἄλλως με κομψεύεσθαι ὑπολάβῃς ἰδού σοι λέγω τὰ ῥήματα οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν μετακινήσας. τότε γάρ φησιν ἄριςα τὸν βίον καὶ εὐδαιμονέςατα ἕξειν ὅταν γένηται βασιλεὺς νέος σώφρων μνήμων ἀνδρεῖος μεγαλοπρεπὴς εὐμαθής*. Scilicet nunc nata erat demum illa felicitas: nemo superiorum principum illas animi ingeniique dotes omnes coniunxerat; *σὲ δέ, ὦ θεία κεφαλή, ὥσπερ τύπον ἀκριβῆ τῆς μορφῆς ἐν τῷ λόγῳ Πλάτων ὑπογραψάμενος ὁλοκλήρου παραδείγματος μόγις τετύχηκε*. Atque haec dicuntur ad eum hominem quem nemo omnium, qui aderant, nesciebat *„fas eodem loco ducere et nefas et Caligulae Domitiani et Commodi immanitatem facile superare, quorum aemulatum saevitiam inter imperandi exordia cunctos sanguine et genere se contingentes turpiter interemisse*, ut testatur is, quem solum incorruptum veritatis testem esse non ipse de se praedicat sed una et consentiens omnium saeculorum sententia, AMMIANUS MARCELLINUS XXI. 16. Facessat igitur philosophus nebulo, qui nobis ubique Platonem crepat et Aristotelem. Quoniam Constantius hunc nidorem totis traxit naribus easdem ei dapes in alia oratione apponit pag. 73 sq. et post multam assentationem sibi et aequalibus gratulatur *ὅτι ὁπόσα ὁ Πλάτων ὠνειροπόλησεν ὕπαρ ἡμεῖς τεθεάμεθα*. Quanto plausu haec a purpuratis excepta fuisse putemus? Ipse Constantius *ὁ εὐμαθὴς* acute intellexit Themistium unum omnium philosophorum esse principem, unde et in Senatu exquisitas eius laudes celebravit et saepius dictitavit Themistii philosophiam imperii sui esse decus et ornamentum, quod nequis nesciret ipse

Digitized by Google

Themistius memoriae prodidit pag. 429. *ἀρκεῖ μοι Κωνσάντιος ὁ νόσμον τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὴν ἐμὴν φιλοσοφίαν εἰπὼν πολλάκις.*

Julianum Themistius incertum qua de causa oderat et ferre non poterat. Itaque in gravem errorem implicitus est Maius pag. 459 ad verba: *αἰδοῖος μὲν ἐμοὶ ἐκεῖνος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ πάσης ἀξιος μνήμης εὐφήμου* annotans: *„Julianum intelligendum puto [1]), cuius eximium philosophandi studium testatur Mamertinus in eius Paneg.* cap. 23". Et multi alii ita tum existimabant, sed non Themistius, quo iudice Julianus philosophiae osor fuerat et vexator. Itaque Ioviano agit gratias quod philosophiam in pristinum decus et honorem restituisset pag. 75.: *φιλοσοφίαν οὐ πάνυ παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐπραγοῦσαν κατὰ τὸν παρόντα χρόνον ἐπανάγεις* ΑΤΘΙC *εἰς τὰ βασίλεια.* Si Jovianus philosophiam neglectam in regiam *reduxit*, necesse est eam a Juliano spretam et exclusam fuisse. Disertissime hoc testatur ipse Themistius pag. 118. *Philosophiam*, inquit, *omnes principes οἱ σὺν νόμῳ τὰς βασιλείας διαδεξάμενοι in magno semper honore habuerunt, quibus philosophia hanc rependit gratiam ut eorum gloriam ad posteros immortalem propagaret: καὶ γὰρ ὅσις ἔδοξεν οὐ πρὸ πολλοῦ* (ad Valentem haec dicuntur anno 367) *περιορᾶν αὐτὴν ἀδικουμένην οὐκ αὐτός τι κακὸν ἐργασάμενος ἀλλ' ὅτι προήκατο μόνου καὶ περιεῖδεν ὅμως οὐκ ἀνταναφέρει τῇ λοιπῇ δόξῃ πρὸς ταύτην μόνην τὴν δυσφημίαν. ταύτης τοίνυν ἔτι μικροῦ περισωζομένου λειψάνου οὐκ ἔχων οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν ἐγκαλέσαι ἀλλ' ὅτι μόνον συνῄδει μὴ δυναμένην συνεπαινεῖν τῷ τολμήματι οὐκ ἐφείσατο ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ οὐδ' ὤκνησε ψῆφον ἐξενεγκεῖν, ἣν οἱ θεοὶ καλῶς ποιοῦντες ἔτρεψαν αὐτῷ παραχρῆμα εἰς τὴν κεφαλήν, ὁ τὸν πώγωνα καθειμένος καὶ τοῦ φιλοσοφωτάτου τῶν βασιλέων ἀντιποιούμενος.* Luce clarius est haec omnia de Iuliano dici, quem vel sola *barba promissa* (*ὁ τὸν πώγωνα καθειμένος*) indicat [2]). Ergo in Julianum aculeus est in verbis *οἱ σὺν νόμῳ τὰς βασιλείας διαδεξάμενοι*, ut

---

[1]) de *mortuo* illa dici palam est: itaque de Theodosio, quae est secunda Maii suspicio, cogitari non potest. De Valente loquitur. Cf. pag. 127.

[2]) Amm. Marcell. xxv. 4. (Julianus) *mediocris erat staturae hirsuta barba in acutum desinente.*

Digitized by Google

[illegible] dicamur, et hoc est τὸ τίλλεσθαι [illegible] non posse cum tacita conscientia [illegible]. Itaque philosophum non haesit ille quidem [illegible] a Jovem in regiam reduceretur. Nam [illegible] quidquid de philosophia dicitur [illegible] Themistii sententia: itaque Themistium Julianus [illegible]. Themistium regia exclusserat. Hinc irae; hinc [illegible] τὸ δ' ἐκ πολλῶν ἐπαίνων ἐπαχθὲς αὐτῷ παραχρῆμα εἰς τὸν κόλπον. Confirmatur haec loco Themistii pag. 429. [illegible] τοὺς ἐπαίνους τῶν ἀκουόντων καλέσαι πρεσβευτὰς ἄξια μὲν ἀκοῆς τῶν παλλακίων, καὶ τὰ πρῶτα ἥδεσθαι φιλοσοφίας ἐν γυναικείοις ὀμοδαιτήσασι, satis enim arguunt βασιλεῖς et ἐπαίνους nimium Julianum et invitum hac philosopho [illegible].

Themistius, a quo [illegible] Julianus excluditur e numero eorum, ὅτι τὸν νοῦν τὸν βασιλέως διεδέξατο, non statim ab initio ita sensisse videtur. Vix enim ad imperium Julianus pervenerat, quum ad eum litteras assentationis plenissimas philosophus misit, quibus bonum principem laudibus in coelum extulit. Themistii Epistola non superest, sed habemus ea quae Julianus statim philosopho rescripsit, unde nonnulla excerpere operae pretium est: *olim*, inquit (pag. 253 A), *Alexandrum et Marcum Aurelium aemulabar, sed desperans me tantam praestantiam aequiparare posse vitam in otio transigere malebam*, σὺ δέ μοι νῦν μείζονα ἐποίησας διὰ τῆς ἐναγχος ἐπιστολῆς τὸ δέος — ἐν ταύτῃ παρὰ τοῦ θεοῦ τετάχθαι με τῇ μερίδι λέγων ἐν ᾗ πρότερον Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἐγενέσθην φιλοσοφοῦντες ὁμοῦ καὶ βασιλεύοντες καὶ πᾶσαν σχεδὸν τῆς ἐπιπολαζούσης κακίας ἀναιρούμενοι γῆν τε καὶ θάλασσαν, κελεύεις δὲ πᾶσαν ἀποσεισάμενον σχολῆς ἔννοιαν καὶ ῥᾳστώνης σκοπεῖν ὅπως τῆς ὑποθέσεως ἀξίως ἀγωνιούμεθα. O praeclaros philosophos Herculem, Bacchum, Themistium! sed nondum est satis: εἶτα ἐπ' αὐτοῖς τῶν νομοθετῶν μέμνησαι Σόλωνος Πιττακοῦ Λυκούργου καὶ τούτων ἁπάντων μείζονα χρῆναι παρ' ἡμῶν λέγεις τοὺς ἀνθρώπους ἐν δίκῃ νῦν περιμένειν. Non erat Julianus tam ineptus ut ista aequo animo ferre posset, itaque et se indignum esse tantis laudibus respondet et quod Themistius multis verbis „*ex Platone et Aristotele*" demonstraverat ὅτι ὁ πρακτικὸς βίος τοῦ θεωρητικοῦ κρείττων, id

Digitized by Google

Julianus *„ex Aristotele et Platone"* copiose refutat. Itaque quod scribit pag. 254 B. *σοὶ γὰρ ὑπελάμβανον οὐδαμῶς θεμιτὸν κολακεύειν ἢ ψεύδεσθαι*, ita dictum esse suspicor ut sit in iis verbis nonnihil *τῆς Σωκρατικῆς εἰρωνείας*. Hoc quidem satis constat ex iis, quae supra attulimus, Julianum postquam *τὸν πρακτικὸν βίον* agere instituit et in imperio rebusque gerendis versari, in nulla re Themistii consilio esse usum et sic *„philosophiam regia exclusisse"*.

Erat igitur inter eos frigus et occulta simultas, quum Julianus necopinato in medio cursu corruit. Jovianum statim rapuit mors immatura. Procedit in medium Valens. Huic statim eadem ex Platone cantilena cantatur pag. 125. quam optimi principis imaginem Plato mente conceperat, eam Valens repraesentat, *ἡμεῖς δὲ μᾶλλον ἀκούομεν Πλάτωνος ἢ αὐτὸς ἑαυτοῦ.*

Σκοπεῖτε γάρ, exclamat pag. 126, *εἰ μὴ δόξειεν ὑμῖν ἀνὴρ τὰ παρόντα μᾶλλον προφητεύειν ἢ δείγματα εἰς μέσον ὑποδεικνύναι φύσεως. — δότε γάρ μοι, φησὶ, βασιλέα νέον σώφρονα μεγαλοπρεπῆ μνήμονα πρᾷον ἀνδρεῖον εὐμαθῆ.* Audiebat haec per interpretem, quia Graece nesciebat [1]), Valens homo *„subagrestis ingenii nec bellicis nec liberalibus studiis eruditus"* teste Ammiano Marcellino XXXI. 14. Iam continere se adulator non potest et erumpit in haec verba: *οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν ὃν ζητεῖς, ὦ θαυμασιώτατε Πλάτων, καὶ λέγεις μοι λίαν ἀκριβῶς οὐκ εἰδὼς ὃν λέγεις καὶ τὴν εἰκόνα ἐκμάττει οὐχ ἑορακὼς τὸ ἀρχέτυπον.* In fine orationis iterum Platonis verba inculcat pag. 142. *ἆρα μή τινος ἐπιλελήσμεθα; φέρ' ἴδω τὰ Πλάτωνος ῥήματα. ζητεῖ βασιλέα νέον εὐμαθῆ μνήμονα πρᾷον ἀνδρεῖον σώφρονα μεγαλοπρεπῆ.*

o saeclum insipiens et inficetum!

Nihil his foedius et abiectius esse posse putes: tamen Themistius excogitavit aliquid quod esset etiam magis mirificum; audi pag. 127. *ὃ δὲ μάλιστα ἄξιον ἄγασθαι ὅτι τῶν ἐπαίνων ἐκείνους μόνους προσίεται μεθ' ἡδονῆς, οὓς ἂν γνωρίζῃ προσήκοντας· — τοῦτο δὲ δυοῖν ἂν εἴη σημεῖον τοῦ τε γιγνώσκειν αὐτὸν*

---

[1]) ex hac ipsa re novam captat Themistius blandiendi et palpandi materiam p. 126 *„ubi pauca interpretis verba audierit*, inquit, *qua est animi sollertia, statim universam verborum sententiam assequitur"*.

Digitized by Google

καὶ τὰ αὐτοῦ καὶ τοῦ γε ἀνάλωτον εἶναι (ὑπὸ add.) κολακείας. Ecqua insignior esse potest impudentia? Quid animi fuisse putemus aut Ammiano Marcellino, aut si quis alius illi similis adfuerit, hanc τῆς κολακείας ὑπερβολήν audientibus. Est operae pretium assentatoris et integri et incorrupti iudicis verba inter se componere et Themistio Ammianum opponere: (THEMISTIUS) δότε μοι βασιλέα σώφρονα (AMMIANUS *magnarum opum intemperantem appetitorem)*, μεγαλοπρεπῆ *(alienis gemitibus lubenter emolumenta fructusque conquirentem)*, πρᾷον *(in crudelitatem proclivioremn — in sanguinem saevientem et dispendia locupletum)*, ἀνδρεῖον *(laborum impatientem duritiamque magis affectantem inanem — cessatorem et pigrum)*, εὐμαθῆ *(subagrestis ingenii nec bellicis nec liberalibus studiis eruditum)*. Est aliquid inter militarem virum simplicem incomtumque et philosophum unicum omnium et incorruptum veritatis testem, ὃν κατέχει τοὔνομα ὁ ἐπιγέγραπται μηδὲ μικρὸν ῥῆμα προέσθαι οὗ τὰς εὐθύνας οὐχ ἕξει δοῦναι παντὶ τῷ ἔπειτα χρόνῳ, si ipsi credere velis talia iactanti pag. 54.

Postquam Valens in atrocissima Romanorum clade misere periit, assentator cum cantilena Platonica Theodosium aggreditur pag. 262. ἐῶ γὰρ τὸν θεσπέσιον Πλάτωνα, ὃς εὔξατο μὲν βασιλέα τοιοῦτον εὑρήσειν, ᾧ κοινωνήσει τῶν δημοσίων Φροντίδων καὶ ζητῶν, ὡς αὐτός που φησί, νέον σώφρονα πρᾷον ἥμερον μεγαλοπρεπῆ μεγαλόφρονα. quid addit? ἄντικρυς Θεοδόσιον! et p. 460. ἐγώ σοι Πλάτωνα παρέξομαι μαρτυροῦντα. — ὃν γὰρ ἐν τοῖς συγγράμμασιν αἰτεῖ βασιλέα παρὰ τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις νέον εὐμαθῆ μεγαλοπρεπῆ, καὶ εἰ μὴ τοὔνομα λέγει TOTTON (τὸν Θεοδόσιον) φησὶ καὶ τοῦτον εὔχεται ἐπιφανῆναι. Hoc quidem est τὰ αὐτὰ μὴ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν.

Quam fuerit incredibilis in eo homine adulandi impudentia spectato mihi aliquis ex hisce pag. 233. ἄθρει γάρ, ὦ σοφώτατε, (Theodosium alloquitur) ὡς ἐγὼ εἰσελήλυθα τήμερον οὐ κολακεύσων οὐδὲ θωπεύσων· οὐ γὰρ ἂν πρέποι ἀνδρὶ τηλικῷδε καὶ ὁμιλήσαντι ἤδη πρὸς τοσούτους αὐτοκράτορας νέους τε καὶ πρεσβυτέρους, ὃν πάντων ἡπίσατο ἠπιώτατον — τοῦτον καὶ ὑποτρέχειν καὶ θωπεύειν. Tum post pauca auctor est ut Theodosius *praesens deus* habeatur. p. 237. οὐκέτι θωπεύοντες οὐδὲ ἐξαπατῶντες τὸ χρυσοῦν ὄνομά σοι τοῦτο προσάψομεν τὴν ΘΕΟΤΗΤΑ.

Digitized by Google

atque haec Theodosius serio et graviter audiebat scilicet. Credo, si vetus assentator per aetatem Arcadium et Honorium principes salutare potuisset, quos Zosimus ob stuporem et inertiam merito *βοσκήματα* appellavit, iis quoque hiantibus occinuisset suum *νέον σώφρονα εὐμαθῆ* et cetera. Sic Themistius philosophiae dabat operam, sic Platonem aemulabatur et Aristotelem. *πράττει δ' ὁ κόλαξ ἅριστα πάντων*, itaque in summa dignatione cumulatus opibus honoribusque et apud omnes deinceps principes praeter unum gratiosus et acceptus aetatem transegit.

DITTOGRAPHIA IN LOCO GALENI.

Galenus *περὶ χρείας σφυγμῶν* Tom. V. p. 160 Kühn. scripsisse putatur: *πολλοὺς οὖν ἤδη πολλάκις μονομάχους* [*μονάρχους*] *τε καὶ στρατιώτας καὶ κυνηγέτας οὕτω τρωθῆναι συνέβη.* Scriba dubitans utrum *gladiatores* an *reges* poneret dedit utrumque. Festive Interpres: *Ergo multis monarchis, gregariis militibus, iam saepe singulari pugna decertantibus ita vulnerari contigit.* Locus erit omni vitio liber post reges [*μονάρχους*] exactos.

C. G. C.

NUMENII LOCUS CORRECTUS.

Numenius apud Eusebium *Praep. Euang.* p. 731. C. (*Διοκλῆς γράφει τὸν Ἀρκεσίλαον*) — *ἵνα μὴ πράγματ' ἔχῃ μηδὲν μὲν δόγμα ὑπειπεῖν φαινόμενον, ὥσπερ τὸ μέλαν τῆς σηπίας προβάλλεσθαι πρὸ ἑαυτοῦ τὴν ἐποχήν.* Scribe: *ὥσπερ* ΔΕ *τὸ μέλαν* ΤΑC *σηπίας.*

C. G. C.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT C. BADHAM.

(*Continuantur ex Tom. I. p.* 400).

In capite 32 libri tertii substiti, sed antequam ultra pergam ad cap. 13 revertar, in quo haec leguntur: *καὶ ἐνομίζομεν ἀποχήσεσθαι διπλῆν ἀπόχασιν ἀπό τε τῶν Ἑλλήνων μὴ ξὺν κακῶς ποιεῖν αὐτοὺς μετ' Ἀθηναίων ἀλλὰ ξυνελευθεροῦν, ἀπό τε Ἀθηναίων μὴ αὐτοὶ διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνων ἐν ὑχέρῳ ἀλλὰ προποιῆσαι. „ad verbum προποιῆσαι subaudiendum κακῶς."* At, o bone, si de damno quovis ut occasio dabitur inferendo agitur non *προποιῆσαι* sed *προποιεῖν* requiritur. Hoc vero sententiae compositio haud minus quam sensus respuit: opponuntur enim praesentis temporis infinitivi *ξὺν κακῶς ποιεῖν* et *ξυνελευθεροῦν*, et mox aoristi *διαφθαρῆναι* et hoc verbum de quo nunc agimus. Sed ex illo *διαφθαρῆναι* patet certum aliquod damnum hic memorari oportere quod non minus sit quam id cui opponitur. Quid ergo? an *ποιῆσαι* non modo *κακῶς ποιῆσαι* significat verum etiam *ἀπολέσαι*? Cras credam; interea *προαπολέσαι* Thucydidem scripsisse existimabo.

Caput 38. *ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται, ἀμύνασθαι δὲ τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον ἀντίπαλον ὂν μάλιχα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει.*

Infra cap. 40 Cleon Athenienses hortatur, ut de Mytilenaeis supplicium sumant *γενόμενοι ὅτι ἐγγύτατα τῇ γνώμῃ τοῦ πάσχειν.*

Digitized by Google

Ipsi igitur qui iniuria affecti sunt cogitatione iniuriae proximi esse dicuntur. Hic contra videtur ultio esse quae tempore proxima τῷ παθεῖν esse dicitur. Utrumque satis commode, neque causa esset cur alterum ex altero mutare vellemus, si caetera omni suspicione carerent. Quid autem si tribus argumentis evicero gravissime corruptam esse orationem? Primum est quod ἀμύνασθαι omnino sine articulo stare non potest, nedum ubi τῷ παθεῖν opponitur. Alterum quod absurde dicitur τὸ ἀμύνασθαι τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει, *ultio ulciscitur*. Tertium est quod μάλιστα sic nude positum non id exprimit, quod Orator dicere debebat: non enim *praecipue* poenas sumit is qui iniuriam acceptam statim ulciscitur, sed *poenas graviores*. Quid multa? vocabulum ἀντίπαλον cum μάλιστα ita coniungendum est ut genus poenae ostendat. En tria quae promiseram argumenta, sed quartum et quintum adiiciam. Ἀναλαμβάνειν τιμωρίαν haud magis Graece dicitur quam *recuperare poenas* Latine. Postremo cur hic ἐγγυτάτω τῷ παθεῖν legitur, ibi ἐγγύτατα τοῦ πάσχειν? Genitivum bene Graecum esse nemo nescit; dativum autem, ut ex notissimo exemplo, τῷ γένει ἐγγύτατα, patet, de re dicitur *qua quis quem contingit*. Quid multa? eiicienda sunt ἀμύνασθαι δέ, et scribendum: τὸ παθεῖν δ' ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον ἀντίπαλον ἂν μάλιστα τὴν τιμωρίαν λαμβάνοι. Apparet cur hic ἐγγυτάτω, ibi ἐγγύτατα scribere maluerit, quippe illud sine casu ponitur, hoc sequente voce quam regit. Ergo si quis τοῦ ἀμύνασθαι δὲ τὸ παθεῖν scribere mavult, recte ille ἐγγύτατα recipiet. Sed longe probabilius est quod proposui.

In eodem capite quae mox sequuntur Bekkeri editio sic exhibet: τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισαμένας. Correctionem certissimam, quam alii editores admiserunt, talem virum neglexisse miror; sc. τὰ δ' ἡμέτερα ξύμφορα — καθιστάμενα.

Cap. 39. med. τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν. Qui non videt res ipsas εὐτυχεῖν non posse, illum non offendat τὰ ἐμὰ πράγματα εὐδαιμονεῖ. Quid scribendum sit κἂν ὑς γνοίη (quod proverbium, ut id obiter dicam, restituendum est in Pseudo-Platonis *Ama-*

Digitized by Google

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted] civibus loquitur, [redacted]

Digitized by Google

quinam essent de quibus loqueretur? Accedit quod mirum quantum languet sententia: *si civitas improbis oratoribus careret cives ad delinquendum non impellerentur*. Illud, opinor, potius dicendum erat: „*si abessent mali consilii auctores malum consilium quoque abesset.*" Ecquis dubitare potest quin in ΠΕΙΣΘΕΙΗΣΑΝΑΜΑΡΤΑΝΕΙΝ delitescat *πεισθείη* CTN*αμαρτάνειν*?

In fine huius capitis lectionem dudum indicavi, quam etiam hodie verissimam puto, *ὅ τε μὴ ἐπιτυχὼν ὀρέγοιτο ἂν ἀντιχαριζόμενός τι καὶ αὐτὸς προσάγεσθαι τὸ πλῆθος*. Non de nihilo est quod ABEF pro *ὀρέγοιτο τῷ*, quae vulgata lectio est, *ὀρέγοιτο τὸ* habent; nempe syllaba *το* in antiquo libro, unde illi descripti sunt, negligenter repetita erat.

In proximo capite (43) nihil novi habeo quod lectorum iudicio commendem. Quid de verbis *μόνην τε πόλιν* statuendum sit viderint alii. Ne hoc quidem mihi liquet, volueritne suam civitatem a reliquis discernere, tamquam id de quo loquitur in una Atheniensium civitate obtineret, an civitatem a privatis distinguere. Utcumque existimabis, aliquid exciderit necesse est. Quod pro *ἥντινα τύχητε* rescripsi *ἤν τι ἀτυχῆτε* confirmatione non eget, sed ipsa illa lectio Codicis B fidem egregie confirmat in quo Codice solo pro *ἥντινα ἤν τινα* exhibetur.

In cap. 44. nondum me poenitet legisse *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτοὺς οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντάς τι ξυγγνώμης ἀφεῖναι, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.*

Cap. 45. *ἐπεὶ διεξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι προστιθέντες* — sic Bekkerus; sed ΠΡΟτιθέντες scribendum, et, nisi fallor, ΔΙεληλύθασι.

In proximis haereo; quid enim sibi volunt *παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι. καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται*. Leges, ut opinor, non *ζημίαι, παραβαίνονται*. Fac autem poenas tamquam legum partes *παραβαίνεσθαι*, cur non potius *παραβαινόμεναι* scripsit? Remedium quod mihi unicum succurrit quamvis dubitanter propono. *παραβαινομένων δὲ*

Digitized by Google

τῶν νόμων τῇ χρόνῳ ἐς βέλτιστον αἱ πλεῖσται ἀνήκουσιν. ἢ τοίνυν δεινότερόν τι τούτων δέος εἰρετέον ἐστὶν ἢ τῶδε γε οὐδὲν ἐπίσχυε. Etenim novissima verba eam ipsam sententiam continent, quam nescio quis deesse ratus καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται inseruit.

Quae mox sequuntur non omni ex parte coniectura quam olim dedi sanata sunt. Hanc igitur hunc ad modum refingo: ἀλλ' ἡ μὲν πενία ἀνάγκην τὴν τέλεον παρέχουσα, ἡ δ' ἐξουσία ὕβριν τὴν πλεονεξίαν, φρονήματα δ' αἱ ἄλλαι ξυντυχίαι τῇ ὀργῇ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἑκάστη [τις κατέχεται] ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. Si vulgatam retineas, nihil erit quod αἱ ἄλλαι ξυντυχίαι παρέχουσιν. Et paupertas quidem recte dicitur audaciam suppeditare idque ἀνάγκην sive δι' ἀνάγκης: recte etiam potentia avaritiam parere dicitur, at quomodo? ὕβριν vel δι' ὕβριν. Etiamne διὰ φρόνημα? Responderem si intelligerem. Illud certe intelligo alias vitae conditiones non per se ad pericula adeunda nos urgere, sed varias cogitationes pro diversis hominum moribus excitando, nec recte dicitur ὡς ἑκάστη τις κατέχεται. Non enim ὀργὴ κατέχεται, sed κατέχει τὸν ἄνθρωπον Postremo verba ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος non minus ad pauperes divitesque pertinent, quam ad eos quos ultimos commemorat.

Quod in sequentibus orationis concinnitatem turbat reiiciendum. ὁ μὲν (ἔρως) τὴν ἐπιβολὴν ἐκφροντίζων, ἡ δὲ (ἐλπὶς) τὴν εὐπορίαν [τῆς τύχης] ὑποτιθεῖσα. De Fortuna mox dicturus est.

In illis ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων κτέ. donec corrupta verba καὶ μετὰ πάντων probabiliter corrigantur, cui operi me imparem esse confiteor, inutile est de reliqua sententia disputare.

Cap. 47. ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε. vide an Graecum sit ἐς πόλεμον ἐπιέναι. Simplex verbum praetulerim.

Mox in προσποιεῖσθαι haereo. Thucydidem scripsisse suspicor: δεῖ δὲ καὶ εἰ ἠδίκησαν προσκοπεῖσθαι ὅπως ὃ μόνον ἡμῖν ἔτι ξύμμαχόν ἐστι μὴ πολέμιον γένηται.

Mox legendum videtur: ὡς τὸ Κλέωνος ταὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας οὐχ εὑρίσκεται ἐν ταὐτῷ δυνατὸν ὂν ἅμα γίγνεσθαι.

Cap. 49. ἦλθον μὲν ἐς ἀγῶνα ὅμως τῆς δόξης. Nescio quo ὅμως

Digitized by Google

pertineat. Si enim ad ῥηθεισῶν τῶν γνωμῶν referatur, quis haec interpretetur: „*quamvis hae sententiae* (sc. Cleonis et Diodoti) *maxime inter se oppositae prolatae sunt, nihilominus.*" Ex verbis τούτων μάλιστα ἀντιπάλων patet id factum esse, quod in huiusmodi controversiis fieri solet, ut nonnulli essent quibus via media inter Cleonis et Diodoti sententias magis placeret; sed in suffragiis ferendis nulla reliquarum ratio habita est; verum τὰς ἐναντιωτάτας tantum respicere iubebantur, ut *universum* Cleonis decretum vel probarent vel reiicerent. Hoc esset ἐλθεῖν ἐς ἀγῶνα ΟΛΗC τῆς δόξης.

Cap. 51. scribendum: ἐβούλετο δὲ Νικίας τὴν Φυλακὴν αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος — εἶναι, ἔς τε Πελοποννησίους ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους — τοῦ τε Μεγαρεῦσιν ἅμα μηδὲν ἐσπλεῖν. Cf. Lib. II. 93. καὶ Φρούριον ἐπ' αὐτοῦ ἦν καὶ νεῶν τριῶν Φυλακὴ τοῦ μὴ ἐσπλεῖν Μεγαρεῦσι μηδ' ἐκπλεῖν μηδέν. I. 4. τοῦ τὰς προσόδους μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ.

Cap. 52. προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἐκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ δικαιοῖς ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα Dele λέγοντα, et pro τούς τε lege ὥστε.

Prodigii instar est huius capitis extrema oratio: οἱ δ' ἔλεγον αἰτησάμενοι μακρότερα εἰπεῖν καὶ προτάξαντες σφῶν αὐτῶν Ἀγησίμαχόν τε τὸν Ἀσωπολάου καὶ Λάκωνα τὸν Ἀειμνήστου πρόξενον ὄντα τῶν Λακεδαιμονίων. καὶ ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε. quod olim proposui οἱ δὲ λόγον αἰτησάμενοι μακρότερον εἰπεῖν satis tuentur quae de Thebanis infra narrantur παρελθόντες ἔφασαν καὶ αὐτοὶ βούλεσθαι εἰπεῖν, ἐπειδὴ καὶ ἐκείνοις παρὰ γνώμην τὴν αὐτῶν μακρότερος λόγος ἐδόθη. Verum ex his illud etiam apparet, excidisse nonnulla de Thebanorum repugnantia et de concessa Plataeensibus, quam petebant, venia. Sed ne sic quidem προτάξαντες stare poterit; quidni προὐτάξαντο? Pro ἐπελθόντες lege παρελθόντες.

Cap. 53. quemadmodum οἰόμενοι cum πιστεύσαντες, sic ἡγούμενοι cum δεξάμενοι cohaeret; illud causam affert τοῦ πιστεῦσαι, hoc τοῦ δέξασθαι. Sed offendit ὥσπερ καὶ ἐσμέν ibi insertum

Digitized by Google

ubi inter ἀξίωσιν et γενέσθαι ἀντιτίμησιν facit. Similimi sunt loci in I. 22. ἐπιπονώτατος, ὅστις καὶ ἡμεῖς τῶν λεγομένων — V. 91. ὅστις καὶ Λακεδαιμονίων. IV. 92. τῆς πείρας, ὅστερ Ἀθηναίων τῶν. ἐπιόντες. In his oratio minus commode interrumpitur, in VI. 15. τοιοῦδε τ' αὐτῷ καὶ ἐπιτὴν ὅστερ καὶ ἄλλο τι καὶ πάντων τὴν ἐπιτήδευσιν ἐγγιγνόμενον, nitida sunt omnia ut nihil supra. Ut ab incertis ad certa confugiam, nullus dubito quin in καὶ ἐν Δακεδαίμονι καὶ ἐν ἄλλοις, ubi duplex praepositio plane non ferenda est, prior insiticia sit.

Mox delenda videtur vox τεκμαιρόμενοι, cuius significatio in ipsa orationis structura continetur. Noster τεκμαίρεσθαι cum ὅτι coniunxisset.

Sive ἐγνῶτες ἀλλήλων sive ἐγνῶτες ἀλλήλοις (cum Cod. B.) legatur, intelligendi erunt et Lacedaemonii et Plataeenses, sed ὠφελοῦμεθα de solis Plataeensibus dicitur. Neque sane intererat utrum Lacedaemonii Plataeensibus cogniti an incogniti essent. Fortasse legendum: ἄλλων ἐπεσενεγκάμενοι μαρτύρια.

Cap. 55. correctionem ἔδρᾶτο pro ἔδρᾶτε a Bekkero praetermissam miror.

Cap. 56. delevi χρησίμῳ probante Cobeto in Mnemos. priore. Infra libri haec habent: ἐπιπονοῦντό τε μᾶλλον οἱ μὴ τὰ ξύμφορα πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ πράσσοντες, ἐθέλοντες δὲ τολμᾶν μετὰ κινδύνων τὰ βέλτιστα. diu multumque me exercuit hic locus, cuius tandem et morbi causam et medicinam reperisse me puto. Scriptum erat τὴν σφίσιν αὐτοῖς. Nescio quis ΑΣΦΑΛΕΙΑΙ pro ἀσφάλειαν scripsit; secutus est corrector, qui quum τὴν σφίσιν αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ non concoqueret τὴν ἔφοδον αὐτοῖς excogitavit. Nam ἔφοδον non esse Thucydidis ex antitheto liquet. Opponuntur enim inverso ordine τὰ ξύμφορα et τὰ βέλτιστα, τὴν σφίσιν αὐτοῖς ἀσφάλειαν et μετὰ κινδύνων πράσσοντες et ἐθέλοντες τολμᾶν.

Mox in illis καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν κτέ. sententia quam alias protuli nihil mutata rescribi iubeo: καὶ τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι ἢ τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς οἳ ἂν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι. κἂν τὸ παραυτίκα που ὑμῖν ὠφέλιμον καθιστῆτε, προσκέψασθε (τε om. B. recte) ὅτι νῦν μὲν

Digitized by Google

κτέ. Cf. VI. 14. extr. καὶ τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' εἶναι ὃ ς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ κτέ. Si cui insolita videtur in pedestri oratione κρᾶσις ex καί et ἄν sensu τοῦ ἤν vel ἐάν conferat librum VI. 21. ἄλλως τε καὶ εἰ ξυςῶσιν αἱ πόλεις, iudicetque utrum veri similius sit εἰ pro ἐάν a librariis temere substitutum fuisse, an suppletum postquam KAN in καὶ depravatum est.

In cap. 57. vix est operae pretium ut moneam ὅπως οὐκ ἀποδέξονται legendum. Bekkerus Codicibus, ut videtur, consentientibus ἀποδέξωνται dedit.

Cap. 58. δημοσίᾳ ἐσθήμασι — an δημοσίοις θύμασι?

Cap. 59. ᾧτινί ποτ' ἂν καὶ ἀναξίῳ ξυμπέσοι —, imo ὅ τινι — ἐμπέσοι. Mox Plataeensium supplicatio facile explicari poterit si trifariam dividatur. Primum Deos orant ut Lacedaemonios movere possint; deinde ipsos Lacedaemonios obsecrant ne maiorum sepulchris neglectis iusiurandum quod illi praestiterant irritum facere velint; tertium mortuos Lacedaemonios invocant ne se Thebanis obiici patiantur. Deleto igitur ὑμᾶς vel certe post ἐπιβοώμενοι posito prima pars mendo carebit; in altera τῶν πατρῴων τάφων μὴ ἀμνημονεῖν coniunctim legenda; in tertia omnia recte atque ordine procedunt, sed pro κεκμηῶτας scribendum κεκμηκότας.

Mox ad λόγου τελευτᾶν quis non offendit? sed quid facilius, quid elegantius quam παύεσθαι in παυόμενοι subaudiri? Itaque importunum supplementum facessere iubeamus.

Cap. 63. ἱκανή γε ἦν κτέ. supple ἡ ἱκανή γε ἦν.

Cap. 64. δῆλόν τε ἐποιήσατε οὐδὲ τότε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα μόνοι οὐ μηδίσαντες, ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι, ὑμεῖς δὲ τοῖς μὲν ταὐτὰ βουλόμενοι ποιεῖν, τοῖς δὲ τἀναντία Ὑμεῖς δέ non expellendum, sic enim nihil esset quo τοῖς δέ referri posset, sed in ἡμεῖς δέ mutandum. Infra ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνίαις in omnibus Codd. et Edd. circumfertur. Existimabam unam tantummodo lunam esse et uno novilunio haec facta. Si hoc verum est praestaret fortasse ἱερομηνίᾳ.

Digitized by Google

toribus 134 B. ubi vulgo sine sensu legitur τὸ λεγόμενον καὶ νῦν γνῶναι.

In cap. 40. init. iniuria mihi suspectum fuit πιςήν, quod idem est atque πεποιθυῖαν. sed, ut verum fatear, parum accurate scripsit, ἐλπίδα λόγῳ πιςὴν προθεῖναι, nam res diversas uno nomine signatas confudit. Alia est ἐλπίς, quam alteri ostentamus, speciem scilicet boni futuri; alia quam quis mente concipit, ipsius sperantis fiduciam. Quemadmodum autem ea de re nemo dixerit *ostentare fiduciam*, ita ne hic quidem προθεῖναι ἐλπίδα, nisi per ἐλπίδα species boni futuri utpote cur quis speret significatur. Atqui de specie illa dici non potest ὅτι λόγῳ πέποιθεν.

Mox in ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε lenissimum remedium erit si inter αὐτούς et μᾶλλον inseras quod facile absorberi potuit οὐ. Mox καὶ διάλλυνται vehementer mihi displicet. Quem eventum habiturus sit hominum conatus et incertum est nec quidquam ad Oratoris rationes facit. Fortasse scripsit auctor, ἐπεξέρχονται καὶ διολλύναι, *vel ad perniciem aggrediuntur*. Si hoc verum est nihil impedit quo minus in cap. 38. ἐπεξέρχεται ἀμύνεσθαι legamus. Cf. L. III. cap. 12. ἐπεξῇσάν τε τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους.

In cap. 42. praeter locum quem iam pridem correxi χαλεπώτατοι δ' ἐκεῖνοι οἱ ἐπὶ χρήμασι προκατηγοροῦντες ἀντιλέξειν τινά, superest alter, quem mendosum esse nondum animadverteram. sc. καὶ πλεῖς' ἂν ὀρθοῖτο (ἡ πόλις) ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιούτους τῶν πολιτῶν· ἐλάχιςα γὰρ ἂν πεισθείηςαν ἁμαρτάνειν. Si haec postrema de invidis et captiosis oratoribus dicuntur, vide quam inepta evadat sententia. *Si huiusmodi homines nullam dicendi facultatem haberent*, quid tum? *civitati nihil nocerent?* Hoc quidem verum et ad rem. Sed prorsus diversam conclusionem offert *nemo illis suaderet ut delinquerent!* At enim non de oratoribus, sed de universis civibus loquitur, qui in praecedente voce πόλις subaudiuntur. Sed ne hoc quidem bene cordato lectori satisfaciet. Quorsum enim a *civitate* orsus repente ad *cives* transit? civitatem an civem diceret perinde erat. Cur igitur subiecto enuntiationis temere mutato dubium reddidit

Digitized by Google

quinam essent de quibus loqueretur? Accedit quod mirum quantum languet sententia: *si civitas improbis oratoribus careret cives ad delinquendum non impellerentur.* Illud, opinor, potius dicendum erat: *„si abessent mali consilii auctores malum consilium quoque abesset."* Ecquis dubitare potest quin in ΠΕΙΣΘΕΙΗΣΑΝΑΜΑΡΤΑΝΕΙΝ delitescat *πεισθείη* CTN*αμαρτάνειν*?

In fine huius capitis lectionem dudum indicavi, quam etiam hodie verissimam puto, *ὅ τε μὴ ἐπιτυχὼν ὀρέγοιτο ἂν ἀντιχαριζόμενός τι καὶ αὐτὸς προσάγεσθαι τὸ πλῆθος.* Non de nihilo est quod ABEF pro *ὀρέγοιτο τῷ*, quae vulgata lectio est, *ὀρέγοιτο τὸ* habent; nempe syllaba *το* in antiquo libro, unde illi descripti sunt, negligenter repetita erat.

In proximo capite (43) nihil novi habeo quod lectorum iudicio commendem. Quid de verbis *μόνην τε πόλιν* statuendum sit viderint alii. Ne hoc quidem mihi liquet, volueritne suam civitatem a reliquis discernere, tamquam id de quo loquitur in una Atheniensium civitate obtineret, an civitatem a privatis distinguere. Utcumque existimabis, aliquid exciderit necesse est. Quod pro *ἥντινα τύχητε* rescripsi *ἤν τι ἀτυχῆτε* confirmatione non eget, sed ipsa illa lectio Codicis B fidem egregie confirmat in quo Codice solo pro *ἥντινα ἤν τινα* exhibetur.

In cap. 44. nondum me poenitet legisse *ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτοὺς οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντάς τι ξυγγνώμης ἀφεῖναι, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.*

Cap. 45. *ἐπεὶ διεξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι προστιθέντες* — sic Bekkerus; sed ΠΡΟτιθέντες scribendum, et, nisi fallor, ΔΙεληλύθασι.

In proximis haereo; quid enim sibi volunt *παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι. καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται.* Leges, ut opinor, non *ζημίαι, παραβαίνονται.* Fac autem poenas tamquam legum partes *παραβαίνεσθαι*, cur non potius *παραβαινόμεναι* scripsit? Remedium quod mihi unicum succurrit quamvis dubitanter propono. *παραβαινομένων δὲ*

Digitized by Google

τῶν νόμων τῷ χρόνῳ ἐς θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσιν. ἢ τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστὶν ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει. Etenim novissima verba eam ipsam sententiam continent, quam nescio quis deesse ratus καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται inseruit.

Quae mox sequuntur non omni ex parte coniectura quam olim dedi sanata sunt. Hanc igitur hunc ad modum refingo: ἀλλ' ἡ μὲν πενία ἀνάγκῃ τὴν τόλμαν παρέχουσα, ἡ δ' ἐξουσία ὕβρει τὴν πλεονεξίαν, φρονήματα δ' αἱ ἄλλαι ξυντυχίαι τῇ ὀργῇ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἑκάστῃ [τις κατέχεται] ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. Si vulgatam retineas, nihil erit quod αἱ ἄλλαι ξυντυχίαι παρέχουσιν. Et paupertas quidem recte dicitur audaciam suppeditare idque ἀνάγκῃ sive δι' ἀνάγκης: recte etiam potentia avaritiam parere dicitur, at quomodo? ὕβρει vel δι' ὕβριν. Etiamne διὰ φρόνημα? Responderem si intelligerem. Illud certe intelligo alias vitae conditiones non per se ad pericula adeunda nos urgere, sed varias cogitationes pro diversis hominum moribus excitando, nec recte dicitur ὡς ἑκάστῃ τις κατέχεται. Non enim ὀργὴ κατέχεται, sed κατέχει τὸν ἄνθρωπον Postremo verba ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος non minus ad pauperes divitesque pertinent, quam ad eos quos ultimos commemorat.

Quod in sequentibus orationis concinnitatem turbat reiiciendum. ὁ μὲν (ἔρως) τὴν ἐπιβολὴν ἐκφροντίζων, ἡ δὲ (ἐλπὶς) τὴν εὐπορίαν [τῆς τύχης] ὑποτιθεῖσα. De Fortuna mox dicturus est.

In illis ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων κτέ. donec corrupta verba καὶ μετὰ πάντων probabiliter corrigantur, cui operi me imparem esse confiteor, inutile est de reliqua sententia disputare.

Cap. 47. ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε. vide an Graecum sit ἐς πόλεμον ἐπιέναι. Simplex verbum praetulerim.

Mox in προσποιεῖσθαι haereo. Thucydidem scripsisse suspicor: δεῖ δὲ καὶ εἰ ἠδίκησαν προσκοπεῖσθαι ὅπως ὃ μόνον ἡμῖν ἔτι ξύμμαχόν ἐστι μὴ πολέμιον γένηται.

Mox legendum videtur: ὡς τὸ Κλέωνος ταὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας οὐχ εὑρίσκεται ἐν ταὐτῷ δυνατὸν ὂν ἅμα γίγνεσθαι.

Cap. 49. ἦλθον μὲν ἐς ἀγῶνα ὅμως τῆς δόξης. Nescio quo ὅμως

Digitized by Google

pertineat. Si enim ad *ῥηθεισῶν τῶν γνωμῶν* referatur, quis haec interpretetur: „*quamvis hae sententiae* (sc. Cleonis et Diodoti) *maxime inter se oppositae prolatae sunt, nihilominus.*" Ex verbis *τούτων μάλιστα ἀντιπάλων* patet id factum esse, quod in huiusmodi controversiis fieri solet, ut nonnulli essent quibus via media inter Cleonis et Diodoti sententias magis placeret; sed in suffragiis ferendis nulla reliquarum ratio habita est; verum *τὰς ἐναντιωτάτας* tantum respicere iubebantur, ut *universum* Cleonis decretum vel probarent vel reiicerent. Hoc esset *ἐλθεῖν ἐς ἀγῶνα* ΌΛΗΣ *τῆς δόξης*.

Cap. 51. scribendum: *ἐβούλετο δὲ* Νικίας *τὴν Φυλακὴν αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος — εἶναι, ἔς τε* Πελοποννησίους *ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους — τοῦ τε* Μεγαρεῦσιν *ἅμα μηδὲν ἐσπλεῖν*. Cf. Lib. II. 93. *καὶ Φρούριον ἐπ' αὐτοῦ ἦν καὶ νεῶν τριῶν Φυλακὴ τοῦ μὴ ἐσπλεῖν* Μεγαρεῦσι *μηδ' ἐκπλεῖν μηδέν*. I. 4. *τοῦ τὰς προσόδους μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ*.

Cap. 52. *προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ δικαίαις ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα* Dele *λέγοντα*, et pro *τούς τε* lege *ὥστε*.

Prodigii instar est huius capitis extrema oratio: *οἱ δ' ἔλεγον αἰτησάμενοι μακρότερα εἰπεῖν καὶ προτάξαντες σφῶν αὐτῶν Ἀσύμαχόν τε τὸν Ἀσωπολάου καὶ Λάκωνα τὸν Ἀειμνήστου πρόξενον ὄντα τῶν Λακεδαιμονίων. καὶ ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε*. quod olim proposui *οἱ δὲ λόγον αἰτησάμενοι μακρότερον εἰπεῖν* satis tuentur quae de Thebanis infra narrantur *παρελθόντες ἔφασαν καὶ αὐτοὶ βούλεσθαι εἰπεῖν, ἐπειδὴ καὶ ἐκείνοις παρὰ γνώμην τὴν αὐτῶν μακρότερος λόγος ἐδόθη*. Verum ex his illud etiam apparet, excidisse nonnulla de Thebanorum repugnantia et de concessa Plataeensibus, quam petebant, venia. Sed ne sic quidem *προτάξαντες* stare poterit; quidni *προὐτάξαντο*? Pro *ἐπελθόντες* lege *παρελθόντες*.

Cap. 53. quemadmodum *οἰόμενοι* cum *πιστεύσαντες*, sic *ἡγούμενοι* cum *δεξάμενοι* cohaeret; illud causam affert *τοῦ πιστεῦσαι*, hoc *τοῦ δέξασθαι*. Sed offendit *ὥσπερ καὶ ἐσμέν* ibi insertum

Digitized by Google

14

ubi inter δεξάμενοι et γενέσθαι divortium facit. Simillimi sunt loci in I. 32. ἐπικουρίας, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς νῦν δεησομένους· V. 91. ὥσπερ καὶ Λακεδαιμόνιοι. IV. 92. τοῖς πέλας, ὥσπερ Ἀθηναῖοι νῦν. ἐπιόντες. In his oratio minus commode interrumpitur, in VI. 18. τρέψεσθαί τ' αὐτὴν περὶ ἑαυτὴν ὥσπερ καὶ ἄλλο τι καὶ πάντων τὴν ἐπιοῦσαν ἐγγυράσεσθαι, nitida sunt omnia ut nihil supra. Ut ab incertis ad certa confugiam, nullus dubito quin in καὶ ἐν δικαιοῖς οὐκ ἐν ἄλλοις, ubi duplex praepositio plane non ferenda est, prior insiticia sit.

Mox delenda videtur vox τεκμαιρόμενοι, cuius significatio in ipsa orationis structura continetur. Noster τεκμήρεσθαι cum ὅτι coniunxisset.

Sive ἀγνῶτες ἀλλήλων sive ἀγνῶτες ἀλλήλοις (cum Cod. B.) legatur, intelligendi erunt et Lacedaemonii et Plataeenses, sed ὠφελούμεθα de solis Plataeensibus dicitur. Neque sane intererat utrum Lacedaemonii Plataeensibus cogniti an incogniti essent. Forsitan legendum: ἄλλων ἐπεσενεγκάμενοι μαρτύρια.

Cap. 55. correctionem ἕδρᾶτο pro ἕδρᾶτε a Bekkero praetermissam miror.

Cap. 56. delevi χρησίμῳ probante Cobeto in Mnemos. priore. Infra libri haec habent: ἐπῃνοῦντό τε μᾶλλον οἱ μὴ τὰ ξύμφορα πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ πράσσοντες, ἐθέλοντες δὲ τολμᾶν μετὰ κινδύνων τὰ βέλτιστα. diu multumque me exercuit hic locus, cuius tandem et morbi causam et medicinam reperisse me puto. Scriptum erat τὴν σφίσιν αὐτοῖς. Nescio quis ΑΣΦΑΛΕΙΑΙ pro ἀσφάλειαν scripsit; secutus est corrector, qui quum τὴν σφίσιν αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ non concoqueret τὴν ἔφοδον αὐτοῖς excogitavit. Nam ἔφοδον non esse Thucydidis ex antitheto liquet. Opponuntur enim inverso ordine τὰ ξύμφορα et τὰ βέλτιστα, τὴν σφίσιν αὐτοῖς ἀσφάλειαν et μετὰ κινδύνων πράσσοντες et ἐθέλοντες τολμᾶν.

Mox in illis καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν κτέ. sententia quam alias protuli nihil mutata rescribi iubeo: καὶ τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι ἢ τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς οἳ ἂν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι. κἂν τὸ παραυτίκα που ὑμῖν ὠφέλιμον καθιστῆτε, προσκέψασθε (τε om. B. recte) ὅτι νῦν μέν

Digitized by Google

κτέ. Cf. VI. 14. extr. καὶ τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' εἶναι ὃ ς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ κτέ. Si cui insolita videtur in pedestri oratione κρᾶσις ex καί et ἄν sensu τοῦ ἤν vel ἐάν conferat librum VI. 21. ἄλλως τε καὶ εἰ ξυςῶσιν αἱ πόλεις, iudicetque utrum veri similius sit εἰ pro ἐάν a librariis temere substitutum fuisse, an suppletum postquam KAN in καὶ depravatum est.

In cap. 57. vix est operae pretium ut moneam ὅπως οὐκ ἀποδέξονται legendum. Bekkerus Codicibus, ut videtur, consentientibus ἀποδέξωνται dedit.

Cap. 58. δημοσίᾳ ἐσθήμασι — an δημοσίοις θύμασι?

Cap. 59. ᾧτινί ποτ' ἂν καὶ ἀναξίῳ ξυμπέσοι —, imo ὅ τινι — ἐμπέσοι. Mox Plataeensium supplicatio facile explicari poterit si trifariam dividatur. Primum Deos orant ut Lacedaemonios movere possint; deinde ipsos Lacedaemonios obsecrant ne maiorum sepulchris neglectis iusiurandum quod illi praestiterant irritum facere velint; tertium mortuos Lacedaemonios invocant ne se Thebanis obiici patiantur. Deleto igitur ὑμᾶς vel certe post ἐπιβοώμενοι posito prima pars mendo carebit; in altera τῶν πατρῴων τάφων μὴ ἀμνημονεῖν coniunctim legenda; in tertia omnia recte atque ordine procedunt, sed pro κεκμηῶτας scribendum κεκμηκότας.

Mox ad λόγου τελευτᾶν quis non offendit? sed quid facilius, quid elegantius quam παύεσθαι in παυόμενοι subaudiri? Itaque importunum supplementum facessere iubeamus.

Cap. 63. ἱκανή γε ἦν κτέ. supple ἢ ἱκανή γε ἦν.

Cap. 64. δῆλόν τε ἐποιήσατε οὐδὲ τότε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα μόνοι οὐ μηδίσαντες, ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι, ὑμεῖς δὲ τοῖς μὲν ταὐτὰ βουλόμενοι ποιεῖν, τοῖς δὲ τἀναντία Ὑμεῖς δέ non expellendum, sic enim nihil esset quo τοῖς δέ referri posset, sed in ἡμεῖς δέ mutandum. Infra ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνίαις in omnibus Codd. et Edd. circumfertur. Existimabam unam tantummodo lunam esse et uno novilunio haec facta. Si hoc verum est praestaret fortasse ἱερομηνίᾳ.

Digitized by Google

ubi inter δεξάμενοι et γενέσθαι divortium facit. Simillimi sunt loci in I. 32. ἐπικουρίας, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς νῦν δεησομένους — V. 91. ὥσπερ καὶ Λακεδαιμόνιοι. IV. 92. τοῖς πέλας, ὥσπερ Ἀθηναῖοι νῦν, ἐπιόντες. In his oratio minus commode interrumpitur, in VI. 18. τρέψεσθαί τ' αὐτὴν περὶ ἑαυτὴν ὥσπερ καὶ ἄλλο τι καὶ πάντων τὴν ἐπιχείρησιν ἐγγηράσεσθαι, nitida sunt omnia ut nihil supra. Ut ab incertis ad certa confugiam, nullus dubito quin in καὶ ἐν δικαιοῖς οὐκ ἐν ἄλλοις, ubi duplex praepositio plane non ferenda est, prior insiticia sit.

Mox delenda videtur vox τεκμαιρόμενοι, cuius significatio in ipsa orationis structura continetur. Noster τεκμαίρεσθαι cum ὅτι coniunxisset.

Sive ἀγνῶτες ἀλλήλων sive ἀγνῶτες ἀλλήλοις (cum Cod. B.) legatur, intelligendi erunt et Lacedaemonii et Plataeenses, sed ὠφελούμεθα de solis Plataeensibus dicitur. Neque sane intererat utrum Lacedaemonii Plataeensibus cogniti an incogniti essent. Forsitan legendum: ἄλλων ἐπεσενεγκάμενοι μαρτύρια.

Cap. 55. correctionem ἔδρᾶτο pro ἔδρᾶτε a Bekkero praetermissam miror.

Cap. 56. delevi χρησίμῳ probante Cobeto in Mnemos. priore. Infra libri haec habent: ἐπιγνοῦντό τε μᾶλλον οἱ μὴ τὰ ξύμφορα πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ πράσσοντες, ἐθέλοντες δὲ τολμᾶν μετὰ κινδύνων τὰ βέλτιστα. diu multumque me exercuit hic locus, cuius tandem et morbi causam et medicinam reperisse me puto. Scriptum erat τὴν σφίσιν αὐτοῖς. Nescio quis ΑΣΦΑΛΕΙΑΙ pro ἀσφάλειαν scripsit; secutus est corrector, qui quum τὴν σφίσιν αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ non concoqueret τὴν ἔφοδον αὐτοῖς excogitavit. Nam ἔφοδον non esse Thucydidis ex antitheto liquet. Opponuntur enim inverso ordine τὰ ξύμφορα et τὰ βέλτιστα, τὴν σφίσιν αὐτοῖς ἀσφάλειαν et μετὰ κινδύνων πράσσοντες et ἐθέλοντες τολμᾶν.

Mox in illis καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν κτέ. sententia quam alias protuli nihil mutata rescribi iubeo: καὶ τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι ἢ τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς οἳ ἂν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι. κἂν τὸ παραυτίκα που ὑμῖν ὠφέλιμον καθιστῆτε, προσκέψασθε (τε om. B. recte) ὅτι νῦν μὲν

Digitized by Google

κτέ. Cf. VI. 14. extr. καὶ τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' εἶναι ὃ ς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ κτέ. Si cui insolita videtur in pedestri oratione κρᾶσις ex καί et ἄν sensu τοῦ ἤν vel ἐάν conferat librum VI. 21. ἄλλως τε καὶ εἰ ξυςῶσιν αἱ πόλεις, iudicetque utrum veri similius sit εἰ pro ἐάν a librariis temere substitutum fuisse, an suppletum postquam KAN in καὶ depravatum est.

In cap. 57. vix est operae pretium ut moneam ὅπως οὐκ ἀποδέξονται legendum. Bekkerus Codicibus, ut videtur, consentientibus ἀποδέξωνται dedit.

Cap. 58. δημοσίᾳ ἐσθήμασι — an δημοσίοις θύμασι?

Cap. 59. ᾧτινί ποτ' ἂν καὶ ἀναξίῳ ξυμπέσοι —, imo ὅ τινι — ἐμπέσοι. Mox Plataeensium supplicatio facile explicari poterit si trifariam dividatur. Primum Deos orant ut Lacedaemonios movere possint; deinde ipsos Lacedaemonios obsecrant ne maiorum sepulchris neglectis iusiurandum quod illi praestiterant irritum facere velint; tertium mortuos Lacedaemonios invocant ne se Thebanis obiici patiantur. Deleto igitur ὑμᾶς vel certe post ἐπιβοώμενοι posito prima pars mendo carebit; in altera τῶν πατρῴων τάΦων μὴ ἀμνημονεῖν coniunctim legenda; in tertia omnia recte atque ordine procedunt, sed pro κεκμηῶτας scribendum κεκμηκότας.

Mox ad λόγου τελευτᾶν quis non offendit? sed quid facilius, quid elegantius quam παύεσθαι in παυόμενοι subaudiri? Itaque importunum supplementum facessere iubeamus.

Cap. 63. ἱκανή γε ἦν κτέ. supple ἢ ἱκανή γε ἦν.

Cap. 64. δῆλόν τε ἐποιήσατε οὐδὲ τότε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα μόνοι οὐ μηδίσαντες, ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι, ὑμεῖς δὲ τοῖς μὲν ταὐτὰ βουλόμενοι ποιεῖν, τοῖς δὲ τἀναντία Ὑμεῖς δέ non expellendum, sic enim nihil esset quo τοῖς δέ referri posset, sed in ἡμεῖς δέ mutandum. Infra ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνίαις in omnibus Codd. et Edd. circumfertur. Existimabam unam tantummodo lunam esse et uno novilunio haec facta. Si hoc verum est praestaret fortasse ἱερομηνίᾳ.

Digitized by Google

Cap. 64. ἐβούλοντο τούς τε ὑμῶν χείρους μηκέτι μᾶλλον γενέσθαι τούς τε ἀμείνους τὰ ἄξια ἔχειν. En vetus hominum artificium, qui detestabilem optimatium causam ficta pauperum commiseratione stabilire conantur; sed quo id clarius fiat auctor sum ut legamus: τοὺς ὑμῶν χείρους μὴ ἔτι μᾶλλον πένεσθαι.

Quod adiicitur σωφρονισαὶ ὄντες τῆς γνώμης καὶ τῶν σωμάτων sic capiendum, hos et remp. et privatorum mores corrigere voluisse.

Cap. 66. λόγοις τε πείσειν. hoc non spoponderant, sed ut illi volunt, aequum fuisset, ut par pari referrent. Lege πεῖσαι.

Alias indicavi scribendum esse: καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ἢ μὴν μὴ κτενεῖν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν.

Cap. 67. παρενόμησάν τε οὐ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν, μίσει δὲ πλέον ἢ δίκῃ κρίναντες καὶ οὐκ ἀνταποδόντες νῦν τὴν ἴσην τιμωρίαν, ἔννομα γὰρ πείσονται καὶ οὐχὶ ἐκ μάχης χεῖρας προϊσχόμενοι, ὥσπερ φασίν κτἑ. Dele καὶ οὐκ et scribe ἀνταποδόντων et pro καὶ οὐχί deleto καί repone οὔ τι.

Mox lege ἀλλ' ἦν οἱ ἡγεμόνες νῦν ὑμεῖς deleto ὥσπερ.

In initio cap. 68. lege καὶ ὅτι — κατ' ἐκείνας οὐκ — τῇ αὐτῶν οἰκείᾳ βουλήσει —.

Infra malim χαλκᾶς καὶ σιδηρᾶς κλίνας.

Cap. 69. αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες τῶν Πελοποννησίων αἱ Λεσβίοις βοηθοὶ ἐλθοῦσαι ὡς τότε φεύγουσαι διὰ τοῦ πελάγους ἔκ τε τῶν Ἀθηναίων ἐπιδιωχθεῖσαι καὶ πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι καὶ ἀπ' αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν καταλαμβάνουσι κτἑ. Misere confusa et nisi fallor interpolata oratio rem a cap. 33. intermissam persequitur. Quid est ὡς τότε? cui non displicet ἔκ τινος ἐπιδιώκεσθαι? Denique quis credat narrationem sic ab auctore ordinatam ut plura participia; quae inter ὡς et κατηνέχθησαν interposita sunt, per totidem καί inter se connectantur? Vide quanto melius omnia procedant si scribis sua reddamus: — ἐλθοῦσαι τότε, ὡς φεύγουσαι διὰ τοῦ πελάγους ἐκ τῶν Ἀθηναίων πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι ἀπ' αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν.

Digitized by Google

Cap. 80. *καί τινας αὐτῶν ἔπεισαν ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι· ἐπλήρωσαν γὰρ ὅμως τριάκοντα* [*προσδεχόμενοι τὸν ἐπίπλουν*]. Verba extrema uncinis inclusit Bekkerus, qui sic in notis: „*π. τ. ἐ. in margine* B. F. om. A." Verum quoniam constat E et G, qui verba praebent, nec ab A nec a B fuisse descriptos, contra Codicum A et B magna est consensio, veri similius est in eo libro casu omissa et postea margine adscripta fuisse, marginem autem a scriba Codicis A in describendo neglectum esse. Sed quo tandem modo *ὅμως* accipi debet? Nonne luce clarius est veram lectionem esse, *ἐπλήρωσαν γὰρ ὁμοῦ ὡς τριάκοντα*?

Mox pro *μέσου ἡμέρας* lege *μεσούσης ἡμέρας*.

Cap. 81. *ἀπεχώρησαν* — imo *ἀπεχώρισαν*.

Cap. 82. *διαφορῶν οὐσῶν ἑκασαχοῦ τοῖς τε τῶν δήμων προστάταις τοὺς Ἀθηναίους ἐπάγεσθαι καὶ τοῖς ὀλίγοις τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν οὐδ' ἑτοίμων παρακαλεῖν αὐτούς· πολεμουμένων δὲ καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ προσποιήσει ῥᾳδίως αἱ ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίζειν τι βουλομένοις ἐπορίζοντο.* Nisi excidit aliquid, *ἐπάγεσθαι* a *διαφορῶν* pendeat necesse est, quod fortasse auctoris brevitati condonandum. Sed haud procul abest quin *τοῦ* ante *τοὺς Ἀθηναίους* necessario inserendum putem. Ne *ὄντων* post *ἑτοίμων* requiri dicam obstat quod persaepe Graeci *ἕτοιμος*, *πρόθυμος* et similia subaudito *εἰμί* usurpant. Sed cui non essent *ἕτοιμοι*? Nihil enim ad factiones intestinas faciebat sive pax sive bellum cum alia civitate haberent. Contra pacis tempore nulla erat quamobrem reliqui Graeciae populi se eorum simultatibus immiscerent. Quare potius hoc Thucydidem respexisse credo et scripsisse *οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν οὐδ' ἑτοίμους παρακαλεῖν αὐτούς*. Sequitur oratio impeditissima, ut primo aspectu videtur, sed unius importuni vocabuli damno caetera nitorem suum recuperabunt. Dele *ἑκατέροις*, quod si quo in loco stare deberet post *ἐπαγωγαί* collocandum esset. Hic arctissime cohaerentia *ἅμα τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει* ita seiungit ut ne admoniti quidem simul capere possimus.

Mox in *τὴν ὑπερβολήν* offendo; videtur enim glossema esse

Digitized by Google

ad πολὺ ἐπέφερε. Equidem quid sit ὑπερβολὴ τοῦ κινοῦσθαι τὰς διανοίας non intelligo. Sensus est: praeterita civilis discordiae exempla magnum momentum habuisse ad mutandas hominum mentes. τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξὺ ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη satis perspicuum nisi quod ἀνδρείας praestaret, quoniam de *nominibus* hic agitur. Sed quid est ἀσφάλειαι δὲ (vel ut est G ἀσφαλείᾳ δὲ) τὸ ἐπιβουλεύεσθαι ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος. Primum credebam latere in his τοῦ ἐπιβουλεύεσθαι ἀποτροπή, quae interprete non egent, sententiamque huiusmodi quaerendam „prudentia autem quae in avertenda fraude versatur speciosa excusatio habebatur" h. e. existimabant eos qui se tantummodo ab iniuriis cavere dicerent, causam illam insidiis quas ipsi struerent praetexere. Sed εὔλογος non idem est quod εὐπρεπής, neque honestae rei honestum nomen imposituri erant illi qui hic depinguntur. Igitur alio confugiamus, videamusque primum utrum sequentia recte atque ordine procedant. καὶ ὁ μὲν χαλεπαίνων πιστὸς ἀεί, ὁ δ' ἀντιλέγων αὐτῷ ὕποπτος. Quid? omnes οἱ χαλεπαίνοντες et quavis de re? an qui semper prompti erant ad inimicorum consilia improbanda? Quidni igitur legamus: ἀσφαλείᾳ δὲ τοῦ ἐπιβουλεύεσθαι ἀποτροπῆς ὁ μὲν χαλεπαίνων πιστός, ὁ δ' ἀεὶ ἀντιλέγων ὕποπτος? Sed quid de πρόφασις εὔλογος fiet? Nescio et in medio relinquo. Ἁπλῶς δὲ ὁ φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾶν ἐπῃνεῖτο — (quidni? nonne omnes idem facerent?) καὶ ὁ ἐπικελεύσας τὸν μὴ διανοούμενον. Atqui talis homo ne a factiosis quidem laudatur. Hoc demum ἁπλῶς et vere diceretur: ὁ φθάσας κακόν τι δρῶν ἐπῃνεῖτο καὶ ἐπικωλύσας τὸν μὴ διανοούμενον. Haud mirum si in tali civitate τὸ ξυγγενὲς τοῦ ἑταιρικοῦ ἀλλοτριώτερον ἐγένετο: illud mirum, causam huius mutationis fuisse διὰ τὸ ἑτοιμότερον εἶναι ἀπροφασίστως τολμᾶν, sic enim apud Bekkerum lego, neque aliud quidquam Codices praeferunt. Sed non dubito quin alii editores, quos lubenter consulerem si ad manum essent, veram lectionem ἀνετοιμότερον exhibeant. In media tabula, quae nobis iudicia moresque eorum, qui ea aetate rem publicam capessebant, ad vivum repraesentat, interpositus est communis locus οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελίας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι (anne ξύνοδος idem est quod σάσις?) ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίαι. Istane pro Thucydideis venditari! Vide quam apte

Digitized by Google

sint praecedentia et sequentia si emblema expuleris; a vinculo societatis ad fidem iuris iurandi pergit.

Mox addit: *τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων καλῶς λεγόμενα ἐνεδέχοντο ἔργων φυλακῇ εἰ προὔχοιεν καὶ οὐ γενναιότητι, ἀντιτιμωρήσασθαί τέ τινα περὶ πλείονος ἦν ἢ αὐτὸν μὴ προπαθεῖν.* Novissima plane et cum veritate et cum praegressis pugnant; quippe suspicaces illi adeo decreverant *αὐτοὶ μὴ προπαθεῖν* ut vel innocuos neque quidquam mali meditantes priores adorirentur; quomodo igitur ultionis tempus potius opperirentur quam ne laederentur praecaverent? Sed de remedio haereo. An resecto *τε* scribendum *καὶ οὐ γενναιότητι ἀντιτιμωρήσασθαι κτἑ.*? Sed adeo concinna est antithesis in *ἔργων φυλακῇ* et *γενναιότητι*, ut temerarium videatur vocem illam alio relegare. Itaque malim *οὐ περὶ πλείονος ἦν*, quod apud Nostrum idem est atque *minoris*. Mox legitur *ῥᾷον δ' οἱ πολλοὶ κακοῦργοι ὄντες δεξιοὶ κέκληνται ἢ ἁμαθεῖς ἀγαθοί*, et quae sequuntur. Thucydidis imitatorem facile agnoscas, sed et hunc corruperunt librarii. Pro *ῥᾷον* AF habent *ῥᾴδιον*. Lege *ἥδιον*, et mox *καὶ τὸ μὲν αἰσχύνονται*. Postremo pro *ἐπιφθόνως* indubitanter *ἀνεπιφθόνως* restituo.

Haud facile adducor ut primam partem capitis 85. pro spuria habeam. Sed a *συνταραχθέντος* usque ad finem ne verbum quidem est quod Nostro vindicare ausim, nam quae verissima et egregie scripta sunt (*ἀξιοῦσι — αὐτῶν*) plane nihil ad rem. In his quae retinenda censeo nihil correctore egent modo lectionem Codicis B *μάλις' ἄν*, quam Bekkerus in notis referre satis habuit, recipiamus, et *ἄν* post *δράσειαν* suppleamus. Ceterum *διὰ πάθους* nequaquam in *διὰ πάθος* mutandum, neque enim *propter cupiditatem* est, sed *cum cupiditate* sive *cupide*, idque non cum *ἐπιθυμοῦντες* sed cum *γιγνώσκοιεν* capiendum.

Cap. 89. *ἡ θάλασσα ἐπελθοῦσα.* Jam monui legendum esse *ἐπανελθοῦσα*, quo facto *ἐκυματώθη* et tum demum *ἐπῆλθε*. vide infra; *ἐγένετο δὲ καὶ ἐν Πεπαρήθῳ κύματος ἐπαναχώρησίς τις.*

Cap. 92. *Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις ἀποικίαν καθίσαντο.* Mirabor si nemodum vidit haec Graeca non esse, et pro *Τραχινί*AIC scribendum *Τραχῖνι* 'ϵC.

Digitized by Google

Cap. 95, pro ξυσρατεύειν lege ξυσρατεύCειν.

Cap. 98. ἐσΦερομένους optime Bekkerus ἐΚΦερομένους.
Mox mendosa sunt τοσοῦτοι μὲν τὸ πλῆθος καὶ ἡλικία ἡ αὐτή· οὗτοι βέλτισοι δὴ ἄνδρες (hoc om. G) ἐν τῷ πολέμῳ τῷδε ἐξ Ἀθηναίων πόλεως διεΦθάρησαν. Lenissimum remedium erit: τοσοῦτοι μὲν τὸ πλῆθος καὶ ἡλικίᾳ οἱ αὐτοὶ βέλτισοι δὴ [ἄνδρες] —.

Cap. 113. malim, ἤρετο ὅ, τι θαυμάζοι ὁπόσοι omisso καί. In Euripidis *Ione* vs. 44 sq.

ἐθαύμασ' εἴ τις ΔελΦίδων τλαίη κόρη
λαθραῖον ὠδῖν' εἰς θεοῦ ῥῖψαι δόμον.

quoniam non poterat id de alia quam de Delphica puella suspicari coniicio ἐθαύμασ' Ἥτις — τλαίη, ut eadem sit syntaxis quam in ἤρετο ὅσις εἴη discipuli observare iubentur tametsi ἔτλη usitatius esset, quemadmodum apud Nostrum τεθνᾶσιν.

Cap. 116. τῶν Καταναίων οἳ ἐπὶ τῇ Αἴτνῃ τῷ ὄρει οἰκοῦσιν, sed G ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Αἴτνῃ. Lege ὑπὸ τῷ ὄρει οἰκοῦσιν. Quae sequuntur ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ὄρος ἐν τῇ Σικελίᾳ magistris reddantur, et nisi fallor idem faciendum erit verbis μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα et τὸ ῥεῦμα.

Lib. IV. 4. τὸν πηλὸν — ἐπὶ τοῦ νώτου ἔΦερον ἐγκεκυΦότες τε ὡς μάλιστα μέλλοι ἐπιμένειν, καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες, ὅπως μὴ ἀποπίπτοι. Rectius esset ἤμελλεν ἐπιμενεῖν, sed neutrum verum videtur. Qui morem scribarum ubique in his libris obvium animadvertit mihi morem geret rescribenti ἐγκεκυΦότες τε ὡς μάλιστα καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες. Παντί τε τρόπῳ κτέ.
Mox ἐν ταῖς Ἀθήναις nemo sine risu legat; sed si hoc ex ἐν τῇ Ἀττικῇ corruptum est, indicio est quam evanida vel mutila fuerit scriptura Codicis antiquioris, unde nostri descripti sunt.

Cap. 8. ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Κερκύρᾳ ναῦς σΦῶν τὰς ἑξήκοντα ἐπεμψαν. Cum his conferri possunt quae L. V. cap. 72 leguntur: καὶ κελεύσαντος αὐτοῦ ἘΠΙ τοὺς Σκιρίτας ὡς οὐ παρῆλθον οἱ

Digitized by Google

λόχοι πάλιν αὖ σφίσι προσμῖξαι. „cum *nuntio misso* Sciritis mandavisset ut rursus prope se reliquamque aciem ordines reducerent". Qui locus, ut id obiter moneam, prava distinctione ex aperto obscurissimus factus est; nam post προσμῖξαι virgula posita cetera uno tenore legi oportebat: μὴ δυνηθῆναι ἔτι μηδὲ τούτους (h. e. non magis quam Hipponoidae et Aristoclis λόχοι) ξυγκλῆσαι. h. e. „vacuum spatium implere ne ab hoste occuparetur". Ut hic ξυγκλῆσαι in omnibus libris est, sic infra in cap. 8 Lib. IV, quo nunc redeo, pro κλήσειν A et B habent συγκλήισειν, quod libenter receperim.

Mox legimus: τὴν δὲ νῆσον ταύτην φοβούμενοι μὴ ἐξ αὐτῆς τὸν πόλεμον σφίσι ποιῶνται, ὁπλίτας διεβίβασαν ἐς αὐτήν. valde displicet τὸν πόλεμον ποιῶνται, quasi Sphacteria universi belli sedes futura esset. Cogitabam ἐξ αὐτῆς τὸν πόλεμον resectis μὴ σφίσι ποιῶνται „ne Athenienses insulam sibi caperent vel suam facerent". Sed vereor ut hoc Graecum sit. Fortasse scripsit: μὴ ἐξ αὐτῆς σφίσιν ἐπίθωνται.

Mox merito verba πρὸς τὸ πέλαγος in Bekkeri editione uncinis inclusa sunt.

Haud inutile esset omnia huiusmodi supplementa in unum colligere, ut iuvenes studiosi scholiastarum lineamenta tamquam in pinacotheca exposita intuentes a notis ad occulta pergentes quidquid eiusmodi etiamnunc in bonis auctoribus latet agnoscere et explodere consuescerent.

Pro κατειλημμένου recte Bekkerus κατειλημμένον.

Quid sibi vult utrumque καὶ in ΚΑΙ διεβίβαζον et in τελευταῖοι ΚΑΙ ἐγκαταληφθέντες. Hoc certe merum est scribae supplementum non intelligentis quam arcte τελευταῖοι ἐγκαταληφθέντες cohaereant.

In cap. 9. difficile dictu est quid Demosthenes fecerit quum τὰς τριήρεις ΠΡΟCεϛαύρωσεν. Credo eum non πρός, sed πρὸ τῶν τριήρων ϛαυροὺς καταπῆξαι. Tum in καὶ τοὺς ναύτας ἐξ αὐτῶν ὥπλισεν ἀσπίσι τε φαύλαις καὶ οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς primum ἐξ αὐτῶν non suo loco positum est et garrulum interpretem arguit; deinde τε καὶ unde huc irrepserint difficile dictu est. Sensu quidem carent sed nulla causa fingi potest cur quisquam tam inutile pondus orationi adderet. Quid si aliquid ex-

Digitized by Google

cidit? v. c. *ἀσπίσι τε Φαύλαις καὶ (πέλταις) οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς.*

Mox leviter mutata quam olim proposui correctione lego: *ἢ ἐπισπάσεσθαι ἢ αὐτοὺς προθυμήσεσθαι* „sperabat se eos allecturum vel ipsos ultro conaturos". Sed quid est ad quod allicientur aut quod ipsi conabuntur? *ἀποβαίνειν* scilicet. Atenim obstat quod non *ἀποβαίνειν* sed *πειράσειν ἀποβαίνειν* scriptum est. Dele mihi *πειράσειν* et omnia plana erunt. *ἦ μάλιστα ἐκείνους προσεδέχετο ἀποβαίνειν ἐς χωρία — πετρώδη, σΦίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος ἢ ἐπισπάσεσθαι ἢ αὐτοὺς προθυμήσεσθαι.* Quod litus scopulosum erat allicere eos cupiebat, quod murus infirmus ipsos descendere conaturos coniiciebat.

In cap. 10. locus ita interpolatus est ut intelligi nequeat, *καὶ οὐκ ἐν γῇ κρατὸς ἐστιν ἐκ τοῦ ὁμοίου μείζων.* si verba sic capias ut ex collocatione capi debent, *ἐκ τοῦ ὁμοίου μείζων* vertendum erit „pari ratione maior". Sed quamquam fieri potest ut exercitus prout aequo vel iniquo loco pugnet plus minusve *virium* habeat, *numerus*, opinor, semper idem erit. Itaque non *μείζων* sed *ἰσχυρότερος* scripsisset. Verum enim vero nihil manifestius quam *ἐκ τοῦ ὁμοίου* sequentibus opponi et sensum notissimum habere *ex aequo*. Si utrumque significare voluisset „exercitum eum maiorem esse et tamen non terra pugnaturum ideoque minus aequo Marte certaturum" alio ordine usus esset *καὶ οὐκ ἐν γῇ ὁ μείζων κρατὸς ἔσαι ἐκ τοῦ ὁμοίου.* Sed satis superque verborum; *μείζων* quantocius expellendum censeo.

In eodem capite quid sit *Φόβῳ ῥοθίου* probe intelligo; quid autem *Φόβῳ νεῶν δεινότητος κατάπλου* sibi vult? Et quo tandem *ῥοθίῳ* terreri possunt nisi navium? Haec igitur manum correctoris expectant, qui nos quid in *δεινότητι* lateat docebit.

Cap. 12. *ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐποίει τῆς δόξης ἐν τῷ τότε τοῖς μὲν ἠπειρώταις μάλιστα εἶναι κτέ.* In II. 8. solus G *ἐπῄει*. hic omnes in turpi errore consentiunt, qui quam antiquus sit ex Dione Cassio liquet, qui pro suo iudicio et *ἐποίει* et *ἐπῄει* a Thucydide se mutuari credidit. Sed quoniam *ἡ δόξα ἐπιέναι* debet, ut in altero loco *εὔνοια, τῆς δόξης* videtur in *τις δόξα* mutandum.

Digitized by Google

Dativum commodi (ut vocant) adhibere maluit ne τοὺς μὲν ἠπειρώτας κτἑ. ab ἐπῄει regi videretur. Sed incredibile est haec a Thucydide scripta esse. Satis superque iam ostendit qua parte belli Athenienses, qua Lacedaemonii praestarent, et perquam incommode haec superioribus per illud γάρ annectuntur.

Cap. 13. Lege ἐλεῖν ᾽ΑΝ μηχαναῖς.

Pro ἀντιπρῴρους scribendum ἀντίπρῳροι deleto καί.

Mox nonnihil offensionis est in ὅ τι περ αὐτῶν οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάνοντο ἐν τῇ νήσῳ. Intelligerem εἰ ὅ τι περ αὐτῶν ἐν τῇ νήσῳ ἦν ἀπολαμβάνοιτο, sed ὅτι παρ᾽ αὐτὰ (propter calamitatem) οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάνοντο ἐν τῇ νήσῳ, vel ἅπερ ὁρῶντες — ὅτι οἱ ἄνδρες ἀ. ἐ. τ. ν. vel denique ὅτι οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάνοντο ἐν τῇ νήσῳ ὅ τι περ αὐτῶν ἦν παραβοήθουν. Quid fieri oporteat viderint acutiores; modo ne περ cum ὅ τι collocetur, neu αὐτῶν cum οἱ ἄνδρες, nisi alterum οἱ post ἀπελαμβάνοντο suppleatur. Mihi quidem hodie praestare videtur: ἅπερ — ὅτι αὐτῶν οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάνοντο οἱ ἐν τῇ νήσῳ. — καὶ ἐν τούτῳ κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἕκαστος ᾧ μή τινι καὶ αὐτὸς ἔργῳ παρῆν.

In lib. II. 8. unde ἐπῄει mutuatum esse suspicor eum qui capiti 12 verba: ἐπὶ πολὺ — προέχειν adiecit, haec leguntur: ἐν τούτῳ τε κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ πράγματα ᾧ μή τις αὐτὸς παρέσαι, ubi ἐν τούτῳ videtur ad ἔργῳ, quod praecessit, pertinere. Quantum haec illis praestent non necesse est multis ostendere. Nam quae de universo belli apparatu pro rei dignitate apte dicuntur, eadem de uno proelio κομψοδέστερα videntur. Sed et orationem habent accuratiorem. Nam ut concedamus in ᾧ μή τινι errasse librarium, qui vel ᾧ τινὶ μή vel ᾧ μή τις ante oculos habebat, certe non ἕκαστος sed τὰ πράγματα ἐκωλύετο. Ceterum videri possit κεκωλῦσθαι melius hic cum παρῆν quam ibi cum παρέσαι congruere. Sed non ita est; nam in utroque loco finguntur singuli haec secum in medio certamine reputantes: εἰ μὴ ἐγὼ παρέσομαι κτἑ. Vide autem quam ridicula sit apodosis quam hic legimus: εἰ μὴ ἐγὼ παρέσομαι κεκώλυμαι. Quid autem de κεκωλῦσθαι statuam nescio; malim quidem κεκωλύσεσθαι Thucydidi restituere. Thucydidi, inquam, nam eius imitatorem, qui ne intellexit quidem quae imitatus est, valere iubeo; conferri possunt IV. 16. λελύσθαι et ἐσπεῖσθαι.

Digitized by Google

verum ibi ipsa induciarum verba quam proxime sequitur.

Cap. 18. partim fidenter partim in loco paene desperato aliquid audendum ratus haec lectoris iudicio commendo: *σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν, οἵτινες τἀγαθὰ ἐξ ἀμφιβόλων ἀσφαλῶς ἔθεντο καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ ξυνετώτερον ἂν προσφέροιντο τοῦ πολέμου ἐν ᾧ ἂν ὦσιν ἢ καθ' ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν τούτῳ ξυνεῖναι, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν ἡγήσωνται.* Quippe populus Atheniensium animos receperat et iam unusquisque paratus erat *τὸ ἑαυτοῦ μέρος μεταχειρίζειν*, sed prudentiores monentur ne *cum illis stent*, nam sic *ξυνεῖναι* interpretor. Est *argumentum ad hominem* ut vocant; quod nos ad aliam correctionem faciendam ducit sc. *διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοὶ πιστεύοντες ἐπαίρεσθαι.* Αὐτοῦ enim ferendum non est, quoniam nec *πόλεμος* intelligi potest et si posset sensum nihil adiuvaret; *αὐτοί* dicit ut a reliquis distinguantur.

Cap. 20. pro *μετρίως* malim *μετρίας*.

Cap. 25. *προσπλεύσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Ῥηγῖνοι ὁρῶντες τὰς ναῦς κενὰς ἐνέβαλον καὶ χειρὶ σιδηρᾷ ἐπιβληθείσῃ μίαν ναῦν — — μίαν ναῦν αὐτOI ἀπώλεσαν.* De lacuna quam indicavi nemo dubitabit qui locum bis leget; causa negligentiae in vocum iteratione quaerenda est.

Cap. 27. *ὡρμημένους τι τὸ πλέον.* dele *τό* quod ex *διττογραφίᾳ* ortum est.

Cap. 28. *ἔκ* Tϴ *Αἴνου.* Lege *ἐκ* THC *Αἴνου.*

Cap. 32. init. *καί* ante *ἔτι* ponendum, ante *λαθόντες* delendum.

Cap. 33. lege ΠΡΟ*θέοντες* vel cum G *ἐπιθέοντες*; et mox mutato ordine et accentu, quem praeferunt A E F, assumpto *ἃ καὶ ὑποσρέφοντες* —. Cur *τοῦ θαρσεῖν τὸ πλεῖσον εἰληφότες* scripserit non perspicio. Praestare existimo *τὸ θαρσεῖν τι πλεῖον*, nisi forte aliquid sub *τὸ πλεῖσον* latet, quod *τὴν ἀρχήν* vel *ἀφορμήν* exprimat.

Digitized by Google

Cap. 51. ediderunt *ποιησάμενοι — πίσεις καὶ βεβαιότητα ἐκ τῶν δυνατῶν μηδὲν περὶ σφᾶς νεώτερον βουλεύσειν* — corrigo *ὡς βεβαιότατα* et *ἐς σφᾶς*.

Cap. 60. *καὶ τῆς ἀρχῆς ἅμα προκοπτόντων ἐκείνοις*. coniicio *ἐκείνων*.

Cap. 61. extr. lege *ἢ δοκεῖ — ΤΑ μὲν ΠΑΤσαι ἂν — ξυνδιαCΩσαι. — τιμωρία γὰρ οὐκ εὐτυχεῖ δικαίως ὅτι καὶ ἀδικεῖται, οὐδὲ ἰσχὺς βέβαιον διότι καὶ εὔελπι*. Jam diu monui legendum: *διότι καὶ ἀδικεῖται*.

In cap. 63. pro *διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους* — lege: *διὰ τὸ ἤδη φοβερὸν, τοὺς παρόντας Ἀθηναίους κατ' ἀμφότερα ἐκπλαγέντες*. — pro *ἕκαςός τι* coniicio *ἕκαςοι*. — pro *ἀρετῇ ἀμυνούμεθα* malim *ἀνταμυνούμεθα*. — *ἢν δ' ἀπισήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν ὑπὲρ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα κἂν εἰ τύχοιμεν — γιγνοίμεθα*. sic legendum; vulgo *οὐ περὶ — ἀλλὰ καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν*.

Cap. 68. extr. *ὥςε οὐκ Ἐγένετο τοῖς ἐπιβουλεύουσι πρᾶξαι ὃ ἔμελλον* scribe *ἘΞΕγένετο*.

Cap. 86. lege *οὐδ' ΑΝ σαΦῆ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιΦέρειν*.

Cap. 87. *εἰ δ' ἐμοῦ ταῦτα προϊσχομένου ἀδύνατοι μὲν Φήσετε εἶναι, εὖνοι δ' ὄντες ἀξιώσετε μὴ κακούμενοι διωθεῖσθαι καὶ τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀκίνδυνον ἡμῖν Φαίνεσθαι, δίκαιόν τε εἶναι οἷς καὶ δυνατὸν δέχεσθαι αὐτὴν τούτοις καὶ ἐπιΦέρειν, ἄκοντα δὲ μηδένα προσαναγκάζειν*. Tandem aliquando contigit ut nodum aenigmatis solverem, quod mihi innumerabiles molestias peperit. Olim ad nescio quae transponendi artificia confugeram sed locum iterum iterumque respicienti subnascebatur usque suspicio in veram mali sedem nondum fuisse perventum. Nunc sine ulla dubitatione lego: *εἰ δ' ἐμοῦ ταῦτα προϊσχομένου ἀδύνατοι μὲν Φήσετε εἶναι, εὖνοι δ' ὄντες διωθεῖσθαι καὶ τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀκίνδυνον Ὑμῖν* (sic G) *Φαίνεσθαι κτἐ*. Scilicet *ἀξιώσετε μὴ κακούμενοι* merum est magistelli commentum, qui non perspecto

Digitized by Google

auctoris sensu aliquid de suo inseruit. Quid enim? Num dicturi videbantur Acanthii: *μὴ κακῶσῃς ἡμᾶς ὅτι ὑμᾶς διαθούμεθα*? Etiamsi id suspicati essent praesertim quum nihil tale adhuc minatus esset Brasidas, certe suspicionem dissimulandam vidissent. Et vide quantum hoc sequentia debilitet. *„si a me petitis ne quam vobis iniuriam faciam*, testor Deos immortales me male faciendo vos in societatem nostram coacturum". Quod etiam si dicere voluissent, num Graecum est *εὖνοι ὄντες ἀξιοῦμεν μὴ κακούμενοι διωθεῖσθαι* pro *μὴ κακοῦσθαι ἐὰν διωθώμεθα* vel *διωθεῖσθαι ἀδεῶς*? Sed bene factum quod, ut malefici solent, aliquid praetervidit falsarius, quo scelus patefieret. Nam unde pendent *φαίνεσθαι* et *δίκαιον εἶναι*? a *φήσετε* scilicet. Audio, sed ut hoc fiat ante omnia necessarium est nullum aliud verbum intercedere. Apage igitur putidissima illa *ἀξιώσετε μὴ κακούμενοι, εἴπερ ἀξιοῦμεν τὸν Θουκυδίδην ὑπὸ τῶν ἀκαίρων γραμματοκυφώνων μὴ κακοῦσθαι*.

Mox legendum *προσεῖναι* Δ' ΕΤΙ *μοι* pro *δέ τί μοι*.

Cap. 91. *μετ' Αριανθίδου*. G. *μετὰ Ριανθίδου*, dele *θ*.

Cap. 92. *πρός τε γὰρ τοὺς ἀξυγείτονας πᾶσι τὸ ἀντίπαλον καὶ ἐλεύθερον καθίσταται*. hoc est „quod est *ἀντίπαλον* idem etiam *ἐλεύθερον* fit". sed *καί* lubenter omittam. Quae praecedunt *Ἀθηναίους δὲ καὶ προσέτι ὁμόρους ὄντας* — duobus vocabulis *καὶ προσέτι* commode carere possunt, quod credo quemvis concessurum qui totam pericopen a *πάτριόν τε* ad *ἀγῶνας ἐλθεῖν* ter perleget.

Cap. 93. *ὥσπερ ἔμελλον* — quid facere an *ὥσπερ ἐλέγοντο*?

Cap. 98. lege *προτοῦ εἰώθασι*. — dele *ἀμυνόμενοι*. — leg. *τῶν πολέμῳ* — *κατειργομένων*. — pro *ἐν ᾗ δέ, ἣν δέ*. — pro *οὐδ' αὖ, οὐδ' αὐτός*.

Cap. 102. *ὅτι ἐπ' ἀμφότερα* — *ᾤκισεν*. Amphipolis non erat insula in medio Strymone, sic enim nihil opus fuisset muro. Sed fluminis admodum tortuosi quasi in sinu iacebat. Qua vero apertum latus praebebat ibi murum a superiore ad inferiorem

Digitized by Google

partem ripae duxerant. Itaque Strymon non *περιέρρει* urbem sed *παρέρρει* et *διὰ τὸ περιέχειν αὐτήν* non modo per se falsum est sed sive ad praecedentia sive ad sequentia referas nec causa erat cur Strymon huc vel illuc flueret, nec *idcirco* murum duxerant, cui si Amphipolis flumine circumdata esset nulla occasio imo nullus locus relinquebatur. His rationibus motus scribendum censeo: *ὅτι ἐπ' ἀμφότερα παραρρέοντος τοῦ Στρυμόνος ἢ ἔδει τοῦ περιέχειν αὐτήν κτἑ.* Quod fluvius imperfectum reliquerat id Hagnon muro ducto non effecit ut esset *περιφανής*, sed unde evenit ut undique *munita esset.* Sed cur hoc per *περιφανής* expressit?

Sidney *(continuabitur).*
m. Maio. 1873.

JULIANI LOCUS CORRECTUS.

Julianus ad Themistium scribens pag. 264. ut ostenderet *τὸν φιλόσοφον βίον* potiorem esse quam *τὸν ἐν πράξεσι* componit inter se Socratem et Alexandrum atque ita dicit: *ἐγὼ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου φημὶ μείζονα τὸν Σωφρονίσκου κατεργάσασθαι.* tum quaerit: *τίς* NTN *ἐσώθη διὰ τὴν Ἀλεξάνδρου νίκην; — ὅσοι δὲ σώζονται νῦν ἐκ φιλοσοφίας διὰ τὸν Σωκράτην σώζονται.* Interpres: *Cuinam* hodie *salutem Alexandri victoria peperit?* Lepidum est *hodie* post saecula septem. De Alexandri aequalibus haec dici palam est et statim addit: *multi sunt quos Alexandri victoria* reddiderit ditiores, *sed quem sapientiorem fecerit et continentiorem nemo est.* Itaque pro *τίς* NTN corrig. *τίς* OTN.

C. G. C.

Digitized by Google

AD PHILODEMI LIBRUM X

περὶ κακιῶν

ET

THEOPHRASTI *Χαρακτῆρας. ἠθικούς.*

SCRIPSIT C. G. COBET.

THEOPHRASTI Characteres et PHILODEMI de vitiis liber decimus. Cum commentario edidit J. L. USSING Professor universitatis Hauniensis. Hauniae 1868.

I.

AD PHILODEMUM.

Primum in Philodemi libro hic illic nonnulla paullo emendatiora dare iuvat.

In Col. II. Editor supplevit: *τὰ δὲ δουλΕΤόΜΕΝα σώματα*, sed barbarum est *δουλευόμενα σώματα* pro *δουλΕΤοΝΤα*.

In Col. V. *ἅμα δ' οὐδὲ διδάσκΕCΘΑΙ ἀνάσχοιτ' ἄν*, scribendum ex certa Graecitatis lege *διδασκΟΜΕΝΟC ἀνάσχοιτ' ἄν*.

In Col. VII. *τόΤΕ δὲ βεβλασφημημένους ὑπό τινων ἢ καλυβρισμένους*. Scrib. *τοΤC δὲ βεβλασφημημένους*.

In col. XIII. **** ὅτι τῆς πρότερον ὑπερηφανίας ἀνεμίμνησκεν·*

Digitized by Google

διὸ καί φασιν ἀχθόμενον αὐτὸν ἐπὶ τῷ σχεδὸν πάντας ἐπιχαίρειν πρὸς Ἀρχέλαον ἀπελθεῖν, aut de Agathone haec dicta sunt aut de Euripide, id quod mihi quidem multo veri similius videtur.

In Col. XVI. φοβεῖσθαι — μή ποθ' οὓς ὑπερορᾷ τις ΕΙC ΤΟΥΤΟΥς αὐτὸν ἡ τύχη ποιήσῃ ΤΠΟΦΕύγειν. Supplendum: ΈΠΙ ΤΟΥΤΟΥς — ΚΑΤΑΦΕύγειν, nam sic Graecis omnibus consuetum est dicere, et ipse Philodemus Col. XX. ὅταν ἀτυχήσωσι φωρῶνται καταφεύγοντες ἐπὶ τοὺς τυχόντας.

In Col. XVII. ἀρρωστοῦντ' αὐτὸν ἐπισκεπτομένου Φίλου μὴ λέγειν πῶς ἔχει μηδ' αὐτὸς ἐπισκεπτόμενός τινα τοιοῦτό τι προσερωτῆσαι: itaque Philodemus quoque neglecto usu Veterum pro ἐπισκοπεῖσθαι utebatur sequiorum forma ἐπισκέπτεσθαι. Nemo Atticorum in ea re aliter dicebat quam ἐπισκοπεῖσθαι. Non minus lepide quam vere Philemon (Stob. *Floril.* 100. 5.)

πολὺ μεῖζόν ἐστι τοῦ κακῶς ἔχειν κακόν
τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις
δεῖν τὸν κακῶς ἔχοντα πῶς ἔχει Φράσαι.

et in frequenti omnium usu ἐπισκοπεῖσθαι semper est *visere aegrotantem*. Hinc apud Demosthenem pag. 113, 25 iocus Philippi, qui τοῖς Ὠρείταις ἐπισκεψομένους ἔΦη τοὺς ϛρατιώτας πεπομΦέναι [κατ' εὔνοιαν]· πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι [καὶ ϛασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς], συμμάχων δ' εἶναι καὶ Φίλων ἀληθινῶν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς παρεῖναι. Male sit insulso sciolo, qui tam bonum dictum duplici emblemate perdidit. Nemo aegrotantem visit nisi κατ' εὔνοιαν et additum καὶ ϛασιάζουσιν leporem omnem ex ambiguo sensu τοῦ νοσεῖν quaesitum perimit.

In Col. XX. lepidissime dicitur διότι περὶ τοὺς πολυμαθεῖς ὀσμαὶ μόνον εἰσὶ πολλῶν, οὐ κατοχαί, καὶ τἀποτεύγματα περίεϛιν τῶν παιδευμάτων οὐ τὰ κατορθώματα. De *leviter tinctis* ὀσμαί, de *penitus imbutis* κατοχαί percommode et scite dictum est.

In Col. XXI. τὸν δὲ σεμνοκόπον καὶ τότε καὶ νῦν πάντως ψέγοντες. non credo Graecum esse σεμνοκόπον sed σεμνόκομπον, unde σεμνοκομπεῖν apud Aeschylum est Athen. p. 447. c.

κἀσεμνοκόμπει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ ϛέγῃ.

Digitized by Google

In Col. XXII. *ἐγὼ γὰρ οἶδά τι* πΛΕΟΝ *τούτου ὅτι οὐδὲν οἶδα*; imo vero πΛΗΝ *τούτου*. et post pauca: *καὶ μὴ ψιλῶς ὀνομάζειν ἀλλὰ Φαῖδρος ὁ καλὸς καὶ Λυσίας ὁ σοφὸς καὶ ῥήματ' ἀμφίβολα τιθέναι* χρΗCΤΟΝ *ἡδὺν ἀφελῆ γενναῖον ἀνδρεῖον καὶ παρεπιδείκνυσθΑΙ* 'ΑCμένως *σοφὰ προσάπτειν* Δ' ΫΛΛΟΙC *ὡς Ἀσπασίᾳ καὶ Ἰσχομάχῳ Σωκράτης*, equidem sic suppleverim: χρΤCΟΤΝ pro *χρηςόν* tum *καὶ παρεπιδείκνυσθΑΙ* ΜΘΝ *Ὡς σοφὰ προσάπτειν* δ' ΘΤΘΡΩΙ.

In fine Editor supplevit: *ἐδοκιμ(άσθης ἂν εἰ σὲ ᾑρήσαντο)*. quod imprudenti excidit pro *εἵλοντο*. Conclamatus locus est et nulla supplendi spes superest.

In Col. XXIII. *καὶ διανεύειν ἄλλοις ποτὲ δ' ἀνακΑΚΚάζειν* tralaticio librorum errore scriptum est pro *ἀνακΑΓΧάζειν*.

His scriptis Volumina Herculanensia Oxonii edita inspexi et cum editis contuli. Si quid memorabile inveni paucis notabo.

In Col. VIII. est *τἀρχαῖον πρόσωπον* non *τὸ ἀρχαῖον*.

In Col. XIII. *Μακεδόνες ἀπολιπόντες αὐτὸν πρὸς Πύρρον Ἀπέςησαν*. In papyro est: ΜΘτέςησαν.

In Col. XIV. *Τιμοκρέων ὁ Σερίφιος ὑπερήφανος ὢν πρὸς τὸν ὅτ' εἰσήει πυνθανόμενον ποταπός ἐςτιν „Τοῦ κήρυκος, εἶπεν, ἀκούσει μικρὸν ὖς ερον." διαδοθέντος δὲ τοῦ .....ντος οὕτως ἀντέκοψε τοῖς θεωροῦσιν κτέ*. Animi causa proponam primum hominum doctorum mirificas quasdam hariolationes, quibus veram lectionem, quae simplicissima est, opponam. Coniecit aliquis:

διαδοθέντος δὲ τοῦ ἄθλου ἐντός.

alius:

παραδοθέντος δὲ τοῦ γιγγράντος.

alius:

παραδοθέντος δὲ τοῦ ἀνεμόεντος.

alius denique:

ἀναδοθέντος δὲ τοῦ διὰ παντός.

Sardi venales, ut aiunt, *alius alio nequior*. Scatent Commentarii in Theophrastum correctiunculis istiusmodi, quae nec coelum nec terram tangunt. Nullius ullam rationem umquam

Digitized by Google

habiturus *γεύματος χάριν* has solas quatuor coniecturas proferre satis esse existimavi. At quid tandem scripserat Philodemus? Oxonienses ediderunt:

ΑΔΟΘΕΝΤΟCΔΕΤΟΤΝΕ . . ΕΝΤΟC
ΟΤΤΩCΑΝΤΕΚΟΨΕΤΟ . . ΘΕΩΡΟΤ
CIN.

duae literulae perierunt: quid latet? nihil aliud quam ΔΙα*δο-θέντος δὲ τοῦ* ΛΕΧΘ*έντος*. *Dictum* Timocreontis sparsum per omnes gravem arroganti homini invidiam conflavit.

Plane gemellum est quod narrat Valerius Maximus VII. 5. 2. „P. Scipio Nasica — cum aedilitatem curulem adolescens peteret manumque cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset ioci gratia interrogavit eum »num manibus solitus esset ambulare.“ *Quod dictum a circumstantibus exceptum ad populum manavit* causamque repulsae Scipioni attulit.“ *διεδόθη δὲ τὸ λεχθὲν καὶ οὕτως ἀντέκοψε τοῖς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὥσε τῆς ἀρχῆς ἀποτυχεῖν.*

In Col. XVII. *τοιοῦτος γάρ ἐσιν, φησὶν ὁ Ἀρίσων, οἷος ἐν τῇ μάκτρᾳ θερμὸν ἢ ψυχρὸν αἰτεῖν μὴ προανακρίνας τὸν συμβεβηκότ' εἰ κἀκεῖ*(NOC *ταὐτὸ θέλει*). Rectius, credo, supplebitur: *εἰ κἀ-κεί*(ΝΩΙ *οὕτω δοκεῖ*).

In col. XVIII. *ὁ αὐθάδης δι' οἴησιν δὲ* (*ἡγ*)*ούμενος Φρονεῖν* in Codice est *δι' οἴησιν δὲ* TOT MONOC *Φρονεῖν*.

Post pauca: *κἂν προσερωτήσῃ τις τί μέλλει ποιεῖν „*Οἶδ' *ἐγώ.“ λέγειν κἂν μέμψηταί τις* 'ΕΠΙΜ*ειδιῶν „'Εμὲ σύ;“* non solent homines de genere hoc *ἐπιμειδιᾶν*, quod blandius est, sed contemtim 'ΤΠΟ*μειδιᾶν*. Itaque sic expleri lacuna debuerat.

In Col. XXIV. in papyraceo libro est: *πάντα γὰρ δεινὸς σὺ ἐπεργάσασθαι*, non quod editur *δεινὸς σὺ εἶ*. et in sq. versu: *κἂν συνέλθῃ* TON *καταπληττόμενον ἐμφαίνει*, non *αὐτόν*. et rectissime sic dicitur *ἐμφαίνει τὸν καταπληττόμενον* pro *καταπλήττεσθαι προσποιεῖται vehementer admirantis speciem praebet.*

Post pauca pro ΚΑΙ ΔΙΑ*γελάσαντος „'Ορθῶς μου καταφρονεῖς*

Digitized by Google

τηλικοῦτος ὤν· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐμαυτοῦ." In Codice est κΑΔΛγελάσαντος sed KA duobus punctis superscriptis ut expungenda notata videbis et I inter Δ et A additum, ut sit ΔΙΑγελάσαντος, quod unice verum est, namque καταγελᾶν quidem impudentis est et rusticum.

Rectissime fecit Editor quod hasce Philodemi lacinias quamquam laceras et passim ineptis supplementis interpolatas ut tamquam in paludoso solo vix sit ubi firmiter consistas, cum Theophrasti reliquiis composuit. Luculenter enim ex iis apparet quo pacto Rhetor nescio quis ex integro Theophrasti libro haec excerpta delibaverit. Theophrasti ipsius verba ut plurimum resecuit, sed ubi is, cuius ingenium describitur, veluti agitur in scena et agens aliquid aut loquens inducitur, ea omnia sedulo delegit et composuit in unum *servatis diligenter* (quod maximi momenti est) *ipsis elegantissimi scriptoris verbis*. Nullo negotio aliquis ex Philodemo simillima Theophrasteis excerpserit: veluti: ὁ δὲ αὐθάδης τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῇ μάκτρᾳ θερμὸν ἢ ψυχρὸν αἰτεῖν μὴ προανακρίνας τὸν συμβεβηκότ' εἰ κἀκείνῳ οὕτω δοκεῖ. καὶ παῖδα πριάμενος μηδὲ τοὔνομα προσερωτῆσαι μήτ' αὐτὸς θέσθαι, καλεῖν δὲ παῖδα καὶ μηδὲν ἄλλο. καὶ τὸν συναλείψαντα μὴ ἀντισυναλείφειν. καὶ ξενισθεὶς μὴ ἀντιξενίσαι. καὶ θύραν ἀλλοτρίαν κόπτων ἐπερωτήσαντος τίς ἐστιν μηδὲν ἀποκρίνεσθαι μέχρι ἂν ἐξέλθῃ. καὶ ἀρρωστοῦντ' αὐτὸν ἐπισκεπτομένου φίλου μὴ λέγειν τῶς ἔχει μηδ' αὐτὸς ἐπισκεπτόμενός τινα τοιοῦτό τι προσεπερωτῆσαι καὶ γράφων ἐπιστολὴν τὸ χαίρειν μὴ προσγράψαι μηδ' ἐρρῶσθαι τελευταῖον. Et post pauca:

Ὁ δ' αὐθέκαστος τοιόσδε τις οἷος μηδενὶ προσαναθέμενος ἀποδημεῖν ἀγοράζειν πωλεῖν ἀρχὴν μετιέναι τἄλλα συντελεῖν, κἂν προσερωτήσῃ τις τί μέλλει ποιεῖν „Οἶδ' ἐγώ." λέγειν κἂν μέμψηταί τις ὑπομειδιῶν „Ἐμὲ σύ;" et paucis interpositis:

Ὁ δ' εἴρων τοιόσδε τις ἐστὶν οἷος προσκαλούμενος εἰς κοινολογίαν φοβεῖσθαι καὶ τἀλάχιστα φάσκειν ἄπορα καταφαίνεσθ' ἑαυτῷ. καὶ διαγελάσαντος „Ὀρθῶς μου καταφρονεῖς τηλικοῦτος ὤν, καὶ γὰρ αὐτὸς ἐμαυτοῦ." καὶ „Νέος ὤφελον εἶναι καὶ μὴ γέρων ἵν' ἐμαυτὸν ὑπέταξά σοι. καὶ τῶν συμπαρόντων του ὁτιδήποτε εἰπόντος — ἐπιφωνεῖν τὰς χεῖρας ἀνατείνας „Ὡς ταχὺ συνῆκας, ἀλλ' ἀφυὴς ἐγὼ καὶ βραδὺς καὶ δυσαίσθητος." καὶ προσέχειν μὲν διαλεγομένῳ

Digitized by Google

καὶ ἐγχάσκειν εἶθ' ὑποκινᾶδεῖν καὶ διανεύειν ἄλλοις καὶ ἀνακαγχάζειν. et plura his similia, quae ad formam τῶν Θεοφράστου χαρακτήρων quam proxime accedunt nisi quod multo minus lepida et venusta sunt neque tam scita et eleganti sermone scripta.

Nonnumquam tamen is, qui ex Theophrasto ipsas morum notationes excerpsit caeteraque resecuit, unam et alteram Theophrasti observationem in sua Excerpta transtulit. Haec nunc fere video a caeteris quasi genuina non sint seiungi, sed ipsa cogitandi et dicendi forma incredibili lepore condita καὶ τὴν Ἀττικὴν χάριν ἀποπνέουσα Theophrastum auctorem facile arguit, ut in cap. I. τοιαύτας φωνὰς καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας εὑρεῖν ἔστι τοῦ εἴρωνος· τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ ἀλλ' ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις. et in cap. III. παρασείσαντα δὴ δεῖ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι ὅσις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. et in cap. VI. ἐργώδεις δ' εἰσὶν οἱ τὸ σόμα εὔλυτον ἔχοντες εἰς λοιδορίαν καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ ὥστε συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια. et in cap. VIII. τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσιν· πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περισάσεις ποιούμενοι θαιμάτια ἀποβεβλήκασιν, οἱ δ' ἐν τῇ σοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν· εἰσὶ δ' οἳ καὶ πόλεις τῷ λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες παρεδειπνήθησαν. quae omnia ita redolent et resipiunt Atticam ingenii festivitatem et dictionis Atticae lepores veneresque sic referunt gratiamque spirant ut absurdum sit existimare haec ab alio quam a Theophrasto ita scribi potuisse.

Quis praeter Athenienses, ut hoc solo utar, noverat quid esset παραδειπνηθῆναι et rem ludicram tam iocoso verbo appellitabat? Praeter Theophrastum unum testem habet Amphidem Comicum Athenaei pag. 423 A.

παραδεδειπνημένοι, παῖδες, πάλαι.

ut in Plauti *Menaechmis* Penicillus III. 1, 13:

si id ita esset non ego hodie perdidissem prandium.

Graece dixeris:

οὐ γάρ ποθ' οὕτως ἂν παρεδειπνήθην ἐγώ.

Nunc ad ipsos Χαρακτῆρας accedamus.

Digitized by Google

II.

AD THEOPHRASTI CHARACTERES.

Tres omnino esse Codices, unde crisis Theophrastei libelli tota pendeat, ac caeterorum omnium, qui permulti supersunt, nullum prorsus esse usum neque adeo ullam eorum rationem haberi oportere omnes consentiunt. Hos ego omnes quanta maxima potui diligentia cum pulvisculo excussi: Parisinum A. 2977. membranaceum saeculi X. et Parisinum B. 1883. item in membranis scriptum aetatis eiusdem, ac tertium Palatinum in Bibliotheca Vaticana.

Palatini Codicis scripturas exhibui in Mnemosyne VIII. anno 1859. p. 310 sqq. Parisinorum lectiones a me fideliter enotatas identidem ubi usus feret expromam.

Cap. I. *Εἰρωνείας.*

καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις πρὸς τοὺς ΑΔΙΚουμένους *καὶ ἀγανακτοῦντας πρᾴως διαλέγεσθαι.*] Res ipsa et vitae consuetudo ducit ad veram scripturam hanc: *πρὸς τοὺς* ΔΙΗγουμένους *καὶ ἀγανακτοῦντας.* Si quis cui maledixit, numquam deesse solent qui id ad eum sedulo deferant, atque id proprie *διηγεῖσθαί τι πρός τινα* appellatur. Rectissime Simonides *εἰπόντος τινὸς ὅτι πολλοὶ αὐτὸν παρ' αὐτῷ κακῶς λέγοιεν Οὐ παύσει, ἔφη, ποτὲ σὺ τοῖς ὡσί με βλασφημῶν;* quid sit *πρᾴως διαλέγεσθαι* optime docebit Xenophontis locus in *Anabasi* I. 5. 14. *ὁ δ' ἐχαλέπαινεν ὅτι αὐτοῦ ὀλίγου δεήσαντος καταλευσθῆναι πρᾴως λέγοι τὸ αὐτοῦ πάθος.*

Ibid. *μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογῆσαι ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι,* unice verum est *βουλεύCεσθαι.* Habent enim hoc *εἴρωνες* omnium temporum ut *σκέψομαι* et *βουλεύσομαι* sit illis semper in ore. Post pauca de eodem: *καὶ τὰ μὲν* CΚΕΨΕCΘΑΙ *φάσκειν, τὰ δ' οὐκ εἰδέναι.* Menander a Casaubono laudatus (Stob. Floril. 22. 9.)

> *οἱ τὰς ὀΦρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι*
> *καὶ* CΚΕΨΟΜΑΙ *λέγοντες· ἄνθρωπος γὰρ ὢν*
> *σκέψει τι περί του;*

Digitized by Google

sic enim fastidiose et contemtim dixit non quod editur *σκέψει τί περὶ τοῦ*;

Diserte *βουλεύCεσθαι* in Parisino A scriptum est: B cum vulgata consentit. Uterque *σκέψΑσθαι* habet tralaticio errore.

Ibid. *καὶ μὴν οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξῄει. — ὅπΩC δὲ σοὶ ἀπιςήσω ἢ ἐκείνου καταγνῶ ἀποροῦμαι.*] Scribendum *οὐ ταὐτὰ πρὸς ἐμέ*, et *'ΟΠΟΤΕΡΟΝ δὲ σοὶ ἀπιςήσω*. Non est enim Attica compositio *ἀπορῶ* (*ἀποροῦμαι*) *ὅπως — ἤ*, sed *πότερον* (*ὁπότερον*) — *ἤ*.

Ibid. *ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιςεύῃς.*] Nihil haec faciunt ad rem. Equidem *τὸν εἴρωνα* dixisse suspicor: *ὅρα μὴ σὺ θᾶττον 'ΕπίςευCAC. Fortasse*, inquit, *tu paullo citius haec vera esse credidisti*, id est: *fortasse nihil est in his veri*. Sic enim *εἴρωνες* etiamnunc amant dicere.

Cap. II. *Κολακείας.*

τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα ὥςε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν „'Ενθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσι πρὸς σὲ οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίγνεται πλὴν ἢ σοί.] Uterque liber *ἅμα πορευόμενον*. Tum *ἀττικιςί* scribendum *ἐνθυμEI*, et *ἀποβλέπουσιν* EIC *σέ*, ut usitatum est dicere. Cf. cap. idem sub finem: *καὶ* EIC *ἐκεῖνον ἀποβλέπων τοῖς ἄλλοις λαλεῖν*, et passim alibi. In fine A exhibet *πλὴν ἢ σοί*, B. melius *πλὴν σοί*.

ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ ςοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντ' ἀνθρώπων καθημένων καὶ ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιςος ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι.] Apparebit melius mendum in his verbis latens si rectam orationem reposueris. Adulator ipse ita dixerat: *ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιςος ἀπ' 'ΕΜΟΥ ἀρξάμενοι πάντες ἐπὶ σὲ κατηνέχθησαν*, id est noto Atheniensium usu, *πάντες, ἐγὼ δὲ πρῶτος ἁπάντων*. Itaque corrigendum: *ἀΦ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας*.

Praeterea pro *καθημένων* dedisse Theophrastum de more suspicor *ΣΤΓκαθημένων*, quod semper ponitur de iis qui una sedentes inter se confabulantur.

Ibid. *καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι*

Digitized by Google

καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ ἐπὰν παύσηται ὀρθῶς.] Antiqua et vera scriptura mihi haec fuisse videtur: ἐπαινέσαι δὲ ᾼΙΔοντος καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ ἐπὰν παύσηται, expuncto ὀρθῶς *Cantantis* laudat vocem, et ubi fecit cantandi finem manibus plaudit. Sic demum perspicuum est quid sit ἐπὰν παύσηται. *Plaudendi* verbum ἐπισημαίνεσθαι cum ὀρθῶς componi non potest. Quis est autem adulatori opportunior quam ὁ ἐν συμποσίῳ ᾄδων? et quid est in Graecorum conviviis usitatius?

Pro ἀκούοντος in Parisino A est ἀκόντοσ sed inter τόν et τοσ interpositus est accentus gravis ον significans, ut sic ἀκόνοντος. B. ἀκούοντος.

Ibid. τὸν κόλακα ἔϛι θεάσασθαι ΠΑΝΤΑ καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα ᾽ΩΙ χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.] Sic Parisini A. B. soloece, nec melius est quod editur ΕΙ χαριεῖσθαι. Corrigendum ΠΑΝ pro πάντα. Perinde bene dicitur ἀττικιϛί et πάντα ποιεῖν, δρᾶν, λέγειν, et πᾶν. Plato in *Gorgia* pag. 479. C. ὅθεν καὶ πᾶν ποιοῦσιν ὥϛε δίκην μὴ διδόναι. Cf. Heind. ad *Phaedonem* pag. 114. C.

Cap. III. Ἀδολεσχίας.

ὁ δὲ ἀδολέσχης τοιοῦτός ΈCTIN οἷος ὃν μὴ γιγνώσκει κτέ.] Corrig. τοιοῦτός TIC οἷος, ut ubique. In his ἐϛί tam supervacaneum est quam τις necessarium.

Ibid. καὶ εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ [πλεῖον] τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι.] reseca importunum et molestum πλεῖον, quod nunc quidem nihil omnino ad rem. Aristophanes noto loco:

δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἅττα μή 'ϛι πρῷα
ὕδωρ γενέσθαι κἀπιπνεῦσαι βόρειον αὐτοῖϛ.

In Parisino A. ὕδωρ πλεῖον scriptum est, in B. πλεῖον abest.

Cap. IV. Ἀγροικίας.

καὶ ἀριϛῶν δὲ ἅμα τοῖϛ ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν καὶ κόψαντος τὴν θύραν ὑπακοῦσαι αὐτός]. In optimis libris est ἐμβαλεῖν τὴν θύραν ὑπακοῦσαι αὐτός, in aliis sunt lectorum coniecturae: alius enim τὸν χόρτον de suo addidit, alius καὶ κόψαντος. Recte uterque,

Digitized by Google

nam prorsus necessaria illa sunt neque ullo modo abesse possunt. Ex archetypo incertum quo casu post ἐμβαλεῖν versiculus unus intercidit:

τὸν χόρτον καί του κόψαντος

namque sic καί του κόψαντος vel καὶ κόψαντός τινος necesse scribi est. Fieri non potest ut τινος vel του omittatur, *si quis ostium pulsaverit*.

Ibid. καὶ τὸ ἀργύριον δὲ παρά του λαμβάνων ἀποδοκιμάζειν — καὶ ἕτερον ΑΜΑ ἀλλάττεσθαι]. Permolestum est τό in verbis τὸ ἀργύριον: expuncto articulo reponam καὶ ἀργυρίδιον δέ. Praeterea in ἅμα ἀλλάττεσθαι neque ἅμα sanum est neque simplex ἀλλάττεσθαι. Utrique malo medeberis corrigendo: καὶ ἕτερον ΑΝΤαλλάττεσθαι. Cur ἅμα sit vitiosum rei natura declarat: ἀποδοκιμάζει γάρ τις πρῶτον εἶθ' ἕτερον ἀνταλλάττεται.

Ibid. καὶ εἰς ἄκυ καταβαίνων ἐρωτῆσαι τὸν ἁπαντῶντα πόσου ΗCAN αἱ διΦθέραι καὶ τὸ τάριχος]. Non hoc curant rustici nec sciscitantur sed πόσου ЄICIN.

Ibid. καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει] pro ἀγών video doctos homines ἄρχων reponentes, sed sic πλέον θάτερον ποιοῦσιν et augent molestias. Νουμηνίαν ἄγειν est ἑορτάζειν καὶ ἀργεῖν, *feriari* et *opere omni abstinere*: ὁ ἀγών nil aliud significare potest quam *ludos*. Quaerit igitur homo rusticus rusticano verbo *an nulli ludi hodie agantur in Urbe*.

καὶ εἰπεῖν ὅτι εὐθὺς βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι]. Verba sunt transposita praeter rei naturam et dicendi usum. Restitue naturae ordinem sic ut scribas: ὅτι βούλεται εὐθὺς καταβὰς ἀποκείρασθαι. Eodem modo dicebant εὐθὺς γενόμενος, εὐθὺς ἰδών et sim. plura, quae verbo alieno interposito dirimi non possunt.

Ibid. καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου ταὺς ταρίχους]. Duo hic homines simul loquuntur: Theophrastus, qui dicit ἀττικιστί et venuste τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, et lector nescio quis qui docet ea verba idem significare atque παριών. Poterat et ἐν παρόδῳ dare aut ὁδοῦ πάρεργον: namque omnia haec ἀττι-

Digitized by Google

κισί dicuntur τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. Itaque inepte abundans παριών expellemus. Idem olim Casaubonus iusserat, sed nemo optime monenti obtemperavit. Audi ipsum: „*ex Theophrasti verbis potest* sine damno sententiae *abesse vox* παριών. *ac paene* illam inducendam *censuerim. Nam ita loqui solent scriptores Attici:* τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. *inquam, non,* παριὼν τῆς αὐτῆς ὁδοῦ." deinde exempla apponit. Verissima haec omnia sunt et rectissime monenti parendum.

Atticorum imitatores nonnumquam et ipsi τῆς αὐτῆς ὁδοῦ dicebant, ut Aristides Tom. II. pag. 502. τῆς αὐτῆς ὁδοῦ δηλῶν ὅτι καὶ ἑτέρους ἀπεκτονὼς εἴη, satis inepte, ut vides, pro *simul*, ἅμα. Multo melius Scholiastes ad Odyss. H. 29.

τοίγαρ ἐγώ τοι, ξεῖνε πάτερ, δόμον ὅν με κελεύεις
δείξω ἐπεί μοι πατρὸς ἀμύμονος ἐγγύθι ναίει.

annotavit: προσαγωγὸν πάνυ. οὐ γὰρ τὴν ἰδίαν χρείαν καταλιποῦσα ὑπουργήσειν φησὶν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ δείξειν τὸ ζητούμενον.

Cap. V. Ἀρεσκείας.

παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν μὴ μόνον ᾧ πάρεσι βούλεσθαι ἀρέσκειν ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ]. In utroque Parisino est ἵνα κοινὸς εἷς εἶναι δοκῇ, in quo latet κοινός TIC εἶναι δοκῇ, ut in tali re dici assolet. Exempla passim obvia praesertim apud Demosthenem et Aeschinem caeterosque oratores.

Ibid. κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστῶντα καὶ εἰσιόντα φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ καὶ προσΑΓόμενος φιλῆσαι καὶ παρ' αὐτὸν καθίCΤασθαι]. Primum *aoristo* opus est προσαγΑΓόμενος. Permiscentur haec inter se ubique locorum ἀγών — ἀγαγών, ἀγόμενος — ἀγαγόμενος, βάλλων — βαλών, λείπων — λιπών, πειθόμενος — πιθόμενος, φεύγων — φυγών et complura alia, sed nullus, opinor, locus est ubi sit dubia et anceps optio. Luce clarius est sitne *praesentis* forma sententiae apta ac necessaria an *aoristi*. Deinde ex καθίCΤασθαι exime unam literulam vitio natam, ut fiat καθίCασθαι. Homo blandus sui regis pullos *gremio complexus* (προσαγαγόμενος) osculatur et iuxta sese *assidere iubet* (φιλεῖ καὶ παρ' αὐτὸν καθίζεται). Notus est usus verbi παρακαθίζεσθαι pro *iuxta sese sedere iubere*, ut in nobili

Digitized by Google

loco Leocrateae §. 145. pag. 167, 42. *ἐχρῆν — εἰ καὶ περὶ οὐδενὸς ἄλλου νόμιμόν ἐϛι παῖδας καὶ γυναῖκας παρακαθισαμένους ἑαυτοῖς τοὺς δικαϛὰς δικάζειν ἀλλ' οὖν περὶ προδοσίας γε κρίνοντας οὕτως ὅσιον εἶναι τοῦτο πράττειν.* Nihil autem interest inter *παρακαθισάμενοι ἑαυτοῖς* et *παρ' ἑαυτοὺς καθισάμενοι.* *Καθιϛάναι* vero et *καθίϛασθαι* plane ab hoc argumento aliena esse quid multis verbis ad demonstrandum opus est?

Ibid. *δεινὸς κτήσασθαι — καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυΦασμένους*]. In tali re aliter Attici, quos Theophrastus dicendi magistros habet, aliter Graeci et Graeculi sequiorum temporum loqui solent. Attici dicebant *αὐλαίαν Πέρσας ἐνυΦασμένHN*, sequiores *Πέρσας ἐνυΦασμένOTC ϷΕΧΟΤCΑΝ*. Exemplorum plena sunt omnia. Satis est exempli in hoc uno: *ἑώρων δ' αὐτὸν τὸν Φίλιππον τὸν ὀΦθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον.* Omnes sic Attici summa constantia. Utrum igitur a Theophrasto scriptum putemus? Sine controversia ipse dederat: *καὶ αὐλαίαν Πέρσας ἐνυΦασμένην*, idque postea nescio quis ad suae aetatis consuetudinem refinxit.

Ibid. continuo sequitur: *καὶ αὐλίδιον παλαιστριαῖον κόνιν ἔχον καὶ σΦαιριϛήριον καὶ τοῦτο περιΐων* XPH NTN *ἀεὶ τοῖς ΦιλοσόΦοις, τοῖς σοΦιϛαῖς, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ἐνδείκνυσθαι*]. In *χρῆ νῦν* latet Theophrasti manus *κιχράναι commodare:* alii *χρῆσαι* reposuerunt, sed vel propter *ἀεί* additum prope necessaria est praesentis forma *κιχράναι.* Praeterea mendosum est *αὐλίδιον παλαιϛριαῖον*, quod quid sit nemo dixerit. In *παλαιϛρIAIον* vera lectio, si quis hoc agit, pellucet. Nempe *παλαιϛρίΔιον* Theophrasti manus est, qua semel reperta *αὐλίδιον* lubenter sciolo qui addidit reddemus. De eadem re in fine capitis dicitur *τούτου ἐϛὶν ἡ παλαίϛρα.* Unum etiam mendum superest: *παλαιϛρίδιον κιχράναι — τοῖς ἁρμονικοῖς* 'ϾNδείκνυσθαι. Amissa est praepositio prorsus et ad loci sententiam et ad constantem dicendi usum necessaria. Sophistae, hoplomachi, harmonici et omnes qui sui artificii specimen populo edunt vel exhibent dicuntur in Graecia Ἐπιδείκνυσθαι et *ποιεῖσθαι ἐπίδειξιν.* Et rei et nominis frequentissimus apud omnes usus est, et *ἐπίδειξις* et *ἐπιδείκνυσθαι* vocabula sunt *μυριόλεκτα* eandem semper et formam et notionem

Digitized by Google

fideliter servantia. Itaque manifestum est Theophrastum scripsisse *κιχράναι* — 'ϵΝϵΠΙδείκνυσθαι, nam praepositio 'ϵΝ perinde necessaria est atque 'ϵΠΙ. Omnia verba Graeca, quibus *ἔν τινι* vel *ἔν τινι τόπῳ* addi potest, habent formam ex praepositione *ἐν* compositam. Nihil opus est Graecis in ea re auctoritate et exemplis: sufficit analogia et quisque pro re nata verba nova ita componit. Dicitur v. c. *μάχεσθαι ἐν τῷ πεδίῳ* itaque Herodotus IX. 7. scripsit: *ἐπιτηδεώτατόν ἐϛι* 'ϵΜΜαχέσασθαι *τὸ Θριάσιον πεδίον*, ut in Romano Codice recte legitur. Quod vulgatur *μαχέσασθαι* h. l. absurdum est. Campus *ipse* non pugnat, sed *in eo* pugnatur: ergo idoneus est *ἐμμάχεσθαι*, non *μαχέσασθαι*. Similiter idem VII. 59. dederat: *ἔδοξε ὧν ὁ χῶρος εἶναι ἐπιτήδεος* 'ϵΝδιατάξαι *τε καὶ* 'ϵΝαριθμῆσαι *τὸν ϛρατόν*, non 'ϵΞαριθμῆσαι, ut nunc vulgatur. Similia his passim reperias. Thucydides II. 74. *τὴν γῆν παρέϛχετ' εὐμενῆ ἐναγωνίζεσθαι*. III. 104. *μήτε ἐναποθνήσκειν — μήτε ἐντίκτειν*. II. 42. *οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁμοίως ὁ βίος καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη*. Andocides pag. 26, 41. *τὴν χώραν οὐ παρέχουσιν ἐμπολεμεῖν*. Demosthenes pag. 294, 13. *ὅτῳ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀτυχήματα ἐνευδοκιμεῖν ἀπέκειτο*. Aeschines pag. 75, 1. *τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν Φειδίας ἐνεργολαβεῖν εἰργάσατο καὶ ἐνεπιορκεῖν τῷ Δημοσθένει*. Audi nunc Comicos. Aristophanes *Avibus*. 38.

καὶ πᾶσι κοινὴν ἐναποτῖσαι χρήματα.

et in Pac. 1227.

ἐναποπατεῖν γάρ ἐϛ' ἐπιτήδειος πάνυ.

Polyzelus apud Pollucem X. 76.

ὥσπερ λεκανίῳ τῷδε γὰρ πρῶτον μὲν ἐναπονίψει,
ἐνεξεμεῖϛ, ἐνεκπλυνεῖϛ, κἄπειτ' ἐναποπατήσει.

cf. *Nov. Lectt.* pag. 145. Si quis ex his locis *ἐν* demserit vitiosam ac soloecam orationem reddiderit. Apud Stobaeum est *Floril.* 7, 2. Tragici locus:

ἔϛι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν
ἀποδείξασθαι θανάτῳ.

ubi 'ϵΝαποδείξασθαι postulat Graecitatis usus et metrum confirmat. Saepe vidi *ἐν* in talibus periisse. cf. *Nov. Lectt.* pag. 476 et 487. plura ad Libanium proferam. Jam nunc, credo, mihi dabis Theophrastum non aliter quam *καὶ τοῦτο περιὼν κιχράναι ἀεὶ — τοῖϛ ἁρμονικοῖϛ* 'ϵΝϵΠΙδείκνυσθαι scribere potuisse.

Digitized by Google

Ibid. *καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕςερον ἔπεισιν ἐπὶ τῶν θεωμένων πρὸς τὸν ἕτερον ὅτι „Τούτου ἐςὶν ἡ παλαίςρα"*]. Corrupta haec sunt et mutila: adiutus hominum doctorum coniecturis locum redintegrandum esse arbitror in hunc modum: *ὕςερον ἐπεισιϵΝΑΙ ὥςε εἰπεῖν τινα τῶν θεωμένων πρὸς ἕτερον* (non *πρὸς* TON *ἕτερον*) *„Τούτου ἐςὶν ἡ παλαίςρα"*. Qui *sero post alios omnes* in palaestram introit, non *ἐπέρχεται*, sed *ἐπεισέρχεται*. Expungendum est *τόν* in *πρὸς τὸν ἕτερον*, ne *duo* tantum spectatores adesse videantur.

Cap. VII. *Λαλιᾶς.*

καὶ ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποΓΤΜΝΩσῃ δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους [*καὶ συνεςηκότας*] *πορευθῆναι*]. In multis lectorum coniecturis, quae in deterioribus libris reperiuntur, nonnumquam bona et felix emendatio apparet, ut h. l. Absurdum est *ἀπογυμνώσῃ*, sed nihilo melius est quod substituit Editor *ἀπογυιώσῃ*. Appellant hoc genus dicendi lepidi et venusti homines in Graecia *ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος διαλέγεσθαι*, ut in urbe Roma eos, qui verborum obsoletorum foetore in dicendo utebantur, salse *loqui cum matre Euandri* dictitabant. Nemo Atheniensium isto vitio laborabat et *ἀπογυιῶσαι* (quod ne significatione quidem praesenti loco accommodatum est) non magis apud eos in usu est quam *τὰ γυῖα* pro *τὼ χεῖρε καὶ τὼ πόδε*. Quid scripserat igitur Theophrastus? Repertum id est a nescio quo correctore qui *τοὺς καθ' ἕνα ἀποΚΝΑΙσῃ* substituit. Hoc verum, hoc sanum est, hoc aptum rei et idoneum est. *Ἀποκναίειν* enim et *ἀποκναίειν ἀηδίᾳ* est *obtundere* et *odio enecare*, quo nihil melius quadrat in importunam et molestam garrulitatem. Dicebant eodem sensu et *κόπτειν τινά* et *κατακόπτειν*, sed *ἀττικώτατον* est in ea re *ἀποκναίειν*.

Opponuntur inter se *οἱ καθ' ἕνα* et *οἱ ἀθρόοι*, quamobrem *καὶ συνεςηκότας* resecandum esse censeo. Andocides pag. 31, 13. *διατετέλεκεν ἀθρόους μὲν ὑμᾶς κολακεύων, ἕνα δ' ἕκαςον προπηλακίζων.*

Ibid. *προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριςοφῶντός ποτε γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην*]. Quod mihi Theophrastus scripsisse videtur, id iudice Editore *„prorsus* temere *quidam scripserunt"*. nempe *τὴν τῶν ῥητόρων μάχην*, *pugnam inter duos oratores*. De-

Digitized by Google

mosthenem et Aeschinem, quos satis constat ἐπ' Ἀριστοφῶντος anno 330 a. Chr. magna vi contrariis orationibus inter se contendisse. Nota erat res Atheniensium ardelionibus, itaque parata haec erat dicendi materies paullo loquacioribus.

In sqq. καὶ τὴν ΛακεδαιμονίΟΙC ΤΠΟ Λυσάνδρου (namque haec est Parisini utriusque scriptura, non Λακεδαιμονίων) nulla emendandi spes est reliqua. Pleraque interierunt et quae restant exiles verborum laciniae sempiternis tenebris premuntur. Spectanda haec sunt ad eos locos, qui ex Palatino Codice redintegrati sunt, veluti in cap. xx ubi Theophrastus dixerat: καὶ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου εἰπεῖν ὅτι τὸ τέρψον τοὺς παρόντας παρεσκεύασαι καὶ ὅτι αὐτὴν ἐὰν κελεύσωσιν ὁ παῖς μέτεισι παρὰ τοῦ πορνοβοσκοῦ ἤδη „ὅπως πάντες ὑπ' αὐτῆς αὐλώμεθα καὶ εὐφραινώμεθα", in caeteris omnibus hae tantum tenues laciniae comparent ἐπὶ τοῦ ποτηρίου ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας. I nunc et haec interpretare. Non minus oleum et operam perditurus est qui καὶ τὴν Λακεδαιμονίοις ὑπὸ Λυσάνδρου aut interpretari conabitur aut emendare.

Ibid. καὶ ὅτι οὐκ ἂν σιωπήσειεν οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν [ΤΑΝ] εἶναι λαλίστερος, nisi ἄν deleveris orationem soloecam et Theophrasto indignam habebis. In omnibus propemodum libris Mss. quos habemus ἄν praepostere aut additum aut omissum passim videbis, sed usus huius particulae tam certis et tam severis legibus regitur, ut scribarum errores contemnere liceat, neque usquam vera cuiusque loci scriptura dubia esse possit.

Cap. VIII. Λογοποιίας.

ὁ δὲ λογοποιὸς τοιοῦτός τις οἷος ἀπαντήσας τῷ φίλῳ — ἐρωτῆσαι· „Πόθεν σύ; καὶ λέγεις τι καὶ πῶς ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν;] haec meliorum testium scriptura est, in qua primum corrig. ἀπαντήσας τῳ (non τῷ) φίλῳ id est *amicorum alicui*, non *amico suo*. In caeteris λέγεις τι; quod nunc editur, *ecquid dicis?*, non est huius loci. Quid multa? dicam breviter quid sentiam. Dittographia est λέγεις — ἔχεις: itaque sic emendandum: Πόθεν σύ; καὶ „Ἔχεις τι περὶ τοῦ ΠΟΛΕΜΟΥ εἰπεῖν καινόν;

In Codice A. est: λέγεις τι καὶ πῶς ἔχεις, sed καὶ erasum

Digitized by Google

est. Sensu vacuum esse *περὶ τοῦδε* apparet. Ex sqq. intelligitur civitatem de belli eventu anxiam rumores omnes et rumusculos captare, et omnibus in tali re in ore esse: *ἔχεις τι περὶ τοῦ πολέμου εἰπεῖν καινόν*; nostrae aetatis homines satis sciunt.

Ibid. *κἂν εἴπῃ τις αὐτῷ „Σὺ δὲ ταῦτα πιστεύεις;" φήσει τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν λόγον ἐπεντείνειν καὶ πάντA CυμΦωνεῖν — καὶ πολὺν τὸν ΖΩΜὸν γεγονέναι.* Excidit in his aliquid sic ex fuga retrahendum: — *πιστεύεις*; (*Φανερὸν*) *φήσει* (*εἶναι*) *τὸ πρᾶγμα. βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει.*

Praeterea corrig. *πάνταC συμφωνεῖν* et accipiendum a nescio quo Graeco lectore vel correctore quod optime coniecit: *καὶ πολὺν τὸν ΦΟΝον γεγονέναι.* Quam male habitum putemus fuisse eum librum, unde nostri omnes propagati sunt, ut librarius pro *φόνον* ΖΩΜΟΝ se videre putaret.

Ibid. *καὶ ἅμα διεξιὼν πῶς οἴεσθε σχετλιάζει λέγων „Δυσυχὴς Κάσανδρος· ὦ ταλαίπωρος· ἐνθυμεῖ τὸ τῆς τύχης; ἀλλ' οὖν ἰσχυρὸς ΓΕνόμενος."* Plane assentior Casaubono *γε* interponenti, *ἀλλ' οὖν ἰσχυρός ΓΕ ΓΕνόμενος.* Etiam supra *γε* revocandum in his: *καὶ μὴν ἀγαθά Γ' ἐστὶ τὰ λεγόμενα.* Nam constans haec in talibus Atticorum fert consuetudo. Sed nihil, ut nunc video, coniectura erat opus, namque in A. diserte *ἀγαθά γε ἐστι* scriptum est. Sed restat alter scrupulus, quem eximere non possum. In verbis *ἀλλ' οὖν 'ICXTPOC γε γενόμενος* quid tandem vult sibi *ἰσχυρός*? *Ἀνδρεῖος* aut *ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος* perspicuum est et frequens de iis, qui *fortiter pugnantes* in proelio occubuerunt, sed *ἰσχυρός*, id est *ῥωμαλέος*, quid habet in ea re loci? Nihil, ut opinor. Expediat nos ex ea difficultate qui poterit.

Cap. IX. *Ἀναισχυντίας.*

καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ [εὖ ἔχει], εἰ δὲ μή, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι.] Qui Atticorum dicendi usum et sciolorum artes diuturna exercitatione cognitas habent eos mihi *εὖ ἔχει* expungenti calculum adiecturos existimo. Saepius ubi erat notissimum illud Atticorum *σχῆμα ἀναπαστόδοτον* scribas aut sciolos tricantes aliquid videbis. Quemadmodum Thucydides dixerat III. 3. *καὶ ἐὰν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα, εἰ*

Digitized by Google

δὲ μή κτέ. Sic Theophrasti est καὶ ἐὰν μὲν λάθῃ (non λάβῃ), εἰ δὲ μή. Admonent sedulo magistri εὖ ἔχει, καλῶς ἔχει aut simile quid cogitatione supplendum. Recte, modo nihil huiuscemodi interpoletur.

Ibid. καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέαν ἀγοράσας μὴ δοὺς τὸ μέρος θεωρεῖν.] Unusquisque nostrum, qui haec legimus, si idem dicere voluisset ex ipsa rei natura necessariam praepositionem addidisset. Idem Theophrastus fecerat cui redde suum μὴ δοὺς τὸ μέρος CTNθεωρεῖν.

Ibid. καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν δανείζεσθαι κριθὰς ποτὲ δὲ ἄχυρον καὶ ταῦτα χρήσαντας ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν]. Levius est fortasse quod animadvertam, sed in his lepidissimis ingeniosi hominis reliquiis nil prorsus est negligendum. Articulus alter vitiose abundat, alter male abest. Legendum ἐπ' ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθών et καὶ ταῦτα TOTC χρήσαντας ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν.

Cap. X. Μικρολογίας.

ὁ δὲ μικρολόγος τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν.] In ΕΝΤΩΙΜΗΝΙ secunda litera corrupta sententiam loci penitus perdidit; at tu emenda ΈΚΤΩΙΜΗΝΙ, id est ἕκτῳ μηνί, et supple ἀπαιτεῖν (ἐλθὼν) ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Ecquid magis esse potest μικρολόγον quam *sexto mense quadrantem* sibi debitum *repetere* eaque de causa de industria aliquem domi suae convenire? Etiam si in foro aut in via obvium flagitasset satis erat sordidum, quia talia οὔτ' ἂν ἀπαιτήσειέ τις οὔτ' ἂν ἀποδιδόντος ταχέως ἄν τις κομίσαιτο, ut in simili re scribit ipse Theophrastus cap. 30 in fine.

Insanabile ulcus est ibid. καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα. Theophrastus non magis verbo prisco et casco διφᾶν uti potuit quam supra verbo ἀπογυιῶσαι.

Ibid. οὐκ ἂν ἐᾶσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου — οὔτε ἐλάαν ἢ Φοίνικα τῶν χαμαὶ κειμένων ἀνελέσθαι. Editor docte annotavit *palmae fructum in Graecia ad maturitatem non perve-*

Digitized by Google

nire. Itaque si Athenienses bene novi nemo eorum palmam serebat in hortis, quae fuisset *φανερὰ ξημία.* Quo pacto igitur *ὁ φοίνιξ* de arbore delapsus *χαμαὶ κεῖσθαι* potuit? Nullo pacto, et quaerendum quid in ΦΟΙΝΙΚΑ lateat.

Sed praeterea hoc quoque quaerendum erit unde sit nata tanta scripturae discrepantia in verbis: *οὔτε ἐλάαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ κειμένων ἀνελέσθαι*: nempe pro *κειμένων* Parisinus B. *πεπτωκότων* habet. Dicam quid suspicer. Neque *κειμένων* genuinum est neque *πεπτωκότων*. Coniecturae hae sunt eorum qui veterem lectionem in detrito libro agnoscere non poterant. Verum esse arbitror *τῶν χαμαιΠΕΤΩΝ ἀνελέσθαι*, quod quum vix appareret alter *πεπτωκότων* dedit, alter, quia *χαμαὶ πεπτωκέναι* pro *χαμᾶζε* soloecum est, substituit *κειμένων*. *Decidua* appellari *ἀττικισί* solebant *χαμαιπετῆ*, ut apud Lucianum in *Lexiphane* cap. 13. *ἥκω ὑμῖν κομίζων καὶ τυροῦ τροφαλίδας καὶ ἐλάας χαμαιπετεῖς*. Recoquit homo ineptus quod apud Atticos legerat, quorum more Theophrastus scripsit: *οὔτε ἐλάαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαιπετῶν ἀνελέσθαι.*

Ibid. *καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ μήτε ἅλας χρωννύειν μήτε ἐλλύχνιον μήτε κύμινον — ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τοῦ ἐνιαυτοῦ.*] Pro *χρωννύειν* sententia suadente scrib. *κιχράναι.*

Ibid. *τῶν μικρολόγων καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἔξιν ἰδεῖν εὐρωτιώσας καὶ κλεῖς ἰωμένας.*] articulus abesse non potest *καὶ* TAC *κλεῖς ἰωμένας*. In utroque Parisino diserte *καὶ τὰς κλεῖς* scriptum est.

Ibid. διὰ τοὺς συκοφάντας οὐκ οἰκητέον ἐστὶν ἐν τῇ πόλει.] In Palatino libro est οὐκ οἰκῇ acuto iuxta scripto: secunda manus ωρ adscripsit οἰκήτωρ, quod prorsus absurdum est. In οἰκῇ inest οἰκητόν sic: διὰ τοὺς συκοφάντας οὐκ οἰκητόν ἐστιν ἐν τῇ πόλει, *in urbe habitari non potest*, id est: *non est vitalis vita in urbe*. Οἰκητόν dicitur ut βιωτόν, ἀνεκτόν et similia.

Continuo sequitur καὶ ὡς „Ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχομεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων".] Omnium consensu mendum est in δικαζομένων. Itaque δικαζόντων coniecerunt, infeliciter admodum. Minore molimine restitui potest vera lectio, quae est δεκαζομένων. „*Delatorum plena sunt omnia et iudices venales sunt*". Verbum Atticum et Graeculis incognitum δεκάζειν et δεκάζεσθαι (*corrumpere* et *corrumpi*) passim a scribis in δικάζειν et δικάζεσθαι depravatum videbis. Numquam fere δεκάζειν ex illorum manibus intactum elabitur. Indicabo pauca: Demosth. p. 1137, 1. Aeschin. in Tim. 87. Xenoph. R. A. III. 7. Plutarch. Tom. II. pag. 92. E. Dio Chrys. I. 108. Pollux VI. 36.

Ibid. τὸν Θησέα πρῶτον φῆσαι τῶν κακῶν τῇ πόλει γεγονέναι αἴτιον. τοῦτον γὰρ ἐκ δώδεκα πόλεων εἰς μίαν καταγαγόντα λυθείσας βασιλείας καὶ δίκαια αὐτὸν παθεῖν· πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἀπολέσθαι ὑπ' αὐτῶν.] Sic Palatinus mendosissime. Verum esse

Digitized by Google

suspicor: *ἐκ δώδεκα πολέων εἰς μίαν* CTNαγαγόντα (*τὸν δῆμον κατα*)*λῦσαι τὴν βασιλείαν*. Tum expunge *αὐτόν* in verbis *καὶ δίκαια* [*αὐτὸν*] *παθεῖν*. Alterum *αὐτόν* optime habet in *πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἀπολέσθαι ὑπ' αὐτῶν*. Recta enim oratio haec esset: *αὐτOC γὰρ πρῶτος ὑπ' αὐτῶν ἀπώλετο*.

Cap. XXVII. Ὀψιμαθίας.

ἡήσεις μανθάνειν ἐξηκονταέτης γεγενώς.] Attici qui constanter *πεντέτης*, *δεκέτης* et sim. dicebant non *ἐξηκοντAЄτης* sed *ἐξηκοντЄτης* usurpare solebant.

Ibid. *καὶ ἑρῶν ἱερᾶς — πληγὰς εἰληφὼς ὑπ' ἀντερασοῦ δικάζεσθαι*. Rem acu tetigerunt qui *ἑρῶν ἑταίρας* emendarunt. Supererat *ἑρῶν* ΨTEPAC pro ΨETEPAC (*ἑταίρας*). Infelix corrector IEPAC sibi visus videre *ἱερᾶς* dedit sine sensu. Apponit Editor lepidum Antiphanis dictum ad Alexandrum apud Athenaeum XIII. 1. *δεῖ γὰρ, ὦ βασιλεῦ, τὸν ταῦτα ἀποδεΧόμενον ἀπὸ συμβολῶν τε πολλάκις δεδειπνηκέναι καὶ περὶ ἑταίρας πλεονάκις καὶ εἰληφέναι καὶ δεδωκέναι πληγάς*, ubi pro *τὸν ταῦτα ἀποδεΧόμενον* sententia clamat *ἀποδεΞόμενον* restitui oportere: *qui talia* PROBATURUS *sit* et libenter spectaturus, *eum saepe de symbolis coenasse oportet et pro meretricula saepius et accepisse plagas et dedisse*.

Quod continuo sequitur: *ἐΦ' ἵππου ἀλλοτρίου* KATοχούμενος manifestum vitium alit. Non est verbum Graecum KATοχεῖσθαι, quod ipsa natura rei arguit et respuit. *Equo vehi ἐΦ' ἵππου ὀχεῖσθαι* omnes dicebant neque ab eo usu solus omnium Theophrastus discedere potuit.

Reliqua Cimmeriis tenebris premuntur sine ulla spe emendandi. Hoc unum video *τοὺς μετ' αὐτοῦ συνATξοντας* vitio natum esse ex *συνAξοντας*. Notum est in ea re Atticorum verbum *συνάγειν*, et *ἀπὸ συμβολῶν συνάγειν* de tenuiorum coenis collaticiis, ut apud Sophilum Athenaei pag. 640 D.

> *ἡδύ γε μετ' ἀνδρῶν ἐστιν Ἑλλήνων ἀεὶ*
> *συνάγειν· τὸ πρᾶγμα χαρίεν. „οὐχὶ δώδεκα*
> *κυάθους (ἀνέβοησέν τις) ὑποχείς"*;

vid. *Var. Lectt.* pag. 123. Ipse Theophrastus iterum cap. 30. *συναγόντων παρ' αὐτῷ*, ubi plura indicavit Editor.

Digitized by Google

Cap. XXVIII. Κακολογίας.

ὁ δὲ κακολόγος ἐρωτηθεὶς „Ὁ δεῖνα τίς ἐστιν"; respondet: „*Καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξομαι· τούτου ὁ μὲν πατὴρ ἐξ ἀρχῆς Σωσίας ἐκαλεῖτο, ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος ἐπειδὴ ΔΕ εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη.*] Sic Palatinus. Scriptura *ἐπειδὴ* ΔΕ doctos homines in fraudem induxit, quasi aliquid deesset. Itaque de suo addiderunt: *ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη* (*Σωσίδημος*). Non poterant infelicius. Quid? milesne scriptus est ac militavit antequam in tribulium tabulas receptus esset? Necesse id est si prius quam militaret *Σωσίστρατος* et postquam *εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη* coeptus est *Σωσίδημος* appellari. Alio ac multo simpliciore modo scripturae vitium tolli potest: scribendum — *Σωσίας ἐκαλεῖτο, ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος ἐπειδὴ εἰς τοὺς δημότας* ΠΑΡ*ενεγράφη. Postquam malis artibus in civitatem irrepsit* militavit et ex Sosia factus est Sosistratus. Quid notius Athenis, quid frequentius quam *παρεγγραφῆναι, παρεγγεγραμμένος, παρέγγραπτος*? Quod est Athenis paratius maledictum quam *ξένος καὶ παρέγγραπτος*? Aeschines *de F. L.* pag. 38, 10. *Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιὸς — παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον.* Apud eundem ibid. pag. 51, 46. *ἄνθρωποι παρέγγραπτοι* [*γεγενημένοι πολῖται*], additum glossema orationem vitiosam reddidit. Erant enim *παρέγγραπτοι* et multi quidem, sed non erant *παρέγγραπτοι πολῖται.* Apud Theophrastum mendi origo in *εἰς τοὺς δημόΤΑC* ΠΑΡ*ενεγράφη* facile cognoscitur. Non est ovum ovo similius quam loco Theophrasti emendato similis est locus Demosthenis *ἐν τῇ κατ' Αἰσχίνου κακολογίᾳ de Corona* pag. 314, 2: *ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης ὁπωσδήποτε, ἐῶ γὰρ τοῦτό γε, ἐπειδὴ δ' οὖν ἐνεγράφης εὐθέως τὸ κάλλιστον ἐξελέξω τῶν ἔργων γραμματεύειν καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἀρχιδίοις*, namque *μετὰ σχήματος* nihil aliud dicit quam *ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας* ΠΑΡ*ενεγράφης.*

Initio loci verba *καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες* Editores a sqq. separant, quasi ex Theophrasti persona dicerentur, sed maledici ipsius haec sunt ita exordientis: *καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες — ἄρξομαι.* Plane gemellus est locus Isocratis *περὶ Ἀντιδόσεως* § 193: *βούλομαι δὲ περὶ τῆς τῶν λόγων παιδείας ὥσπερ οἱ γενεαλογοῦντες πρῶτον διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς.* Aptissime cum his contu-

Digitized by Google

leris locum Plutarchi *de Curiositate* pag. 516. B. *ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς οὐδὲ τῇ μητρὶ διαλεχθῆναι πρότερον ὑπέμεινεν ἢ πυθέσθαι παρὰ τοῦ μάντεως ὧν ἕνεκα ἦλθεν εἰς Ἅιδου. — ἡμεῖς δὲ τὰ καθ' αὑτοὺς ἐν πολλῇ ῥᾳθυμίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ θέμενοι καὶ ἀμελήσαντες ἑτέρους γενεαλογοῦμεν ὅτι τοῦ γείτονος ὁ πάππος ἦν Σύρος, Θρᾷττα δὲ ἡ τηθή.*

Sequuntur multa conclamata et deposita. Excidisse compluscula videntur et veteris scripturae vestigia, quae ad verum ducant, omnia deleta esse. Quid tandem latet in *καὶ* OIKIA *τίς αὕτη τὰ σκέλη ἠρκυῖα*? Aliquid dispicio in sqq. *ὥσπερ αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ὁδοῖς συνέχονται καὶ τὸ ὅλον ἀνδρόλαλοί τινες καὶ αὐταὶ τὴν θύραν τὴν αὔλειον ὑπακούουσι.*] ex hisce pellucere video antiquam lectionem hanc: *ὥσπερ αἱ* ΚΤΝες *ἐν ταῖς ὁδοῖς συνέρχονται.* „*coeunt*", inquit, *in publico ut canes solent.*" Hinc Cynicorum *κυνογάμια* nomen habent. Diogenes Laërt. VI. § 67. *ὁ Κράτης τῇ Ἱππαρχίᾳ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο*, ubi commode Menagius Lactantii locum attulit: „*Nam quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit. Quid mirum si a canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt*". Quod autem *αἱ* ΚΤΝϵC in *αἱ γυναῖκες* mutatum est novo argumento est ex quam male habito libro vetusto hae laciniae, quas habemus, desumtae sint. Simillimum huic mendum sublatum est olim e Dione Chrysost. VIII pag. 280 Reisk. *ἀεὶ Φιλεῖ μάχεσθαι καὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν οὐχ ὑπὲρ σελίνου ὥσπερ αἱ* ΓΤΝΑΙΚϵC, imo vero *ὥσπερ αἱ* ΑΙΓϵC emendante Henrico Valesio, qui comparavit locum Dionis IX. pag. 292. ubi Diogenes dicit *ὅτι τὸ σέλινον οὐ τοῖς ἀνθρώποις ἀλλὰ ταῖς* ΑΙΞΙ *δηλαδὴ περιμάχητον εἶναι δεῖ.*

Quemadmodum *αἱ γυναῖκες* stolide legitur pro *αἱ κύνες* et *αἱ αἶγες*, sic tertio loco quae *γλαῦκες* ab initio fuerant necopinato factae sunt *γυναῖκες* in Photii Lexico vs. *Κικκαβίζειν*: *τὴν τῶν* ΓΤΝΑΙ*κῶν φωνὴν οὕτω καλεῖ Ἀριστοφάνης*, imo vero: *τὴν τῶν* ΓΛΑΥ*κῶν*, ut Porsonus vidit. Locus Aristophanis est in *Lysistrata*, quem supra ad caput *περὶ Δεισιδαιμονίας* apposuimus.

In sqq. Palatinus diserte scriptum exhibet *ἀνδρόλαλοι τινὲς* (non *ἀνδρολάβοι*), et fortasse *ἀνδρολάλοι τινές* scribendum. Mira

Digitized by Google

forma est ἀνδρολάλος, sed a iocosis et ingeniosis Atticis πολλὰ τῶν τοιούτων πέπαικται. Quid sit ἀνδρολάλος satis perspicuum est neque dum illud muliercularum genus defecit, ut et reliqua tantum non omnia, quae apud Theophrastum verbis depicta sunt, in vitae luce viva ac spirantia spectare datur.

Quod addit homo maledicus καὶ αὐταὶ τὴν θύραν τὴν αὔλειον ὑπακούουσιν planum est. Quid sit ὑπακούειν si quis ostium pulsaverit quis est qui nesciat? ut in cap. IV κόψαντός τινος τὴν θύραν ὑπακοῦσαι αὐτός, quod sordidum est et rusticanum. Contra mulieribus indecorum est et impudentiae nota si quae αὐταὶ (ΠΡΟC) τὴν θύραν τὴν αὔλειον ὑπακούουσιν, nam plane necessarium est praepositionem πρός inserere.

Non erat tangendum in sqq. εἰδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐστὶν, ἡ δὲ πονηρία οὐδϵΝ ὁμοία, ubi perpetam οὐδεΝΙ ὁμοία substituunt. Notum est quo sensu dicatur οὐχ ὅμοιος, οὐχ ὁμοίως, οὐδὲν ὅμοιος, et *non similis* apud Romanos.

Post mihi non simili poena commissa luetis.

Breviloquentia est οὐχ ὅμοιος (οὐδὲν ὅμοιος) ἀλλὰ πολὺ διαφέρων, et sic οὐχ ὁμοίως est fere idem quod διαφερόντως *insignem in modum*. Unum ex Lysiae oratione XIV. pag. 141, 20 exemplum afferam: καίτοι (αἱ τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρεταί) πολλαὶ καὶ μεγάλαι — καὶ ΟΥΔϵΝ ϵΟΜΟΙΑΙ τοῖς ὑπὸ τούτων περὶ τὴν πόλιν πεπραγμένοις.

Ibid. τῇ γὰρ αὐτοῦ γυναικὶ τάλαντα εἰσενέγκαμεν ἢ προῖκα, ἐξ ἧς παιδίον αὐτῷ γέγονε, τρεῖς χαλκοῦς εἰς ὄψον δίδωσι καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τῇ τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ.] Sic Palatinus, nam quum errore scriba dedisset παιδίον αὐτῷ γεννᾷ, statim in margine veram lectionem γέγονε reposuit. Olim repertum est τάλαντα εἰσενεγκαμϵΝΗΙ προῖκα, sed τάλαντα per se nihil est nisi numerus definiatur. Fuerunt igitur qui coniicerent: τάλαντα εἰσενεγκαμένη προῖκα ἐξ, ἥ τε παιδίον αὐτῷ γεννᾷ, quasi haec esset Graeca verborum compositio. Mirificum imprimis est γεννᾷ. Sed interpretari quamvis mendosa *volentibus nil arduum*. Audi modo: „*praesens* (γεννᾶν) *autem* QUASI *perfecti significatione ponitur ut* νικῶ *aliaque*". Ubicumque Interpretes illud *quasi*, *quodammodo*, *aliqualenus* et similia de suo

Digitized by Google

interponunt caveant iuniores ne vitiosa subtilitate et argutiis capiantur. Victor νικᾷ etiam post victoriam, sed mulier parturiens post partum γεννᾶν desinit. Quamquam quid attinet talia refutare? praesertim quum γεννᾷ pro γέγονε mera sit librarii hallucinatio statim ab ipso correcta. Retineamus igitur verba quae Crotone saniora sunt: ἐξ ἧς παιδίον αὐτῷ γέγονε, et veram mendi sedem investigemus. Est ea in verbis γυναικὶ τάλαντα: una videlicet literula neglecta periit. Erat ΓΥΝΑΙΚΙΙΤΑΛΑΝΤΑ id est γυναικὶ δέκα (I) τάλαντα εἰσενεγκαμένῃ προῖκα. Opima sane haec dos est, sed non inaudita, et omnium temporum κακολόγοι omnia in maius augere verbis et exaggerare solent. Saepe vidi δέκα sic periisse, ubi tenuis literula I describentis oculos fugerat. Cf. *Nov. Lectt.* pag. 231 et 795. Addam his novum exemplum e Libanio in *Socratis Apologia* Tom. III. pag. 11. ἀγανακτῶν εἴ περ (leg. εἰ ὅπερ) ἐςὶ καὶ δόξει πλάττειν αἰτίας καὶ συκοφαντεῖν ὑπέμεινε πριάμενος τὸν ἐπὶ δραχμαῖς πάντα ἂν ποιήσΟντα ΜέλΙτον, viden' verum esse: ἐπὶ I (δέκα) δραχμαῖς πάντα ἂν ποιήσΑντα ΜέλΗτον?

Praeterea pro λούϵσθαι emenda λοῦσθαι, ut supra λούμενον pro λουόμενον.

Sequitur καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τοῦ ἀναςάντος εἰπεῖν.] Editor: „*de eo qui surrexit coetumque reliquit*". Sine controversia haec est loci sententia, quam vitae usus confirmat, sed *qui surrexit* in Graecis est, *coetumque reliquit* non est. Necessarium est tamen ad sententiam et nullo modo abesse potest. Facile revocabis scribendo περὶ τοῦ ΕΞαναςάντος. Estne tibi, qui haec legis, exemplis opus ut memineris ἐξαναςῆναι eo sensu usurpari solere? Non opinor, nam leguntur ubique locorum. Contrario errore scriptum est in Codd. quibusdam Aeschinis *de F. L.* pag. 45, 3. μὴ φείσησθέ μου, ὦ ΑθηναῖοΙ, ἀλλ' ἐξαναςάντες ἀποκτείνατε. Quia absurdum est iudices *abire* iubere, ex melioribus receptum est ἀλλ' ἀναςάντες ἀποκτείνατε, ut apud Demosthenem est nobili loco: μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε ἀλλ' ἀναςάντες καταψηΦίσασθε ἤδη.

Apud Theophrastum denique non est satis δεινὸς περὶ τοῦ ἐξαναςάντος εἰπεῖν, namque hoc omnes saepe sine ulla reprehensione faciṃus, sed περὶ τοῦ ἐξαναςάντος ΚΑΚΩC εἰπεῖν.

Digitized by Google

Sequitur *μὴ ἀποσχέσθαι μηδὲ* TOTC OIKEIOTC *αὐτοῦ λοιδορεICθαι καὶ πλεῖςα περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς λέγειν.*] Scribendum: *μὴ ἀποσχέσθαι μηδὲ* TOT TOTC *οἰκείους αὐτοῦ λοιδορ*HCAI. Necessarium esse TOT Editori plane assentior, sed perinde necessarium est *λοιδορ*HCAI, quo recepto *τοὺς οἰκείους* sanum esse apparet. Nihil interest inter *λοιδορῆσαί τινα* et *κακῶς εἰπεῖν*. Aristophanes noto loco:

λοιδορῆσαι τοὺς πονηροὺς οὐδέν ἐς' ἐπίφθονον.

et Philemon in lepidis versiculis apud Stobaeum *Floril.* 19. 2.

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον
ἔς' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.
ὁ λοιδορῶν γὰρ ἦν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται λοιδορεῖται λοιδορῶν.

λοιδορεῖσθαί τινι contra est *maledictis certare, convicüis convicia reponere, obiurgare.* Est etiam Theophrasti aetate discrimen inter *κακῶς εἰπεῖν, κακὰ εἰπεῖν, πολλὰ καὶ κακά* aut *κακὰ πολλὰ εἰπεῖν* TINA et ΠΘΡΙ TINOC. Accusativus ponitur ubi quis *praesenti* conviciatur, *περί τινος* contra *κακά* vel *καλῶς λέγειν* de *absentibus* dicitur aut de *vita functis.* Sic Theophrastus dixit *περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν* et *περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς λέγειν*, ubi Aristophanes et antiquiores Attici *τοὺς φίλους πολλὰ καὶ κακὰ εἰπεῖν* et *τοὺς τετελευτηκότας κακῶς λέγειν* constanter dicere solebant.

In extrema parte capitis pro *ὁ τῆς* ΔIδΑσκΑλίας *ἐρεθισμός* unice verum esse arbitror id quod Hottingerus reperit *ὁ τῆς* ΔTCKOλίας *ἐρεθισμός*. Unde enim aliunde est ille maledicendi pruritus quam ex animi morositate et truculentia, quam Graeci *δυσκολίαν* appellant?

Cap. XXIX. *Φιλοπονηρίας.*

ὁ δὲ φιλοπόνηρός ἐςι τοιόσδε τις οἷος ἐντυγχάνειν τοῖς [*ἡττημένοις καὶ*] *δημοσίους ἀγῶνας ὠφληκόσιν.*] Interpolata sunt verba *ἡττημένοις καί*. Graeculi enim verbi *ὀφλισκάνειν, ὀφλήσειν, ὀφλεῖν, ὠφληκέναι* rationem et usum plane amiserant. In praesenti usurpabant forma *ὄφλω, ὄφλεις, ὄφλει*, et sicubi aoristum *ὀφλεῖν* et *ὀφλών* vidissent vitioso accentu *ὄφλειν* et *ὄφλων* de

Digitized by Google

suo supponebant. Sexcenties sic erratum videbis et apud alios et in libris Platonis *de Legibus*. Itaque ad ὠφληκόσιν annotatur esse idem quod ἡττημένοις et glossema de more irrepsit in textum. Ne sic quidem ὠφληκόσιν intactum evasit sed in ὠφελημόσιν stulte corruptum est.

Ibid. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὁμολογεῖν ἀληθῆ ὑπὲρ αὐτοῦ λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· ἔνια δὲ ἀγνοεῖν. φῆσαι γὰρ αὐτὸν εὐφυῆ καὶ φιλέταιρον καὶ ἐπιδέξιον.] Scribendum primum ἀληθῆ ΠΕΡΙ αὐτοῦ λέγεσθαι: reliqua *opprobria* de eo *vera esse* fatetur, in qua re ὑπέρ poni non potest. Tum revocata fugitiva vocula emendandum: φῆσαι γὰρ ΑΝ αὐτὸν εὐφυῆ κτέ. Plana sic et perspicua loci sententia est: „*nam si* eum *penitus cognovissent et bona indole praeditum et fidelem sodalibus amicum et scitum ac lepidum hominem esse dicturos fuisse*". Sexcenties post γάρ voculam ἄν excidisse videbis.

Ibid. καὶ προσκαθήμενος δὲ εἰπεῖν δεινὸς ὡς οὐ δεῖ τὸν ἄνδρα ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα κρίνεσθαι.] Emendant καὶ πρὸς ΤΟΤC καθημένΟΤC δὲ εἰπεῖν δεινός, idque aiunt esse „*apud iudices*". Sed quamquam proprie iudices *sedere* dicuntur et καθῆσθαι, ut in ioco Aristophanis:

ἐπεὶ δικασὰς οὐχ ὁρῶ καθημένους,

tamen nemo umquam τοὺς καθημένους dixit pro τοὺς δικασάς, neque Latine *qui sedent* pro *qui in consilio sedent*. Praeterea quis tandem verba facit ad iudices praeter accusatorem et reum? Removebit omnem molestiam addita praepositio πρὸς ΤΟΤC CΤΓκαθημένους. Φιλοπόνηρος noster et ipse in iudicum numero est et ad eos qui una in consilio sedent δεινὸς εἰπεῖν ὡς οὐ δεῖ τὸν ἄνδρα ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα κρίνεσθαι.

Ibid. οὐχ ἕξομεν τοὺς ὑπὲρ τῶν κοινῶν συναχθεCΘΗσομένους ἐν τοὺς τοιούτους προώμεθα.] Nemo Atticorum umquam dixit ἀχθεσθήσομαι aut συναχθεσθήσομαι, sed omnes constanter breviore forma ἀχθέσομαι et συναχθέσομαι utebantur. Ne sequiores Sophistae quidem aut Rhetores, qui ἀττικῶς scriptitant, longiorem formam usurpabant, sed librarii Graeculi pro ἀχθέσομαι passim substituunt aut ἀχθήσομαι aut ἀχθεσθήσομαι, cuius rei multa

Digitized by Google

exempla alias protuli, plura ad Libanium prolaturus. Itaque Theophrasto suum *συναχθεσομένους* restituamus censeo.

Forma *ἀχθέσομαι* certa fulcitur auctoritate poëtarum. Aristophanes *Nub.* 865.

ἦ μὴν σὺ τούτοις τῷ χρόνῳ ποτ' ἀχθέσει.

et 1441.

καὶ μὴν ἴσως γ' οὐκ ἀχθέσει παθὼν ἃ νῦν πέπονθας.

ubi unus liber *ἀχθήσῃ*. et in *Avibus* 84.

οἶδα μὲν σαφῶς
ὅτι ἀχθέσεται, σφῷν δ' αὐτὸν οὕνεκ' ἐπεγερῶ.

Ibid. *καὶ ἀληθές ἐστι τὸ τῆς παροιμίας τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον πορεύεσθαι.*] Perinde est in tali re *τὸ ὅμοιον* dicas an *τὸν ὅμοιον*, et est *τὸ ὅμοιον* in huiuscemodi sententia *γενικώτερον*. Locus Platonis in *Phaedro* pag. 240 B., quem Editor attulit, labem concepit. Vulgatur: *ἥλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα*, at tu corrige: *ὁ παλαιὸς* (ΛΕΓΕΙ) *λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα.*

Cap. XXX. *Αἰσχροκερδείας.*

ἡ δὲ αἰσχροκέρδειά ἐστι ΠΕΡΙΟΤΣΙΑ *κέρδους αἰσχροῦ.*] Res ipsa clamat mendosum esse *περιουσία*. Quid est legendum? *Αἰσχροκέρδεια* quid sit ipse definias et reperies verum: est enim nihil aliud quam 'ΕΠΙΘΥΜΙΑ *κέρδους αἰσχροῦ*, ut *Φιλοπονηρία* cap. 29. esse dicitur *ἐπιθυμία κακίας*. Supererat in male mulcato Codice antiquo Ε*ΙΘΥ*ΙΑ vel Ε*ΙΟΥ*ΙΑ, unde ΠΕΡΙΟΥΣΙΑ natum est.

Ibid. *ἀποδημῶν δημοσίᾳ τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείσασθαι.*] Revocanda est forma, qua sola Athenienses utebantur, *παρὰ δὲ τῶν συμπρέσβΕΩΝ.*

Ibid. *καὶ ξένον δὲ μέρος τὸ αὐτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι.*] Sic Palatinus. Editor *καὶ ξενίων δὲ τὸ μέρος*, recte nisi quod articulus alter periit; nam sic scribendum: *καὶ* ΤΩΝ *ξενίων δὲ τὸ μέρος τὸ αὐτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι.*

Ibid. *καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ εἰπών „Σαπρόν γε τὸ*

Digitized by Google

ἔλαιον ἐπρίω" τῷ παιδαρίῳ, τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι.] Haec scriptura est in duobus antiquissimis Parisinis AB. in quibus bona pars huius capitis καὶ οἰνοπωλῶν κεκραμένον τὸν οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. — ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσι, nescio quo errore ad cap. XI adhaesit. In Palatino multo melior servata est scriptura haec: εἶπας (Codex pervulgato errore ex compendiis nato εἶπερ) „Σαπρόν γε τὸ ἔλαιον, παιδάριον", τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. Nam neque εἰπὼν (εἶπας) — τῷ παιδαρίῳ sic dirimi possunt et interposita vocula in σαπρόν ΓΕ τὸ ἔλαιον arguit verbum ἐπρίω inutile esse et molestum. Praeterea ἀττικιεί Theophrastus scripserat σαπρόν γε τοὔλαιον, ut festivus servulus Athenis apud Gellium *Noct. Att.* XVII. 8. μὴ γελᾶτε· ἔνι τοὔλαιον· ἀλλ' οὐκ ἴσε οἷα (leg. οἵα) Φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε τήμερον. κεκρυσάλλωται.

Ibid. καὶ ἱμάτιον ἐκδοῦναι πλῦναι καὶ χρησάμενος παρὰ γνωρίμου ἐφελκύσαι πλείους ἡμέρας ἕως ἂν ἀπαιτηθῇ.] Necessario articulo addito scribendum καὶ ΘΟΙμάτιον ἐκδοῦναι πλῦναι, nam fuisse hoc homini unicum pallium hic locus satis declarat. θοιμάτιον est *pallium suum*, quod solum haberet. Haec vis est articuli, ut apud Alexidem Athenaei pag. 244. D.

Στράτιε, φιλεῖς δήπου με; Στ. μᾶλλον τοῦ πατρός,
ὁ μὲν γὰρ οὐ τρέφει με, σὺ δὲ καλῶς τρέφεις.

plus quam meum *patrem.*

Quod Theophrastus dixit ἐφελκύσαι appellatur παρέλκειν in suavissimo loco Teletis apud Stobaeum *Floril.* 5, 67. p. 127. Meinek. ὥσπερ ἱμάτιον τρίβωνα γενόμενον ἀπεθέμην καὶ οὐ παρέλκω. Impudens est in tali re dictum Diogenis ad eum qui commodatum ei pallium reposceret: εἰ μὲν ἐχαρίσω ἔχω, εἰ δ' ἔχρησας χρῶμαι, apud Diogenem Laërt. VI. 62.

Ibid. Palatinus exhibet: φειδομένῳ μέτρῳ π . . δακ . . . . κεκρου. μένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον σΦόδρα δὲ ὑποσπῶν τὰ ἐπιτήδεια. In Parisinis est φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐκκεκρουμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον σΦόδρα ἀποψῶν τὰ ἐπιτήδεια. Scribendum ΦειδωνΕΙῳ — ἐΓκεκρουCμένῳ — σΦόδρα ἀποψῶν τἀπιτήδεια. Ex Φειδὼν formatur Φειδώνειος non Φειδώνιος, sed perpetuo in his scribae turbant, quos in usu et analogia certissima contemnere licebit.

Digitized by Google

Ibid. Palatinus habet: *ὑποπρίασθαι Φίλου δοκοῦντος πρὸς τρόπου πωλεῖσθαι*. Parisini: *ὑποπρίασθαι Φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι*. Quid sit *ὑποπρίασθαι* et *ὑποψωνεῖν* ostendimus in *Var. Lectt.* p. 138. et 364. ex Phrynicho emendato: Τ π ο ψ ω ν ε ῖ ν: *τὸ ἀγοράζοντός τινος ὄψον ἕτερον τῇ τιμῇ ὑπερβάλλοντα ὠνεῖσθαι*. Itaque *ὑπωνεῖσθαι* et in aoristo *ὑποπρίασθαι* est idem diciturque de eo *qui quod quis commode et ex animi sententia emere paret dato maiore pretio praeripit*. Nunc duplex scriptura et emendari potest et in unum componi sic: *ὑποπρίασθαι Φίλου δοκοῦντος πρὸς τρόπου* TI *ὠΝεῖσθαι* EITA *λαβὼν ἀποδόσθαι*. non egent haec interprete; *πρὸς τρόπου* est *ὀρθῶς, καλῶς, προσηκόντως*, ut *ἀπὸ τρόπου* significat *κακῶς, ἀτόπως*. Sic et *κατὰ τρόπον* saepissime dicitur. Ecquid autem turpius est et sordidius quam *Φίλου δοκοῦντος ὠνεῖσθαί τι πρὸς τρόπου ὑποπρίασθαι εἶτα λαβόντα ἀποδόσθαι*?

Ibid. *καὶ παρὰ παιδὸς κομιζόμενος ἀποφορὰν τοῦ χαλκοῦ τὴν* 'ΕΠΙ*καταλλαγὴν προσαπαιτεῖν*.] Neque *ἐπικαταλλάττειν* Graecis *de nummis permutandis* in usu est neque adeo *ἐπικαταλλαγή*, sed *καταλλάττειν* dicebant constanter omnes et *permutationis pretium*, numularii lucellum, ubique *καταλλαγή* appellatur. Demosthenes pag. 1216, 18. *οὕτω γάρ μοι ἀκριβῶς ἐγέγραπτο ὥς· οὐ μόνον αὐτά μοι τἀναλώματα ἐγέγραπτο ἀλλὰ καὶ ὅποι ἀνηλώθη καὶ ὅ τι ποιούντων καὶ ἡ τιμὴ τίς ἦν καὶ νόμισμα ποδαπὸν καὶ ὁπόσου ἡ καταλλαγὴ ἦν τῷ ἀργυρίῳ*, ubi corrig. *τιμὴ* Ἥτις ἦν *καὶ νόμισμα* Ὁποδαπόν. Non est aliud testimonium in hanc rem luculentius quam Diphili apud Athen. p. 225 B.

οὗτος ἀποκρίνετ' ἂν ἐρωτήσῃς „Πόσου
ὁ λάβραξ"; δέκ' ὀβολῶν. οὐχὶ προσθεὶς ὁποδαπῶν.
ἔπειτ' ἐὰν τἀργύριον αὐτῷ καταβάλῃς
ἐπράξατ' Αἰγιναῖον· ἂν δ' αὐτὸν δέῃ
κέρματ' ἀποδοῦναι προσαπέδωκεν Ἀττικά.
κατ' ἀμφότερα δὲ τὴν καταλλαγὴν ἔχει.

Nulla igitur dubitatio est quin Theophrastus quoque scripserit *τὴν* ΚΑΤ*αλλαγὴν προσαπαιτεῖν* et *ἐπι* eodem errore adhaeserit quo cap. 2. in Codd. A. B. est *συνωνούμενος* 'ΕΠΙ*κρηπῖδας* pro *κρηπῖδας*.

Ibid. *καὶ χρέος* (Palat. *χρέη*) *ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν ἔλαττον*

Digitized by Google

τέτταρσι δραχμαῖς ἀποδοῦναι.] Praecedens ἀποδιδούς postulat ut ἀποΔΙΔΟναι scribatur. Tum neque χρέος bene habet neque χρέη sed reponendum est Atticum χρέΩC.

Ibid. καὶ ΦράτΟρας ἐσιῶν αἰτεῖν τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ κοινοῦ ὄψον.] Φράτωρ et Φράτορες non esse vocabula Attica sed Φράτηρ et Φράτερες nunc quidem satis inter omnes constat. Quin igitur Theophrasto suum ΦράτΕρας reddimus?

Ibid. καὶ παρὰ τῶν γνωρίμων τοιαῦτα κίχρασθαι ἃ μήτ' ἂν ἀπαιτήσαι μήτ' ἂν ἀποδιδόντων ταχέως ἄν τις κομίσαιτο.] Recte Editor τις inseruit in μήτ' ἂν ἀπαιτήσαι (τις), sed caetera melius erat non tangere. Lubenter Attici voculam ἄν geminant vel ter ponunt ubi sunt in sententia plura vocabula, quae sint voculae ἄν fere dixerim ἐφελκυστικά vel ἐπισπαστικά, quae attrahant voculam ἄν ad sese, ut οὐκ ἄν, καλῶς ἄν, μάλις' ἄν, sim. Euripides *Troad.* 1233.

ἀΦανεῖς ἂν ὄντες οὐκ ἂν ὑμνηθεῖμεν ἄν.

sic et Theophrastus dixerat: μήτ' ἂν ἀποδιδὸν ταχέως ἄν τις κομίσαιτο. Scripsi de industria ut in Codicibus scribi mos est ἀποδιδόν, ut simul et vulgatae vitium deprehendas et reperias remedium. Quid tu suppleres in hac scriptura: μήτ' ἂν ἀποδιδὸν ταχέως ἄν τις κομίσαιτο? Quid aliud quam ἀποδιδόντΟC? et rei natura et omnium usus in ea re *singularem* postulant:

si quis quid reddit magna habenda est gratia.

Itaque Theophrastus quoque dixit quod omnes solebant: μήτ' ἂν ἀποδιδόντΟC ταχέως ἄν τις κομίσαιτο. Cf. de hoc genere mendorum *Var. Lectt.* pag. 434 et 517.

Nunc Theophrastum depono de manibus.

Digitized by Google

POLYBIANA.

Meminerunt Mnemosynes lectores me nuper Vol. I, p. 2 p. 180 nov. ser. emendare duos locos Arcadis historici foede corruptos (I 58 § 7 et XXX 13 § 2). Spatio tunc exclusus quominus plura adderem, hac occasione utar, ut aliis mendis eum liberem, facto initio ab insignioribus.

Libr. XII 12 C. init 1.:... *κατηγορεῖν καὶ* ΘΕΙΑCΕΤΡΕΙΝ *τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν.* Absurdum est quod editur *θείας εὑρεῖν*. Correcta litera Ε in C supple ΘΕΙΑC(ΜΟΝΔΙΑ)CΤΡΕΙΝ, et habebis veram lectionem: *θειασμὸν διασύρειν τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων κτἑ.*

Libr. XII 15 § 10 sq.: *ὁ δὲ* (Timaeum dicit) *ἐπεσκοτισμένος ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας τὰ μὲν ἐλαττώματα δυσμενικῶς καὶ μετ' αὐξήσεως ἡμῖν ἐξήγγελκε, τὰ δὲ κατορθώματα συλλήβδην παραλέλοιπεν, ἀγνοῶν ὅτι τὸ ψεῦδος οὐχ ἧττόν ἐσι περὶ τοὺς τὰ (γεγονότα σιωπῶντας ἢ περὶ τοὺς τὰ μὴ) γεγονότα γράφοντας ἐν ταῖς ἱσορίαις.* Supplevi de meo quae exciderunt, quum librarii oculi ab priore *γεγονότα* ad posterius aberraverint. Aliam lacunam in loco XII 25 k. § 6. ita expleverim: *ἐξ ὧν Τίμαιος οὐ μόνον τῆς πραγματικῆς ἂν δόξειεν ἀπολείπεσθαι δυνάμεως ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ταῖς διατριβαῖς ἐπι(τυχόντων περὶ πραγμάτων λεγόντων καὶ) ἐλαχίσων· πάντες γὰρ δήπουθεν κτἑ*; et tertiam 26 § 9 sic: *δοκεῖ (γάρ μοι οὐκ ἂν ἄλλοις χρήσασθαι) ἀλλὰ τούτοις οἷς Τίμαιος Ἑρμοκράτην κεχρῆσθαί φησιν.*

Lib. XVII, 11 narrantur Graecorum legati Romam profecti esse, qui peterent a Romanis ut aut Philippum cogerent praesidia sua revocare e tribus urbibus, quas *πέδας Ἑλληνικάς* appel-

Digitized by Google

lare solebat, *Chalcide Corintho* et Demetriade, aut bellum continuarent. *Veniunt in* Senatum una cum legatis regis Macedonum. Iam § 12 de utrisque haec leguntur: *οἱ μὲν οὖν παρὰ τῶν Ἑλλήνων πρέσβεις ταῦτα καὶ τούτοις παραπλήσια διελέχθησαν, οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευάσαντο μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους ἐν ἀρχαῖς δ' εὐθέως ἐκωλύθησαν· ἐρωτηθέντες γὰρ εἰ παραχωροῦσι Χαλκίδος καὶ Κορίνθου καὶ Δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν. Οὗτοι μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες οὕτω κατέπαυσαν τὸν λόγον.* At nulla erat causa cur Romani Macedonum legatos *reprehenderent*: tantummodo impediverunt eos quominus longiorem haberent orationem. Hoc vero Graeci dicunt *ἐπιτέμνειν*, ut Francogalli *couper court*. Vides librarium pro ЄΠΙΤΜΗΘЄΝΤЄϹ prono errore scripsisse ЄΠΙΤΙΜΗΘЄΝΤЄϹ. Lib. XVIII, 13 § 5 sq. est quantivis pretii locus de Romanorum armatura: *τοιαύτης περὶ τὴν φάλαγγα διαθέσεως καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος οὔσης, ῥητέον ἂν εἴη καὶ τοῦ Ῥωμαίων καθοπλισμοῦ καὶ τῆς ὅλης συντάξεως τὰς ἰδιότητας καὶ διαφορὰς ἐκ παραθέσεως· ἴσανται μὲν οὖν ἐν τρισὶ ποσὶ μετὰ τῶν ὅπλων καὶ* (cf. 29 § 2) *Ῥωμαῖοι· τῆς μάχης δ' αὐτοῖς κατ' ἄνδρα τὴν κίνησιν λαμβανούσης διὰ τὸ τῷ μὲν θυρεῷ σκέπειν τὸ σῶμα συμμετατιθεμένους ἀεὶ πρὸς τὸν τῆς πληγῆς καιρόν, τῇ μαχαίρᾳ δ' ἐκ καταφορᾶς καὶ διαιρέσεως ποιεῖσθαι τὴν μάχην, προφανὲς ὅτι χάλασμα καὶ διάσασιν ἀλλήλων ἔχειν δεήσει τοὺς ἄνδρας ἐλάχιστον τρεῖς πόδας κατ' ἐπιφάτην καὶ παρασάτην, εἰ μέλλουσιν εὐχρηστεῖν.* Quid sit *μάχεσθαι ἐκ διαιρέσεως* haud facile dixeris; quominus enim de *punctim* pugnando cogitemus, quia notum est Romanos gladiis tam punctim quam caesim usos esse, prohibet et linguae Graecae et ipsius loci ratio, quoniam planum est magna illa singulorum militum distantia non opus fuisse in pungendo sed in caedendo. In pugnando autem caesim respicienda est duplex actio: gladii *sublatio* et *demissio* in corpus adversarii. Hoc Graecis est *καταφέρειν* et *καταφορά*, illud *διαίρεσθαι* et *δίαρσις*, unde fit ut quod Latinis est *caesim* apud Polybium modo *ἐκ καταφορᾶς* dicatur, modo *ἐκ διάρσεως*. Hoc tamen loco, ubi respicienda erat duplex illa actio, nemo mirabitur me historico reddere: *τῇ μαχαίρᾳ δ' ἐκ καταφορᾶς καὶ διάρσεως ποιεῖσθαι τὴν μάχην.*

Librarii Polybium fecere dicentem contrarium eius quod voluit

Digitized by Google

III 70 § 6, ubi postquam narravit ante pugnam ad Trebiam Tiberium elatum fausto in velitatione quadam suorum successu id egisse ut quam primum acie decerneretur, consultasse tamen prius collegam suum Publium, cui non una de causa temerarium visum esse Tiberii consilium, ita pergit: *διὸ καὶ τοιούτοις χρώμενος λογισμοῖς μένειν ἠξίου τὸν Γιβέριον ἐπὶ τῶν προκειμένων.* Quod quid sit, non potest dubium esse post dicta § 2 *προέκειτο μὲν οὖν αὐτῷ* (Tiberio) *κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν*, i. e. *τὴν ταχίσην κρῖναι τὰ ὅλα.* Hoc illud est: *nil intra est oleam nil extra est in nuce duri!* Redde Polybio: *(μὴ)μένειν ἠξίου*, quae ratio lenitate vincit alteram *μένειν (οὐκ) ἠξίου* estque *ἐμφατικωτέρα.*

Prorsus eodem modo peccatum est IV 18 § 8, ubi tamen ambigo, utrum corrigendum sit: *ἐξετοιχωρύχησαν μὲν τοὺς βίους, ἐσρέβλωσαν δὲ πολλοὺς τῶν Κυναιθέων οἷς ἠπίσησαν (μὴ) ἔχειν κεκρυμμένον διάφορον ἢ κατασκεύασμα ἢ ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων*, an sensu eodem *οὓς ἐπίσευσαν ἔχειν κτἐ.* Eadem vocula periit XII 12 § 1, ubi scribo: *καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κανόνων, κἂν ἐλάττων ᾖ τῷ μήκει κἂν τῷ πλάτει ταπεινότερος, μετέχῃ δὲ τῆς κανόνος ἰδιότητος, κανόνα φησὶ δεῖν προσαγορεύειν, ὅταν δὲ (μὴ) τῆς εὐθείας καὶ τῆς πρὸς ταύτην οἰκειότητος ἐγγίζῃ, πάντα μᾶλλον δεῖν ἢ κανόνα καλεῖν, τὸν αὐτὸν τρόπον κτἐ.* Expungatur contra XII 6 b § 1 e verbis: *πολὺ γὰρ ἐκτοπίσαντες* (Locrenses) *ἐκ τῶν συνειδότων καὶ προσλαβόντες συνεργὸν τὸν χρόνον, οὐχ οὕτως ἄφρονες ἦσαν ὥσε ταῦτ' ἐπιτηδεύειν, δι' ὧν ἔμελλον ἀνανέωσιν ποιεῖσθαι τῶν ἰδίων ἐλαττωμάτων, ἀλλὰ [μὴ] τοὐναντίον δι' ὧν ἐπικαλύψειν ταῦτα.*

Hisce praemissis, cum lectore ordine percurram Polybium, qualem edidit paucis abhinc annis Dindorfius apud Teubnerum quam paucissimis notaturus, si quid melius constitui posse mihi videatur.

In ipso prooemio haereo § 7: *εἰ μὲν οὖν ἡμῖν ἦν συνήθη καὶ γνώριμα τὰ πολιτεύματα τὰ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀμφισβητήσαντα, κτἐ.*, quia non *instituta politica* dici possunt *ἀμφισβητεῖν* sed ipsi populi. Necessarium arbitror *τῶν — ἀμφισβητησάντων.* Loco I 35 § 5, ad quem frustra provocant, non magis *πολίτευμα* est ipsa *civitas* (= *πολιτεία*), sed *civitatis conditio.* — Ibid. 14 § 3: *διὰ γὰρ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν ὅλην εὖ-*

Digitized by Google

lare solebat, Chalcide Corintho et Demetriade, aut bellum continuarent. Veniunt in Senatum una cum legatis regis Macedonum. Iam § 12 de utrisque haec leguntur: *οἱ μὲν οὖν παρὰ τῶν Ἑλλήνων πρέσβεις ταῦτα καὶ τούτοις παραπλήσια διελέχθησαν, οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευάσαντο μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους ἐν ἀρχαῖς δ' εὐθέως ἐκωλύθησαν· ἐρωτηθέντες γὰρ εἰ παραχωροῦσι Χαλκίδος καὶ Κορίνθου καὶ Δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν. Οὗτοι μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες οὕτω κατέπαυσαν τὸν λόγον.* At nulla erat causa cur Romani Macedonum legatos *reprehenderent*: tantummodo impediverunt eos quominus longiorem haberent orationem. Hoc vero Graeci dicunt *ἐπιτέμνειν*, ut Francogalli *couper court*. Vides librarium pro ΕΠΙΤΜΗΘΕΝΤΕϹ prono errore scripsisse ΕΠΙΤΙΜΗΘΕΝΤΕϹ. Lib. XVIII, 13 § 5 sq. est quantivis pretii locus de Romanorum armatura: *τοιαύτης περὶ τὴν φάλαγγα διαθέσεως καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος οὔσης, ῥητέον ἂν εἴη καὶ τοῦ Ῥωμαίων καθοπλισμοῦ καὶ τῆς ὅλης συντάξεως τὰς ἰδιότητας καὶ διαφορὰς ἐκ παραθέσεως· ἴσανται μὲν οὖν ἐν τρισὶ ποσὶ μετὰ τῶν ὅπλων καὶ* (cf. 29 § 2) *Ῥωμαῖοι· τῆς μάχης δ' αὐτοῖς κατ' ἄνδρα τὴν κίνησιν λαμβανούσης διὰ τὸ τῷ μὲν θυρεῷ σκέπειν τὸ σῶμα συμμετατιθεμένους ἀεὶ πρὸς τὸν τῆς πληγῆς καιρόν, τῇ μαχαίρᾳ δ' ἐκ καταφορᾶς καὶ διαιρέσεως ποιεῖσθαι τὴν μάχην, προφανὲς ὅτι χάλασμα καὶ διάσασιν ἀλλήλων ἔχειν δεήσει τοὺς ἄνδρας ἐλάχιστον τρεῖς πόδας κατ' ἐπιφάτην καὶ παρασάτην, εἰ μέλλουσιν εὐχρηστεῖν.* Quid sit *μάχεσθαι ἐκ διαιρέσεως* haud facile dixeris; quominus enim de *punctim* pugnando cogitemus, quia notum est Romanos gladiis tam punctim quam caesim usos esse, prohibet et linguae Graecae et ipsius loci ratio, quoniam planum est magna illa singulorum militum distantia non opus fuisse in pungendo sed in caedendo. In pugnando autem caesim respicienda est duplex actio: gladii *sublatio* et *demissio* in corpus adversarii. Hoc Graecis est *καταφέρειν* et *καταφορά*, illud *διαίρεσθαι* et *διαίρσις*, unde fit ut quod Latinis est *caesim* apud Polybium modo *ἐκ καταφορᾶς* dicatur, modo *ἐκ διάρσεως*. Hoc tamen loco, ubi respicienda erat duplex illa actio, nemo mirabitur me historico reddere: *τῇ μαχαίρᾳ δ' ἐκ καταφορᾶς καὶ διάρσεως ποιεῖσθαι τὴν μάχην.*

Librarii Polybium fecere dicentem contrarium eius quod voluit

Digitized by Google

III 70 § 6, ubi postquam narravit ante pugnam ad Trebiam Tiberium elatum fausto in velitatione quadam suorum successu id egisse ut quam primum acie decerneretur, consultasse tamen prius collegam suum Publium, cui non una de causa temerarium visum esse Tiberii consilium, ita pergit: *διὸ καὶ τοιούτοις χρώμενος λογισμοῖς μένειν ἠξίου τὸν Γιβέριον ἐπὶ τῶν προκειμένων.* Quod quid sit, non potest dubium esse post dicta § 2 *προέκειτο μὲν οὖν αὐτῷ* (Tiberio) *κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν*, i. e. *τὴν ταχίστην κρῖναι τὰ ὅλα.* Hoc illud est: *nil intra est oleam nil extra est in nuce duri!* Redde Polybio: *(μὴ)μένειν ἠξίου*, quae ratio lenitate vincit alteram *μένειν (οὐκ) ἠξίου* estque *ἐμφατικωτέρα.*

Prorsus eodem modo peccatum est IV 18 § 8, ubi tamen ambigo, utrum corrigendum sit: *ἐξετοιχωρύχησαν μὲν τοὺς βίους, ἐσρέβλωσαν δὲ πολλοὺς τῶν Κυναιθέων οἷς ἠπίσησαν (μὴ) ἔχειν κεκρυμμένον διάφορον ἢ κατασκεύασμα ἢ ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων*, an sensu eodem *οὓς ἐπίσευσαν ἔχειν κτέ.* Eadem vocula periit XII 12 § 1, ubi scribo: *καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κανόνων, κἂν ἐλάττων ᾖ τῷ μήκει κἂν τῷ πλάτει ταπεινότερος, μετέχῃ δὲ τῆς κανόνος ἰδιότητος, κανόνα φησὶ δεῖν προσαγορεύειν, ὅταν δὲ (μὴ) τῆς εὐθείας καὶ τῆς πρὸς ταύτην οἰκειότητος ἐγγίζῃ, πάντα μᾶλλον δεῖν ἢ κανόνα καλεῖν, τὸν αὐτὸν τρόπον κτέ.* Expungatur contra XII 6 b § 1 e verbis: *πολὺ γὰρ ἐκτοπίσαντες* (Locrenses) *ἐκ τῶν συνειδότων καὶ προσλαβόντες συνεργὸν τὸν χρόνον, οὐχ οὕτως ἄφρονες ἦσαν ὥσε ταῦτ' ἐπιτηδεύειν, δι' ὧν ἔμελλον ἀνανέωσιν ποιεῖσθαι τῶν ἰδίων ἐλαττωμάτων, ἀλλὰ [μὴ] τοὐναντίον δι' ὧν ἐπικαλύψειν ταῦτα.*

Hisce praemissis, cum lectore ordine percurram Polybium, qualem edidit paucis abhinc annis Dindorfius apud Teubnerum quam paucissimis notaturus, si quid melius constitui posse mihi videatur.

In ipso prooemio haereo § 7: *εἰ μὲν οὖν ἡμῖν ἦν συνήθη καὶ γνώριμα τὰ πολιτεύματα τὰ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀμφισβητήσαντα, κτέ.*, quia non *instituta politica* dici possunt *ἀμφισβητεῖν* sed ipsi populi. Necessarium arbitror *τῶν — ἀμφισβητησάντων.* Loco I 35 § 5, ad quem frustra provocant, non magis *πολίτευμα* est ipsa *civitas* (= *πολιτεία*), sed *civitatis conditio.* — Ibid. 14 § 3: *διὰ γὰρ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν ὅλην εὖ-*

Digitized by Google

νοιαν Φιλίνῳ μὲν πάντα δοκοῦσιν οἱ Καρχηδόνιοι πεπρᾶχθαι φρονίμως κτἑ. Merus est librarii error ΠΕΠΡΑΧΘΑΙ legentis pro ΠΕΠΡΑΧΕ͂ΑΙ i. e. πεπραχέναι. — Ibid. 37 § 4 narrato classis Romanae naufragio haec addit: τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως εἰς τὴν τύχην ὡς εἰς τοὺς ἡγεμόνας ἐπανοιστέον· πολλὰ γὰρ τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυραμένων μὴ πλεῖν παρὰ τὴν ἔξω πλευρὰν τῆς Σικελίας τὴν πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος ἐσραμμένην, διὰ τὸ πελαγίαν εἶναι καὶ δυσπροσόρμιστον κτἑ. Quam gubernatorum rationem non intellego, si quidem non minus πελαγία mihi videtur ἡ πρὸς τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος ἐσραμμένη πλευρά. Ex ipsa autem quae praecedit § 2 naufragii descriptione disces non sic scripsisse Polybium, sed διὰ τὸ σπιλώδη εἶναι καὶ δυσπροσόρμιστον. — Ibid. 41. § 2 διὸ καὶ πάλιν ἐπερρώσθησαν [διὰ ταῦτα] κτἑ. — Ibid. 55 § 1 πάλιν ἐπιρρεπεστέρας εἶχε τὰς ἐλπίδας. Quid sit *spes propensior* me quidem latet neque adiectivum ἐπιρρεπής altero post Christum seculo vetustius esse videtur. An hic scripsit Polyb. ut constanter alibi ἐπικυδεστέρας? — Ibid. 80 § 3 διόπερ ἠξίου τούτοις πιστεύειν, τούτους ἀκούειν κτἑ. Sententia postulat τούτων.

Lib. II, 7 § 4: ἃ δὴ καὶ τότε παρὰ τῶν Ἑλλήνων εἰκότως [ἂν] τοῖς Ἠπειρώταις ἀπηντήθη. Dele ἂν errore huc retractum ex ipsis sequentibus. Ibid. 34 § 6 πεζικῶν. Hic locus effugit Dindorfium, alibi merito corrigentem πεζῶν.

Lib. III, 19 § 5: οἱ δὲ Ῥωμαῖοι θεωροῦντες τὴν ἔφοδον τῶν Ἰλλυριῶν ἐνεργὸν καὶ συντεταγμένην, ἀντέπεσον ταῖς σπειραῖς καταπληκτικῶς. Siquidem *aggredi* est ἐπιπίπτειν non πίπτειν, necessario *contra aggredi* est ἀντεπιπίπτειν, etsi lexica hoc compositum ad hunc usque diem ignorant. Ocius scribatur ἀντεπέπεσον. Cf. ἀντεπιέναι, ἀντεπιτίθεσθαι, ἀντεπάγειν, ἀντεπεξάγειν, ἀντεπεξιέναι, ἀντεπεξελαύνειν, ἀντεπιπλεῖν, alia. — Ibid. 58 extr. ἐὰν δὲ καὶ γνῷ τις ἔτι τῶν προτοῦ δυσχερέστερον τὸ τῶν ἑωρακότων τινὰ μετρίῳ χρῆσθαι τρόπῳ καὶ καταφρονήσαντα τῆς παραδοξολογίας καὶ τερατείας ἑαυτοῦ χάριν προτιμῆσαι τὴν ἀλήθειαν καὶ μηδὲν τῶν παρὲξ ὄντων ἡμῖν ἀναγγεῖλαι. Corrigatur: ἑαυτῆς χάριν προτιμῆσαι τὴν ἀλήθειαν καὶ μηδὲν παρὲξ τῶν ὄντων ἡμῖν ἀναγγεῖλαι. Ibid. 80 extr. suppleverim: οὐ μόνον πόλεις καὶ (πολιτῶν) βίους ἀνασάτους πεποιήκασιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῆν αὐτῶν ἀφῄρηνται μετ' αἰσχύνης.

Digitized by Google

Lib. IV, 17 § 2: δῆλον γὰρ ὡς εὐήθη καὶ μάταιον εἰκὸς φαίνεσθαι τὸν τοιοῦτον ὅταν ὑπολαμβάνῃ τοῖς λόγοις ἐπικρύψεσθαι τὰς τῶν πραγμάτων ἐναργείας. Imo: ὃς ἄν. Ibid. 24 § 6 ἐπαγγελλομένων — ποιεῖν. Requiro ποιήσειν. Cf. 23 § 6. Ib. 63 § 2 τὴν — πόλιν — παρέλαβε — ἀφεὶς ὑποσπόνδους τοὺς ὄντας τῶν Αἰτωλῶν. Imo ἐνόντας. Cf. supra § 2.

Lib. V, 5 init.: Δορίμαχος δὲ τοὺς ἡμίσεις ἔχων Αἰτωλῶν. Huius loci est (τῶν) Αἰτωλῶν, ut recte infra scriptum 6 § 4.

Lib. VI, 23 § 4. ἔχει δὲ (scutum) περὶ τὴν ἰθὺν ἐκ τῶν ἄνωθεν καὶ κάτωθεν μερῶν σιδηροῦν σιάλωμα, δι' οὗ (πρὸς) τάς τε καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται καὶ τὰς πρὸς τὴν γῆν ἐξερείσεις. De meo inserui voculam necessariam πρός. Similiter 21 § 10 suppleverim: ἐὰν δὲ πλείους τῶν τετρακισχιλίων (καὶ διακοσίων) ὦσι.

Lib. VII, 11 § 6 sq. non expedio nisi rescripto λέγω pro λέγων. Ib. 15 § 1 suppleo: πᾶν γένος ἐνέδρας ἀντενέδρας ἐπιθέσεως (ἀντεπιθέσεως) ἐξευρισκόντων τῶν στρατιωτῶν κατ' ἀλλήλων.

Lib. VIII, 25 § 5 suppleo et corrigo: οἱ μὲν οὖν πιστοὶ τῶν φίλων οὐκ ἔφασκον δεῖν προΐεσθαι τὸν (καιρὸν, τὸν) νεανίσκον λαβόντα (pro λαβόντος) εἰς χεῖρας ἀλλὰ συνεβούλευον κτέ.

Lib. X, 33 § 6: ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι πρὸς τοὺς ἢ διὰ κενοδοξίαν ἢ μειρακιώδη στάσιν περιπίπτοντας τοῖς τοιούτοις ἀλογήμασιν ἢ δι' ἀπειρίαν ἢ διὰ καταφρόνησιν. In praegressis scriptor Hannibalis cautelam laudaverat, ne ipse suam vitam periculis nimis exponeret. Hic procul dubio requiritur: ἢ μειρακιώδη παράστασιν, i. e. τόλμαν. — Ibid. 41 enumeratis variis periculis quae imminerent undique Philippo, Polybius § 6 ita pergit: δοκεῖ δέ μοι τὰς τοιαύτας περιστάσεις εὐλόγως ἄν τις ἐπισημήνασθαι καὶ συνεφιστάνειν τοὺς ἀναγιγνώσκοντας, ἐν αἷς πεῖρα καὶ βάσανος ἀληθινὴ γίγνεται κατὰ τὰς σωματικὰς δυνάμεις τῶν ἡγεμόνων. Non τὰς σωματικὰς sed τὰς νοητικὰς δυνάμεις esse puto τῶν ἡγεμόνων, de quibus in eiusmodi difficultatibus fiat periculum. — Ibid. 43 § 7 corrigo: ὅτι μὲν οὖν εἰς Ὠρεὸν ἢ (pro καὶ) Πεπάρηθον ἢ Χαλκίδα πάρεσι στόλος κτέ.

Transpositione sananda quae leguntur XV 22 § 4: ὑπὸ δ' ἐκείνου παρακαλούμενοι καὶ διαγελώμενοι καθ' ἡμέραν αὐτόπται γενέσθαι κτέ. Nam quia infinitivus pendet a part.

Digitized by Google

παρακαλούμενοι, scriptum oportuit διαγελώμενοι καὶ παρακαλούμενοι.

Lib. XVI, 1 § 5: κατάσπῶν ἐρρίπτει τοὺς νεώς. Legerim ἤρειπε et 21 § 4 suppleverim: οὐ μόνον (ἑαυτὸν) ἔσφηλε ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἠλάττωσε. Ibidem 29 § 3 deleo praepositionem male repetitam in his: τὴν δὲ τῆς Ἀβύδου καὶ Σήστου θέσιν καὶ τὴν εὐκαιρίαν τῶν πόλεων τὸ μὲν διὰ πλειόνων ἐξαριθμεῖσθαι μάταιον εἶναί μοι δοκεῖ διὰ τὸ πάντας, ὧν καὶ μικρὰν ὄφελος, ἰσορρικέναι [διὰ] τὴν ἰδιότητα τῶν τόπων.

Lib. XVIII, 52 § 8: μεσολαβήσας τὸν Παρμενίωνα, Παῦσαι, φησὶ, τῶν πολλῶν. Imo τῶν λόγων.

Lib. XXI, 8 § 7 supple (τὸν) ὕπατον et ib. 10 § 3 pro ὑφαιρεῖσθαι, quia de actione clandestina sermo non est, lege ἀφαιρεῖσθαι. Ibid. 15 § 1 οὕτως ἐπὶ Φιλοποίμενος ὁ προσοίσων τὴν χάριν ἐλὼν οὐχ εὑρίσκετο τὸ παράπαν, ἕως ἐξαπορήσαντες ψήφῳ προεχειρίσαντο Τιμόλαον. Ipsa oppositio clamat verum esse ἑκών pro ἑλών.

Lib. XXII, 15 § 11 verba: ἐκράτει — πόλεως transponenda sunt statim post verba: ὧν ἐπῆρχε πόλεων.

Lib. XXIII, 1 § 6 κατεσάθησαν πρεσβευταὶ πρὸς Πτολεμαῖον Λυκόρτας ὁ παρ' ἡμῶν πατὴρ καὶ Θεοδωρίδας. Nemo ita loquitur. Scriptum erat noto compendio sed a describente male intellecto ΟΠΡΗΜΩΝ, i. e. ὁ πατὴρ ἡμῶν, quod ocius reddatur Polybio, deleto vocabulo sequenti πατήρ.

Lib. XXIX § 5 ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὅταν ἐν τῇ συμπάσῃ πραγματείᾳ λόγου χάριν Φανοτείας καὶ Κορωνείας καὶ Ἀλε...οῦ πολιορκίαν γράφωσιν, ἀναγκάζονται κτἑ. Suspicor Ἀλιαρτοῦ. Cf. XXX 18.

Ibid. 7 § 9 ὁ Περσεὺς ὀλίγας παντάπασιν ἐλπίδας εἶχε τῆς σωτηρίας. Lege totum locum et intelleges verum esse ἔχει.

Lib. XXX, 13 § 7 supple: λαβόντες οἰκείαν (πρόφασιν) ταῖς ἑαυτῶν ἀσελγείαις.

Lib. XXXII, 6 § 2 διηπόρησε περὶ τούτων πῶς δεῖ χρήσασθαι τοῖς πράγμασιν. Graecum est περὶ τοῦ πῶς κτἑ. Lacuna 11 § 5 expleri potest ope eorum quae leguntur XXX, 24 § 3 insertis post ταλάντου verbis: πολλοὺς δὲ παρίχου Ποντικοῦ κεράμιον τριακοσίων δραχμῶν. Si forte in his similibusque actum egerim, non mea est culpa sed editorum certa supplementa non recipientium.

Digitized by Google

Lib. XXXIII, 12 § 3 *οἱ Πριηνεῖς — ὀρθῶς ἵ ς α ν τ ο κτέ.* Lege *ἐνίς α ν τ ο*; Cf. XXXV 6 § 1.

Lib. XXXVII 4 § 10 p. 108 e. Dind. vs. 9 sq. lacunae sic satis tuto suppleri possunt: *πλείσους* (l. *πλείους*) *ἐπεῖδον αὐτῶν ἐν πάνυ* (*μ ι κ ρ ῷ*) *χρ(ό ν ῳ*) *φυγ(α δ ε υ θ έ)ντας σρ(ε β λ ω)θέντας καὶ φονευθέντας* [*ἤ* expunge] *τῶν ἐν τοῖς πρότερον καιροῖς ὑπὸ τῶν κατ' ἀλήθειαν βασι(λέων)* . . . . . *ἤδη τοῦτό γε ἔχ . . . ὡς ἁπαντῆσαι* (pro *ἁπαντεσι*) *ἐπὶ τὸ . . .*

Sine nomine auctoris legitur apud Suidam fragmentum i. v. *ἀθλητής* quod olim tribuebatur Polybio: *Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἄνδρα πολέμων ἀθλητὴν τὸν Ἀννίβαν ἐκπέμπουσι.* Dindorfius vol. IV p. 173 historico locum abiudicat ob hiatum non Polybianum. Ego ei non adiudico, sed Dindorfii argumentum reiicio considerans cum alios locos Polybii, quos notare neglexi, tum quae cum triplici eiusdem generis hiatu leguntur XXXI 3 § 6 sqq: *οἱ δ' ἄλλοι ἀργυροφάλαροι, μετὰ δὲ τούτους ἦσαν οἱ λεγόμενοι ἑταῖροι ἱππεῖς.*

Scribebam mense Octobri. H. VAN HERWERDEN.

EURIPIDIS LOCUS EMENDATUS.

In Euripidis *Hippolyto* vs. 64. canticum sic constituerim:

Λατοῦς Ἄρτεμι καὶ Διός,
καλλίσα πολὺ παρθένων,
*ἃ *ΜΘΓΑΝ κατ' οὐρανὸν*
ναίεις εὐπατέρειαν αὐ —
λὰν Ζηνὸς πολύχρυσον.

vulgo emblema adhaeret *πολύχρυσον* [*οἶκον*], quod sententiae nocet et metro. In ΜΘΓΑΝ latet adiectivum ex duabus longis et brevi vocali constans, quod quibus otium est quaerant.

Quid si poeta ita dederit:

ΑΙΓΛΗΘΝΤΑ κατ' οὐρανὸν
ναίΟΥϹ' εὐπατέρειαν αὐ —
λὰν Ζηνὸς πολύχρυσον.

C. G. C.

Digitized by Google

LECTIONES QUAEDAM IN CICERONIS

ORATIONE

PRO C. RABIRIO POSTUMO.

SCRIPSIT M^R. B. TEN BRINK.

Ex apographo Poggiano omnes huius orationis codices derivatos esse recte et vidit et ostendit Halmius. Fluxerat autem apographum illud ex codice pervetusto, lacero et corrupto, seculo XI superstite, cuius notas, siglas, cetera litterarum compendia, quum non amplius intelligerent librarii, quae legere poterant describebant, quae legere non poterant, ea suo more, id est perverse, explicabant, interdum omittebant. Nullus igitur huius orationis codex est archetypus, nulla codicum familia, quae dici potest, omnes libri sunt italicae originis et seculi XV, omnes fere eodem iure, eadem auctoritate, non magna quidem. Quinque codices diligenter collatos habemus apud Halmium, Francianus vero codex, qui in bibliotheca huius academiae servatur, diligentiore examine dignus mihi videtur; ceteris quidem non melior est, sed menda interdum clarius demonstrat.

In codice Salisburgensi, nunc Monacensi, inscriptio orationis: M. T. *Ciceronis pro C. Rabirio Postumo*, ultimo nomine *Postumo* scripto prave corrigitur. Est hic inveteratus error, quo absurde dicitur, *posthumum* eum esse, qui post *humationem* sive post mortem patris editus est. *Postumus* — ut Caesellii Vindicis apud Gellium N. A. II, 16, 5. verbis utar — „non eum significat, qui patre mortuo, sed qui *postremo loco natus est*".

Digitized by Google

Sed idem ille error huic orationi vulnus, adhuc latens, inflixit in verbis capitis II:

„Hoc ille natus, † quamvis patrem suum numquam viderat".

Verum mihi indicavit codex Francianus, qui fert: „quam *vix* patrem suum numquam viderat". Ceteri omnes libri habent *quamvis — viderat*, vitiosa syntaxi. Nunc quum separata constat vocula *vix*, loci emendatio in promptu est. *Numquam* interpolatum, ut plura in hac oratione. Legendum omnino:

„Hic illo natus, quamquam vix patrem suum viderat".

In codice vetusto lineola supra quam ducta, temporis lapsu legi non amplius poterat. *Quamquam* suspicatus est Halmius; mea quoque fuit opinio ante visam Halmii editionem. — Item apud Nepotem in Milt. 2, 3. legendum censeo: „*quamquam* (pro *quamvis*) carebat nomine". — Animadvertas, verbis „quamquam vix patrem suum viderat" Postumi nomen definiri, ut opponatur nomini patris in prioribus: „huius pater C. Curtius", ubi omnes libri habent *Curius* praeter Francianum.

In loco desperato ad finem Cap. II Halmius et Madvigius consensu sic legunt:

„Stulte: quis negat? aut quis iam *volet* (*audet* Madv.) quod male cecidit bene consultum putare. Sed" sqq.

Ibi ceteri codices „*quod* (*quo*) male cecidit" referunt. In Franciano legitur *que*, i. e. *quae;* unde dubitare incepi de verbo finito (*volet*, *audet*) in principio pro variantibus *ammonet*, *admonet*, *amovet*, *amodo*, et de alia corrigendi ratione cogitare, v. 9.

„Stulte: quis negat? aut quis iam *admonitus* rem, quae male cecidit, bene consultam putaret? Sed" — cett.

Putaret id legitur in cod. Salisb. et Vindobonensi altero. In exordio monuerat orator, homines hoc plerumque facere, ut consilia eventis ponderent. Non multum providisse, nihil fere sensisse arguebatur Postumus.

Capite III, 6. legitur:

„*Hinc* primum exoritur crimen *illud*: senatum corruptum esse dicunt. O di immortales! haec est *illa* exoptata iudi-

Digitized by Google

ciorum severitas? Corruptores nostri causam dicunt; nos qui corrupti sumus, non dicimus".

Hinc, non *hic*, ut coniecerunt Lambinus et Patricius. Franc. codex *huic*. Inferius in hac oratione cap. XI, 30: „At *ex hoc ipso* crimen exoritur." Similiter Cicero in oratione pro Ligario VII, 22. „Hinc in Ligarium crimen oritur". *Hinc* igitur servandum, praesertim ne suspicio relinquatur: „multa ante haec verba deesse", ut volebant Lambini aetate docti quidam viri; sed non sunt magnae lacunae in hac oratione. Tenendum vero imprimis, orationem converti ad accusatorem, ad Memmium; id quod posterius apparet, quum orator simpliciter negat: „nec cum Postumi causa res *ista* coniuncta est"; postremo in illis: „Quamobrem neque tu, C. Memmi, hoc facere debes, ut senatum" cett. — Ipsa hic Memmii accusatoris verba repetuntur. Quapropter *illud* in *istud* convertatur necesse est. Alterum *ille* omissum in libris Franc. et V. Scribendum itaque:

„Hinc primum exoritur crimen istud: „„senatum corruptum esse dicunt."" — O di immortales! haec est illa exoptata iudiciorum severitas? corruptores nostri cett."

Hoc crimen Cicero levi cursu, ut saepius in hac oratione, eludens transit. Senatum defendere supersedet. Tamen ex Epp. I 1. ad Lentulum et II, 2 ad Quintum fratrem intelligimus, Postumum in iis creditoribus fuisse, per quos illo tempore egit Ammonius, Alexandrini regis legatus, aperte pecuniam senatoribus largitus.

Cap. III. ibid. „Non enim latroni, sed regi credidit, nec regi inimico populi Romani, sed ei, *cuius reditum consuli mandatum a senatu* videbat."

Reditus mandari omnino non potest, mandari poterat reductio, sed non est mandata. Primum quidem regis reducendi provincia sorte Lentulo obtigerat, sed interposita fuerat „auctoritas et religio"; aditis enim libris Sibyllinis res discussa est; quare Lentulus illam regis reducendi provinciam sine ulla dubitatione deposuit. Itaque factum est Sctum: cum multitudine regem reduci periculosum reipublicae videri. Cff. Epp. I, 7, 4. in Pison. c. 21. ad Quintum II, 1. Non licuit igitur Ciceroni dicere, consuli mandatam esse a senatu regis reductionem. Sed nec reditus mandatus est namque id non dicitur. Videamus

Digitized by Google

codicum pravas scripturas, si quid forte inde expiscemur. Cod. Franc. *datum senatum*, G. *consulucum datum*. Hinc cum Mureto *commendatum* suspicans lego:

„cuius reditum *consuli commendatum* a senatu videbat."

Reditus regis ita Lentulo commendatus erat, ut sine multitudine in regnum ille restitueretur.

Cap. IV, 8. „Sunt lites aestimatae A. Gabinio: nec praedes dati nec ex bonis populo *universa pecunia* exacta est."

Universa pecunia, supplementum Mommsenii, Halmius recepit. Madvigius, „incertum relinquens, quod substantivum feminini generis oblitteratum sit," item legit: „nec ex bonis populo *** exacta est." Codd. fere omnes habent: „ex bonis populi *servari lex* aequa est." In Herculis Giofani codice, qui dicitur, doctus quidam homo Italus haec scripsit: „ex eius bonis quanta summa litium fuit populo servari potest." At haec suppleta sunt ex hac ipsa oratione cap. XIII, 37, ubi illa Cicero pluribus verbis designat: „si aut praedes dedisset Gabinius aut tantum ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset." Dicam quod statuo: prava codd. lectio *servari lex* vel *servati lex* orta est ex male intellecta codicis archetypi nota S. L., sive s. l., quae significat *summa litium*. Iam vero reponere mihi licet:

„Sunt lites aestimatae A. Gabinio: nec praedes dati nec ex bonis populo *summa litium* exacta est."

E verbis „s. l. exacta est" fictum est: „servari lex aequa est."

Cap. V. 11. Pantagathi emendationem, pro *appellatione litium* scribentis *aestimatione litium*, nunc probo. Cf. Philol. XI. p. 94.

Cap. eod. i. f. Halmius edidit:

„Illo, inquit, capite † *quod erat in Postumum*, cum in Gabinium iudex esses, nihil Gabinio damnato." cett.

In codd. scriptum est: *quod erat in Postumum*, vel *quod erat impositum*, *quod in posterum*. Formulam Quo Ea Pecunia Pervenerit hic desiderari iam dudum exploratum est. In vetusto codice scriptum fuerit ita: „immo illo capite Q. E. P. P. — in P." cett. Hoc certum, verba *quod erat* orta esse ex male intellectis notis Q. E. Sequentes siglae P. P. neglectae sunt.

Digitized by Google

Sermonem illum cum iudice fictum ab oratore, a Madvigio egregie revocatum, ita prosequi mihi liceat:

Digitized by Google

inanis est verborum tinnitus sine sensu. Erat: *ὀργῆς *** εἰσὶν ***ΤΡΟΙΛΟΓΟΙ ex Aeschyli *Prometheo* 378:

ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

Itaque ex Aeschyli fragmentis unum hoc *ὑποβολιμαῖον ὄν* abiiciemus.

In Antiphontis fragmento XX. 44. *οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν ὀργιζόμενος ἄνθρωπος εὖ γνοίη· αὐτὸ γὰρ ὃ βουλεύεται τὴν γνώμην διαφθείρει τοῦ ἀνθρώπου.* Scribe *αὐτὸ γὰρ* ᵛΩΙ *βουλεύεται* et *τὴν γνώμην* expunge. Cicero *Tusc. Quaestt.* III. 1, *ita fit ut animus de se ipse tum iudicet quum id ipsum quo* IUDICATUR *aegrotet.* Imo vero *quo* IUDICAT, *ᾧ βουλεύεται.*

Vetus mendum inolevit in Plutarchi loco XXI. 16. *οἵνοι δὲ καὶ* CAPKΩN *ἐμφορήσεις σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ* non aliter scriptum est in Plutarchi Codicibus, sed quia *κρεοφάγοι* sumus homines neque *σαρκοφάγοι καὶ ὠμηταί* suspicor KPEΩN *ἐμφορήσεις* esse a Plutarchi manu.

Sophocles in Floril. XXV. 6. dixisse putatur:

ἦ δεινὸν ἄρ' ἦν ἡνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν
αὐτῷ συνειδῇ.

sed *ἄρα*, quod est in tali sententia perfrequens, priorem semper habet correptam, ut in notissimo:

ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ', ἐγὼ δέ σε
ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ.

itaque transpone *ἦ δεινὸν ἦν ἄρ' ἡνίκα.* Eadem opera redde Menandro LXXVI. 8.

οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων ἦν.

suum *ἦν ἄρα.* Recte legitur 90, 2.

ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα.

sed mendose 90, 6. *μέγιστον ἄρ' ἦν ἡ Φύσις*, emenda *ἦν ἄρ' ἡ Φύσις*. Sine vitio legitur 97, 3 et 98, 19.

In Floril. 27. 1.

ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ἔμμεναι οὔτε δίκαιον.

at hoc quidem absurdum est, dixeris: necesse est *τὸν ὅρκον ἤτοι ἄδικον εἶναι ἢ δίκαιον. non datur tertium*, ut dialectici lo-

Digitized by Google

quuntur. Reliquum est ut vitiosa lectio emendetur atque ita rescribatur:

ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν 'OMNT*ναι οὔτε δίκαιον.*

Male divisa et corrupta sunt verba Antiphanis in Floril. 27, 8.

ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ μαίνεται.
τοὐναντίον γὰρ νῦν ποιοῦσιν οἱ θεοί.
ἐὰν ἐπιορκήσῃ τις αὐτOTC, εὐθέως
ὁ ΔΙδοὺς τὸν ὅρκον ἐγένετ' ἐμβρόντητος.

at tu scribe: *ἐὰν ἐπιορκήσῃ τις, αὐτOC εὐθέως ὁ Δοὺς τὸν ὅρκον κτἑ.*

In Floril. 28, 18. in suavissima Ecloga nescio cuius Ionici scriptoris mendose scribitur: Κυδίης *μὲν ὤν ἐς τρίτην ἡμέρην βουλόμενος κυρώσειν πίστιν τοῖς θεοῖς ἐπιτρεφθεῖσαν.* Sunt quos non offendat *βουλόμενος κυρώCEIN*, quod absurdum est. In libris est *βαλόμενος*, unde tu corrige: *ἐς τρίτην ἡμέρην* 'ANABAλόμενος *κυρώσειν*, ut apud Herodotum V. 49. *ὦ ξεῖνε* Μιλήσιε, *ἀναβάλλομαί τοι ἐς τρίτην ἡμέρην ὑποκρινέεσθαι.* Post pauca est in libris: *ἐπειδὴ δὲ ἡ τεταγμένη παρῆν ἡμέρη*

νωθρὴν πορείης ἔκλυσιν (Meinek. *ἤλυσιν*) *ποιεύμενος*

διήρει δὲ τὸν νάρθηκα νοσευτίην ἐπιφέρων σώμασι, sed optime Jacobsius *διηρείδετο* emendavit, in caeteris scribe *νάρθηκα νοσεῦντι δὴ ἐπιφέρων σώματι.*

Commemoravit Meinekius in Addendis Hauptii suspicionem totum hunc locum ex iambico carmine ductum existimantis: deinde apponit Hauptii senarios elumbes et *κακομέτρους* et tam ineptos ut equidem vel *Ἰουλίου Κριτοῦ* Comoedias Graecas, quae neque *Graecae* sunt neque *Comoediae*, legere malim. Ex uno disce omnia:

ὡς οὐδὲν ἂν βίαιον ἐξ ἀνδρὸς πάθοι
λώϊσα δοκέοντος πρὸς ἑωυτὸν ἀρτίως·
φιλίῃ κεκρῆσθαι.

Si senarius est:

λώϊσα δοκέοντος πρὸς ἑωυτὸν ἀρτίως

equidem totum Clementem Alexandrinum senariis constare ostendam. Si haec serio Hauptius existimavit, circa eas res *tu-*

Digitized by Google

φλῶς ἔχει, si ioco, iocari nescit, quia
ioco inepto res ineptior nulla est.
Meinekius tamen haec serio et graviter annotasse videtur.

In Floril. 29, 14.

οὐκ ἔστιν ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ' ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

locus est ὕπουλος et a sciolis interpolatus. εἰσκτᾶσθαι nihil est, restitue igitur εὐΔΟΞίαν Ἐκτήσατ'. in priore senario quid lateat nescio, hoc tantum scio βιοῦν pro ζῆν neque Euripidem neque Atticorum quemquam umquam dixisse. In aoristo βιῶναι dicebant, et βιώσομαι et βεβίωκα et βεβίωταί μοι, in praesenti omnes ubique constanter ζῶ, ζῇν, ἔζων, ζῶντες. Sero nati Graeculi ex analogia procuderunt formas βιοῖ, βιοῦν, βιῶν, βιοῦντες, ut ἔζην, ζῆναι, ζῆθι vitio formarunt ex ἔζης et ἔζη, et optativum ζῴης et ζῷη depravarunt in ζώοις et ζώοι. Sed patent nunc istorum errores neque cuiquam amplius imponunt. Quis serio credet Euripidem pro ζῆν dixisse βιοῦν, quia id *uno* loco in Stobaei Codicibus legitur? Εὐδοξίαν eadem de causa corruptum revocari debet 29, 32 in his:

οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥᾴθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ,
ἀλλ' εἰ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐΑΝΔΡίαν.

imo vero τὴν εὐδοξίαν.

In Floril. 29, 36.

ἄνευ τύχης γὰρ, ὥσπερ ἡ παροιμία,
πόνος μονωθεὶς οὐκέτ' ἀλγύνει βροτούς.

hoc unum dispicio scribendum esse ἂν εὐτυχῇς, *si tibi res prospere cesserit.* In μονωθείς quid lateat aliis quaerendum relinquo. Eadem fere sententia est in pseudo — Democriteis 29, 88. τῆς ἡσυχίης οἱ πόνοι ἡδίονες ὅταν ὦν εἵνεκεν πονέωμσι τυγχάνωσι, id est ὅταν εὐτυχῶσιν.

In Floril. 33, 14. Diogenes ἐριστικῷ τινι sic intonat: κακόδαιμον, τὸ βέλτιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τοῦ Φιλοσόφου λυμαινόμενος τῷ λόγῳ Φιλοσοφεῖν φῄς; melius dixerat per appositionem, TON λόγON, quoniam ὁ λόγος est τὸ βέλτιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.

Digitized by Google

In Floril. 37, 18. duo fragmenta in unum coalescere debent et scriptura sic constitui:

τί οὖν ἑτέρους λΕΓΟντας *εὖ βδελύττομαι;*
τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.

vulgatur *λαλοῦντας εὖ*, sed quia hoc incongruum est neque est *facunda loquacitas* aut *garrulitas diserta* necesse est *dicendi* verbum *λέγοντας* restituere.

In Floril. 40, 8. pag. 66, 10. *Ἱππομέδων ὁ Λακεδαιμόνιος ὁ νῦν ἐπὶ Θράκης καθΙστάμενος ὑπὸ Πτολεμαίου*, vera lectio est *καθΕσταμένος*. Sequiores *καθέσακα* dicebant sensu transitivo, cui passivum *καθέσαμαι* respondebat. Vitiosae formae istae sunt ex analogia a Graeculis formatae. Veteres dicebant *ἐσάθην*, *ἐπεσάθην*, *συνεσάθην*, *κατεσάθην*, *μετεσάθην*, *παρεσάθην*: hinc *perfectum passivum* ductum est *καθέσαμαι* cet. unde et activum propullulavit *καθέσακα* et sim.

Post pauca pag. 68, 6. *ἐν οἰκίᾳ — κἂν ᾖ σαΠρὰ καὶ ῥέουσα καὶ καταπίπτουσα*, tralaticio errore scriptum est pro *σαΘρά*.

In Floril. 40, 9. p. 71, 23 Musonius dicit: *ἄλλοις δέ γε κακῶς τὸ σῶμα διακειμένΟΙC ὑπὸ μαλακίας καὶ τρυφῆς ἔρρωσεν ἡ φυγή*. Quid *ἔρρωσεν ἡ φυγή*? Nempe *τὸ σῶμα*. Sed *τὸ σῶμα*, ut nunc est, cum *διακειμένοις* coniunctum facit ut *ἔρρωσεν* suspensum sit et careat obiecto. Corrige igitur *διακείμενΟΝ*. Sic solent multa praeter loci sententiam vicinis accommodari. Paullo ante scribe *Φιλόσοφος ἐγένετο ΦΕΥγων*, *exulans*, pro *Φυγών*.

Democriti personati haec sententia legitur Floril. 43, 45. *οἱ κακοὶ ἰόντες ἐς τὰς τιμὰς ὁκόσῳ ἂν μᾶλλον ἀνάξιοι ἐόντες ἴωσι τοσούτῳ μᾶλλον ἀναΚΗδέες γίνονται καὶ ἀΦροσύνης καὶ θράσεος πίμπλανται*. Pro *ἀνακηδέες*, quod nihili vocabulum est et Graecis auribus inauditum, in libris est *ἂν ἀκυδέες*. at tu suadente sententia emenda *τοσούτῳ μᾶλλον ἀναΙΔέες γίγνονται* „quo quisque eorum, inquit, honore indignior *eo impudentior* est".

Admonet me hic locus turpissimi mendi, quod in Demosthenis *Timocratea* circumfertur pag. 717, 10. *εἰ τοίνυν τις ἔροιθ' ὑμᾶς ποτέροις μᾶλλον ἂν εἰκότως ποιήσαιθ' ὁτιοῦν τοῖς δεομένοις ἢ*

Digitized by Google

τοῖς 'ΕΠΙΤΑΤΤΟΥΣΙΝ. οἶδ' ὅτι φήσατ' ἐν τοῖς δεομένοις· τὰ μὲν γὰρ χρησῶν, τὰ δ' 'ΑΝΑΝΔΡΩΝ ἀνθρώπων ἔργον ἐσίν. Quid amplio? An homines *arrogantes* et *imperiosi* sunt ἄνανδροι? Vitae usus et olim et nunc alia docet. Iam vidisti 'ΑΝΑΙΔΩΝ emendari oportere.

In fragmento Dorico Ἱππολάμου Πυθαγορείου Floril. 43, 92 et 93, ut et in caeteris Pythagoreorum fragmentis apud Stobaeum, nihil est quod referat antiquae Δωρίδος gravitatem ac nitorem. Omnia sunt ex vitiosa plebis συνηθείᾳ formis quibusdam Doricis et simulacris fucata magis quam ornata. Φαμὶ δ' ἐγὼν ἐς μοῖρας τρεῖς διεστάσθαι τὰν σύμπασαν πολιτείαν. In antiqua Graecia ἑξάναι cum compositis συνεξάναι, διεξάναι, καθεξάναι, μεθεξάναι cet. perfecti *passivi* vice fungitur et notionem obtinet perinde atque κεῖσθαι cum compositis omnibus in verbo τιθέναι. Τίθησι τὸν νόμον ὁ Σόλων et κεῖται ὁ νόμος ὑπὸ τοῦ Σόλωνος ita sibi inter se respondent ut ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων τὸν Σόλωνα χαλκοῦν ἔστησεν et ὁ Σόλων χαλκοῦς ἕστηκεν ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων. Sed omnia haec Graeculis ignorata perierunt dicturque ὁ καθεξαμένος, μεθεξαμένος, διεξάσθαι et sim. pro ὁ καθεξώς, οἱ καθεξῶτες νόμοι, τὰ καθεξῶτα κινεῖν et μεθεξάς et διεξάναι. Sic igitur Hippodamus vitiose dixit civitatem εἰς μοῖρας τρεῖς διεστάσθαι eodemque modo passim et Polybius loquitur et totum sequiorum agmen. Si quis igitur antiquum dicendi genus imitari satagit illis indiciis statim fraus apparet.

Sed alia in iisdem fragmentis vitia sunt a scribis invecta, quae quomodo Meinekium fugerint saepe miratus sum, veluti 43, 93. τουτᾶν δὲ τᾶν μοιρᾶν ἑκάσα πάλιν ἐς τρία τέταχται. Quid hoc verbi est τουτᾶν? Monstrum est et portentum pro τούτων. Quid est ἐς τρία τέταχται? Sententia est *tripartito divisa est*, itaque ἐς τρία τέτΜΑται reponendum. Inspiciamus et reliqua: πρόεδρον μὲν τὸ προσυνεδρεῦον καὶ [ΤΟ] προβουλευόμενον καὶ ἐπΑΝΑΦέρον ἐπὶ τὰν βουλάν. quia una est et eadem pars προσυνεδρεύουσα καὶ προβουλευομένη necesse est ut ΤΟ deleatur. Pro ἐπαναφέρον in optimo libro A. est varia lectio ἐπ' 'ΑΜΦοτέρου, in qua inest vera scriptura ἐπΑΜΦέρον et non aliter quam sic δωριστί dicitur.

Post pauca legitur: τῶ δὲ βαναύσω τὸ μέν ἐστι γεωπόνον —

Digitized by Google

τὸ δὲ τεχνατικὸν — τὸ δὲ μεταΒΛτικὸν καὶ ἐμπορικόν, ὃ τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει περιουσιάζοντα ἐπὶ τὰν ξέναν ΔΙάγεται, τὰ δὲ ἀπὸ τᾶς ξένας ἐς τὰν πόλιν. Haeccine menda acute cernentis Meinekii oculos fugisse! μεταΒΑτικόν pro μεταΒΛΑτικόν et διάγεται pro ἐξάγεται. Quid sibi vult in re mercatoria μεταβαίνειν et διάγεσθαι, in qua εἰσάγεσθαι — ἐξάγεσθαι, εἰσαγωγή — ἐξαγωγή et μεταβάλλομαι, μεταβολή, μεταβολεύς, μεταβλητικός sexcenties audiuntur.

Alio modo non minus absurdo μεταΒΛΑτικόν corruptum est in Stobaei *Ecl. Phys.* I. pag. 422. in Philolai fragmento, qui postquam dixerat: καὶ τὸ μὲν ἀμετάβλΑτον αὐτῷ, τὸ δὲ μεταβάλλον ἐςι, post pauca putatur dixisse: κατὰ συνακολουθίαν τᾶς μεταβλΑCτικᾶς Φύσιος, pro μεταΒΛΑτικᾶς.

Quia semel hoc argumentum attigi iuvat ὡς ἐν παρόδῳ manifestum vitium eximere ex Platonis libro *de Legg.* VIII, pag. 847. c. μήτε τIC Ἀγέτω μήτε αὖ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἀναγκαίων ἐμμένειν ΘΕαγέτω, ubi perspicuum est Platonem dedisse: μήτε τις ΘΙCαγέτω.

Sed ad Philodamum redeo, ubi p. 100, 26 editur ποιὲν τὰν πόλιν ὅπως ὁμολογήσῃ καὶ σύμφωνος (ᾖ) τοῖς αὐτᾶς μέρεσιν. necessarium est ᾖ a Meinekio insertum sed alio modo revocandum. Scrib. ὅπως ὁμόλογOC ΤHI καὶ σύμφωνος. Paucis interpositis legitur: καὶ τούτοις πᾶσι κατὰ τρόπον ἄρξασι τὰς κατ' ἀξίας ἀρχὰς διανέμωντι τὰς τιμάς, at tu corrige: — ἄρξασι τὰς καταξίας διανέμωντι τιμάς, expuncto ἀρχάς et τάς. Natus error est quia ΚΑΤΑΞΙΑC perperam in κατ' ἀξίας dissecuerunt, quo facto nescio quis ἀρχάς addidit et TAC τιμάς requiri videbatur.

Optime Jacobsius emendavit locum in vicinia 43, 95. Edebatur: δεῖ τὼς νομοθέτας — ἐπιμελῶς παρατηρεῖν εἰ ΘΕΠΙΜΘΕΛΩC ΠΑΡασκεῖται τὰ ἔθεα. Acute vidit ἐπιμελῶς παρα ab oscitante librario ex superioribus male repetita esse et sic legendum: ἐπιμελῶς παρατηρεῖν εἰ ἀσκεῖται τὰ ἔθεα.

In sqq. οὐ γὰρ τὰν τυχοῦσαν — κακοδαιμοσύναν ἐντίκτοντι τοὶ τῶν σοφιςᾶν λόγοι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς αἱ ΚΑΤΑτολμῶντι κινῆν παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἤτοι τῶν θείων ἢ τῶν ἀνθρωπίνων.

Quid pro κακοδαιμοσύναν sit restituendum frustra quaero, sed neque κακοδαιμοσύναν pro κακοδαιμονίαν ullo modo dici potest

Digitized by Google

neque κακοδαιμονίαν sententiae verborum est accommodatum. In ultima parte scrib. ΔΙΚΑ ΤΙ τολμᾶντι.

In Floril. 44, 19 est: ἀξιόλογον καὶ λαμπρὸν πάντα κτείνων τις ἀδίκως ἂν εἴη καὶ αὐτοχειρίᾳ καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ. Qui hoc aget in πάντα offendetur, quod inepte abundat. *Furem et praedonem occidere ius fasque esto.* Satis est: non *omnem* furem, neque praedonem *omnem*. Nil tamen est resecandum sed inserto vocabulo legendum πάντα ΤΡΟΠΟΝ κτείνων, et quid sit πάντα τρόπον continuo exponitur καὶ αὐτοχειρίᾳ καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ.

In Floril. 44, 20. καὶ πολίτην ἀμείνονα ὀνομάζειν τὸν τὴν οὐσίαν πρείττονα μᾶλλον τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου, tralaticio errore ὀνομάζειν scriptum est pro νομίζειν. Compone locum eiusdem scriptoris 44, 40. pag. 183, 20. νομιζέσθω δὲ πολίτης ἀμείνων ὁ τῆς ὀργῆς κρείττων μᾶλλον τοῦ διὰ ταύτην πλημμελοῦντος. Post pauca 44, 20 scribe ὅσοις δὲ μὴ ῥᾴδιον πρὸς ταῦτα τὴν ὁρμὴν ΠΟΙΕΙΣΘΑΙ pro ΠΕΠΕΙΣΘΑΙ. Pervulgato enim omnium usu τὴν ὁρμὴν πεισθῆναι dicitur pro ὁρμᾶσθαι, ut σπουδὴν πεισθῆναι pro σπουδάζειν et centena alia sunt, in quibus haec paraphrasis verborum usurpatur.

In praeclaro fragmento Θεοφράστου περὶ συμβολαίων 44, 22 et alias nonnihil correxi veluti pag. 167, 8. ὠνεῖσθαι δικαίως μηδὲν ΣΚΑΙσυργοῦντα μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ pro συγκαπουργοῦντα, nunc unum addam pag. 166, 18. διδόναι δὲ κελεύουσι κοινῇ τῶν γειτόνων τῶν ἐγγυτάτω τρισὶ νόμισμά τι βραχὺ μνήμης ἕνεκα καὶ μαρτυρίας, in ultimis periit tenuis lineola accentum gravem forma referens in νομισμάτι: est autem syllabae ον compendiolum, itaque Theophrasto reddendum νομισμάτιον βραχύ.

Legitur in Floril. 44, 23 locus e Xenophontis Cyropaedia I. 2. 1. descriptus, ubi idem mendum, quod in vulgatis libris inest, lepidum dictum tamquam macula obscuravit. Editur apud Stobaeum et Xenophontem: οἱ μὲν δὴ παῖδες οἱ εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην καὶ λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τούτῳ ἔρχονται ὥσπερ παρ' ἡμῖν ΟΙ ΤΑ γράμματα μα-

Digitized by Google

θησόμενοι. In extremis verbis latet vitium. *Literas discere* et *docere* Graece dicitur *sine articulo* γράμματα μανθάνειν et διδάσκειν γράμματα, ut in Menandreo:

γράμματα μαθεῖν δεῖ καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν.

et de captivis Atheniensium in Sicilia:

ἤτοι τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα.

et pastor ille apud Euripidem:

ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις.

Nempe Xenophon ita scripserat ὥσπερ παρ' ἡμῖν ΟΤΙ γράμματα μαθησόμενοι.

Miror quid Meinekium moverit ut manifesto mendosas et perabsurdas scripturas in Stobaei Codicibus repertas, quum vera et antiqua lectio esset ei in promtu, tamen retinere maluerit. In Platonis loco Floril. 29, 81. *venationis amans* pro φιλόθηρος appellatur φιλομόχθηρος, quam eximiam lectionem Meinekius sedulo servavit. Lubet in uno loco plura istiusmodi ineptiarum exempla expromere. In Floril. 44, 27 apponitur locus e Xenophontis libello περὶ τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας III. 4. ubi pro ἐπέταξεν ἐντὸς τοῦ ἱματίου τὼ χεῖρε ἔχειν legendum tibi offertur ἐπέδειξεν, tum περιόπτειν δὲ μηδαμῶς pro περιβλέπειν et τὸ σῶφρον pro τὸ σωφρονεῖν et φύσεως ὡς pro φύσεως et φωνὴν ἣν ἀκοῦσαι pro φωνὴν ἀκούσαις et ὄμματα τρεψάντων pro ὄμματα μεταστρέψαις et ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς pro ἐν τοῖς θαλάμοις, eaque omnia intra novem versuum spatium continentur, sed omnia exsuperat quod post pauca legitur: αἱροῦνται οἱ Ἔφοροι — τρεῖς ἄνδρας. — τούτων δὲ ἕκαστος ἄνδρΑ ἕκαCΤον καταλέγει. Constat inter omnes Xenophontem scripsisse (et nisi constaret certa coniectura ab unoquoque reponi potuisset): ἕκαστος ἄνδρΑC ΄ΕΚΑτὸν καταλέγει. Quid igitur causae esse potuit cur Meinekius, quum locos Florilegii quingentos spretis Codicum ineptiis in integrum restituisset, istis deliramentis pepercerit et ἄνδρα ἕκαστον καταλέγει et περιόπτειν et sim. lectori apposuerit? Saepius vidi ἑκατόν in ἕκαστον stultissime corruptum, ut apud Platonem *de Legibus* pag. 932. c. εἰς δικαστήριον εἰσαγόντων αὐτοὺς εἰς ἕνα καὶ ἕκαCΤΟΝ τῶν πολιτῶν οἵτινες ἂν ὧσι πρεσβύτατοι ἁπάντων, tandem Bekkerus vidit ἕνα καὶ ἑκαΤΟΝ verum esse.

Digitized by Google

Mirifica multa de populis plerisque omnibus inauditis et nemini cognitis nescio unde collegit Nicolaus nescio quis in libello *περὶ ἐθῶν*, ex quo multa descripsit Stobaeus 44, 41. Nonnulla ex iis quae de Lacedaemoniorum moribus apud eum scripta sunt paullo emendatiora apponam. pag. 188, 23. *αἰσχρὸν δέ ἐςι δειλΩN σύσκηνον ἢ συγγυμνασὴν ἢ Φίλον γενέσθαι*, et sententia et dicendi usus suadent ut *δειλΩΙ* legatur. Quod continuo sequitur: *κρίσις δὲ ταῖς γεροντίαις ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου ΠΡΟCτίθεται τοῖς τε εὖ ἢ κακῶς ζήσασιν*, non credo commode intelligi posse. *ἡ γερουσία* quae sit novimus, *ἡ γεροντία* et praesertim *αἱ γεροντίαι* quid sit quis dicat? et appositio *ταῖς γεροντίαις τοῖς εὖ ἢ κακῶς ζήσασιν* auget molestias. Hoc unum video *κρίσις ΠΡΟτίθεται* hominem scripsisse, nam sic omnes in ea re loquuntur. Iterum haereo in *κρίσις προτίθεται ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου*, de *moribundis* enim iudicium institui non puto potuisse. Caeterum vile damnum est talem testem non intelligere, qui serio narret: *ταῖς δὲ ἑαυτῶν γυναιξὶ ΠΑΡΑΚΕΛΕΤΟΝΤΑΙ ἐκ τῶν εὐειδεςάτων κύεσθαι καὶ ἀςῶν καὶ ξένων*. Multi sunt praesertim in Gallorum fabulis *comici stulti mariti*, sed quid hi omnes ad Nicolai Lacedaemonios? Fortasse tamen haec perinde vera sunt atque ea quae scripta sunt in proximis: *νομίσματι δὲ χρῶνται σκυτίνῳ· ἐὰν δὲ παρά τινι εὑρεθῇ χρυσὸς ἢ ἄργυρος θανάτῳ ζημιοῦται*, fortasse ob stultitiam, quod rem prorsus inutilem domi habere voluisset. Eo stoliditatis et stuporis Graecia effoeta et decrepita delapsa est!

In Floril. 45, 11 est Sophoclis fragmentum

πολλῶν καλῶν δεῖ τῷ καλῶς τιμωμένῳ·
μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.

quam flagitiose corruptis libris utimur! omni sensu vacua sunt verba:

πολλῶν ΚΑΛῶν δεῖ τῷ καλΩC τιμΩμένῳ.

sed nunc quidem *ἰάσιμόν ἐςι τὸ πάθος*, ulcus est sed sanabile. Perspicimus enim sententiam dicti, quae est eadem atque *χαλεπὰ τὰ καλά*. Itaque Nauckius *Fragm. Trag.* pag. 263. *καλΟN TI ΜΩμένῳ* scripsit et pro *πολλῶν ΚΑΛῶν* coniecit *καλλῶν ΠΟΝων* poëtam dedisse. Recte et acute omnia. *μωμένη* et *μωμένου* etiam alibi dixit Sophocles. Nunc omnia pristino nitore

Digitized by Google

splendent.

πολλῶν πόνων δεῖ τῷ καλόν τι μωμένῳ·
σμικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.

idem est quod venustissime dixit Gallicus poëta quodque in proverbium abiit:

à vaincre sans péril on triomphe sans gloire.

Qui fieri potuit ut πόνων in καλῶν abiret pessumdata loci sententia? Planum est: supererat πολλῶν ***ΩΝ δεῖ deinde stulte expletum est. Fugerat hoc Nauckium, itaque τῶν πόνων non est ausus recipere quamquam certum est et manifestum. Subiiciam novum huiusmodi interpolationis exemplum. Eximium est Sophoclis fragmentum in Floril. 63, 6.

ὦ παῖδες, ἦ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
ἀλλ' ἐστὶ ΠΑΝΤων ὀνομάτων ἐπώνυμος.
ἔστιν μὲν Ἅιδης, ἔστι δ' ἄφθιτος βίος,
ἔστιν δὲ λύσσα μανιάς, ἔστι δ' ἵμερος
ἄκραντος, ἐς' οἰμωγμός.

absurdum esse πάντων ὀνομάτων ἐπώνυμος quis qui cogitaverit negabit? Ipsa rei natura ducit ad πολλῶν ὀνομάτων, ut in *Prometheo* vs. 210.

καὶ γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία,

id est:

καὶ γαῖα πολλῶν ὀνομάτων ἐπώνυμος.

deinde Plutarchus in *Amatorio* pag. 757. A. ita scribit: ἂν οὖν τὸν Ἔρωτα τῶν νενομισμένων τιμῶν ἐκβάλλωμεν οὐδὲ (scrib. οὐδ' αἱ) τῆς Ἀφροδίτης κατὰ χώραν μενοῦσιν. — ἀπὸ μιᾶς σκηνῆς ἀκούομεν·

Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ.

καὶ πάλιν·

ὦ παῖδες, ἦ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
ἀλλ' ἐστὶ ΠΟΛΛΩΝ ὀνομάτων ἐπώνυμος.
ἔστιν μὲν Ἅιδης, ἔστι δ' ἄφθιτος βίΑ,
ἔστιν δὲ λύσσα μανιάς.

Cur igitur Nauckius absurdum ΠΑΝΤΩΝ retinuit? Quoniam unde orta esset ea scriptura non perspexerat. Credebat se incorrupti testis testimonium audire, τὸ δ' ἦν ἄρα stulti interpolatoris mendacium, quod plurimis argumentis et indiciis ἀνεντιλέκτοις et iam passim confutavimus, et aliis atque aliis posthac

Digitized by Google

redarguemus. Affertur Floril. 46, 4. locus ex Euripidis *Supplicibus*:

φίλων δὲ χρυσὸν πολλάκις δωρουμένων
οὐκ εἰσεδέξατ' οἶκον ΟΤΤΕ *τοὺς τρόπους*
*δούλους παρ*ΕCΧΕ *χρημάτων* ΠΕΙC*θεὶς ὕπο.*
τοὺς Δ' ἐξαμαρτάνοντας, οὐχὶ τὴν ΤΤΧΗΝ,
ἤχθαιρ'. ἐπεί τοι κοὐδὲν αἰτία ΠΕΛΕΙ
κακῶς 'ΑΚΟΤΕΙΝ *διὰ κυβερνήτην κακόν.*

nihil absurdius ne fingi quidem per iocum potest quam *ἡ τύχη οὐδὲν αἰτία πέλει κακῶς ἀκούειν διὰ κυβερνήτην κακόν.* Ferunt opem Euripidis Codices, in quibus sunt verae lectiones hae: *Ὥ*CΤΕ *τοὺς τρόπους* — *παρ*ΑCΧΕΙΝ — ΖΕΤΧ*θεὶς ὕπο. τοὺς* Τ' *ἐξαμαρτάνοντας οὐχὶ τὴν* ΠΟΛΙΝ — *οὐδὲν αἰτία* ΠΟΛΙC *κακῶς* ΚΑΤΟΤCΑ. Quid igitur Stobaei lectionibus facias? Abiicias censeo, nam commenta sunt ex imposturis nata, ac mera mendacia nullius omnino pretii, et ubique huius fraudis memor ne te decipiat sedulo caveas.

In Floril. 45, 69. *Ἀεὶ δὲ ἐν πάσαις μὲν ταῖς δίκαις ἐξετάζειν χρὴ τὰ βεβιωμένα, μάλιστα δ' ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν ἀγώνων ἐν οἷς ὁ βίος ἐστὶ τὸ ἔγκλημα*, in his *Ἀεί* molestum est et non ferendum. Erat *ΕΙ litera initiali omissa: scribe ΔΕΙ et sq. *χρή* expunge. Idem mendum inficit locum Platonis *de Legg.* pag. 732. B. *διὸ πάντα ἄνθρωπον* ΧΡΗ *φεύγειν τὸ σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν, τὸν δ' ἑαυτοῦ βελτίω διώκειν Δεῖ*, imo vero *Ἀεί*.

In Eusebii loco 46, 29. corrig. *καὶ παράδειγ*ΜΑ *τῶνπερ χρὴ πρήσσειν τοῖσι ὑποτεταγμένοισι* CεωυτΟΝ *παρεχόμενος*, pro *παράδειγμα*ΤΑ et *Ἑωυτ*ΩΙ.

Redde eidem 46, 32. *οὐ γὰρ ὅκως ἀμυν*ΘΕΑΙ *ἐχθροὺς — εἰ ἀραιρημένος ἀλλ' ὅκως — φυλάξ*ΕΙC — *καὶ ὅκως τοῦ ὀρθοῦ φύλαξ ἔσ*ΕΑΙ, pro *ἀμύν*ΕΑΙ — *φυλάξ*ΗΙC — *φύλαξ* ΕΙΗC.

In superiore fragmento 46, 31. *καὶ τοῦτο ἐπιφρασθεὶς οὕτω κρινέτω ἐπ' ὁκοτέρην τῶν ὁδῶν — τρέψ*Ηται, imo vero *τρέψ*ΕΤΑΙ. Est aliquid inter *τρέψασθαι* et *τραπέσθαι*. Graeculi pro *τραπέ-*

Digitized by Google

σθαι saepe τραπῆναι usurpant, sed τρέψασθαι eo sensu ne Graeculi quidem dicebant.

In Sopatri epistola 46, 54. editur: τὴν μὲν πολιτικὴν τιμὴν ἡ τῆς πολιτείας ἀπονέμει τάξις τοῖς μείζοσι παρὰ τῶν ἐλαττόνων, τὴν δ' ἄλλην θεραπείαν Ἡ τυχεῖν αὐτῆς ἀξιΩCOTσιν Ἢ δι' ὠφέλειαν τῶν ἀρχομένων ἐν εἴδει Φαρμάκου προσάγομεν. Si haec intelligere vis ita scribe: τὴν δ' ἄλλην θεραπείαν, Ἤν τυχεῖν αὐτῆς ἄξιOI Ὧσιν, δι' ὠφέλειαν κτέ.

In sqq. emenda TOTC ἐν δυνάμει καθομιλεῖν pro τοῖς, quia et ratio et usus postulant ut καθομιλεῖν τινA dicatur de eo, *qui morum et consuetudinis suavitate aliquem ceperit et eius gratiam ac benevolentiam sibi conciliarit*, ut Alcibiades dicitur τὸν Φαρνάβαζον καθομιλῆσαι.

In fragmento Διωτογένους Πυθαγορείου 48, 62. μὴ NEνικῆσθαι ἀλλὰ νικῆν, praesens praesenti respondebat: itaque repone formam Doricam νικῆσθαι.

Ibid. p. 264, 5. οὐ γὰρ μᾶον αὐλῶ καὶ ἁρμονίας ἀ τῶ ἀγαθῶ βασιλέως ποταύγασις ὀφείλει τPEπεν τὰς ψυχὰς τῶν ποταυγασμένων, quia boni regis adspectus animos intuentium non *vertit* sed *oblectat*, duabus literulis transpositis legendum τEPπεν pro τPEπεν.

Post pauca scribit: ἀ δὲ ἐπιείκεια καὶ εὐγνωμοσύνα (*aequitas et clementia*) πάρεδροί τινές ἐντι τᾶς δικαιοσύνας, ἀ μὲν τὸ ἀπότροπον τᾶς βλάβας μαλθAINοισα κτέ. Sed μαλθαίνω non est Graecum vocabulum: corrige μαλθACCοισα *poenae atrocitatem mitigans*.

In loco Ἐκφάντου Πυθαγορείου 48, 64. legimus pag. 267, 10: βασιλῆϊ δὲ τὸν ὁμιλήσοντα Φύσιός τε ἀχράντω δεῖ μετέχεν ἐπισάμEN τε αὐτὸν ὅσῳ τῶν ἄλλων ἐντὶ θειότερος ὅσῳ τε ἄτεροι αὐτῶ. Periit propter compendium syllaba: scrib. ἐπισάμενON αὐτόν τε ὅσῳ κτέ.

Ibid. 48, 65. pag. 269, 28. τὰ δ' ὅσα βίας — ἐνίοτε ἐκάσῳ τὰν περὶ τὰν μίμασιν προθυμίαν ἀφαιρέεται· χωρὶς εὐνοίας γὰρ ἀμάχανον ἐξομοιωθῆναι, Ἃ μάλισα πάντων ἀφανίζει τὸ Φοβερόν.

Digitized by Google

Qui haec aget sentiet ᾽AN verum esse: *ὁ Φόβος τὴν εὔνοιαν ἀφανίζει.*

In Tyrtaei fragmento 51, 1. pag. 304, 5.

εἰδ᾽ εἰ Τιθωνοῦ φυὴν χαριέστερος εἴη,
πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω μάλιον.

sic Meinekius pro *μᾶλλον*, sed quid tandem est *μάλιον*? Nihil prorsus. Ut dicitur *βαθύπλουτος* et *πλουτεῖν βαθέως*, sic Tyrtaeus dixisse videtur:

πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω ΒΑΘΙΟΝ.

In dicto Epaminondae 54, 40. *ἡλίκον, ἔφη, θηρίον* ΚΑΙ ΚΕΦΑΛΗΝ *οὐκ ἔχει*, expunge ΚΑΙ ex dittographia natum. Similliimus est notus Phaedri versiculus:

O quanta species, inquit, cerebrum non habet.

Ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν, 63, 7. afferuntur.

ἦν δ᾽ αὖτ᾽ ἐς τὸν Ἔρωτα καὶ ἐς Λυκίδαν τι μελίσδω
ΚΑΙ *τόκα μοι χαίρουσα διὰ σώματος ῥέει* Ὠιδά.

neque *καὶ τόκα* recte habet, neque *ᾠδά* pro *ἀοιδά*. Utrumque mendum sanabis scribendo:

ΔΗ *τόκα μοι χαίρουσα διὰ σώματος ῥέει* ΑΤδά.

sed in his *χαίρουσα* quoque offendit, pro quo Bionem cecinisse suspicor *χαρίϵϹσα*, ut apud Anacreontem:

χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, χαρίεντα δ᾽ εἶδα λέξαι.

In eiusdem poëtae venusto carmine 63, 27.

ἀλλ᾽ ἐράω· καλὸν δέ τ᾽ ἐρασσαμένῳ συνέρασθαι.

vehementer suspecta est forma *ἐράω*. Quam commode inter se haec ita componentur:

ἀλλ᾽ ἔρϗΜΑΙ· καλὸν δέ τ᾽ ἐρασσαμένῳ συνϵΡΑϹΘΑΙ.

Et apud Homerum et apud Tragicos forma *ἔραμαι* notissima est.

Ex Euripidis *Andromeda* affertur 63, 27.

ὥς᾽ ἄπιστον ἔς᾽ ἔρως
κἀν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν ναΡΚεῖν φιλεῖ.

pro absurdo *νερκεῖν* Meinekius *ἄρχειν* substituit: frustra. Alii

Digitized by Google

olim *οἰκεῖν* supposuerunt. Verum esse arbitror NAIϵIN, ut 38, 8. de invidia quaeritur:

ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν ἢ σπλάγχνοισιν ἢ παρ' ὄμματα;

In mollissimis Bionis versiculis 64, 21. pro *χὠ παῖς ἀσχάλλων* corrige *ἀσχάΛΛων*, et pro *ὅς μιν τάνΔΕ τέχναν ἐδιδάξατο*, duabus literulis expunctis *ὅς μιν* TAN *τέχναν ἐδιδάξατο.*

In Menandri fragmento 65, 2.

ὅταν Φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπον
χρηστόν, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

nihilne subolet in *ὁ προσιών*? Quid facit ad rem verbum *προσιέναι*? Nihil prorsus. Itaque, ut in proverbio est:

ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίγνετ' ἀνθρώποις ἐρᾶν,

auctor sum ut Menandro reddatur *ὁ προσιΔὼν ἁλίσκεται.*

Apud Dium Pythagoreum 65, 16. mendose editur: *ὑμεῖς δέ γ' οἱ ὀρίγνΕσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς*, namque barbarum quidem est *ὀρίγνεσθε*. Ex *ὀρέγομαι* producta forma nascitur *ὀριγνᾶσθαι*, et sic rescribendum: *ὑμΕC* (non *ὑμεῖς*) *δέ γ' οἱ ὀριγνΗσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς.* In extremis verbis emenda: *οὐχ ὅτι χάριτος ἢ τιμᾶς ἀλλὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσI δίκαιOI ἐσε τυγχάνΕν*, pro — *κολάσΕI δικαίΩC ἐσὲ ˝ΑΞIOI τυγχάνΕIν.*

In eodem loco corruptum est *ποθερπύζοισα* in verbis: *ἃ δέ γα εὐμορΦία τοῖς ποτοπτίλλουσιν ἀδονὰς παρέχει ποθερπύζοισα καθάπερ ἄγαλμα ἢ γραΦὰ ἢ ἄτερον χειρόκματον ἐπιτήδευμα*, nam quid sibi vult *adrepens* in hac sententia et *ποθέρποισα* Graecum est. Adscripsi et reliqua ut turpe mendum eximam. Multiplex est genus *τῶν ἐπιτηδευμάτων*, sed *studium manu factum χειρόκματον* non credo fuisse umquam. Vera et sana lectio superest in aliis libris *χειρόκματον ἐπίτΕΤΓμα*. Sic solent ex melioribus libris etiam *manifesto mendosae* lectiones inconsiderate recipi.

Ἐπίτευγμα εὐχῆς in *ἐπίταγμα* mutatum videbis apud Wyttembachium *Animadv. in Julianum* pag. 180. Schaef. Eadem confusio est apud Diog. Laërt. VIII. 57.

Deinde scribe: *διό ΚΑ θέλοιμι* pro *κἂν θέλοιμι*, et pro ridicula

Digitized by Google

forma μυθΑΡευόμενος revoca lectionem pristinam et unice veram μυθεόμενος.

Insanum ἐπιτάδευμα sic natum est: saepe ευ et α confunduntur, quia simillimo ductu in libris exarari solent: hinc adiectiva εὐσεβής — ἀσεβής, εὐθάνατος — ἀθάνατος, εὔτολμος — ἄτολμος multaque alia inter se mutant locum, perridicule, nam *plane contrarium* sic dicitur quam quod dictum oportuit. Sic et τεύξας et τάξας variant et ubi ἐπίτευγμα requiritur apparet ἐπίταγμα. Videor mihi videre Codicem, in quo scriptum erat ἐπίτἄ͡ύγμα, ac tu vides ἐπιτάΔευμα unde propullulaverit.

Apud eundem 65, 17. ἃ δέ γα εὐμορφία τοῖς ποτοΚΕλλουσιν ἀδονὰς παρέχει peringeniosam Ruhnkenii coniecturam ποτοΠΤΙλλουσιν reiicit Meinekius, qui ποτοκέλλουσιν „*ab obsoleto* ὄκελλος = ὀφθαλμός" sanum esse putat contra Graecitatis rationem et usum. Ratio et analogia docent ex ὀπτίλος formari ὀπτίλλω, ut ποικίλος ποικίλλω, ναυτίλος ναυτίλλομαι, ἄγγελος ἀγγέλλω, δαίδαλος δαιδάλλω, ΑΓΑΛΟΣ (ἀγλαός) ἀγάλλω, σρογγύλος σρογγύλλω, similiaque ex ὀγκύλος, γογγύλος, ἀγκύλος, σωμύλος et aliis. Neque tantum analogia tuetur formam ὀπτίλλω, sed confirmat usus ut apud eundem Dium in superiore fragmento Floril. 65, 16. ἔμοιγε ΚΑΤΟΠΤΙΛΛΕΤΑΙ ἔχειν τι σεμνὸν καὶ θαυμασμῶ ἄξιον. Est apud Hesychium etiam alia forma ἐνεπτιλίζειν: ἐμβλέπειν.

In Floril. 76, 2.

πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

scribe inserto articulo πέφυκε Τἀνδρός. *mariti sui.* In talibus aut duo articuli ponuntur aut nullus. Aristophanes *Lysistrata:*

οὐδέποτ' εὐφρανθήσεται
ἀνήρ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ ξυμφέρῃ.

Euripides *Medea:*

ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.

Menander Floril. 67, 11.

οἰκεῖον οὕτως οὐδέν ἐστιν, ὦ Λάχης,
ἐὰν σκοπῇ τις, ὡς ἀνήρ τε καὶ γυνή.

(Continuabitur.)

Digitized by Google

AD PLATONIS GORGIAM.

SCRIPSIT C. G. COBET.

PLATONIS GORGIAS.
edidit R. B. HIRSCHIG. Traiecti ad Rhenum. 1878.

Relegi nuper diligentissime *Gorgiam* unum ex praeclarissimis Platonis Dialogis et argumento et forma, nec miror in Graecia olim fuisse qui *Gorgiam* reliquis omnibus Platonis scriptis anteponerent, ut testis est Aristides Tom. II. pag. 6. *εἰσὶ δ' οἳ τῶν Πλάτωνος λόγων τῶν εἰς μνήμην ἡκόντων τούτους (Gorgiam) μάλιστα θαυμάζουσιν.*

Relegi et ipsius Platonis causa et simul ad cognoscendum quid nova editio attulisset boni.

Plurima vidi quae mihi egregie placerent et impense probarentur; multa de linguae Atticae ratione et usu deque Platonica dicendi consuetudine sollerter et acute animadversa; multa ingeniose et feliciter emendata; multas Socraticas argumentationes circumspecto iudicio expeditas, et praesertim Platonicam orationem passim fatuis et insulsis sciolorum additamentis tandem expurgatam, quae labes et apud reliquos veteres et apud Platonem longe latius serpsit quam plerique lectores vel editores opinantur.

Itaque cepi consilium illa quae mihi maxime vi repertae veritatis feriissent animum ex caeteris excerpere et cum Mnemosynes lectoribus communicare, quo plures ad ipsam novam

Digitized by Google

Editionem cognoscendam allicerentur et sic ad interiorem Platonis notitiam et intelligentiam pervenirent.

Praemittam his ea quae mihi ex longo usu et saepe repetita lectione ad *Gorgiam* expoliendum observata et notata sunt.

Pag. 447. B. *οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει, καὶ ἐπιδείξεταί ὑμῖν.*] Eximе mihi paulisper verba *διὰ μέσου* posita (*παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει*) et emicabit vera lectio haec: *παρ' ἐμὲ ἥκετ' οἴκαδε καὶ ἐπιδείξεταί ὑμῖν.* Nota est et frequens elegans haec compositionis forma, in qua praecedenti imperativo *καί* cum futuro subiicitur, ut in *φράζε καὶ πεπράξεται*, et in notissimo oraculo:

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις.

et in oraculo apud Clem. Alex. *Strom.* p. 753 Pott.

ὦ Δελφοί, λίσσεσθ' ἀνέμους καὶ λῴϊον ἔσαι.

Sic igitur et nunc Plato dixerat: *παρ' ἐμὲ ἥκετ' οἴκαδε* KAI *ἐπιδείξεταί ὑμῖν.* Saepe haec compositionis forma indoctis scribis fraudi fuit, ut in Aeschinis *Timarchea* § 191. *ἐξαιρεῖτ' οὖν τὰς τοιαύτας φύσεις καὶ τὰ τῶν νέων ζηλώματα ἐπ' ἀρετὴν προτρέψασθε*, cui reddidimus *προτρέψεσθε* in *Var. Lecti.* pag. 644, ubi plura vide.

Optime igitur habet: *παρ' ἐμὲ ἥκετ' οἴκαδε* (*παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει*) *καὶ ἐπιδείξεταί ὑμῖν*, et sic demum KAI quid sibi velit in *καὶ ἐπιδείξεταί ὑμῖν* perspicuum est. Aristophanes *Lysistrata* vs. 1064.

ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ —
ὥσπερ οἴκαδ' εἰς ἑαυτῶν.

et saepe *οἴκαδ' εἰς ἐμοῦ*, *οἴκαδ' ὡς ἐμέ*, *παρ' ἐμὲ οἴκαδε* apud Atticos scriptores legitur, ut in *Lachete* pag. 201. B. *αὔριον ἔωθεν ἀφικοῦ οἴκαδε.* Timocles Athenaei pag. 241. A.

ὁ γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
γενόμενος ὠψώνει παρ' αὐτὸν οἴκαδε.

Ex his simul arguitur Editoris error pag. XXXIX scribentis „*Dialogus fingitur habitus — Athenis in domo Calliclis*", nam Callicles, *si domi fuisset*, dicere non poterat: *παρ' ἐμὲ* "HKET' *οἴκαδε.* Gorgias, credo, in palaestra nescio qua coram magna auditorum corona (*ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων* pag. 487. B) illa *ἐπεδείξατο.* cf. Theophrastum *Charact.* cap. 5. Nihil Plato talia

Digitized by Google

curat, ut neque temporum ullam rationem solet habere, sed magna libertate ingenio indulgens omnia de genere hoc miscet et confundit. Duriter hoc nomine increpatur ab Athenaeo pererudito homine sed acerbioris ingenii et ab iudicio paullo infirmiore, qui copiose demonstrat ὅτι πολλὰ ὁ Πλάτων παρὰ τοὺς χρόνους ἁμαρτάνει V pag. 217. sqq. Eodem nomine Platonem reprehendit Aristides Tom. II. pag. 370 sqq. et pag. 435. sed leniter et modeste ut Platonem amans et admirans. Audi quid scribat pag. 373. ἀλλ' ἔστι ταῦτα ἀπὸ τῆς τῶν Διαλόγων ἐξουσίας καὶ συνηθείας ὡρμημένα. τῷ γὰρ ἅπαντας αὐτοὺς ἐπιεικῶς εἶναι πλάσματα καὶ πλέκειν ἐξεῖναι δι' ὧν ἄν τις βούληται ἔνεστί τι κἀν τοῖς λόγοις αὐτοῖς οὐ σφόδρα τηροῦν τὴν ἀλήθειαν.

Perdunt operam qui haec πλάσματα aut inter se conciliare satagunt aut Platonis in ea re incuriam verbis elevare conantur.

Diserte definivit annum, quo haec a Socrate disputata finguntur pag. 473. E. καὶ ΠΕΡΙΚΛΕΙ βουλεύειν λαχὼν ἐπειδὴ ἡ ἐμὴ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν γέλωτα παρεῖχον. Ex hoc loco colligas anno 405 hos sermones haberi, sed pag. 503. C. commemorat Περικλέα τουτονὶ τὸν ΝΕΩΚΛΕΙ τετελευτηκότα. Mortuus est Pericles anno 429, id est *viginti et quatuor* annis ante. Commemoratur pag. 472 A. Nicias his verbis: μαρτυρήσουσί σοι ΝΙΚΙΑΣ ὁ ΝΙΚΗΡΑΤΟΥ καὶ οἱ ἀδελφοί. Periit Nicias in Sicilia anno 413, id est *octo* annis ante. Commemoratur Alcibiades pag. 519. B. ἐπιλήψονται τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου. Alcibiades anno 405 exulabat et anno post in Asia interfectus est. Haec igitur inter se aptare et componere velle dementia est. Insigniora etiam his Plato in *Symposio* et in *Menexeno* designavit, sed nihil horum curabat ille qui (ut scribit Aristides Tom. II. pag. 162 [1]) *nullius umquam ulla de re testimonio usus est.*

Utilius erit, si ullo modo sciri potest, id scire quo fere tempore *Gorgias* a Platone scriptus fuerit.

Mihi de ea re idem quod Editori videtur: *haud ita multo post Socratis mortem* dialogum esse scriptum et editum. Namque non uno in loco de Socrate iniquo iudicio circumvento deque

1) δεῖ δή τινος, ὦ Πλάτων, καὶ μάρτυρος, ὧ τῶν μαρτύρων ὑπερορῶν, αὐτὸς δὲ οὐδέποτε ἂν φωραθεὶς οἶμαι προσχρώμενος μάρτυρι.

Digitized by Google

redarguemus. Affertur Floril. 46, 4. locus ex Euripidis *Supplicibus*:

φίλων δὲ χρυσὸν πολλάκις δωρουμένων
οὐκ εἰσεδέξατ' οἶκον ΟΤΤΕ *τοὺς τρόπους*
*δούλους παρ*ΕCΧΕ *χρημάτων* ΠΕΙCθεὶς *ὕπο.*
τοὺς Δ' ἐξαμαρτάνοντας, οὐχὶ τὴν ΤΤΧΗΝ,
ἥχθαιρ'. ἐπεί τοι κοὐδὲν αἰτία ΠΕΛΕΙ
κακῶς ΑΚΟΤΕΙΝ *διὰ κυβερνήτην κακόν.*

nihil absurdius ne fingi quidem per iocum potest quam *ἡ τύχη οὐδὲν αἰτία πέλει κακῶς ἀκούειν διὰ κυβερνήτην κακόν*. Ferunt opem Euripidis Codices, in quibus sunt verae lectiones hae: *Ὥ*CΤΕ *τοὺς τρόπους* — *παρ*ΑCΧΕΙΝ — ΖΕΤΧθεὶς *ὕπο. τοὺς* Τ' *ἐξαμαρτάνοντας οὐχὶ τὴν* ΠΟΛΙΝ — *οὐδὲν αἰτία* ΠΟΛΙC *κακῶς* ΚΑΤΟΤCΑ. Quid igitur Stobaei lectionibus facias? Abiicias censeo, nam commenta sunt ex imposturis nata, ac mera mendacia nullius omnino pretii, et ubique huius fraudis memor ne te decipiat sedulo caveas.

In Floril. 45, 69. *Ἀεὶ δὲ ἐν πάσαις μὲν ταῖς δίκαις ἐξετάζειν χρὴ τὰ βεβιωμένα, μάλιστα δ' ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν ἀγώνων ἐν οἷς ὁ βίος ἐστὶ τὸ ἔγκλημα*, in his *Ἀεί* molestum est et non ferendum. Erat *ΕΙ litera initiali omissa: scribe ΔΕΙ et sq. *χρή* expunge. Idem mendum inficit locum Platonis *de Legg.* pag. 732. B. *διὸ πάντα ἄνθρωπον* ΧΡΗ *φεύγειν τὸ σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν, τὸν δ' ἑαυτοῦ βελτίω διώκειν* Δεῖ, imo vero *Ἀεί*.

In Eusebii loco 46, 29. corrig. *καὶ παράδειγ*ΜΑ *τῶνπερ χρὴ πρήσσειν τοῖσι ὑποτεταγμένοισι* CεωυτΟΝ *παρεχόμενος*, pro *παραδείγμα*ΤΑ et *Ἑ*ωυτΩΙ.

Redde eidem 46, 32. *οὐ γὰρ ὅκως ἀμυν*ΘΕΑΙ *ἐχθροὺς — εἴ ἀραιρημένος ἀλλ' ὅκως — φυλάξ*ΕΙC — *καὶ ὅκως τοῦ ὀρθοῦ φύλαξ ἔσ*ΕΑΙ, pro *ἀμύν*ΕΑΙ — *φυλάξ*ΗΙC — *φύλαξ* ΕΙΗC.

In superiore fragmento 46, 31. *καὶ τοῦτο ἐπιφρασθεὶς οὕτω κρινέτω ἐπ' ὁκοτέρην τῶν ὁδῶν — τρέψ*Ηται, imo vero *τρέψ*ΕΤΑΙ. Est aliquid inter *τρέψασθαι* et *τραπέσθαι*. Graeculi pro *τραπέ-*

Digitized by Google

σθαι saepe τραπῆναι usurpant, sed τρέψασθαι eo sensu ne Graeculi quidem dicebant.

In Sopatri epistola 46, 54. editur: τὴν μὲν πολιτικὴν τιμὴν ἡ τῆς πολιτείας ἀπονέμει τάξις τοῖς μείζοσι παρὰ τῶν ἐλαττόνων, τὴν δ' ἄλλην θεραπείαν Ἡ τυχεῖν αὐτῆς ἀξιΩCOTσιν Ἢ δι' ὠφέλειαν τῶν ἀρχομένων ἐν εἴδει Φαρμάκου προσάγομεν. Si haec intelligere vis ita scribe: τὴν δ' ἄλλην θεραπείαν, Ἧ HN τυχεῖν αὐτῆς ἄξιOI Ὧσιν, δι' ὠφέλειαν κτέ.

In sqq. emenda TOTC ἐν δυνάμει καθομιλεῖν pro τοῖς, quia et ratio et usus postulant ut καθομιλεῖν τινA dicatur de eo, *qui morum et consuetudinis suavitate aliquem ceperit et eius gratiam ac benevolentiam sibi conciliarit*, ut Alcibiades dicitur τὸν Φαρνάβαζον καθομιλῆσαι.

In fragmento Διωτογένους Πυθαγορείου 48, 62. μὴ NEνικῆσθαι ἀλλὰ νικῆν, praesens praesenti respondebat: itaque repone formam Doricam νικῆσθαι.

Ibid. p. 264, 5. οὐ γὰρ μᾶον αὐλῶ καὶ ἁρμονίας ἀ τῶ ἀγαθῶ βασιλέως ποταύγασις ὀφείλει τPEπεν τὰς ψυχὰς τῶν ποταυγασμένων, quia boni regis adspectus animos intuentium non *vertit* sed *oblectat*, duabus literulis transpositis legendum τEPπεν pro τPEπεν.

Post pauca scribit: ἀ δὲ ἐπιείκεια καὶ εὐγνωμοσύνα (*aequitas et clementia*) πάρεδροί τινές ἐντι τᾶς δικαιοσύνας, ἀ μὲν τὸ ἀπότροπον τᾶς βλάβας μαλθAINοισα κτέ. Sed μαλθαίνω non est Graecum vocabulum: corrige μαλθACCοισα *poenae atrocitatem mitigans*.

In loco Ἐκφάντου Πυθαγορείου 48, 64. legimus pag. 267, 10: βασιλῆϊ δὲ τὸν ὁμιλήσοντα Φύσιός τε ἀχράντω δεῖ μετέχεν ἐπισάμEN τε αὐτὸν ὅσῳ τῶν ἄλλων ἐντὶ θειότερος ὅσῳ τε ἄτεροι αὐτῶ. Periit propter compendium syllaba: scrib. ἐπισάμενON αὐτόν τε ὅσῳ κτέ.

Ibid. 48, 65. pag. 269, 28. τὰ δ' ὅσα βίας — ἐνίοτε ἑκάςῳ τὰν περὶ τὰν μίμασιν προθυμίαν ἀφαιρέεται· χωρὶς εὐνοίας γὰρ ἀμάχανον ἐξομοιωθῆναι, Ἃ μάλιςα πάντων ἀφανίζει τὸ φοβερόν.

Digitized by Google

Qui hoc aget sentiet ᾽AN verum esse: *ὁ Φόβος τὴν εὔνοιαν ἐ-φανίζει.*

In Tyrtaei fragmento 51, 1. pag. 304, 5.

οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο Φυὴν χαριέστερος εἴη,
πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω μάλιον.

sic Meinekius pro *μᾶλλον*, sed quid tandem est *μάλιον*? Nihil prorsus. Ut dicitur *βαθύπλουτος* et *πλουτεῖν βαθέως*, sic Tyrtaeus dixisse videtur:

πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω BAΘION.

In dicto Epaminondae 54, 40. *ἡλίκον, ἔφη, θηρίον* KAI *κε-φαλὴν οὐκ ἔχει*, expunge KAI ex dittographia natum. Simillimus est notus Phaedri versiculus:

O quanta species, inquit, cerebrum non habet.

᾽Ex *τῶν Βίωνος βουκολικῶν*, 63, 7. afferuntur.

ἦν δ' αὖτ' ἐς τὸν Ἔρωτα καὶ ἐς Λυκίδαν τι μελίσδω
KAI *τόκα μοι χαίροισα διὰ στόματος ῥέει* ᾽ΩIδά.

neque *καὶ τόκα* recte habet, neque *ᾠδά* pro *ἀοιδά*. Utrumque mendum sanabis scribendo:

ΔH *τόκα μοι χαίροισα διὰ στόματος ῥέει* ATδά.

sed in his *χαίροισα* quoque offendit, pro quo Bionem cecinisse suspicor *χαρIϵCσα*, ut apud Anacreontem:

χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι.

In eiusdem poëtae venusto carmine 63, 27.

ἀλλ' ἐράω· καλὸν δέ τ' ἐρασσαμένῳ συνέρασθαι.

vehementer suspecta est forma *ἐράω*. Quam commode inter se haec ita componentur:

ἀλλ' ἔρϰMAI· καλὸν δέ τ' ἐρασσαμένῳ συνϵPACΘAI.

Et apud Homerum et apud Tragicos forma *ἔραμαι* notissima est.

Ex Euripidis *Andromeda* affertur 63, 27.

ὥς' ἄπιστον ἔς' ἔρως
κἀν τῷ κακίστῳ τῶν Φρενῶν ναPKεῖν Φιλεῖ.

pro absurdo *νϰρκεῖν* Meinekius *ἄρχειν* substituit: frustra. Alii

Digitized by Google

olim *οἰκεῖν* supposuerunt. Verum esse arbitror NAIϵIN, ut 38, 8. de invidia quaeritur:

ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν ἢ σπλάγχνοισιν ἢ παρ' ὄμματα;

In mollissimis Bionis versiculis 64, 21. pro *χὠ παῖς ἀσχάλλων* corrige *ἀσχάΛΛων*, et pro *ὅς μιν τάνΔΕ τέχναν ἐδιδάξατο*, duabus literulis expunctis *ὅς μιν* TAN *τέχναν ἐδιδάξατο*.

In Menandri fragmento 65, 2.

ὅταν Φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπον
χρηστόν, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

nihilne subolet in *ὁ προσιών*? Quid facit ad rem verbum *προσιέναι*? Nihil prorsus. Itaque, ut in proverbio est:

ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίγνετ' ἀνθρώποις ἐρᾶν,

auctor sum ut Menandro reddatur *ὁ προσιΔὼν ἁλίσκεται*.

Apud Dium Pythagoreum 65, 16. mendose editur: *ὑμεῖς δέ γ' οἱ ὀριγνΕσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς*, namque barbarum quidem est *ὀριγνεσθε*. Ex *ὀρέγομαι* producta forma nascitur *ὀριγνᾶσθαι*, et sic rescribendum: *ὑμΕC* (non *ὑμεῖς*) *δέ γ' οἱ ὀριγνΗσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς*. In extremis verbis emenda: *οὐχ ὅτι χάριτος ἢ τιμᾶς ἀλλὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσI δίκαιOI ἐσε τυγχάνΕν*, pro — *κολάσΕI δικαίΩC ἐσὲ ΄ΑΞΙΟΙ τυγχάνΕIν*.

In eodem loco corruptum est *ποθερπύζοισα* in verbis: *ἃ δέ γα εὐμορΦία τοῖς ποτοπτίλλουσιν ἀδονὰς παρέχει ποθερπύζοισα καθάπερ ἄγαλμα ἢ γραΦὰ ἢ ἄτερον χειρόκματον ἐπιτήδευμα*, nam quid sibi vult *adrepens* in hac sententia et *ποθέρποισα* Graecum est. Adscripsi et reliqua ut turpe mendum eximam. Multiplex est genus *τῶν ἐπιτηδευμάτων*, sed *studium manu factum* *χειρόκματον* non credo fuisse umquam. Vera et sana lectio superest in aliis libris *χειρόκματον ἐπίτΕΤΓμα*. Sic solent ex melioribus libris etiam *manifesto mendosae* lectiones inconsiderate recipi.

΄Επίτευγμα εὐχῆς in *ἐπίταγμα* mutatum videbis apud Wyttembachium *Animadv. in Julianum* pag. 180. Schaef. Eadem confusio est apud Diog. Laërt. VIII. 57.

Deinde scribe: *διό* KA *θέλοιμι* pro *κἂν θέλοιμι*, et pro ridicula

Digitized by Google

forma μυθΑΡευόμενος revoca lectionem pristinam et unice veram μυθεόμενος.

Insanum ἐπιτάδευμα sic natum est: saepe ευ et α confunduntur, quia simillimo ductu in libris exarari solent: hinc adiectiva εὐσεβής — ἀσεβής, εὐθάνατος — ἀθάνατος, εὔτολμος — ἄτολμος multaque alia inter se mutant locum, perridicule, nam *plane contrarium* sic dicitur quam quod dictum oportuit. Sic et τεύξας et τάξας variant et ubi ἐπίτευγμα requiritur apparet ἐπίταγμα. Videor mihi videre Codicem, in quo scriptum erat ἐπίτᾶ͡ὔγμα, ac tu vides ἐπιτάΔευμα unde propullulaverit.

Apud eundem 65, 17. ἃ δέ γα εὐμορφία τοῖς ποτοΚΕλλουσιν ἀδονὰς παρέχει peringeniosam Ruhnkenii coniecturam ποτοΠΤΙλλουσιν reiicit Meinekius, qui ποτοκέλλουσιν „ad obsoleto ὄκελλος = ὀφθαλμός" sanum esse putat contra Graecitatis rationem et usum. Ratio et analogia docent ex ὀπτίλος formari ὀπτίλλω, ut ποικίλος ποικίλλω, ναυτίλος ναυτίλλομαι, ἄγγελος ἀγγέλλω, δαίδαλος δαιδάλλω, ΆΓΑΛΟΣ (ἀγλαός) ἀγάλλω, ϛρογγύλος ϛρογγύλλω, similiaque ex ὀγκύλος, γογγύλος, ἀγκύλος, ϛωμύλος et aliis. Neque tantum analogia tuetur formam ὀπτίλλω, sed confirmat usus ut apud eundem Dium in superiore fragmento Floril. 65, 16. ἔμοιγε ΚΑΤΟΠΤΙΛΛΕΤΑΙ ἔχειν τι σεμνὸν καὶ θαυμασμῶ ἄξιον. Est apud Hesychium etiam alia forma ἐνοπτιλίζειν: ἐμβλέπειν.

In Floril. 76, 2.

πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

scribe inserto articulo πέφυκε Τἀνδρός. *mariti sui.* In talibus aut duo articuli ponuntur aut nullus. Aristophanes *Lysistrata:*

οὐδέποτ' εὐφρανθήσεται
ἀνήρ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ ξυμφέρῃ.

Euripides *Medea:*

ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.

Menander Floril. 67, 11.

οἰκεῖον οὕτως οὐδέν ἐϛιν, ὦ Λάχης,
ἐὰν σκοπῇ τις, ὡς ἀνήρ τε καὶ γυνή.

(Continuabitur.)

Digitized by Google

AD PLATONIS GORGIAM.

SCRIPSIT C. G. COBET.

PLATONIS GORGIAS.
edidit R. B. HIRSCHIG. Traiecti ad Rhenum. 1873.

Relegi nuper diligentissime *Gorgiam* unum ex praeclarissimis Platonis Dialogis et argumento et forma, nec miror in Graecia olim fuisse qui *Gorgiam* reliquis omnibus Platonis scriptis anteponerent, ut testis est Aristides Tom. II. pag. 6. *εἰσὶ δ' οἳ τῶν Πλάτωνος λόγων τῶν εἰς μνήμην ἡκόντων τούτους (Gorgiam) μάλιστα θαυμάζουσιν.*

Relegi et ipsius Platonis causa et simul ad cognoscendum quid nova editio attulisset boni.

Plurima vidi quae mihi egregie placerent et impense probarentur; multa de linguae Atticae ratione et usu deque Platonica dicendi consuetudine sollerter et acute animadversa; multa ingeniose et feliciter emendata; multas Socraticas argumentationes circumspecto iudicio expeditas, et praesertim Platonicam orationem passim fatuis et insulsis sciolorum additamentis tandem expurgatam, quae labes et apud reliquos veteres et apud Platonem longe latius serpsit quam plerique lectores vel editores opinantur.

Itaque cepi consilium illa quae mihi maxime vi repertae veritatis feriissent animum ex caeteris excerpere et cum Mnemosynes lectoribus communicare, quo plures ad ipsam novam

Digitized by Google

Editionem cognoscendam allicerentur et sic ad interiorem Platonis notitiam et intelligentiam pervenirent.

Praemittam his ea quae mihi ex longo usu et saepe repetita lectione ad *Gorgiam* expoliendum observata et notata sunt.

Pag. 447. B. *οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει, καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν.*] Eximie mihi paulisper verba *διὰ μέσου* posita (*παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει*) et emicabit vera lectio haec: *παρ' ἐμὲ ἥκετ' οἴκαδε καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν.* Nota est et frequens elegans haec compositionis forma, in qua praecedenti imperativo *καί* cum futuro subiicitur, ut in *φράζε καὶ πεπράξεται*, et in notissimo oraculo:

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις.

et in oraculo apud Clem. Alex. *Strom.* p. 753 Pott.

ὦ Δελφοί, λίσσεσθ' ἀνέμους καὶ λῴϊον ἔσαι.

Sic igitur et nunc Plato dixerat: *παρ' ἐμὲ ἥκετ' οἴκαδε* KAI *ἐπιδείξεται ὑμῖν.* Saepe haec compositionis forma indoctis scribis fraudi fuit, ut in Aeschinis *Timarchea* § 191. *ἐξαιρεῖτ' οὖν τὰς τοιαύτας φύσεις καὶ τὰ τῶν νέων ζηλώματα ἐπ' ἀρετὴν προτρέψασθε*, cui reddidimus *προτρέψεσθε* in *Var. Lectt.* pag. 644, ubi plura vide.

Optime igitur habet: *παρ' ἐμὲ ἥκετ' οἴκαδε* (*παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει*) *καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν*, et sic demum KAI quid sibi velit in *καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν* perspicuum est. Aristophanes *Lysistrata* vs. 1064.

ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ —
ὥσπερ οἴκαδ' εἰς ἑαυτῶν.

et saepe *οἴκαδ' εἰς ἐμοῦ*, *οἴκαδ' ὡς ἐμέ*, *παρ' ἐμὲ οἴκαδε* apud Atticos scriptores legitur, ut in *Lachete* pag. 201. B. *αὔριον ἔωθεν ἀφικοῦ οἴκαδε.* Timocles Athenaei pag. 241. A.

ὁ γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
γενόμενος ὠψώνει παρ' αὐτὸν οἴκαδε.

Ex his simul arguitur Editoris error pag. XXXIX scribentis „*Dialogus fingitur habitus — Athenis in domo Calliclis*", nam Callicles, *si domi fuisset*, dicere non poterat: *παρ' ἐμὲ* ΗΚΕΤ' *οἴκαδε.* Gorgias, credo, in palaestra nescio qua coram magna auditorum corona (*ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων* pag. 487. B) illa *ἐπεδείξατο.* cf. Theophrastum *Charact.* cap. 5. Nihil Plato talia

Digitized by Google

curat, ut neque temporum ullam rationem solet habere, sed magna libertate ingenio indulgens omnia de genere hoc miscet et confundit. Duriter hoc nomine increpatur ab Athenaeo pererudito homine sed acerbioris ingenii et ab iudicio paullo infirmiore, qui copiose demonstrat ὅτι πολλὰ ὁ Πλάτων παρὰ τοὺς χρόνους ἁμαρτάνει V pag. 217. sqq. Eodem nomine Platonem reprehendit Aristides Tom. II. pag. 370 sqq. et pag. 435. sed leniter et modeste ut Platonem amans et admirans. Audi quid scribat pag. 373. ἀλλ' ἔστι ταῦτα ἀπὸ τῆς τῶν Διαλόγων ἐξουσίας καὶ συνηθείας ὡρμημένα. τῷ γὰρ ἅπαντας αὐτοὺς ἐπιεικῶς εἶναι πλάσματα καὶ πλέκειν ἐξεῖναι δι' ὧν ἄν τις βούληται ἔνεστί τι κἀν τοῖς λόγοις αὐτοῖς οὐ σφόδρα τηροῦν τὴν ἀλήθειαν.

Perdunt operam qui haec πλάσματα aut inter se conciliare satagunt aut Platonis in ea re incuriam verbis elevare conantur.

Diserte definivit annum, quo haec a Socrate disputata finguntur pag. 473. E. καὶ ΠΕΡΤΟΙ βουλεύειν λαχὼν ἐπειδὴ ἡ ἐμὴ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν γέλωτα παρεῖχον. Ex hoc loco colligas anno 405 hos sermones haberi, sed pag. 503. C. commemorat Περικλέα τουτονὶ τὸν ΝΕΩΣΤΙ τετελευτηκότα. Mortuus est Pericles anno 429, id est *viginti et quatuor* annis ante. Commemoratur pag. 472 A. Nicias his verbis: μαρτυρήσουσί σοι Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ οἱ ἀδελφοί. Periit Nicias in Sicilia anno 413, id est *octo* annis ante. Commemoratur Alcibiades pag. 519. B. ἐπιλήψονται τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Ἀλκιβιάδου. Alcibiades anno 405 exulabat et anno post in Asia interfectus est. Haec igitur inter se aptare et componere velle dementia est. Insigniora etiam his Plato in *Symposio* et in *Menexeno* designavit, sed nihil horum curabat ille qui (ut scribit Aristides Tom. II. pag. 162 [1]) *nullius umquam ulla de re testimonio usus est.*

Utilius erit, si ullo modo sciri potest, id scire quo fere tempore *Gorgias* a Platone scriptus fuerit.

Mihi de ea re idem quod Editori videtur: *haud ita multo post Socratis mortem* dialogum esse scriptum et editum. Namque non uno in loco de Socrate iniquo iudicio circumvento deque

1) δεῖ δή τινος, ὦ Πλάτων, καὶ μάρτυρος, ὧ τῶν μαρτύρων ὑπερορῶν, αὐτὸς δὲ οὐδέποτε ἂν φωραθεὶς οἶμαι προσχρώμενος μάρτυρι.

Digitized by Google

[illegible] Socratem [illegible] Platone [illegible] et sobere [illegible] [illegible] [illegible]

οὗτος ἠρεμεῖ (pag. 527. B.), nec mirum, *τὸ γὰρ ἀληθὲς οὐδέποτ' ἐλέγχεται* (pag. 473. B.).

Pag. 448. B. *τίΝ' ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ Ὅπερ ἐκεῖνον;* manifestum est ex Ὅπερ emendari oportere ΤΙ ἂν pro ΤΙΝ' ἄν. Utrumque rectissime dicitur *τί κάλεις; τί ὀνομάζεις;* et *τίνα;* ut in vicinia: *τίν' ἂν αὐτὸν ὀρθῶς ἐκαλοῦμεν; Δῆλον ὅτι ζωγράφον.* Sed solent constare sibi ut neutris neutra respondeant, ut in *Symposio* pag. 212. C. *ὅ, τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων τοῦτο ὀνόμαζε.* Recte in *Nubibus* vs. 847. ubi in libris est:

Φέρ' ἴδω, σὺ τοῦτον τίνα νομίζεις; εἰπέ μοι.

emendatum est: *σὺ τοῦτον τί ὀνομάζεις;*

Pag. 449. C. *καὶ τοῦθ' ἓν ἐστιν ὧν φημὶ μηδέν' ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ ταὐτὰ εἰπεῖν.* ΣΩ. *τούτου μὴν δεῖ, ὦ Γοργία, καί μοι ἐπίδειξιν* ΑΤΤΟΤ ΤΟΤΤΟΤ *ποίησαι* [*τῆς βραχυλογίας*], *μακρολογίας δ' ἐσαῦθις*]. Irrepsit frigida annotatiuncula ex margine; *τούτου* quid sit et praesertim *αὐτοῦ τούτου* neminem poterat fugere. Quis igitur, nedum Plato, languidam et supervacaneam explicationem „*nempe βραχυλογίας*" addidisset?

Pag. 451. D. *τί ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων περὶ* ΤΟΤ [ΟΤΤΟΙ] *οἱ λόγοι εἰσὶν οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται;*] Recte editor dedit *περὶ ὅ* pro *περὶ οὗ*, sed eadem opera *οὗτοι* expunctum oportuerat, quod ex vicinis syllabis vitio natum nullum habet in hac sententia locum.

Pagina 452. B. *θαυμάζοιμί* Γ' ΑΝ, *ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὐτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς.*] Neque *γ' ἄν* satisfacit, neque *τἂν* (*τοι ἂν*), sed revocata syllaba fugitiva corrigendum *θαυμάζοιμι* ΜΕΝΤΑΝ, *μέντἄν*, quod vulgo *μέντ' ἄν* scribi solet. *Mirer* TAMEN *si* cet.

Pag. 453. A. *ἔχεις τι λέγειν ἐπὶ πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι ἢ πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν ἐν τῇ ψυχῇ Ποιεῖν.*] Unde pendet dativus *τοῖς ἀκούουσιν*? Ex necessaria praepositione, quae scribarum negligentia intercidit: *πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν* — ΈΜ*ποιεῖν*. Sexcen-

Digitized by Google

ties ἐμποιεῖν et ἐνεργάζεσθαι in tali re poni solent, ubi omissa praepositio orationem soloecam facit.

Pag. 453. E. ἡ ἀριθμητικὴ οὐ διδάσκει ἡμᾶς ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ [ΚΑΙ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος]; ΓΟΡΓ. πάνυ γε. ΣΩ. οὐκοῦν καὶ πείθει; ΓΟΡΓ. ναί. ΣΩ. πειθοῦς ἄρα δημιουργός ἐστι καὶ ἡ ἀριθμητική.] Tamquam de coelo delapsus ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος et in alienam sedem delatus corrumpit et perturbat omnia. Ἡ ἀριθμητικὴ διδάσκει significat οἱ τὰ ἀριθμητικὰ ἐπισάμενοι, qui et ἀριθμητικοί dici solent, διδάσκουσιν. Itaque bis idem inficete admodum dicit qui ita dicit: ἡ ἀριθμητικὴ ΚΑΙ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος, et multo etiam peius est ubi ista ponuntur post διδάσκει ἡμᾶς ὅσα ἐστὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ. Etiam ea quae statim sequuntur declarant ὅτι ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος nullam habet in sententia locum.

Pag. 454. E. ΠοτέρΑΝ οὖν ἡ ῥητορικὴ πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαστηρίοις τε καὶ ἄλλοις ὄχλοις περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων; ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται ἄνευ τοῦ εἰδέναι ἢ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι.] Scribendum πότερΟΝ pro ποτέρΑΝ et sublata distinctione uno tenore omnia sic continuanda: — τε καὶ ἀδίκων ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται κτἑ. Si Plato ποτέρΑΝ scripsisset necesse erat ita pergere: ΤΗΝ ἐξ ἧς τὸ πιστεύειν γίγνεται — ἢ ΤΗΝ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι; In superioribus τὸ δικαστήριον collectivum est ut θέατρον. Ut spectatores enim appellantur τὸ θέατρον pro οἱ θεώμενοι (ut apud Herodotum noto loco ἐς δάκρυα ἔπεσε τὸ θέητρον), sic τὸ δικαστήριον denotat τοὺς δικάζοντας *iudices in consilio sedentes*, ut in *Vespis*:

οἷον βροντᾷ τὸ δικαστήριον.

Itaque pro πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις requiro πειθὼ ἘΜποιεῖ δικαστηρίοις.

Δικαστήριον esse nomen collectivum *eorum, qui in consilio sedent*, perspicue apparet pag. 455. A. οὐκ ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ δικαστηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων. Post ποτέρΑΝ bis articulum apponi oportere hi loci demonstrabunt. pag. 464. D. πότερος ἐπαΐει — ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιός. pag. 498. A. πότεροι δὲ μᾶλλον χαίρουσι καὶ λυποῦνται οἱ Φρόνιμοι ἢ οἱ ἄΦρονες; et: πό-

Digitized by Google

τεροί σοι ἐδόκουν μᾶλλον χαίρειν οἱ δειλοὶ ἢ οἱ ἀνδρεῖοι; cf. pag. 521. A.

Pag. 455. C. ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε Φὴς ῥήτωρ εἶναι καὶ ἄλλους ποιεῖν [ῥητορικούς]. Expunge ῥητορικούς. Ea est enim verborum compositio ut ῥήτωρ in priore membro locatum in posteriore cogitando supplendum sit, καὶ ἄλλους ποιεῖν, videlicet ῥήτορας.

Pag. 455. E. οἶσθα γὰρ δήπου ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη [τὰ Ἀθηναίων] καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονεν — ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν. O inficetum emblema! quid diceres si apud Demosthenem nobili loco legeretur: τὰ προπύλαια ταῦτα [τὰ Ἀθηναίων]? Praeterea inserto articulo legendum: ἀλλ' οὐκ ἐκ ΤΗC τῶν δημιουργῶν.

Pag. 457. C. οἶμαι, ὦ Γοργία, καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν ΛΟΓΩΝ καὶ καθεορακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσωσι διαλέγεσθαι διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ μαθόντες καὶ διδάξαντες ἑαυτοὺς οὕτω διαλύεσθαι τὰς συνουσίας. In loco sic scripto ἐν αὐτοῖς necessario est ἐν τοῖς λόγοις, et ὅτι οὐ δύνανται est ὅτι οὐ δύνανται οἱ λόγοι. Sed absurdum hoc quidem est, namque οἱ λόγοι non solent διαλέγεσθαι, sed οἱ ἄνθρωποι, ut opinor. Fuerunt igitur qui οἱ ἄνθρωποι de suo supplerent in hunc modum: ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται (οἱ ἄνθρωποι) περὶ ὧν ἄν κτέ. Sed nihil sic proficimus; quis enim potest καθορᾶν ἐν τοῖς λόγοις ὅτι οἱ ἄνθρωποι οὐ ῥᾳδίως δύνανται κτέ. Mendi sedes est in πολλῶν ΛΟΓΩΝ, ut acute Madvigius perspexit, sed quod ΛΟΓΙΩΝ reponebat fefellit eum opinio. Sunt enim οἱ λόγιοι *docti* antiquarum rerum et historiae veteris periti, quos Romani *antiquarios* appellant, quales neque Socrates neque Gorgias umquam viderant. Serior demum aetas illa studia et tales homines tulit, et etiam si plurimi iam tum fuissent, plane a Socratis sententia illorum hominum mentio abhorret. *Homines* tamen Socrates nominaverat, non *disputationes*, et simplicissima correctione pro πολλῶν λόγων emendandum est: πολλῶν ΑΝΩΝ. οἶμαι καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων καὶ καθεορακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε.

Digitized by Google

Pag. 457. B. τελευτῶντες αἴσχιστ' ἀπαλλάττονται [λοιδορηθέντες τε καὶ] εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες περὶ σφῶν αὐτῶν τοιαῦτα ἄλλα καὶ τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι [ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν] ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροατὰ γενέσθαι.] Rectissime Editor λοιδορηθέντες τε καὶ interpolata esse indicavit. Miror cur pepercerit verbis perinde spuriis ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, quae et inepte abundant, quoniam nemo in tali re indignatur aut dolet *alienam* vicem, et post vicinia περὶ σφῶν αὐτῶν continuo repetita vexant nobis aures.

Pro ἄχθονται ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροατὰ γενέσθαι antiqua et exquisita dicendi forma est ἄχθονται ΟΙΩΝ ἀνθρώπων κτέ.

Pag. 459. A. ἔλεγές τι νυνδὴ ὅτι ΚΑΙ [περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ] τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσαι ὁ ῥήτωρ. ΓΟΡΓ. καὶ γὰρ ἔλεγον, ἔν γ' ὀχλῳ.] Spuria sunt et removenda verba περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ. Est enim ὁ ἰατρός idem quod ὁ τὰ ἰατρικὰ ἐπιτάμενος sive ὁ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμων. Itaque orator, qui *cum medico* certare dicendo narratur, statim intelligitur de re et arte medica ita disserere ὅπως αὐτὸς εἰδὼς τοῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσι πιθανώτερος ἔσαι. Praeterea nihil huiusmodi Gorgias dixerat, et necessarium erat addere participium λέγων, περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ λέγων, nisi forte putas περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ πιθανὸν εἶναι esse sanum. Denique καί quid sibi vult? καὶ περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ? Suspicatur Editor „*Socratem non sine quadam fraude* περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ *inseruisse, quo eum tamquam laqueo irretitum teneret*". in quibus neque Socratem agnosco neque Socratis amicum. Equidem quibus de causis dixi molesta verba expunxerim. Tum demum recte ΚΑΙ ponitur: καὶ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσαι ὁ ῥήτωρ.

Pag. 459. B. οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας ὡσαύτως ἔχει ὁ ῥήτωρ [καὶ ἡ ῥητορική·] αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ ΑΥΤΗΝ εἰδέναι ὅπως ἔχει, μηχανὴν δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι ὥστε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων.] Delenda censeo verba καὶ ἡ ῥητορική et pro ΑΥΤΗΝ εἰδέναι reponendum ΑΥΤΟΝ εἰδέναι. Cur? inquies. Quia bis idem dicit qui in tali re ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορική dicit, quorum alterutrum necessario est eliminandum. Cur igitur ὁ ῥήτωρ servandum? Quia de *ora-*

Digitized by Google

tore illa dici, non de *arte oratoria*, luculenter demonstrant ea quae sequuntur: *ὥςε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων.* Itaque *αὐτΟΝ* requiritur et *καὶ ἡ ῥητορικὴ* ultro excidit.

Pag. 460. D. *κἀγὼ ἐθέλω τῶν ὡμολογημένων [εἴ τί σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι] ἀναθέσθαι ὅ, τι ἂν σὺ βούλῃ.* Bis idem dicitur praeter Platonis consuetudinem supervacanea sedulo vitantis. Pro *ὅ, τι ἂν σὺ βούλῃ* poterat substitui eadem manente sententia: *ὅ, τι ἄν σοι δοκῇ*, et sic manifesto frigida *διττολογία* arguitur.

Pag. 460. D. *ὡσαύτως δ' οὕτως κἂν ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ ἀδίκως χρῆται μὴ τῷ διδάξαντι ἐγκαλεῖν.*] Reponendum arbitror *ὡς δ' αὕτως* expuncto *οὕτως*. Nihil enim causae est cur *τὸν αὐτὸν τρόπον* TOTTON dicatur.

Pag. 460. E. *νῦν δέ γ' Ὁ ΑΤΤΟC ΟΤΤΟC φαίνεται [ὁ ῥητορικός] οὐκ ἄν ποτ' ἀδικήσας.*] Repone in margine, unde irrepsit, *ὁ ῥητορικός*, quod et inepte abundat post *ὁ αὐτὸς οὗτος* et *aliena* sede collocatum est. Erat in antiquo libro:

ὁ αὐτὸς οὗτος φαίνεται ὁ ῥητορικός
οὐκ ἄν ποτ' ἀδικήσας.

Pag. 461. C. *ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτ' ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐςὶ [τοὺς λόγους].* Quis non statim admonitus sentiet quam alienum locum obtineant verba *τοὺς λόγους*? At tu molestum emblema expelle, ubi videris Platonem in tali re non *ἄγειν τοὺς λόγους*, sed *ἄγειν* solum ponere solere. Exempla haec vide: pag. 461. C. *αὐτὸς ἄγων ἐπὶ τοιαῦτ' ἐρωτήματα.* p. 482. E. *εἰς τοιαῦτ' ἄγεις φορτικὰ καὶ δημηγορικά* et pag. 489. B. *ἐπὶ τὸν νόμον ἄγων.* Idem mendum insidet pag. 494. E. *οὐκ αἰσχύνει εἰς τοιαῦτ' ἄγειν, ὦ Σώκρατες, [τοὺς λόγους]*; Fac *τοὺς λόγους* genuinum esse, quis illa sede collocasset?

Egregie restituit Editor locum pag. 462. D. ubi vulgo sic legitur: ΣΩ. *ἐροῦ νῦν με ὀψοποιία ἥτις μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι* ΠΩΛ. *ἐρωτῶ δή. τίς τέχνη ὀψοποιία*; ΣΩ. *οὐδεμία, ὦ* Πῶλε. ΠΩΛ. *ἀλλὰ τί*; *φάθι.* ΣΩ. *φημὶ δή. ἐμπειρία τις.* ΠΩΛ. *τίνος φάθι.*

Digitized by Google

forma μυθΑΡευόμενος revoca lectionem pristinam et unice veram μυθεόμενος.

Insanum ἐπιτάδευμα sic natum est: saepe ευ et α confunduntur, quia simillimo ductu in libris exarari solent: hinc adiectiva εὐσεβής — ἀσεβής, εὐθάνατος — ἀθάνατος, εὔτολμος — ἄτολμος multaque alia inter se mutant locum, perridicule, nam *plane contrarium* sic dicitur quam quod dictum oportuit. Sic et τεύξας et τάξας variant et ubi ἐπίτευγμα requiritur apparet ἐπίταγμα. Videor mihi videre Codicem, in quo scriptum erat ἐπίτᾶΰγμα, ac tu vides ἐπιτάΔευμα unde propullulaverit.

Apud eundem 65, 17. ἃ δέ γα εὐμορΦία τοῖς ποτοΚΕλλουσιν ἀδονὰς παρέχει peringeniosam Ruhnkenii coniecturam ποτοΠΤΙλλουσιν reiicit Meinekius, qui ποτοκέλλουσιν „*ab obsoleto* ὄκελλος = ὀΦθαλμός" sanum esse putat contra Graecitatis rationem et usum. Ratio et analogia docent ex ὀπτίλος formari ὀπτίλλω, ut ποικίλος ποικίλλω, ναυτίλος ναυτίλλομαι, ἄγγελος ἀγγέλλω, δαίδαλος δαιδάλλω, ᾽ΑΓΑΛΟC (ἀγλαός) ἀγάλλω, σρογγύλος σρογγύλλω, similiaque ex ὀγκύλος, γογγύλος, ἀγκύλος, σωμύλος et aliis. Neque tantum analogia tuetur formam ὀπτίλλω, sed confirmat usus ut apud eundem Dium in superiore fragmento Floril. 65, 16. ἔμοιγε ΚΑΤΟΠΤΙΛΛΕΤΑΙ ἔχειν τι σεμνὸν καὶ θαυμασμῶ ἄξιον. Est apud Hesychium etiam alia forma ἐνοπτιλίζειν: ἐμβλέπειν.

In Floril. 76, 2.

πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή.

scribe inserto articulo πέφυκε Τἀνδρός. *mariti sui.* In talibus aut duo articuli ponuntur aut nullus. Aristophanes *Lysistrata:*

οὐδέποτ᾽ εὐΦρανθήσεται
ἀνήρ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ ξυμΦέρῃ.

Euripides *Medea:*

ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.

Menander Floril. 67, 11.

οἰκεῖον οὕτως οὐδέν ἐστιν, ὦ Λάχης,
ἐὰν σκοπῇ τις, ὡς ἀνήρ τε καὶ γυνή.

(Continuabitur.)

Digitized by Google

AD PLATONIS GORGIAM.

SCRIPSIT C. G. COBET.

PLATONIS GORGIAS.
edidit R. B. HIRSCHIG. Traiecti ad Rhenum. 1873.

Relegi nuper diligentissime *Gorgiam* unum ex praeclarissimis Platonis Dialogis et argumento et forma, nec miror in Graecia olim fuisse qui *Gorgiam* reliquis omnibus Platonis scriptis anteponerent, ut testis est Aristides Tom. II. pag. 6. *εἰσὶ δ' οἳ τῶν Πλάτωνος λόγων τῶν εἰς μνήμην ἡκόντων τούτους (Gorgiam) μάλιστα θαυμάζουσιν.*

Relegi et ipsius Platonis causa et simul ad cognoscendum quid nova editio attulisset boni.

Plurima vidi quae mihi egregie placerent et impense probarentur; multa de linguae Atticae ratione et usu deque Platonica dicendi consuetudine sollerter et acute animadversa; multa ingeniose et feliciter emendata; multas Socraticas argumentationes circumspecto iudicio expeditas, et praesertim Platonicam orationem passim fatuis et insulsis sciolorum additamentis tandem expurgatam, quae labes et apud reliquos veteres et apud Platonem longe latius serpsit quam plerique lectores vel editores opinantur.

Itaque cepi consilium illa quae mihi maxime vi repertae veritatis feriissent animum ex caeteris excerpere et cum Mnemosynes lectoribus communicare, quo plures ad ipsam novam

Digitized by Google

Editionem cognoscendam allicerentur et sic ad interiorem Platonis notitiam et intelligentiam pervenirent.

Praemittam his ea quae mihi ex longo usu et saepe repetita lectione ad *Gorgiam* expoliendum observata et notata sunt.

Pag. 447. B. *οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκϵIN οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει, καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν.*] Eximе mihi paulisper verba *διὰ μέσου* posita (*παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει*) et emicabit vera lectio haec: *παρ' ἐμὲ ἥκϵΤ' οἴκαδε καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν.* Nota est et frequens elegans haec compositionis forma, in qua praecedenti imperativo *καί* cum futuro subiicitur, ut in *Φράζε καὶ πεπράξεται*, et in notissimo oraculo:

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις.

et in oraculo apud Clem. Alex. *Strom.* p. 753 Pott.

ὦ Δελφοί, λίσσεσθ' ἀνέμους καὶ λῴϊον ἔσαι.

Sic igitur et nunc Plato dixerat: *παρ' ἐμὲ ἥκϵΤ' οἴκαδε* KAI *ἐπιδείξεται ὑμῖν.* Saepe haec compositionis forma indoctis scribis fraudi fuit, ut in Aeschinis *Timarchea* § 191. *ἐξαιρεῖτ' οὖν τὰς τοιαύτας Φύσεις καὶ τὰ τῶν νέων ζηλώματα ἐπ' ἀρετὴν προτρέψΑσθε*, cui reddidimus *προτρέψϵσθε* in *Var. Lectt.* pag. 644, ubi plura vide.

Optime igitur habet: *παρ' ἐμὲ ἥκετ' οἴκαδε* (*παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει*) *καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν*, et sic demum KAI quid sibi velit in *καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν* perspicuum est. Aristophanes *Lysistrata* vs. 1064.

ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ —
ὥσπερ οἴκαδ' εἰς ἑαυτῶν.

et saepe *οἴκαδ' εἰς ἐμοῦ*, *οἴκαδ' ὡς ἐμέ*, *παρ' ἐμὲ οἴκαδε* apud Atticos scriptores legitur, ut in *Lachete* pag. 201. B. *αὔριον ἔωθεν ἀφικοῦ οἴκαδε.* Timocles Athenaei pag. 241. A.

ὁ γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
γενόμενος ὠψώνει παρ' αὐτὸν οἴκαδε.

Ex his simul arguitur Editoris error pag. XXXIX scribentis *„Dialogus fingitur habitus — Athenis in domo Calliclis"*, nam Callicles, *si domi fuisset*, dicere non poterat: *παρ' ἐμὲ* "HKϵT' *οἴκαδε.* Gorgias, credo, in palaestra nescio qua coram magna auditorum corona (*ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων* pag. 487. B) illa *ἐπεδείξατο.* cf. Theophrastum *Charact.* cap. 5. Nihil Plato talia

Digitized by Google

curat, ut neque temporum ullam rationem solet habere, sed magna libertate ingenio indulgens omnia de genere hoc miscet et confundit. Duriter hoc nomine increpatur ab Athenaeo pererudito homine sed acerbioris ingenii et ab iudicio paullo infirmiore, qui copiose demonstrat *ὅτι πολλὰ ὁ Πλάτων παρὰ τοὺς χρόνους ἁμαρτάνει* V pag. 217. sqq. Eodem nomine Platonem reprehendit Aristides Tom. II. pag. 370 sqq. et pag. 435. sed leniter et modeste ut Platonem amans et admirans. Audi quid scribat pag. 373. *ἀλλ' ἔστι ταῦτα ἀπὸ τῆς τῶν Διαλόγων ἐξουσίας καὶ συνηθείας ὡρμημένα. τῷ γὰρ ἅπαντας αὐτοὺς ἐπιεικῶς εἶναι πλάσματα καὶ πλέκειν ἐξεῖναι δι' ὧν ἄν τις βούληται ἔνεστί τι κἂν τοῖς λόγοις αὐτοῖς οὐ σφόδρα τηροῦν τὴν ἀλήθειαν.*

Perdunt operam qui haec *πλάσματα* aut inter se conciliare satagunt aut Platonis in ea re incuriam verbis elevare conantur.

Diserte definivit annum, quo haec a Socrate disputata finguntur pag. 473. B. *καὶ* ΠΕΡΤΟΙ *βουλεύειν λαχὼν ἐπειδὴ ἡ ἐμὴ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν γέλωτα παρεῖχον.* Ex hoc loco colligas anno 405 hos sermones haberi, sed pag. 503. C. commemorat *Περικλέα τουτονὶ τὸν* ΝΕΩΣΤΙ *τετελευτηκότα.* Mortuus est Pericles anno 429, id est *viginti et quatuor* annis ante. Commemoratur pag. 472 A. Nicias his verbis: *μαρτυρήσουσί σοι* Νικίας *ὁ* Νικηράτου *καὶ οἱ ἀδελφοί.* Periit Nicias in Sicilia anno 413, id est *octo* annis ante. Commemoratur Alcibiades pag. 519. B. *ἐπιλήψονται τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου* Ἀλκιβιάδου. Alcibiades anno 405 exulabat et anno post in Asia interfectus est. Haec igitur inter se aptare et componere velle dementia est. Insigniora etiam his Plato in *Symposio* et in *Menexeno* designavit, sed nihil horum curabat ille qui (ut scribit Aristides Tom. II. pag. 162 [1]) *nullius umquam ulla de re testimonio usus est.*

Utilius erit, si ullo modo sciri potest, id scire quo fere tempore *Gorgias* a Platone scriptus fuerit.

Mihi de ea re idem quod Editori videtur: *haud ita multo post Socratis mortem* dialogum esse scriptum et editum. Namque non uno in loco de Socrate iniquo iudicio circumvento deque

1) *δεῖ δή τινος, ὦ Πλάτων, καὶ μάρτυρος, ὧ τῶν μαρτύρων ὑπερορῶν, αὐτὸς δὲ οὐδέποτε ἂν φωραθεὶς οἶμαι προσχρώμενος μάρτυρι.*

Digitized by Google

nequissimo accusatore et stultis iudicibus tanta verborum acerbitate quamquam per ambages loquitur, ut facile sentias animum Platonis novo ac recenti aliquo scelere exulceratum hanc tantam indignationem et iram concepisse.

Ubi semel hinc perspexeris haec a Platone in flore et robore aetatis esse scripta facilius in nonnullis veluti iuvenilem quamdam effervescentiam animadvertes, quae in Platonem aetate et usu hominum maturum non cadat. Dabo unum exemplum. Pag. 449. c. induxit Gorgiam ita iactantem: *φημὶ μηδένʼ ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ ταὐτὰ εἰπεῖν*, et iterum: *οὐδενὸς φήσεις βραχυλογωτέρου ἀκοῦσαι*, deinde bis deinceps nihil aliud quam NAI respondentem. Cui Socrates quasi admirabundus: *Νὴ τὴν Ἥραν*, inquit, *ὦ Γοργία, ἄγαμαί γέ σου ὅτι ἀποκρίνει ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων*. Frigidum hoc est et puerile: sed quod optimum senem ad haec dixisse narrat, quasi hanc derisionis protervitatem non sensisset: *πάνυ γὰρ οἶμαι, ὦ Σώκρατες, ἐπιεικῶς τοῦτο ποιεῖν*, id, ut leniter dicam, est huiusmodi, ut Plato aetate provectior nihil his simile umquam dicturus fuisse videatur.

Eodem retulerim quod Plato veluti aestu quodam indignationis abreptus, induxit Socratem solitae *εἰρωνείας* immemorem de semet ipso haec magnifice praedicantem pag. 521. D. *οἶμαι μετʼ ὀλίγων Ἀθηναίων, ἵνα μὴ εἴπω* MONOC, *ἐπιχειρεῖν τῇ ὡς ἀληθῶς πολιτικῇ τέχνῃ καὶ πράττειν τὰ πολιτικὰ* MONOC ΤΩΝ NTN. Idem Socratis desiderium impulit Platonem ut Miltiadi, Cimoni, Themistocli, Pericli malediceret, quos prae Socrate contemnebat. Perinde est ac si dixisset verbis Euripideis: *ἐκάνετε, ἐκάνετε τὰν* ΠΑΝCΟΦΟΝ *ἀηδόνα Μουσᾶν*.

De consilio, quo Plato Dialogum hunc scripserit, multa video et ab aliis et a novo Editore copiose esse exposita, sed me iudice nemo melius de ea re dixit quam Plato ipse in Dialogi exitu pag. 527. E. his verbis: *ὥσπερ οὖν ἡγεμόνι τῷ λόγῳ χρησώμεθα τῷ νῦν παραφανέντι ὃς ἡμῖν σημαίνει ὅτι*

οὗτος ὁ τρόπος ἄριστος τοῦ βίου τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι.

Ex quo illa scripta sunt praeterierunt saecula propemodum *tria et viginti* [1]) et *ἐν τοσούτοις λόγοις τῶν ἄλλων ἐλεγχομένων μόνος*

1) Plato natus est anno 429 a. Chr. quo mortuus est Pericles, et excessit e vita anno 347. duo et octoginta annorum.

Digitized by Google

οὗτος ἠρεμεῖ (pag. 527. B.), nec mirum, *τὸ γὰρ ἀληθὲς οὐδέποτ' ἐλέγχεται* (pag. 473. B.).

Pag. 448. B. *τίΝ' ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ Ὅπερ ἐκεῖνον*; manifestum est ex Ὅπερ emendari oportere TI ἂν pro TIN' ἄν. Utrumque rectissime dicitur *τί κάλεις; τί ὀνομάζεις*; et *τίνα*; ut in vicinia: *τίν' ἂν αὐτὸν ὀρθῶς ἐκαλοῦμεν*; Δῆλον ὅτι ζυγράΦον. Sed solent constare sibi ut neutris neutra respondeant, ut in *Symposio* pag. 212. C. *ὅ, τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων τοῦτο ὀνόμαζε*. Recte in *Nubibus* vs. 847. ubi in libris est:

Φέρ' ἴδω, σὺ τοῦτον τίνα νομίζεις; εἰπέ μοι.

emendatum est: *σὺ τοῦτον τί ὀνομάζεις*;

Pag. 449. C. *καὶ τοῦθ' ἓν ἐστιν ὧν Φημὶ μηδὲν' ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ ταὐτὰ εἰπεῖν.* ΣΩ. *τούτου μὲν δεῖ, ὦ Γοργία, καί μοι ἐπίδειξιν* ΑΤΤΟΤ ΤΟΤΤΟΤ *ποίησαι* [*τῆς βραχυλογίας*], *μακρολογίας δ' ἐσαῦθις*]. Irrepsit frigida annotatiuncula ex margine; *τούτου* quid sit et praesertim *αὐτοῦ τούτου* neminem poterat fugere. Quis igitur, nedum Plato, languidam et supervacaneam explicationem „*nempe βραχυλογίας*" addidisset?

Pag. 451. D. *τί ἐστι τοῦτο τῶν ὄντων περὶ* ΤΟΤ [ΟΤΤΟΙ] *οἱ λόγοι εἰσὶν οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται*;] Recte editor dedit *περὶ ὅ* pro *περὶ οὗ*, sed eadem opera *οὗτοι* expunctum oportuerat, quod ex vicinis syllabis vitio natum nullum habet in hac sententia locum.

Pagina 452. B. *θαυμάζοιμί* Γ' ΑΝ, *ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς εἴ σοι ἔχει Γοργίας μεῖζον ἀγαθὸν ἐπιδεῖξαι τῆς αὐτοῦ τέχνης ἢ ἐγὼ τῆς ἐμῆς.*] Neque *γ' ἄν* satisfacit, neque *τἂν (τοι ἂν)*, sed revocata syllaba fugitiva corrigendum *θαυμάζοιμι* ΜΕΝΤΑΝ, *μέντἄν*, quod vulgo *μέντ' ἄν* scribi solet. *Mirer* TAMEN *si* cet.

Pag. 453. A. *ἔχεις τι λέγειν ἐπὶ πλέον τὴν ῥητορικὴν δύνασθαι ἢ πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν ἐν τῇ ψυχῇ Ποιεῖν.*] Unde pendet dativus *τοῖς ἀκούουσιν*? Ex necessaria praepositione, quae scribarum negligentia intercidit: *πειθὼ τοῖς ἀκούουσιν — ἘΜποιεῖν*. Sexcen-

Digitized by Google

ties ἐμποιεῖν et ἐνεργάζεσθαι in tali re poni solent, ubi omissa praepositio orationem soloecam facit.

Pag. 453. E. ἡ ἀριθμητικὴ οὐ διδάσκει ἡμᾶς ὅσα ἐςὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ [ΚΑΙ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος]; ΓΟΡΓ. πάνυ γε. ΣΩ. οὐκοῦν καὶ πείθει; ΓΟΡΓ. ναί. ΣΩ. πειθοῦς ἄρα δημιουργός ἐςι καὶ ἡ ἀριθμητική.] Tamquam de coelo delapsus ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος et in alienam sedem delatus corrumpit et perturbat omnia. Ἡ ἀριθμητικὴ διδάσκει significat οἱ τὰ ἀριθμητικὰ ἐπισάμενοι, qui et ἀριθμητικοί dici solent, διδάσκουσιν. Itaque bis idem inficete admodum dicit qui ita dicit: ἡ ἀριθμητικὴ ΚΑΙ ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος, et multo etiam peius est ubi ista ponuntur post διδάσκει ἡμᾶς ὅσα ἐςὶ τὰ τοῦ ἀριθμοῦ. Etiam ea quae statim sequuntur declarant ὅτι ὁ ἀριθμητικὸς ἄνθρωπος nullam habet in sententia locum.

Pag. 454. E. ΠοτέρΑΝ οὖν ἡ ῥητορικὴ πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαςηρίοις τε καὶ ἄλλοις ὄχλοις περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων; ἐξ ἧς τὸ πιςεύειν γίγνεται ἄνευ τοῦ εἰδέναι ἢ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι.] Scribendum πότερΟΝ pro ποτέρΑΝ et sublata distinctione uno tenore omnia sic continuanda: — τε καὶ ἀδίκων ἐξ ἧς τὸ πιςεύειν γίγνεται κτέ. Si Plato ποτέρΑΝ scripsisset necesse erat ita pergere: ΤΗΝ ἐξ ἧς τὸ πιςεύειν γίγνεται — ἢ ΤΗΝ ἐξ ἧς τὸ εἰδέναι; In superioribus τὸ δικαςήριον collectivum est ut θέατρον. Ut spectatores enim appellantur τὸ θέατρον pro οἱ θεώμενοι (ut apud Herodotum noto loco ἐς δάκρυα ἔπεσε τὸ θέητρον), sic τὸ δικαςήριον denotat τοὺς δικάζοντας *iudices in consilio sedentes*, ut in *Vespis*:

οἷον βροντᾷ τὸ δικαςήριον.

Itaque pro πειθὼ ποιεῖ ἐν δικαςηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις requiro πειθὼ ἘΜποιεῖ δικαςηρίοις.

Δικαςήριον esse nomen collectivum *eorum, qui in consilio sedent*, perspicue apparet pag. 455. A. οὐκ ἄρα διδασκαλικὸς ὁ ῥήτωρ ἐςὶ δικαςηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων. Post ποτέρΑΝ bis articulum apponi oportere hi loci demonstrabunt. pag. 464. D. πότερος ἐπαΐει — ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιός. pag. 498. A. πότεροι δὲ μᾶλλον χαίρουσι καὶ λυποῦνται οἱ Φρόνιμοι ἢ οἱ ἄΦρονες; et: πό-

Digitized by Google

τεροί σοι ἔδόκουν μᾶλλον χαίρειν οἱ δειλοὶ ἢ οἱ ἀνδρεῖοι: cf. pag. 521. A.

Pag. 455. C. ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε ῥήτωρ εἶναι καὶ ἄλλους ποιεῖν [ῥητορικούς]. Expunge ῥητορικούς. Ea est enim verborum compositio ut ῥήτωρ in priore membro locatum in posteriore cogitando supplendum sit, καὶ ἄλλους ποιεῖν, videlicet ῥήτορας.

Pag. 455. E. οἶσθα γὰρ δήπου ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη [τὰ Ἀθηναίων] καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονεν — ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν. O inficetum emblema! quid diceres si apud Demosthenem nobili loco legeretur: τὰ προπύλαια ταῦτα [τὰ Ἀθηναίων]? Praeterea inserto articulo legendum: ἀλλ' οὐκ ἐκ ΤΗΣ τῶν δημιουργῶν.

Pag. 457. C. οἶμαι, ὦ Γοργία, καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν ΛΟΓΩΝ καὶ καθεορακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσωσι διαλέγεσθαι διορισάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ μαθόντες καὶ διδάξαντες ἑαυτοὺς οὕτω διαλύεσθαι τὰς συνουσίας. In loco sic scripto ἐν αὐτοῖς necessario est ἐν τοῖς λόγοις, et ὅτι οὐ δύνανται est ὅτι οὐ δύνανται οἱ λόγοι. Sed absurdum hoc quidem est, namque οἱ λόγοι non solent διαλέγεσθαι, sed οἱ ἄνθρωποι, ut opinor. Fuerunt igitur qui οἱ ἄνθρωποι de suo supplerent in hunc modum: ὅτι οὐ ῥᾳδίως δύνανται (οἱ ἄνθρωποι) περὶ ὧν ἄν κτἑ. Sed nihil sic proficimus; quis enim potest καθορᾶν ἐν τοῖς λόγοις ὅτι οἱ ἄνθρωποι οὐ ῥᾳδίως δύνανται κτἑ. Mendi sedes est in πολλῶν ΛΟΓΩΝ, ut acute Madvigius perspexit, sed quod ΛΟΓΙΩΝ reponebat fefellit eum opinio. Sunt enim οἱ λόγιοι *docti* antiquarum rerum et historiae veteris periti, quos Romani *antiquarios* appellant, quales neque Socrates neque Gorgias umquam viderant. Serior demum aetas illa studia et tales homines tulit, et etiam si plurimi iam tum fuissent, plane a Socratis sententia illorum hominum mentio abhorret. *Homines* tamen Socrates nominaverat, non *disputationes*, et simplicissima correctione pro πολλῶν λόγων emendandum est: πολλῶν ΑΝΩΝ. οἶμαι καὶ σὲ ἔμπειρον εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων καὶ καθεορακέναι ἐν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε.

Digitized by Google

Pag. 457. D. *τελευτῶντες αἴσχις' ἀπαλλάττονται* [*λοιδορηθέντες τε καὶ*] *εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες περὶ σφῶν αὐτῶν τοιαῦτα οἷα καὶ τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι* [*ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν*] *ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροαταὶ γενέσθαι.*] Rectissime Editor *λοιδορηθέντες τε καί* interpolata esse iudicavit. Miror cur pepercerit verbis perinde spuriis *ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν*, quae et inepte abundant, quoniam nemo in tali re indignatur aut dolet *alienam vicem*, et post vicina *περὶ σφῶν αὐτῶν* continuo repetita vexant nobis aures.

Pro *ἄχθονται ὅτι τοιούτων ἀνθρώπων ἠξίωσαν ἀκροαταὶ γενέσθαι* antiqua et exquisita dicendi forma est *ἄχθονται* ΟΙΩΝ *ἀνθρώπων κτέ.*

Pag. 459. A. *ἔλεγές τοι νυνδὴ ὅτι* ΚΑΙ [*περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ*] *τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσαι ὁ ῥήτωρ.* ΓΟΡΓ. *καὶ γὰρ ἔλεγον, ἔν γ' ὄχλῳ.*] Spuria sunt et removenda verba *περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ*. Est enim *ὁ ἰατρός* idem quod *ὁ τὰ ἰατρικὰ ἐπιςάμενος* sive *ὁ τῆς ἰατρικῆς ἐπιςήμων*. Itaque orator, qui *cum medico* certare dicendo narratur, statim intelligitur de re et arte medica ita disserere *ὅπως οὐκ εἰδὼς τοῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσι πιθανώτερος ἔσαι.* Praeterea nihil huiusmodi Gorgias dixerat, et necessarium erat addere participium *λέγων*, *περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ λέγων*, nisi forte putas *περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ πιθανὸν εἶναι* esse sanum. Denique *καί* quid sibi vult? *καὶ περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ*? Suspicatur Editor *„Socratem non sine quadam fraude περὶ τοῦ ὑγιεινοῦ inseruisse, quo eum tamquam laqueo irretitum teneret"*. in quibus neque Socratem agnosco neque Socratis amicum. Equidem quibus de causis dixi molesta verba expunxerim. Tum demum recte ΚΑΙ ponitur: *καὶ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ἔσαι ὁ ῥήτωρ.*

Pag. 459. B. *οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας ὡσαύτως ἔχει ὁ ῥήτωρ* [*καὶ ἡ ῥητορική·*] *αὐτὰ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ* ΑΥΤΗΝ *εἰδέναι ὅπως ἔχει, μηχανὴν δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι ὥςε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων.*] Delenda censeo verba *καὶ ἡ ῥητορικὴ* et pro *αὐτΗΝ εἰδέναι* reponendum *αὐτΟΝ εἰδέναι*. Cur? inquies. Quia bis idem dicit qui in tali re *ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορικὴ* dicit, quorum alterutrum necessario est eliminandum. Cur igitur *ὁ ῥήτωρ* servandum? Quia de *ora-*

Digitized by Google

tore illa dici, non de *arte oratoria*, luculenter demonstrant ea quae sequuntur: *ὥςε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων*. Itaque *αὐτΟΝ* requiritur et *καὶ ἡ ῥητορική* ultro excidit.

Pag. 460. D. *κἀγὼ ἐθέλω τῶν ὡμολογημένων* [*εἴ τί σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι*] *ἀναθέσθαι ὅ, τι ἂν σὺ βούλῃ*. Bis idem dicitur praeter Platonis consuetudinem supervacanea sedulo vitantis. Pro *ὅ, τι ἂν σὺ βούλῃ* poterat substitui eadem manente sententia: *ὅ, τι ἄν σοι δοκῇ*, et sic manifesto frigida *διττολογία* arguitur.

Pag. 460. D. *ὡσαύτως δ' οὕτως κἂν ὁ ῥήτωρ τῇ ῥητορικῇ ἀδίκως χρῆται μὴ τῷ διδάξαντι ἐγκαλεῖν*.] Reponendum arbitror *ὡς δ' αὕτως* expuncto *οὕτως*. Nihil enim causae est cur *τὸν αὐτὸν τρόπον* TOTTON dicatur.

Pag. 460. E. *νῦν δέ γ' Ὁ ΑΥΤΟC ΟΥΤΟC φαίνεται* [*ὁ ῥητορικός*] *οὐκ ἄν ποτ' ἀδικήσας*.] Repone in margine, unde irrepsit, *ὁ ῥητορικός*, quod et inepte abundat post *ὁ αὐτὸς οὗτος* et *aliena* sede collocatum est. Erat in antiquo libro:

ὁ αὐτὸς οὗτος φαίνεται ὁ ῥητορικός
οὐκ ἄν ποτ' ἀδικήσας.

Pag. 461. C. *ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτ' ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐςὶ* [*τοὺς λόγους*]. Quis non statim admonitus sentiet quam alienum locum obtineant verba *τοὺς λόγους*? At tu molestum emblema expelle, ubi videris Platonem in tali re non *ἄγειν τοὺς λόγους*, sed *ἄγειν* solum ponere solere. Exempla haec vide: pag. 461. C. *αὐτὸς ἄγων ἐπὶ τοιαῦτ' ἐρωτήματα*. p. 482. E. *εἰς τοιαῦτ' ἄγεις Φορτικὰ καὶ δημηγορικά* et pag. 489. B. *ἐπὶ τὸν νόμον ἄγων*. Idem mendum insidet pag. 494. E. *οὐκ αἰσχύνει εἰς τοιαῦτ' ἄγειν, ὦ Σώκρατες*, [*τοὺς λόγους*]; Fac *τοὺς λόγους* genuinum esse, quis illa sede collocasset?

Egregie restituit Editor locum pag. 462. D. ubi vulgo sic legitur: ΣΩ. *ἐροῦ νῦν με ὁψοποιία ἥτις μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι* ΠΩΛ. *ἐρωτῶ δή. τίς τέχνη ὀψοποιία*; ΣΩ. *οὐδεμία, ὦ* Πῶλε. ΠΩΛ. *ἀλλὰ τί*; *φάθι*. ΣΩ. *φημὶ δή. ἐμπειρία τις*. ΠΩΛ. *τίνος φάθι*.

Digitized by Google

ΣΩ. *Φημὶ δή, χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας, ὦ Πῶλε.* Acute vidit haec ita esse disponenda:

ΣΩ. *οὐδεμία, ὦ Πῶλε. ἀλλὰ τί; Φάθι.*
ΠΩΛ. *Φημὶ δή.*
ΣΩ. *ἐμπειρία τις. τίνος; Φάθι.*
ΠΩΛ. *Φημὶ δή.*
ΣΩ. *χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας, ὦ Πῶλε.*

Nempe Socrates Polum iubet dicere *Φάθι· ἀλλὰ τί;* et *Φάθι· τίνος;* et Polus obtemperat bis dicens *Φημὶ δή.* Ad hanc lucem facile est emaculare locum pag. 463. C. *ἀλλ' εἴπερ βούλει πυθέσθαι ἐρώτα ὁποῖον μόριον τῆς κολακείας Φημὶ εἶναι τὴν ῥητορικήν.* ΠΩΛ. *ἐρωτῶ δὴ* [*καὶ ἀπόκριναι ὁποῖον μόριον.*] Nihil aliud Polus dixit quam *ἐρωτῶ δή*, ut in superiore loco *Φημὶ δή.* Non poterat quaerere *ὁποῖον μόριον*, sed *ὁποῖον μόριον τῆς κολακείας ἐστὶν ἡ ῥητορική*; aut (quod erat multo melius) omnibus his per ellipsin omissis nihil aliud dicere quam *ἐρωτῶ δή.*

Pag. 465. B. *ὥςε ποιεῖν ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου* [*τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς*] *ἀμελεῖν.* Spuria et insiticia sunt verba *τοῦ διὰ τῆς γυμναςικῆς.* Opponuntur enim inter se *τὸ οἰκεῖον κάλλος*, id est *τὸ αὐτοφυές*, et *τὸ ἀλλότριον*, id est *τὸ ἐπιτέχνητον.* Neque hoc habet *ἡ γυμναςική*, ut *pulchritudinem* addat corpori, sed robur et firmitatem.

Pag. 465. D. *εἰ δέοι ἐν παισὶ διαγωνίζεσθαι* [*ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρόν*] *ἢ ἐν ἀνδράσιν οὕτως ἀνοήτοις ὥσπερ οἱ παῖδες πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηςῶν σιτίων καὶ πονηρῶν ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιὸς λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν.* Arguit emblema *ὀψοποιόν τε καὶ ἰατρόν* primum perincommoda sedes, namque uno tenore continuanda erant *ἐν παισὶν ἢ ἐν ἀνδράσιν οὕτως ἀνοήτοις ὥσπερ οἱ παῖδες.* Praeterea verba in sqq. posita *ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιὸς* eadem verba in praecedentibus collocata male et vitiose abundare declarant.

Pag. 466. E. *Φημὶ γὰρ — τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς τυράννους δύνασθαι μὲν ἐν ταῖς πόλεσι σμικρότατον. — ποιεῖν μέντοι ὅ, τι ἂν αὐτοῖς δοκῇ* [*βέλτιςον εἶναι*]. Importune additum *βέλτιςον εἶναι* et argumentationem vitiat et leporem ioci corrumpit. Ty-

Digitized by Google

ranni et oratores dicuntur in civitatibus *quidlibet suo arbitratu et ex sua libidine agere* et tamen *οὐ μέγα δύνασθαι οὐδὲ ποιεῖν ἃ βούλονται*, idque Polo mirificum esse videtur et absurdum. Substitue his: *ea agere quae ipsis optima factu esse videantur*, et statim desinet ea res Polo absurda videri. *Nihil non illis licet et tamen non multum possunt.* Nihil non illis licet et tamen non faciunt quae volunt. Haec studio a Socrate quaesita ambiguitas respuit additamentum *βέλτιστον εἶναι*. Bis in sqq. chorda oberratur eadem pag. 466. E. *ἀγαθὸν οὖν οἴει εἶναι ἐάν τις ποιῇ ταῦτα ἂν δοκῇ αὐτῷ* [*βέλτιστα εἶναι*] *νοῦν μὴ ἔχων*; et pag. 467. B. *οὐκ ἄρτι ὡμολόγεις ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς* [*βέλτιστα εἶναι*]; Sed sine vitio illis haec interposita sunt: *οἱ ῥήτορες οἱ ποιοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς καὶ οἱ τύραννοι οὐδὲν ἀγαθὸν τοῦτο κεκτήσονται.* Omnino *τὸ ποιεῖν ὅ, τι ἄν τῳ δοκῇ βέλτιστον εἶναι* liberi hominis est et praeclarum, sed *τὸ ποιεῖν ὅ, τι ἄν τῳ δοκῇ* est hominis potentia et imperio intemperanter abutentis et nulla lege, nullo iure coerciti, et cupiditatibus ex sua libidine indulgentis.

Pag. 466. E. *οὐκοῦν ἀποδείξεις τοὺς ῥήτορας νοῦν ἔχοντας καὶ τέχνην* [*τὴν ῥητορικήν*] *ἀλλὰ μὴ κολακείαν ἐμὲ ἐξελέγξας*;] Prorsus assentior Editori reponenti: *οὔκουν ἀποδείξας — ἐμὲ ἐξελέγξεις*; Praeterea insulsum emblema *τὴν ῥητορικήν* furcillis expelle. Demonstra, inquit, et bonam mentem et *artem* Oratores habere. Quod nunc editur significat „et artem *(nempe oratoriam)* Oratores habere". Quasi vero id quisquam aut nescire potuerit aut oblivisci.

Pag. 467. D. *οὐκοῦν καὶ οἱ πλέοντες — οὐ τοῦτο βούλονται ὃ ποιοῦσιν ἑκάστοτε — τίς γὰρ βούλεται πλεῖν τε καὶ κινδυνεύειν καὶ πράγματ' ἔχειν; — ἀλλ' ἐκεῖνο, οἶμαι, οὗ ἕνεκα πλέουσι, πλουτεῖν· [πλούτου γὰρ ἕνεκα πλέουσιν.]* Quis tandem, in quo sit aliqua scribendi facultas, nedum Plato, tam frigide post *πλουτεῖν* iterasset *πλούτου γὰρ ἕνεκα πλέουσιν*? quae et ineptissime abundant et post *οὗ ἕνεκα πλέουσιν* ingratissima accidunt ad aures.

Pag. 469. B. *σὺ ἄρα βούλοι' ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν*;

Digitized by Google

ΣΩ. *βουλοίμην μὲν ἂν ἔγωγε οὐδέτερα· εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι* [*ἢ ἀδικεῖν*]. Frigidissime verba *ἢ ἀδικεῖν* ex superioribus repetita sunt. Quis enim, si duarum rerum data est optio, verbo *μᾶλλον ἂν ἑλοίμην, μᾶλλον ἂν δεξαίμην* non illam *solam* rem nominat quam optet?

Pag. 471. A. *κατὰ μὲν τὸ δίκαιον δοῦλος ἦν Ἀλκέτου καὶ εἰ ἐβούλετο τὰ δίκαια ποιεῖν ἐδούλευεν ἂν* [*Ἀλκέτῃ*] *καὶ ἦν εὐδαίμων κατά γε τὸν σὸν λόγον.* Estne idem *δοῦλος ἦν* et *ἐδούλευεν, servus erat* et *servitutem serviebat*? Si *nomen domini* apponitur *δοῦλος ἦν* dicendum, si *de conditione et statu* agitur *ἐδούλευεν*. Ergo *Ἀλκέτῃ* insiticium est et expungendum. Plato ipse ΑΛΚΕΤΑΙ pro *Ἀλκέτῃ* scripsisset, ut in Macedonia *Ἀμύντας*, *Περδίκκας* et sim. dicuntur non *Ἀμύντης* cett.

Pag. 471. C. *Ἀρχέλαος — τὸν γνήσιον τοῦ Περδίκκου υἱὸν — εἰς φρέαρ ἐμβαλὼν* [*ἀποπνίξας*] *πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ Κλεοπάτραν χῆναν ἔφη διώκοντ' ἐμπεσεῖν* [*καὶ ἀποθανεῖν*]. Bis homo male sedulus Platonis orationem interpolavit, sed compositionis vitio fraus arguitur: quo semel attentior factus facile intelliges importunum *ἀποπνίξας* plane esse otiosum, et satis esse *εἰς φρέαρ ἐμβαλών* ut puerum periisse intelligamus. Activo *ἐμβαλεῖν* respondet passivum *ἐμπεσεῖν*, quod nihilo magis inutile additamentum *καὶ ἀποθανεῖν* requirit. Unicuique statim fraus suboluisset si dedisset homo *ἐμπεσεῖν καὶ ἀποπνιγῆναι*.

Arguitur emblema etiam librorum veterum auctoritate, non eorum quos habemus vetustissimos nono post Christum saeculo scriptorum, sed multo antiquiorum quibus Aristides usus est saeculo secundo exeunte. Exstat enim locus apud Aristidem Tom. II pag. 73. *Ἀρχέλαος — τὸν ἑπτέτη ἐκείνου* (Perdiccae) *παῖδα εἰς τὸ φρέαρ ἐμβαλὼν ἔφη πρὸς Κλεοπάτραν διώκοντα τὸν χῆνα ἐμπεσεῖν*, ubi legendum *διώκοντα* ΑΤΤΟΝ *χῆνα ἐμπεσεῖν*.

Pag. 471. D. *καὶ κατ' ἀρχὰς τῶν λόγων, ὦ Πῶλε, ἔγωγέ σε ἐπῄνεσα ὅτι μοι δοκεῖς εὖ πρὸς ῥητορικὴν πεπαιδεῦσθαι, τοῦ δὲ διαλέγεσθαι ἠμεληκέναι.*] Fieri non potest ut haec Socrates sic dixerit. Non est enim haec laus, sed acris potius vituperatio.

Digitized by Google

λέγειν μὲν δύνασθαι, φρονεῖν δ' οὔ. Praeterea incongrua sunt ἐπῄνεσά σε ὅτι μοι δοκεῖς εὖ πεπαιδεῦσθαι pro ἐπῄνεσά σε ὅτι εὖ πεπαίδευσαι. Nihil expedio, neque urendo et secando quod sit probabile reperias.

Multi sunt in *Gorgia* loci conclamati et depositi et ἀνιάτως ἔχοντες, quos nemo umquam neque expedire poterit neque emendare.

Pag. 472. A. Ἀριστοκράτης ὁ Σκελλίου, οὗ ἐστιν ἐν Πυθοῖ τοῦτο τὸ καλὸν ἀνάθημα.] Corrigunt Πυθοῖ eiecta praepositione: sed Πυθοῖ pro ἐν Δελφοῖς dicitur ubi *de ludis Pythiis* sermo est. Itaque suspicor verum esse ἐν Πυθίῳ, id est Athenis in templo Apollinis notissimo, quod aedificavit Pisistratus. cf. Thucyd. II. 15. Strattis apud Schol. Arist. *Plut.* 1194

ὑμεῖς τε πάντες ἔξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον.

et alii passim. Imprimis huc facit Photius v. Πύθιον: ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονὸς, εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἐτίθεσαν οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες Θαργήλια. Commemorat igitur Socrates τὰ ἀναθήματα sibi et omnibus Atheniensibus notissima, τοὺς τρίποδας τοὺς ἐφεξῆς ἑστῶτας ἐν τῷ Διονυσίῳ et ἐν Πυθίῳ τοῦτο τὸ καλὸν ἀνάθημα.

Sunt in Photii Lexico plurimae λέξεις Πλατωνικαί, quas qui diligenter conquisitas ordine disposuerit operae pretium facturus est et Platoni profuturus.

Pag. 472. C. ἔστι μὲν οὖν οὗτός ΤΙC τρόπος ἐλέγχου, — ἔστι δὲ καὶ ἄλλος.] manifestum est οὗτος ΘΙC τρόπος pro ΤΙC restitui oportere. Tralaticium hoc et frequens vitium est. Exemplis in noto usu vix opus. Audi Aristophanem *Acharn.* 1162.

τοῦτο μὲν αὐτῷ κακὸν ϹΘΝ κἄθ' ἕτερον νυκτερινὸν γένοιτο.

et passim et Plato et reliqui omnes sic loquuntur.

Pag. 473. C. ἐὰν — διαβιῷ ποιῶν ὅ, τι ἂν βούληται ζηλωτὸς ὢν [καὶ εὐδαιμονιζόμενος] ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Editor, qui passim insipida sciolorum interpretamenta sustulit, ut in δίκην διδοὺς [καὶ κολαζόμενος] vel ἐὰν μὴ διδῷ δίκην [μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας] et multa his similia alibi, recte iudicans non esse Platonis duo *plane* ἰσοδύναμα sine ulla ratione coniungere, h. l. non animad-

Digitized by Google

vertit ζηλωτὸς ὢν ὑπὸ τῶν πολιτῶν a Platonis manu esse, et εὐδαιμονιζόμενος ab aliquo lectore additum. Mirabantur quid esset ζηλωτὸς ὑπό τινος, quia aequalium nemo ita loquebatur. Veterum haec consuetudo erat in multis ut in *Euthydemo* pag. 279. D. ὀλίγου καταγέλαστοι ἐγενόμεθα ὑπὸ τῶν ξένων ἐγώ τε καὶ σύ. Ζηλοῦν autem et εὐδαιμονίζειν, μακαρίζειν, ὀλβίζειν nihil inter se differunt.

Pag. 473. E. ὦ Πῶλε, οὐκ εἰμὶ τῶν πολιτικῶν καὶ πέρυσι βουλεύειν λαχὼν ἐπειδὴ ἡ Φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν γέλωτα παρεῖχον [ΚΑΙ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν]. Primum corrige: ἐπειδὴ ἡ ἐμὴ Φυλὴ ἐπρυτάνευε, ut in *Apolog. Socr.* p. 32 B. ἔτυχεν ἡμῶν ἡ Φυλὴ πρυτανεύουσα. Deinde una litura deleas censeo fatuum emblema καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν. Omnia sunt in ἐπειδὴ ἔδει με ἐπιψηφίζειν γέλωτα παρεῖχον: quidquid addideris nocet. Praeterea ΚΑΙ arguit fraudem. Dixisset saltem ΩC ἐπιψηφίζειν οὐκ ἐπιστάμενος, sed optime lepida festivi senis εἰρωνεία tota continetur in verbis γέλωτα παρεῖχον.

Eundem Platonis locum afferens Athenaeus p. 217. F. ita scribit: ἐν τῷ Γοργίᾳ τὸν Σωκράτη ποιεῖ λέγοντα· καὶ πέρυσι βουλεύειν λαχὼν ἐπειδὴ ἡ Φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν γέλωτα παρεῖχον [καὶ οὐκ ἐδυνάμην ἐπιψηφίσαι]. Athenaei liber alio modo quam nostri Codices interpolatus erat, sed utrobique emblema facile arguitur. Dedissent saltem participium γέλωτα παρεῖχον οὐ δυνάμενος ἐπιψηφίσαι. Obiter emenda locum in *Protagora* p. 340 D. εἰμί τις γελοῖος ἰατρὸς ἰώμενος μεῖζον τὸ νόσημα ποιΩ, imo vero ποιΩΝ.

Pag. 474. A. ἐγὼ γὰρ ὧν ἂν λέγω ἕνα ΜΕΝ παρασχέσθαι μάρτυρα ἐπίσαμαι αὐτὸν πρὸς ὃν ἄν μοι ὁ λόγος ᾖ, τοὺς ΔΕ πολλοὺς ἐῶ χαίρειν καὶ ΕΝΑ ἐπιψηφίζειν ἐπίσαμαι, τοῖς ΔΕ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι.] Est fallax oppositionis species in ἕνα ΜΕΝ et τοὺς ΔΕ πολλούς, sed non inest in his oppositio, ut neque in sqq. ἕνα (sine μέν) ἐπιψηφίζειν, τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι. Emendandum est: ἕνα ΜΟΝΟΝ παρασχέσθαι μάρτυρα, unum tantum *testem producere*. Notum est quam saepe μέν et μόνον inter se confundantur. Comparandus omnino locus simillimus pag. 475. E. ἐμοὶ δὲ σὺ ἐξαρκεῖς εἷς ὢν ΜΟΝΟC καὶ ὁμολογῶν

Digitized by Google

καὶ μαρτυρῶν κἀγὼ σὲ MONON ἐπιψηφίζων τοὺς ἄλλους ἐῶ χαίρειν.

Praeterea inserto articulo legendum αὐτὸν TON πρὸς ὃν ἄν μοι ὁ λόγος ᾖ.

Pag. 475. C. ἆρα λύπῃ ὑπερβάλλει τὸ ἀδικεῖν [τοῦ ἀδικεῖσθαι] καὶ ἀλγοῦσι μᾶλλον οἱ ἀδικοῦντες ἢ οἱ ἀδικούμενοι;] Unde pendet genitivus TOT ἀδικεῖσθαι? Nemo dixerit; namque a λύπῃ ὑπερβάλλει pendere non posse vides. Sciolus qui addidit suo ipse indicio ut sorex arguitur et in manifesta interpolatione tenetur.

Ad hanc lucem facile est in iis quae praecedunt: εἴπερ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν [τοῦ ἀδικεῖσθαι] ἤτοι — λύπῃ ὑπερβάλλον αἴσχιον ἂν εἴη κτέ. eandem fraudem deprehendere.

Pag. 475. D. νῦν δέ γε κάκιον ἐφάνη.] Supplend. κάκιον ΤΟΝ ἐφάνη, et iterum pag. 478. B. scribendum: ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον ΤΟΝ τῶν κακῶν ἐφάνη pro μέγιστον τῶν κακῶν. Facillime ὄν in talibus perit. Sine vitio pag. 481. B. ὡς ἓν γε τοῖς πρόσθεν οὐδαμῇ ἐφάνη OTCA.

Pag. 477. D. ὑπερφυεῖ τινι ἄρ' ὡς μεγάλῃ βλάβῃ [καὶ κακῷ θαυμασίῳ] ὑπερβάλλουσα τἄλλα ἡ τῆς ψυχῆς πονηρία αἴσχιστόν ἐστι πάντων ἐπειδὴ οὐκ ἀληδόνι γε. Frigidissime bis idem dicitur et primum quidem acrioribus verbis, deinde iterum multo languidius. Praemisso enim ὑπερφυεῖ τινι ἄρ' ὡς μεγάλῃ βλάβῃ ὑπερβάλλον non est stili Platonici addere frigidius καὶ κακῷ θαυμασίῳ. Socratis argumentatio haec est a pag. 474. D. τὰ καλὰ ἤτοι κατὰ τὴν χρείαν καλὰ ἢ καθ' ἡδονήν τινα, similiterque τὰ αἰσχρὰ ἤτοι λύπῃ ἢ κακῷ ἢ ἀμφοτέροις αἰσχρά. Deinde multis modis eadem aliis nominibus appellat veluti ἡδέα ἢ ὠφέλιμα ἢ ἀμφότερα, ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν, ἤτοι ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλον, et contra περὶ τῶν αἰσχρῶν eadem varietate ἤτοι λύπῃ ἢ κακῷ ἢ ἀμφοτέροις ὑπερβάλλοντα, λύπῃ ὑπερβάλλον ἢ κακῷ, λύπην μείζην παρέχον ἢ βλάβην ἢ ἀμφότερα, deinde λυπηρότερον, ἀνιαρότερον, ἀλγεινότερόν ἐστιν, et ἀλγοῦσι μᾶλλον et μείζῃ βλάβῃ ὑπερβάλλον. Planissime igitur idem est in ea argumentatione ἀγαθόν et ὠφέλιμον et ὠφέλεια,

Digitized by Google

et contra *κακόν* et *βλάβη*. Itaque si *βλάβην* semel nominaveris supervacuum est et fatuum *κακόν* addere, neque id Platonem addidisse facile inducam in animum.

Pag. 479. A. *σχεδὸν γάρ* ΠΟΤ ΟΤ*τοι ταὐτὸ διαπεπραγμένοι εἰσίν.*] *σχεδόν* TI Platonicum est, quamobrem emenda *σχεδὸν γάρ* TI *οὗτοι.*

Continuo sequitur: *ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῖς μεγίστοις νοσήμασι συνισχόμενος διαπράξαιτο μὴ διδόναι δίκην τῶν περὶ τὸ σῶμα ἁμαρτημάτων τοῖς ἰατροῖς* [*μηδ' ἰατρεύεσθαι*] *φοβούμενος ὡσπερανεὶ παῖς τὸ κάεσθαι καὶ τὸ τέμνεσθαι ὅτι ἀλγεινόν.*] Quod Plato iocans festive et scite dixerat *διδόναι δίκην τοῖς ἰατροῖς τῶν περὶ τὸ σῶμα ἁμαρτημάτων*, id nescio quis interpretatus est verbo *ἰατρεύεσθαι*. Nunc et Platonis facetia et seria interpretatio uno tenore continuata leguntur.

Pag. 480. A. *δεῖ μὲν γὰρ δὴ — αὐτὸν ἑαυτὸν μάλιστα φυλάττειν ὅπως μὴ ἀδικήσῃ* (leg. — CEI) *ὡς* 'IKANON *κακὸν ἕξοντα.*] Quid, quaeso, hoc est *ἱκανὸν κακόν*? Estne dittographia? *κακὸν ἔχειν* notum est ac tritum.

Sequitur: *ἐὰν δέ γ' ἀδικήσῃ ἢ αὐτὸς ἢ ἄλλος ὧν κήδηται*, imo vero *ὧν* 'AN *κήδηται*. Vulgata soloeca est et ut in re indefinita *ἄν* necessario addendum. Cf. pag. 483. B. *οὗ* 'AN *κήδηται*, et sic alibi passim.

Pag. 480. C. *μὴ ἀποδειλιᾶν ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα* [*καὶ ἀνδρείως*] *ὥσπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῷ.* Erat, credo, in vetere libro sic scriptum:

ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα ἀνδρείως
ὥσπερ τέμνειν κτέ.

deinde, uti fit, interpretamentum cum copula *καὶ ἀνδρείως* irrepsit in textum. Μύσαι proprie dicuntur qui *oculos clauserunt*. Aristides Tom. II. pag. 573. *ὥσπερ ἂν εἴτινες ἡλίου καθαρῶς φλέγοντος μύσαντες λέγοιεν τὸ φαινόμενον οὐκ εἶναι.* Deinde *μύσας* tamquam proverbio de eo dicitur qui obfirmato animo quodlibet perferre ac pati paratus est. Menander apud Stobaeum Floril. 74, 27.

Digitized by Google

ἢ μὴ γαμεῖν γάρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς Φέρειν
μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ.

unde sumsisse putem Palladam in Anthol. Palat. X. 55.

οὐδ' ἀκολάστου
οὔσης μοι γαμετῆς χρή με μύσαντα Φέρειν.

Eodem modo Aristophanes in *Vespis* vs. 988.

μύσας παρᾷξον κἀπόλυσον, ὦ πάτερ.

et sic Plato quoque dixit: ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα ὥσπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῷ. Μύσαι in his omnibus servat antiquam notionem *oculos claudendi*, sed quo magis fortiter peragas aut feras malum, quod vitare non possis. Antiphanes Athenaei pag. 445. F.

ὅλην μύσας ἔκπινε. Β. μέγα τὸ Φορτίον.

Editor εὖ supplere maluit ut esset παρέχειν μύσαντα εὖ καὶ ἀνδρείως et saepe sic et apud alios et apud Aristophanem legitur εὖ κἀνδρείως, sed si μύσαντα εὖ καὶ ἀνδρείως scripseris praeter Platonis consuetudinem sine ratione bis idem dicetur.

Pag. 480 E. ἐὰν δ' ἄλλον ἀδικῇ ὁ ἐχθρὸς — μηχανητέον ὅπως ἂν διαφύγῃ καὶ μὴ δῷ δίκην [ὁ ἐχθρός] κτέ. Spurium est ὁ ἐχθρός inepte repetitum. Omnia haec de uno et eodem dicuntur.

Pag. 481. B. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ — ὑπερφυῶς σπουδάζειν.] de Platonis et omnium aequalium more syllaba repetita scribendum: ὑπερφυῶς ΩC σπουδάζειν Exemplorum plena sunt omnia: dabo ea quae in *Gorgia* reperiuntur pag. 471. A. νῦν δὲ θαυμασίως ΩC ἄθλιος γέγονεν. pag. 477 D. ὑπερφυεῖ τινὶ ἄρ' ΩC μεγάλῃ βλάβῃ — ὑπερβάλλουσα. pag. 496 C. ἀλλ' ὑπερφυῶς ΩC ὁμολογῶ.

Saepius vidi in tali re ὡς scribarum incuria periisse et apud alios et apud Platonem. Cf. *Var. Lectt.* pag. 540, ubi permulta exempla et ex Oratoribus et ex Platone collegimus, quibus adde *Euthydemum* pag. 283. C. εἶπον ὅτι θαυμασῶς (ΩC) σπουδάζοιμεν.

Pag. 481. C. εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, πότερόν σε Φῶμεν νυνὶ σπουδάζοντα ἢ παίζοντα;] Soloeca haec oratio est, namque Φῶμεν infinitivum postulat σπουδάζϵIN ἢ παίζϵIN. Mendum est in Φῶμεν. Repone Θῶμεν et optime habebunt omnia. Multis aliis locis eodem modo Θῶμεν et Φῶμεν inter se confusa notavi,

Digitized by Google

ut in *Gorgia* pag. 514 A. *Θῶμεν οὕτως ἔχειν*, at recte pag. 514. D. *Φῶμεν ταῦτ' ὀρθῶς λέγεσθαι ἢ οὔ*; et saepius alibi.

Si quis mihi forte contradixerit producam testem idoneum ac fide dignum. Sunt Aristidis orationes quatuor scriptae contra Platonis *Gorgiam*, in quibus permulti loci ex illo Dialogo aut diserte laudantur aut a facundo Rhetore tamquam flosculi in suam orationem eleganter intexuntur. Iam audi mihi Aristidem Tom. II. pag. 384. *ὅρα μὴ παίζοντα μᾶλλον τιθῇ σέ τις ἢ σπουδάζοντα.* in uno libro est *μᾶλλον θῇ σέ τις.* Satis igitur apparet in Platonis libro, quo Aristides utebatur, fuisse scriptum: *πότερόν σε Θῶμεν νυνὶ σπουδάζοντα ἢ παίζοντα*;

Pag. 481. C. *ὦ Καλλίκλεις, εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος τοῖς μὲν ἄλλο τι τοῖς δ' ἄλλο τι ταὐτὸν ἀλλὰ* TIC *ἡμῶν ἴδιόν τι ἔπασχε πάθος ἢ οἱ ἄλλοι, οὐκ ἂν ἦν ῥᾴδιον ἐνδείξασθαι τῷ ἑτέρῳ τὸ* 'ЄATTOT *πάθημα.*] In lepidis his verbis bis sententia laborat, quia excidit aliquid ad sententiam prorsus necessarium. Primum supplendum *ἀλλὰ* ΠAC *τις ἡμῶν ἴδιόν τι ἔπασχε πάθος ἢ οἱ ἄλλοι.* Postulat *πᾶς τις* ipsa oppositionis ratio: *οἱ ἄνθρωποι πάντες*, inquit, *πάθος τι ταὐτὸν πάσχουσιν οἱ μὲν ἄλλο τι οἱ δὲ ἄλλο τι*, cui contrarium est *πᾶς τις* (non *τις*, quia nemo excipitur) *ἴδιόν τι πάσχει.*

In sqq. Editor pro *τῷ ἑτέρῳ* scribi iubet *τῳ ἑτέρῳ*, sed nemo sic loquitur *τις ἕτερος* pro *ἕτερός τις* nisi post coniunctionem *εἰ, ἐάν, ὅπως* sim. *ἐνδείξασθαί τῳ ἑτέρῳ* pro *ἑτέρῳ τινί* insolitum et vitiosum est. Sensus est, inquit: *haudquaquam facile foret quod in se quisque sentiret alteri explicare.* Assentior, sed ubi est in Graecis necessarium illud *quisque?* et *τὸ* 'ЄATTOT *πάθημα* quo refertur? Duo verba scribarum socordia perierunt. Dabo duos ex *Gorgia* locos, quibus similes in unoquoque Platonis libro reperias, unde fugitiva vocabula in suam sedem retrahas. pag. 457. D. *ἐάν — μὴ Φῇ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ὀρθῶς λέγειν* et pag. 471. E. *καὶ γὰρ ἐκεῖ οἱ ἕτεροι τοὺς ἑτέρους δοκοῦσιν ἐλέγχειν.* Ad eundem igitur modum nostro loco corrigendum: *οὐκ ἂν ἦν ῥᾴδιον ἐνδείξασθαι* TON "ЄTЄPON *τῷ ἑτέρῳ τὸ ἑαυτοῦ πάθημα*, et omnis est sublata difficultas.

Post pauca editur: *αἰσθάνομαι οὖν σου ἑκάστοτε καίπερ ὄντες*

Digitized by Google

δεινοῦ [ὅτι] ὁπόσ' ἂν φῇ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν. Editore iudice ὅτι „*librariis debetur*" utpote „*ex* 'ΟΠόσα *per dittographiam ortum*". Non reperit vitii sedem, neque adeo veram scripturam et Platonis manum. 'ΟΤΙ sanissimum est sed ὁπόσ' interpolatum ac spurium. Scribendum ὅ, τι ἂν φῇ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν. Eo sensu, quem locus postulat, omnibus Graecis consuetum est dicere ὅ, τι ἂν λέγῃ, ὅ, τι ἂν εἴπῃ, ὅ, τι ἂν φῇ. Praeivit omnibus Homerus in ὅττι κεν εἴπω, ὅττι κεν εἴπῃς, *quidquid* dixerit, et sic ὅ, τι καὶ ὅπως ἄν saepe coniuncta reperias. 'Οπόσ' ἂν εἴπῃς et ὁπόσ' ἂν κελεύσῃς ab eo dicitur qui se *quantumvis multa* dixeris aut iusseris *omnia* facturum pollicetur, ut in his:

ὡς ἀγοράσω
ἀπαξάπανθ' ὁπόσ' ἂν κελεύσῃς, ὦ γύναι.

In Platonis loco quum esset scriptum: ΟΤΙΑΝΦΗΙ nescio quis ὅτι coniunctionem esse opinatus de suo (ὁπόσ') ἂν φῇ *correxit* scilicet.

Pag. 483. A. Φύσει μὲν γὰρ πᾶν αἴσχιόν ἐςιν ὅπερ καὶ κάκιον, τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν. Editor verba τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν expungi iubet „*sciolis debentur*, inquit, *hanc futilem Calliclis argumentationem non intelligentibus et explicationem quamdam desiderantibus*". Sed est ea mirifica *explicatio*, quae neque reliquis verbis apta est et ipsa sensu caret. Nihil abundat, sed quaedam ad sententiae integritatem desiderantur. Lacunosus locus est, in quo quum bis κάκιον esset scriptum: ὅπερ καὶ ΚΑΚΙΟΝ***** ΚΑΚΙΟΝ τὸ ἀδικεῖσθαι, scribae oculi a priore ad posterius transvolarunt omissis et amissis mediis omnibus. Faciamus periculum an deperditam *sententiam* (nam *verba* ipsa praestare velle dementia est) in lucem revocare possimus. Callicles huiusmodi quid dixisse videtur: Φύσει μὲν γὰρ πᾶν αἴσχιόν ἐςιν ὅπερ καὶ (ΚΑΚΙΟΝ. Φήμ' οὖν ἐγὼ Φύσει μὲν καὶ αἴσχιον εἶναι καὶ) ΚΑΚΙΟΝ τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν. Praemissa sententia generali Φύσει ΠΑΝ αἴσχιον ὅπερ καὶ κάκιον subiungit de re, qua de agitur, sententiam suam: Φύσει ΜΕΝ τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμῳ ΔΕ τὸ ἀδικεῖν καὶ αἴσχιον εἶναι καὶ κάκιον. Nunc omnia bene habent et Calliclis argumentatio ordine procedit. Verba νόμῳ ΔΕ tantum non clamant praecessisse Φύσει ΜΕΝ.

Digitized by Google

Pag. 483. B. *οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς τοῦτό γ' ἐστὶ τὸ πάθημα* [*τὸ ἀδικεῖσθαι* interstrepit sciolus] *ἀλλ' ἀνδραπόδου τινὸς, ᾧ κρεῖττόν ἐστι τεθνάναι ἢ ζῆν, ὅστις ἀδικούμενος καὶ προπηλακιζόμενος μὴ οἷός τ' ἐστὶν αὐτὸς αὑτῷ βοηθεῖν.*] refertur *τοῦτό γε* ad sqq. *ὅστις — βοηθεῖν*, itaque *τὸ ἀδικεῖσθαι*, quod nunc perperam ea quae arcte coniuncta sunt disiungit, sine mora delendum.

Pag. 483. C. *πρὸς αὐτοὺς οὖν — τούς τε νόμους τίθενται καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐπαινοῦσι καὶ τοὺς ψόγους ψέγουσιν ἐκφοβοῦντες τοὺς ἐρρωμενεστέρους τῶν ἀνθρώπων καὶ δυνατοὺς πλέον ἔχειν ἵνα μὴ αὐτῶν πλέον ἔχωσιν* [*λέγουσιν*] *ὡς αἰσχρὸν καὶ ἄδικον τὸ πλεονεκτεῖν.* Optime C. F. Hermannus, (cuius Editione Platonis Lipsiae 1851 novus Editor usus esse non videtur) molestum et supervacaneum *λέγουσιν* delevit. *πρὸς ἑαυτούς*, Plato dicit, *τούς τε ἐπαίνους καὶ τοὺς ψόγους ποιοῦνται ὡς αἰσχρὸν τὸ πλεονεκτεῖν.* In *ἐπαινεῖν*, *ψέγειν*, *ἀπολογεῖσθαι*, *κατηγορεῖν*, *ψεύδεσθαι*, *ἐξαπατᾶν* et sim. *dicendi* notio subest, ut sit *ἐπαινῶν λέγω*, *ψέγων*, *ἀπολογούμενος λέγω*, cet. sed propter verba *διὰ μέσου* posita *ἐκφοβοῦντες — πλέον ἔχωσιν* opinatus est nescio quis fulcro opus esse. Itaque *λέγουσιν* interpolavit quod loci compositionem turbat et pervertit. Dedisset saltem *λέγοντες*, quod reliquis aptari poterat. Nunc Attica et Platonica dicendi forma incolumis evasit.

Feliciter C. F. Hermannus deprenso deletoque emblemate restituit locum pag. 483. E. *οὗτοι ταῦτα πράττουσι — κατὰ νόμον τὸν τῆς Φύσεως, οὐ μέντοι ἴσως κατὰ τοῦτον ὃν ἡμεῖς* [*τιθέμεθα*] *πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐρρωμενεστάτους ἡμῶν αὐτῶν ἐκ νέων λαμβάνοντες ὥσπερ λέοντας κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα λέγοντες ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον.* Si Hermanno auctore *τιθέμεθα* expunxeris omnia habent optime. *Τῷ τῆς Φύσεως νόμῳ* opponitur *ὁ νόμος, ὃν ἡμεῖς πλάττομεν*, id est *ὁ πεπλασμένος νόμος καὶ οὐκ ὢν νόμος τῇ ἀληθείᾳ. non secundum hanc legem fortasse*, inquit, *quam nos* de nihilo fingentes *optimi cuiusque nostrum animos et spiritus frangimus.* Πλάττοντες dixit et non *πλάσαντες*, quia ita cogitat: *quoties iuventutem his praeceptis imbuimus ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον*, toties id de nihilo *comminiscimur*, quod cum natura pugnat adeoque

Digitized by Google

falsum et inane est. Sequitur autem ex his participium λέγοντες non esse a Platone scriptum sed a sciolo adscriptum, qui non intellexerat coniungenda esse κατὰ τοῦτον — ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν κτἑ. ut apud Aristophanem *Acharn.*

ἐτίθει νόμους ὥσπερ σκόλια γεγραμμένους
'ΩC ΧΡΗ Μεγαρέας κτἑ.

Iam expedita sunt et plana omnia καταδουλούμεθα τοὺς βελτίσους ἡμῶν αὐτῶν πλάττοντες νόμον ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν κτἑ.

Inspiciamus nunc ea quae continuo sequuntur: ἐὰν δέ γε, οἶμαι, Φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνὴρ πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαρρήξας καὶ διαφυγὼν καταπατήσας τὰ ἡμέτερα γράμματα καὶ μαγγανεύματα καὶ ἐπῳδὰς καί νόμους τοὺς παρὰ Φύσιν ἅπαντας ἐπαναστὰς ἀνεφάνη δεσπότης ἡμέτερος. Editor ambabus manibus amplectitur Valckenarii coniecturam ΠΕΡΙάμματα pro ΓΡάμματα substituentis. Non assentior. Περίαμμα non est Platonicae aetatis vocabulum, περίαπτα tum omnes dicebant et ne his quidem περιάπτοις quidquam nunc loci est. Commemorat Callicles *praestigias*, *incantamenta*, *delenimenta*, quibus ut belluarum feritas sic ferociorum hominum spiritus mitigarentur et frangerentur, atque in his ἐπῳδαί et γοητεῖαι et μαγγανεύματα sunt et κηλήματα, ut in *Euthydemo* pag. 290. A. ἡ τῶν ἐπῳδῶν τέχνη ἔχεων τε καὶ Φαλαγγίων καὶ σκορπίων καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησίς ἐςιν. Sed nullus in ea re τῶν περιάπτων usus est: sunt enim περίαπτα *amuleta* morbis aut arcendis aut depellendis, ut in suavissimo Platonis loco *de Rep.* pag. 426. B. ubi luxuriosus homo in morbum implicitus dicitur πάντων ἔχθιςον ἡγεῖσθαι τὸν τἀληθῆ λέγοντα ὅτι πρὶν ἂν μεθύων καὶ ἐμπιμπλάμενος καὶ ἀΦροδισιάζων καὶ ἀργῶν παύσηται οὔτε Φάρμακα οὔτε καύσεις οὔτε τομαὶ οὐδ' αὖ ἐπῳδαὶ αὐτὸν οὐδὲ ΠΕΡΙΑΠΤΑ οὐδ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ὀνήσει. Spectabatur haec anilis superstitio potissimum in mulierculis, quae mirum quantum τοῖς περιάπτοις tribuebant. Theophrastus memoriae prodidit apud Plutarchum in *Pericle* cap. 38, ὅτι νοσῶν ὁ Περικλῆς ἐπισκοπουμένῳ τινὶ τῶν Φίλων δείξειε περίαπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν τῷ τραχήλῳ περιηρτημένον. Bion Borysthenita ὁ ἄθεος ἐμπεσὼν εἰς νόσον περίαπτα λαβεῖν ἐπείσθη καὶ μεταγιγνώσκειν ἐΦ' οἷς ἐπλημμέλησεν εἰς τὸ θεῖον, teste Diogene Laërtio IV. § 54, qui non illepido carmine §. 55. has Bionis ineptias derisit:

Digitized by Google

Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην, ὃν ἔΦυσεν ἡ Σκύθις αἶα,
λέγειν ἀκούομεν θεοὺς ὡς οὐδέν εἰσιν ὄντως.

adscripsi ut emendarem primum versiculum misere corruptum. Cecinerat Diogenes:

Βίωνα, τὸν Βορυσθένης ἔΦυσε γῇ Σκύθισσα.

Sic igitur passim τὰ περίαπτα commemorantur etiam apud medicos, sed quid illa *amuleta* sive Φυλακτήρια faciunt ad locum Platonis? Nihil, ut opinor, quia qui generosae iuventutis ferociam delenire dicuntur, ἐπῳδαῖς, γοητείαις, μαγγανεύμασιν utebantur, non περιάμμασι sive περιάπτοις. Quid igitur de loci scriptura statuendum? Ναὶ μὰ Δία οὕπω οἶδα ὅ, τι μέλλω ἐρεῖν. Diciturne per contemtum καταπατήσας τὰ ἡμέτερα γράμματα, pro ὅ, τι ἂν γράΦειν ἡμῖν δοκῇ? ut Iphicrates dixit: καὶ ὑμεῖς μὲν οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρ' ὑμῶν ταῦτά μοι τὰ γράμματα καὶ τὴν σφῆνα εἶναί τι σεμνόν, ἐμοὶ δὲ σφὴν σύρανομήκης ἔσηκεν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μαρτυροῦσα τὴν ἀρετήν. apud Aristidem περὶ τοῦ παραΦθέγματος Tom. II. pag. 519. Sed sic bis idem dicetur τὰ ἡμέτερα γράμματα — καὶ νόμους τοὺς παρὰ Φύσιν ἅπαντας atque hanc ipsam legem ὡς χρὴ τὸ ἴσον ἔχειν non *scriptam esse* dixerat sed *fingi* de nihilo.

Hinc fortasse aliqua lux affulgebit. Quae enim Callicles dixerat: ὃν ΠΛΑΤΤΟΝΤΕϹ τοὺς βελτίσους — κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα, iis ad amussim respondebunt sequentia sic scripta: καταπατήσας τὰ ἡμέτερα ΠΛΑϹματα καὶ μαγγανεύματα καὶ ἐπῳδάς. Sic enim aptissime componuntur πλάττοντες — πλάσματα et κατεπᾴδοντες — ἐπῳδαί et γοητεύοντες — μαγγανεύματα, quia inter γοητεύειν et μαγγανεύειν nihil interest.

Pag. 485. B. κἄγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς ΦιλοσοΦοῦντας ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω, ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω [ψελλιζόμενον καὶ παῖζον] χαίρω τε καὶ χαρίεν μοι Φαίνεται —. ὅταν δὲ σοΦῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω πικρόν τί μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι καὶ ἀνιᾷ μου τὰ ὦτα.] Dissentio ab Editoris iudicio, qui Ὅπερ pro ὭϹπερ reponebat et verba ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω spuria et expungenda censebat. Ὥσπερ enim in comparatione rectissime ponitur et glossema est ψελλιζόμενον καὶ παῖζον ad-

Digitized by Google

scriptum ad διαλέγεσθαι ΟΤΤΩ. Eo quoque indicio emblema arguitur quod παῖζον nihil facit ad rem. De puerulo enim *balbutiente* non *ludente* διαλέγεσθαι dicitur. Confirmant et opposita: ὅταν ΔΕ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω.

In vicinia ἐλευθέριον δὲ καὶ μέγα καὶ ΙΚΑΝΟΝ μηδέποτε φθέγξασθαι optima est Heindorfii emendatio ΝΕΑΝΙΚΟΝ (id est γενναῖον) pro ΙΚΑΝΟΝ. Sed praeterea, quidquid obloquitur Editor, μηδέν necessarium est sive μηδὲν πώποτε sive μηδέποτε μηδέν Plato maluerit scribere. Sunt verba, quibus non adverbia adduntur, sed adiectiva in neutro genere et singulari numero, ut ὄζειν γλυκύ, γλυκύτατον, κακόν, κάκιστον, ἀγαθόν, sic φρονεῖν μέγα, μέγιστον, μικρόν, sic δύνασθαι μέγα, μέγιστον, sic κεκραγέναι, βοᾶν μέγα, μέγιστον, οὐράνιον ὅσον, et sim. Sic et φθέγγεσθαι μέγα, λαμπρόν, ut apud Demosthenem *de Corona* pag. 313, 21: μὴ γὰρ οἴεσθ' αὐτὸν φθέγγεσθαι μὲν οὕτω μέγα, ὀλολύζειν δ' οὐχ ὑπέρλαμπρον. Sed omnia haec ad *vocis* sonitum referuntur si quis *magna voce*, *clara*, *acuta*, *tenui* loquitur, sed ubi φθέγγεσθαι ad verba et orationem, qua quis utitur, refertur, (ut apud Aeschinem *in Ctesiph.* pag. 83, 37. ἔσωσαν τὴν πόλιν τὸ κάλλιστον ἐκ παιδείας ῥῆμα φθεγξάμενοι μὴ μνησικακεῖν) obiecto carere non potest, et καλὸν φθέγγεσθαι de voce, καλόν τι φθέγγεσθαι de dicto egregio ponitur. Sic et λέγειν καλόν τι et πράττειν ἀγαθόν τι constanter dicitur neque aliter dici potest pro λέγειν καλῶς et εὖ πράττειν. Comicus incertus in Bekkeri *Anecdotis* pag. 3, 18.

ἀκράχολον καὶ δύσκολον φθέγγεται.

sed metrum ipsum μέγα βοᾷ verum esse:

ἀκράχολον καὶ δύσκολόν ΤΙ φθέγγεται.

Pag. 486. c. ἀλλ' ὤγαθὲ ἐμοὶ ΠΕΙΘΟΤ, παῦσαι δ' ἐλέγχων] Corrigendum πιθοῦ pro πείθου. Formas aoristi ἐπιθόμην, πιθοῦ, πιθέσθαι, πιθόμενος saepissime apud Platonem et reliquos omnes Atticos scriptores et apud Herodotum in πείθου, πείθεσθαι cet. conversas videbis. Inspice mihi Aristophanis Codices optimos Ravennatem ac Venetum et videbis repugnante sententia metro iugulato πΙθέσθαι in ΠΕΙθεσθαι tantum non ubique depravari. Tria exempla sufficiant: in *Vespis* vs. 1027. Bekk.

οὐδενὶ πώποτέ φησι πιθέσθαι.

Digitized by Google

Ravennas contra sententiam et metrum πεύθεσθαι (πείθεσθαι voluerat) in *Avibus* vs. 163.

ἦ μέγ' ἐνορῶ βούλευμ' ἐν ὀρνίθων γένει
καὶ δύναμιν, ἣ γένοιτ' ἂν εἰ πίθοισθέ μοι.
— τί σοι πιθώμεθ'; — ὅ, τι πίθησθε;

Ravennas exhibet εἰ πείθεσθαί μοι et τί σοι πειθώμεσθ', ὅ τι πείθοισθε. In *Nubibus* vs. 852 Bekk.

οἶδ' ἐξέτει σοι τραυλίσαντι πιθόμενος.

Ravennas et omnes πΕΙθόμενος. Cf. ibidem vs. 88. ubi pro τί οὖν πίθωμαι δῆτά σοι in Ravennate est πείθομαι, in Veneto barbarum πιθοῦμαι. Quid autem istos in Platone et Demosthene, quid in Herodoto et Thucydide designasse putes, qui Aristophanem tam foede corruperunt? Spretis igitur libris omnibus quid verum sit ratio te ubique docebit.

Pag. 487. B. εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης ἐλαλύθατον ὥςε [διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι] τολμᾷ ἑκάτερος αὐτῶν αὐτὸς αὑτῷ· ἐναντία λέγειν ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων.] Estne hoc manifestum emblema εἰς τοσοῦτον αἰσχύνης — [διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι]?

Post pauca editur: εὐλαβεῖσθαι παρεκελεύεσθ' ἀλλήλοις ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοΦΩΤΕΡοι γενόμενοι λήσετε διαΦθαρέντες.] aut σοΦώτεροι τοῦ δέοντος dicitur aut πέρα τοῦ δέοντος σοΦοί, non σοΦώτεροι.

Pag. 489. C. ἢ οἴει με λέγειν ἐὰν συρΦετὸς συλλεγῇ δούλων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων πλὴν ἴσως τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι Φῶσιν ΑΤΤΑ ταῦτ' εἶναι νόμιμα;] Statim vulgatae mendum apparebit si ei vera lectio opponetur, quae haec est: καὶ οὗτοι Φῶσιν ˘ΑΤΤΑ, ταῦτ' εἶναι νόμιμα. Saepissime ἄττα apud Platonem sic ponitur, ut in *Rep.* pag. 449. B. ἔλεγεν ἄττα προσκεκυΦώς. *Sophist.* pag. 236. E. λέγειν μὲν ἄττα ἀληθῆ δὲ μή, et passim. Neque autem Φῶσιν obiecto carere potuit et in αὐτὰ ταῦτα male abundat αὐτά.

Egregie emendavit Editor pag. 16. locum in *Theaeteto* pag. 158. C. ἅ τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ἐνυπνίῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι· καὶ ὅτιν δὴ ὄναρ ἐνείρατα δοκῶμεν διηγεῖσθαι ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις. Restituit enim καὶ

Digitized by Google

ΈΝ ΤΠΝΩΙ pro *ἐν τῷ ἐνυπνίῳ*. Erat olim ΈΝΤΠΝΩΙ, corruptum est in *ἐνυπνίῳ* et sic *ἐν τῷ* sciolus addidit de suo. Deinde recepit optimam Heindorfii emendationem *ὅταν δὴ* ΥΟΝΑΡ ΥΑΤΤΑ *δοκῶμεν*. Ex ΟΝΑΡΑΤΤΑ natum est *ὀνείρατα* et tum *ὄναρ* interpolatum. Consummavit loci emendationem Editor ipse pro *διηγεῖσθαι* reponens *διαλέγεσθαι*. Initio loci requiro *ἅ τε γὰρ* ΝΤΝΔΗ ΔΙ*ειλέγμεθα*, *νυνδὴ διειλέγμεθα*, *quae* MODO *inter nos collocuti sumus*. Iam habemus Platonis manum integram: *ἅ τε γὰρ νυνδὴ διειλέγμεθα οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν ὕπνῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι· καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ἅττα δοκῶμεν διαλέγεσθαι ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις*. Declarant hae emendationes tam *ἐναργεῖς* et certae et quam misere corruptis Platonis Codicibus utamur, et amissam veritatem veluti ex Orco in lucem ac vitam feliciter posse revocari.

Plane idem mendum Madvigius in *Advers. Crit.* pag. 377. sustulit ex *Theaeteto* pag. 191. E. *ὁ τοίνυν ἐπισάμενος* ΑΤΤΑ *σκοπῶν δέ τι ὧν ὁρᾷ ἢ ἀκούει*, imo vero *ἐπισάμενος* ΥΑΤΤΑ. Semper autem brevis vocalis sequente *ἄσσα* et *ἅττα* eliditur

ὁποῖ' ἅττα, ἄλλ' ἅττα, σμίκρ' ἅττα, σκαλαθυρμάτι' ἅττα,
εἰπέ μοι ὁππoῖ' ἄσσα περὶ χροῒ εἵματα ἕζο.

et perperam in Editionibus nostris passim hiatus remansit.

Pag. 489. D. *ἀλλὰ πάλιν ἐξ ἀρχῆς εἰπὲ* ΤΙ *ποτε λέγεις τοὺς βελτίους*.] Emendatam lectionem colliges ex pag. 489. E. *ἀλλ' ἴθι εἰπὲ* ΤΙΝΑC *λέγεις τοὺς βελτίους*, et pag. 491. C. ΤΙΝΑC *ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους*;

Pag. 490. D. CΩ. *ἀλλ' οὐ τὸν βελτίω πλέον δεῖν ἔχειν*; ΚΑΛ. *οὐ σιτίων γε οὐδὲ ποτῶν*. Supplendum: ΚΑΛ. (*ἀλλ'*) *οὐ σιτίων γε*. Vides cur exciderit.

Pag. 493. A. *οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἂν εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ λέγει — καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι* [*ἴσως*] *τέθναμεν*. Expungendum est *ἴσως*, quod cum caeteris pugnat, non enim *θαυμάζοιμ' ἄν* neque *τῷ ὄντι* additum *ἴσως* admittit, et optime omissum est apud Iamblichum ubi hunc Platonis locum describit in *Protreptico* cap. XVII.

Digitized by Google

Pag. 493. B. *τοὐναντίον δὴ οὗτος σοί, ὦ Καλλίκλεις, ἐνδείκνυται ὡς τῶν ἐν Ἅιδου — οὗτοι ἀθλιώτατοι* [*ἂν*] *εἶεν* [*οἱ ἀμύητοι*] *καὶ Φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ* [*τετρημένῳ*] *κοσκίνῳ· τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει, ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων, τὴν ψυχὴν εἶναι· τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε* [*τὴν τῶν ἀμυήτων ὡς τετρημένην*] *ἅτ' οὐ δυναμένην σέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην.* Recta oratio est *οὗτοι ἀθλιώτατοί* ΘΙCΙ *καὶ Φοροῦσιν εἰς τὸν τετρημένον πίθον*. Itaque in obliqua dicendum *ὡς οὗτοι ἀθλιώτατοι εἶεν*, non *ἂν εἶεν*. Deinde *οὗτοι* [*οἱ ἀμύητοι*] ita dicitur quasi et alii essent *ἀμύητοι*, qui ab his distinguerentur. *ἑτέρῳ τοιούτῳ* [*τετρημένῳ*] perinsulsum additamentum est summo iure ab Editore notatum. Ne idem verbum ingrate repeteretur *τοῦτο δρᾶν, τοῦτο ποιεῖν*, et *τοῦτο πάσχειν* substituebant, similiterque pro adiectivo vel participio *ἕτερος τοιοῦτος*. Quid diceres si pro *πῖθι, ὦ γύναι, σΦόδρα γὰρ Φιλεῖς τοῦτο δρῶσα*, legeretur *τοῦτο δρῶσα πίνουσα*? Nihilo melius est quod apud Platonem nunc legitur *ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ*.

In ultimis haec tantum genuina sunt: *τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασεν ἅτ' οὐ δυναμένην σέγειν κτέ.* Reliqua supervacua sunt et loci sententiam onerant et impediunt.

Pag. 493. C. *ταῦτα ἐπιεικῶς μέν ἐσιν ὑπό τι ἄτοπα, δηλοῖ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαι.* In his *ἐπιεικῶς* adscriptum est ab aliquo, qui quid esset *ὑπό τι* ostendere volebat. Medium est *ἐπιεικῶς* inter *εὖ* et *κακῶς*, ut inter *τοὺς εὖ γεγονότας* et *τοὺς κακῶς* medium locum occupant *οἱ ἐπιεικῶς γεγονότες*, id est *honesto loco* nati. Eodem modo Latine inter *bene* ac *male* medium est *satis*. Id vero *ἀττικισί* dicitur *ὑπό τι, ὑπό τι ἀσεβῆ, ὑπό τι δυσώδης* et sim. Itaque Platonem scripsisse arbitror in hunc modum: *ταῦτα Δ' ἐσὶ μὲν ὑπό τι ἄτοπα, δηλοῖ ΓΕ μὴν ὃ ἐγὼ βούλομαι. ὑπό τι* eodem sensu legitur in *Phaedro* pag. 242. D. *δεινὸν λόγον ἐκέμισας — εὐήθη καὶ ὑπό τι ἀσεβῆ*. Xenarchus Comicus apud Athenaeum pag. 698. B.

ὡς ὑπό τι νυσάζειν γε καὐτὸς ἄρχομαι.

In Codice unico est: *ὡσεύποτινυσαζειν*. Nesciebat scriba quid esset ΩCΤΠΟΤΙ, quod est a Porsono repertum.

Pag. 493. D. *πότερον πείθω τί σε καὶ μετατίθεσαι εὐδαιμονεσί-*

Digitized by Google

ρους εἶναι τοὺς κοσμίους τῶν ἀκολάστων, ἢ οὐδὲν, ἀλλ' ἂν καὶ πολλὰ τοιαῦτα μυθολογῶ, οὐδέν τι μᾶλλον μεταθήσει; Locum hunc impeditum et turbatum Editor silentio praetermisit. Nihil attinet nunc difficultates huius loci commemorare, quia Platonis manus reperta est. In libris est: ἢ οὐδϵΝ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα μυθολογῶ. Hinc C. F. Herman. οὐδ' ϵΙ ἄλλα πολλά coniecit, Sauppius ab Hermanno laudatus οὐδ' ΑΝ ἄλλα πολλά, quam emendationem iure suae Hermannus anteponit. Soloeca enim oratio est ἆρά γε μεταθήσει εἰ μυθολογῶ; Requiritur enim *futuri* temporis notio ἐὰν μυθολογῶ. Nunc omnia in clara luce posita sunt: πότερον πείθω τί σε καὶ μετατίθεσαι — ἢ οὐδ' ΑΝ πολλὰ τοιαῦτα μυθολογῶ οὐδέν τι μᾶλλον μεταθήσει;

Pag. 495. A. διαφθείρεις, ὦ Καλλίκλεις, τοὺς πρώτους λόγους καὶ οὐκ ἂν ἔτι μετ' ἐμοῦ ἱκανῶς τὰ ὄντα ἐξετάζοις εἴπερ παρὰ τὰ δοκοῦντα σαυτῷ ἐρεῖς.] Futurum in εἴπερ ΈΡΕΙϹ argumento est διαφθερεῖς, non διαφθείρεις, a Platone esse scriptum. In eam compositionis legem Veteres non peccant. Nihil est autem in Codicibus Mss. tritius quam verborum liquidatorum *futuri* forma perperam in *praesentis* formam conversa.

Pag. 500. C. ὁρᾷς γὰρ ὅτι περὶ τούτου εἰσὶν ἡμῖν οἱ λόγοι, οὗ τί ἂν μᾶλλον σπουδάσειέ τις καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχων ἄνθρωπος, [ἢ τοῦτο] ὄντινα χρὴ τρόπον ζῆν.] Editori placet τοῦτο delere servato ἤ, mihi stat sententia ἢ τοῦτο suppositum et expellendum esse. Perinde est dicere οὗ τί ἂν μᾶλλον σπουδάσειέ τις; et ὃ πάντων ἂν μάλιστά τις σπουδάσειεν, et in utraque hac orationis forma continuo addendum: ὄντινα χρὴ τρόπον ζῆν et nullus omnino vocabulae ἤ (*quam*) locus superest, non magis quam si dixisset περὶ τούτου, ὃ καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχοντι ἀνθρώπῳ σπουδαιέστατόν ἐστι πραγμάτων ἁπάντων, quae planissime idem significant. Saepe Attici ita loqui amant, ut et Romani: *quo quid turpius? foedius?* pro *quod est omnium turpissimum, foedissimum.* Plato in *Phaedro* pag. 242. D. οὗ τίς ἂν εἴη δεινότερος; id est ὅς ἐστι δεινότατος ἁπάντων. Demosthenes *de Corona* pag. 257, 10. οὗ τί γένοιτ' ἂν αἴσχιον ἢ μιαρώτερον; et sic apud omnes passim.

Nondum expeditus locus est et multum vereor ne umquam

Digitized by Google

in integrum restitui possit pag. 500. c. *περὶ τούτου εἰσὶν ἡμῖν οἱ λόγοι — ὄντινα χρὴ τρόπον ζῆν, πότερον ἐφ' ὃν* CT *παρακαλεῖς* ЄME — *ἢ ἐπὶ τόνδε τὸν βίον τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ*, id est *πότερον τοῦτον τὸν τρόπον, ἐφ' ὃν σὺ παρακαλεῖς ἐμέ*, id est *πότερον τὸν ἐν τῷ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ καὶ πολιτεύεσθαι ἢ* —. Itaque 'ЄΠΙ *τόνδε τὸν βίον* manifesto mendosum est. Editor igitur *ἐπί* expunxit. Sed quid est "ΟΔЄ *ὁ βίος*? Praeterea altera pars oppositionis amissa est. Nunc enim verbis *ἐφ' ὃν* CT *παρακαλεῖς* 'ЄME nihil respondet. Quid Socrates dicere debuerit *ἐκ τῶν συμφραζομένων* intelligi et perspici potest, sed quibus verbis usus sit ex scriptura pessime corrupta investigari et elici non potest. Sententia enim huiusmodi. quid postulat: *πότερον — ἢ ὃν* 'ЄΓΩ *ζῶ βίον τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ*, vel: *πότερον — ἢ ἐφ' ὃν* 'ЄΓΩ *πάντας παρακαλῶ βίον τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ*; Sic demum omnia apte composita recte et ordine procedunt, et sic salva sententia est sed manus Platonis amissa.

In sqq. rectissime Editor reponit: *εἰ ἐστΟΝ τούτω διττὼ τὼ βίω* pro *εἰ ἔστΙ τούτω κτἑ.*

In verbis, quae his interposita sunt pag. 500. c. *τὰ τοῦ ἀνδρὸς δὴ ταῦτα πράττοντα λέγοντά τε ἐν τῷ δήμῳ καὶ ῥητορικὴν ἀσκοῦντα καὶ πολιτευόμενον* TOTTON TON TPOΠON *ὃν ὑμεῖς νῦν πολιτεύεσθε*, luculenter apparet quo consilio haec omnia Plato scripserit et quam tandem *ῥητορικήν* insectetur et derideat *ἐμπειρίαν χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασίας*, et non *artem* sed *ἐμπειρίαν καὶ τριβήν* et vere nomine *κολακείαν*. „*Socrates autem* (verba sunt Quintiliani II. 15. §. 27.) *eam quidem* QUAE TUM EXERCEBATUR *rhetoricen talem putavit, nam et dicit his verbis τοῦτον τὸν τρόπον ὃν ὑμεῖς πολιτεύεσθε.* VERAM *autem et honestam intelligit*". et post pauca § 30. *in illud hominum genus,* QUOD FACULTATE DICENDI MALE UTEBATUR, *invectus est.* Gorgiam Plato contemnit, Polum ridet, sed in Callicle acerbo sale perfundit *τοὺς τότε πολιτευομένους* quum Socrates est iniquo iudicio circumventus in illa effrenata populi licentia, quam incredibile dictu est quantopere Plato oderit. Itaque Aristides de artis oratoriae natura cum Platone pugnans *σκιαμαχεῖ* et Aristidis *ῥητορική* cum Platonica nihil habet commune praeter nomen.

Digitized by Google

Pag. 501. B. *οὐ δοκεῖ σοι τοιαύτη τις εἶναι, ὦ Καλλίκλεις, τὴν ἡδονὴν ἡμῶν μόνον διώκειν, ἄλλο δ' οὐδὲν φροντίζειν*; Non est haec Graeca compositio verborum. Undenam pendent *διώκειν* et *φροντίζειν*? Haud facile dices. Scribendum est quod tam saepe apud Theophrastum legitur *τοιαύτη τις* — OIA *τὴν ἡδονὴν ἡμῶν μόνον διώκειν*.

Pag. 502. B. *ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυμαστὴ* [*ἡ*] *τῆς τραγῳδίας ποίησις* [*ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε*] *πότερόν ἐστιν αὐτῆς τὸ ἐπιχείρημα καὶ ἡ σπουδὴ — χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς μόνον ἢ καὶ διαμάχεσθαι κτἑ.* Expungendum est *ἡ* et *ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε*. nam utrumque loci compositionem vitiosam facit. Scholion fuit olim ad *τὸ ἐπιχείρημα καὶ ἡ σπουδή* adscriptum: *ὃ ἐπιχειρεῖ καὶ ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε*. Sic in *Euthydemo* pag. 288. C. *μὴ ἀφιώμεθα τοῖν ἀνδροῖν ἕως ἂν ἡμῖν ἐκφανῆτον ἐφ' ᾧ αὐτὼ σπουδάζετον*, id est *τίς ἐστιν αὐτοῖν ἡ σπουδή*.

Pag. 505. B. Postquam Socrates ineluctabilem argumentationem his verbis conclusit: *τὸ κολάζεσθαι ΑΡΑ τῇ ψυχῇ ἄμεινόν ἐστιν ἢ ἡ ἀκολασία, ὥσπερ σὺ νυνδὴ ᾤου*. Callicles ad incitas redactus *καὶ μηδὲ γρύζειν δυνάμενος* stomachabundus exclamat id quod in vetusto Platonis libro olim sic scriptum fuisse suspicor:

οὐκ οἶδ' ἅττα λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἄλλον τινὰ ἐρώτα. οὐδέ γ' ἐμοὶ μέλει οὐδὲν ὧν σὺ λέγεις καὶ ταῦτά σοι Γοργίου χάριν ἀπεκρινάμην.

οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει ὠφελούμενος καὶ αὐτὸ τοῦτο πάσχων περὶ οὗ ὁ λόγος ἐστὶ κολαζόμενος.

Nempe lector aliquis delectatus Socratis argumentatione invicta et Calliclis intolerabilem fastum et arrogantiam cum insigni impudentia coniunctam tam probe castigari impense gaudens in libri sui margine adscripsit: *οὗτος ἀνὴρ — κολαζόμενος*. Deinde factum est quod assolet: irrepsit annotatio in textum et in mediam Calliclis orationem absurdissime est recepta. Itaque nunc Socrates, unus omnium mortalium urbanissimus, ea verborum acerbitate et importunitate usus esse creditur, ut nihilo esset nequissimo Callicle melior. Calliclis enim importunitas et vecordia maxime cernitur in eo quod dixit pag. 489. B. *οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται Φλυαρῶν,*

Digitized by Google

cu similia qui Socratem existimat dicere potuisse idque in adversarium devictum et profligatum, nae ille Socratis ingenium festivum et lepidum et urbanum nondum satis cognitum et perspectum habere iure videbitur. Praeterea vide quam importunam sedem emblema occupaverit. Callicles nihil ista petulanti derisione motus quod dicere coeperat peragit: ΟΥΤΔΕ *γέ μοι μέλει οὐδὲν ὧν σὺ λέγεις καὶ ταῦτά σοι Γοργίου χάριν ἀπεκρινάμην.* Videturne tibi audivisse ex Socrate: *οὗτος ἀνὴρ — κολαζόμενος*? Nec mirum, nam multis haec post Socratem saeculis nata demum oratio est.

Saepe lectores quid sentiant inter legendum in ora libri adscribere solent. Pag. 506. D. Plato dixerat: *ἡ ἀρετὴ οὐχ οὕτως εἰκῇ παραγίγνεται*, admirabundus exclamat lector nescio quis in margine *κάλλιστα*! Itaque edebatur *οὐχ οὕτως εἰκῇ κάλλιστα παραγίγνεται*, donec Coraës optime *κάλλιστα* expunxit, quem Editor iure sequitur.

Ut redeam ad emblema: *οὗτος ἀνὴρ — κολαζόμενος*, quam sit protervum ac petulans ea forma loquendi uti optime ostendit Heindorf. ad pag. 499. B. *οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται Φλυαρῶν.* Polus pag. 467. A. eadem importunitate coeperat dicere: *οὗτος ἀνήρ — sed media in voce resistit.* Optime Scholiasta ad h. l. *ὅρα τὴν πρὸς ἑτέρους τοῦ λόγου ἀποστροφὴν ὅσην τοῦ Καλλικλέους καὶ κατὰ σχῆμα* ΘΡΑΣΤΤΗΤΑ *δείκνυσιν.* Rectissime et *κατὰ σχῆμα* addidit, nam qui ita aliquem habet despicatui, etiam habitu et voce fastidium et contemtum hominis ostendit, ut Socrates in *Nubibus* vs. 492.

ἄνθρωπος ἀμαθὴς οὑτοσὶ καὶ βάρβαρος.

Saepe sic Demosthenes et Aeschines odio incensi hanc *κατὰ σχῆμα θρασύτητα ἐνδείκνυνται*, et credemus Socratem hilarem et iocosum virum, deposita repente urbanissima *εἰρωνείᾳ*, eo protervitatis procedere potuisse idque se Calliclem nimium patienter dissimulare audivisse. *Credat Iudaeus Apella, non ego.*

Pag. 505. D. *ἐὰν δὲ ἐμοὶ πείθῃ ἐάσεις χαίρειν τοῦτον τὸν λόγον.* Etiam nunc Plato *πιθῃ* dederat, non *πείθῃ*. In his quid verum sit monstrant loci poëtarum. Sophocles *Elect.* 938.

ἐὰν δέ μοι πίθῃ
τῆς νῦν παρούσης συμφορᾶς λύσεις βάρος.

Digitized by Google

et in *Oedip. Tyr.* 320.

ῥᾷσα γὰρ τὸ σόν τε σύ
κἀγὼ διοίσω τοὐμὸν ἦν ἐμοὶ πίθῃ.

Passim Aeschylo, Sophocli, Euripidi, Aristophani redditae sunt formae veteres πιθοῦ, πίθεσθε, πιθέσθαι, πιθόμενος pro ΠΕΙθου, ΠΕΙθεσθε, cet. Idem in reliquis passim faciendum, quia librarii amissa olim vetere aoristi forma πιθών et πιθόμενος, superstitem formam, quam solam noverant, substituebant. Demosthenes pag. 1086. οὐχ ἡττηθεὶς ἐν δικαστηρίῳ ἀλλ' ὑπὸ τούτων ἀπατηθεὶς καὶ τοῖς οἰκείοις ΠΕΙθόμενος. et pag. 1133 ἢ γυναικὶ ΠΕΙθόμενον ἢ ὑπὸ γήρως καταληφθέντα, et pag. 1183. ἄκυρα ταῦτα πάντα ἐνομοθέτησεν εἶναι ὁ Σόλων ὅ, τι ἄν τις γυναικὶ ΠΕΙθόμενος πράττῃ. In his ipsa rei natura *aoristum* postulat. Quod erat in ipsis Solonis legibus scriptum πιθόμενος et πιθών retinebant in dicendi usu quamquam populus πεισθείς et πείσας pro illis coeperat dicere. Ex legum verbis manavit quod est apud Aristophanem in *Pluto* 949.

οὔτε τὴν βουλὴν πιθὼν — οὔτε τὴν ἐκκλησίαν.

et in *Ranis* 1168.

οὐ πιθὼν τοὺς κυρίους.

Indidem sumsit Plato *de Legg.* pag. 913. A. μή τις τῶν ἐμῶν χρημάτων ἅπτοιτο — ἐμὲ μηδαμῇ μηδαμῶς ΠΙθών, nam sic necessario pro πείθων scribendum. Suis verbis dixit idem pag. 845. A. ἐὰν δοῦλος μὴ πείσας τὸν δεσπότην ἅπτηταί του τῶν χωρίων.

Ad eundem igitur modum nonnumquam πιθεῖν cet. et saepissime πιθέσθαι est restituendum, ubicumque loci sententia *aoristum* requirit.

Pag. 507. D. παρασκευαστέον μάλιστα μὲν μηδὲν δεῖσθαι τοῦ κολάζεσθαι, ἐὰν δὲ δεηθῇ — ἐπιθετέον δίκην. Periit vocula ab Atticis in ea compositione inseri solita, cuius vetus compendiolum a scribis non intellectum saepe in causa fuit ut omitteretur. Scrib. ἐὰν δ' ΑΡΑ δεηθῇ. Theophrastus *Char.* cap. 18. μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι, ἂν δ' ΑΡΑ τις οἰκεῖος ᾖ κτέ. Aeschines in *Ctesiph.* § 203. μάλιστα μὲν μὴ προσδέχεσθε — ἂν δ' ΑΡΑ ὑμῖν δόξῃ ἀκούειν. Demosthenes *de Corona* pag. 318, 24. μάλιστα μὲν μὴ ἔχειν — εἰ δ' ΑΡ' ἀνάγκη κτέ. et pag. 332, 20. μά-

Digitized by Google

λιςα μὲν καὶ τούτοις βελτίω τινὰ νοῦν ἐνθείητε, εἰ δ' ΑΡ' ἔχουσιν ἀνιάτως κτἑ. et sic alibi passim.

Pag. 509. A. καὶ εἰ ἀγροικότερόν ΤΙ εἰπεῖν ἔςι, vitio natum est ΤΙ et expungendum, ut in *Gorgia* pag. 462. E. μὴ ἀγροικότερον ᾖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν et in *Euthydemo* pag. 283. E. εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν εἶπον ἄν· σοὶ εἰς κεφαλήν, et in *Apol. Socr.* pag. 32. D. Contra in *Gorgia* pag. 486. C. εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι, inserto verbo scripserim: εἴ τι ΔΕΙ καὶ ἀγροικότερόν εἰρῆσθαι, ut in tali re dicere consueverunt.

Pag. 509. B. τίνα ἂν (δὴ Editor recte) βοήθειαν μὴ δυνάμενος ἄνθρωπος βοηθεῖν ἑαυτῷ καταγέλαςος ἂν τῇ ἀληθείᾳ εἴη; ἆρα οὐ ταύτην ἥτις ἀποτρέψει τὴν μεγίςην ἡμῶν βλάβην; Haec luce clariora sunt: sed atra caligo involvit ea quae sequuntur: ἀλλὰ πολλὴ ἀνάγκη ταύτην εἶναι τὴν αἰσχίςην βοήθειαν μὴ δύνασθαι βοηθεῖν μήτε ἑαυτῷ μήτε τοῖς αὐτοῦ φίλοις τε καὶ οἰκείοις, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ δευτέρου κακοῦ καὶ τρίτην τὴν τοῦ τρίτου καὶ τἄλλα οὕτως ὡς ἑκάςου κακοῦ μέγεθος πέφυκεν οὕτω καὶ κάλλος τοῦ δυνατὸν εἶναι ἐφ' ἕκαςα βοηθεῖν καὶ αἰσχύνη τοῦ μή. Sententia Socratis perspicua et plana est: sed ea sententia non inest in verbis sicuti nunc scripta sunt. Ponamus sententiae formam simplicissimam: αὕτη ἐςὶν ἡ αἰσχίςη βοήθεια μὴ δύνασθαι βοηθεῖν ἑαυτῷ — δευτέρα δὲ ἡ τοῦ δευτέρου κακοῦ καὶ τρίτη ἡ τοῦ τρίτου. Δευτέρα -quid? δευτέρα (βοήθεια) et τρίτη βοήθεια sine controversia. Ergo τὸ μὴ δύνασθαι ἑαυτῷ βοηθεῖν appellatur βοήθεια. Estne hoc absurdum an non est? Considera nunc ultima verba, in quibus Socrates argumentationis summam in pauca contrahit: ὡς ἑκάςου κακοῦ μέγεθος πέφυκεν οὕτω καὶ κάλλος τοῦ δυνατὸν εἶναι ἐφ' ἕκαςα βοηθεῖν καὶ αἰσχύνη τοῦ μή, id est aliis verbis: ὅσῳ μεῖζόν ἐςιν ἕκαςον τῶν κακῶν τοσούτῳ κάλλιον τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ βοηθεῖν καὶ αἴσχιον τὸ μή. *Prout quodque malum maius est ita praeclarius est sibi opem ferre posse et turpius non posse.* Quae igitur est ἀδυναμία τοῦ ἑαυτῷ βοηθεῖν turpissima? τὸ μὴ δύνασθαι ἑαυτῷ βοηθεῖν ταύτην τὴν βοήθειαν ἥτις ἀποτρέψει τὴν μεγίςην ἡμῶν βλάβην. Turpissima est, inquam, non ἡ βοήθεια, quae nulla esse dicitur, sed ἡ ἀδυναμία τοῦ ἑαυτῷ βοηθεῖν, quod est plane contrarium. Haec igitur est

Digitized by Google

prima et summa *αἰσχύνη*, *ἡ δὲ δευτέρα καὶ ἡ τρίτη*, nempe *αἰσχύνη*, non *βοήθεια*, *τοῦ δευτέρου κακοῦ καὶ τοῦ τρίτου*. Quo pacto haec Platoni sententia reddi poterit? Sic, opinor, ut scribatur: *ἀλλὰ πολλὴ ἀνάγκη ταύτην εἶναι τὴν* ΜΕΓΙΣΤΗΝ ΑΙΣΧΥΝΗΝ, *δευτέραν δὲ τὴν τοῦ δευτέρου κακοῦ καὶ τρίτην δὲ τοῦ τρίτου*. Insiticia verba sunt [*βοήθειαν μὴ δύνασθαι βοηθεῖν — φίλοις τε καὶ οἰκείοις*] sumta ex vicino loco pag. 508. c. Hoc igitur Socrates dixit: *τοῦτο τοίνυν πάντων αἴσχιστόν ἐστι μὴ δύνασθαι ἑαυτῷ βοηθεῖν ταύτην τὴν βοήθειαν, ἥτις τὴν μεγίστην ἡμῶν βλάβην ἀποτρέψει*. Triplex est *κακόν*, adversus quod inest in aliquo *ἀδυναμία τοῦ βοηθεῖν*, *opis sibi ferendae impotentia*. Est *κακὸν μέγα*, *μεῖζον* et *μέγιστον*, quo gravius igitur malum est eo turpior est *ἡ τοῦ ἑαυτῷ βοηθεῖν ἀδυναμία*, eoque praeclarior *ἡ τοῦ ἑαυτῷ βοηθεῖν δύναμις*, sive (ut ipsius Platonis verbis utamur): *ὡς ἑκάστου κακοῦ μέγεθος πέφυκεν οὕτω καὶ* ΚΑΛΛΟΣ *τοῦ δυνατὸν εἶναι ἐφ' ἕκαστα βοηθεῖν καὶ* ΑΙΣΧΥΝΗ *τοῦ μή*. Ergo *summum* malum [*τὸ μέγιστον τῶν κακῶν*] a se depellere non posse, ea est *μεγίστη αἰσχύνη*, non hercle *αἰσχίστη βοήθεια*. Si quis serio credit *τὸ μὴ δύνασθαι ἑαυτῷ βοηθεῖν* a Platone *βοήθειαν* appellari, idem credat *τὸ μὴ δύνασθαι διαλέγεσθαι* satis commode *dialecticam* posse dici.

Pag. 509. D. *πότερον ἐὰν μὴ βούληται ἀδικεῖσθαι οὐκ ἀδικήσεται ἢ ἐὰν δύνηται παρασκευάσηται τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι [οὐκ ἀδικήσεται]*; Qui aurem habent Atticorum et Platonis lectione subactam et exercitatam, hanc *κακοφωνίαν* non sustinebunt. Num metuit ne obliviscaremur? Egregium est in eam rem testimonium Longini *ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ* pag. 137. Bakii: *τῆς δ' εὐρυθμίας τὸ γνώρισμα δῆλον τῷ συνειθισμένῳ τῶν εὐρύθμων καὶ ἀποτετορνευμένων καὶ στρογγύλων ἀποδέχεσθαι λόγων καὶ τετριμμένῳ τὰ ὦτα πρὸς τὴν σύνθεσιν τῶν τε σεμνῶν καὶ ἀρχαίων λόγων*, et aliorum et Platonis ante omnes. Equis igitur *τετριμμένος τὰ ὦτα πρὸς τὴν σύνθεσιν τῶν Πλατωνικῶν λόγων* locum, ut nunc editur, a Platone proficisci potuisse arbitrabitur?

Pag. 512. A. *λογίζεται οὖν ὅτι* ΟΥΚ *εἰ μέν τις μεγάλοις καὶ ἀνιάτοις νοσήμασι κατὰ τὸ σῶμα συνισχόμενος μὴ ἀπεπνίγη οὗτος μὲν ἄθλιός ἐστιν ὅτι οὐκ ἀπέθανε καὶ οὐδὲν ὑπ' αὐτοῦ ὠφέληται*,

Digitized by Google

εἰ δέ τις ἄρ' ἐν τῷ τοῦ σώματος τιμιωτέρῳ τῇ ψυχῇ πολλὰ νοσήματα ἔχει καὶ ἀνίατα τούτῳ δὲ βιωτΟΝ ἐστι καὶ τοῦτον ὀνήσει ἄν τ' ἐκ θαλάττης ἄν τ' ἐκ δικαστηρίου ἄν τ' ἄλλοθεν ὁποθενοῦν σώσῃ. In his Editor recte βιωτΟΝ reposuit pro βιωτϵΟΝ et ὀνήσϵΙ pro ὀνήσϵΙϵΝ, sed quod οὐκ expunxit in verbis ὅτι ΟΤΚ εἰ μέν τις κτέ. omnem loci compositionem penitus pervertit. Si libri omnes in omittenda negatione fideliter conspirarent certa correctione de coniectura suppleri debuisset. Quid est in Atticis frequentius quam ea sententiae conformatio in qua ex praegressa negatione ΟΤ bimembris oratio per ΜϵΝ et Δϵ copulata suspendatur? Veluti apud Demosthenem *de Corona* pag. 229. 23. ΟΤ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα ΜϵΝ δύναται διώκειν δι' ἐμέ, ἐμὲ Δϵ εἷπερ ἐξελέγξειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο, et celebrato loco pag. 288. 7. ΟΤΚ εἶπον ΜϵΝ ταῦτα οὐκ ἔγραψα Δϵ, οὐδ' ἔγραψα ΜϵΝ οὐκ ἐπρέσβευσα Δϵ οὐδ' ἐπρέσβευσα ΜϵΝ οὐκ ἔπεισα Δϵ Θηβαίους, quibus similia passim et apud Veteres et apud Veterum imitatores Dionem Chrysostomum, Aristidem, caeterosque leguntur. Plato ipse pag. 526. ε. in decantata comparatione: ΟΤΚοὐκ οἵ γε ἀγαθοὶ ἡνίοχοι κατ' ἀρχὰς ΜϵΝ οὐκ ἐκπίπτουσιν, ἐπειδὰν Δϵ θεραπεύσωσι τοὺς ἵππους καὶ αὐτοὶ ἀμείνους γένωνται ἡνίοχοι τότε ἐκπίπτουσιν. Addam exempla quaedam ex Aristide Tom. II. pag. 27. οὐχ ὁ μὲν Ἀλκίνους οὕτως — ὁ δὲ τῶν Ἑλλήνων σοφώτατος οὐχ ὁμοίως, et pag. 177. οὐ δήπου τοῦ μὲν Ἀσπασίᾳ μετεῖναι λόγων σημεῖον ἦν Περικλῆς — τῆς δ' αὐτοῦ Περικλέους δυνάμεως ἐτέρωθεν χρὴ τὸ σύμβολον ζητεῖν, et pag. 334. καὶ οὐκ ἐπὶ μὲν τῶν ἀθλητῶν οὕτω συμβαίνει, τὰ δὲ τῆς μουσικῆς ἐσηκυῖαν ἔχει τὴν νίκην τοῖς κρείττοσιν, et pag. 346. οὐδ' εἰ μέν τις Φίλῳ τιμωρῶν ὑπέμεινε τελευτᾶν εἰς μακάρων νήσους πέμψομεν, εἰ δέ τινες τῇ πόλει πάσῃ — ἀντὶ πάντων τῶν ἄλλων κατέσχησαν — τούτοις τὸ κακῶς ἀκούειν προσθήσομεν, et pag. 374. οὐ γὰρ ἄλλου μέν ἐστι τοὺς ὄντας ἀθλητὰς δήπου γυμνάσαι, ἑτέρου δὲ τοὺς μέλλοντας ἔσεσθαι παρασκευάσαι, et pag. 383. οὐ γὰρ δήπου τῷ μὲν Ἀπόλλωνι ταύτην προστίθησιν, αὐτὸς δ' ἑτέραν διώκει.

Sic igitur et Plato scripserat: ΟΤΚ εἰ ΜΕΝ τις — εἰ Δϵ τις — et si οὐκ expunxeris omnem loci compositionem plane pessumdederis.

Digitized by Google

Pag. 512. C. *ἀλλὰ σὺ οὐδὲν ἧττον αὐτοῦ καταφρονεῖς — καὶ τῷ υἱεῖ αὐτοῦ οὔτ' ἂν δοῦναι θυγατέρα ἐθέλοις οὔτ' ἂν αὐτὸς τῷ σαυτοῦ λαβεῖν τὴν ἐκείνου.* Perturbatus est verborum ordo et locus constituendus est in hunc modum: *καὶ* ΟΤΤ' ΆΝ *τῷ υἱεῖ αὐτοῦ δοῦναι θυγατέρα ἐθέλοις* ΟΤΤ' ΆΝ *αὐτὸς τῷ σαυτοῦ λαβεῖν τὴν ἐκείνου.* Sic enim oppositionis ratio constat *οὔτ' ἂν δοῦναι — οὔτ' ἂν λαβεῖν.* Si *τῷ υἱεῖ αὐτοῦ* utrique particulae *οὔτε praeponitur*, necesse est *dativum* utrique verbo sequenti respondere.

Saepe vidi iustam et necessariam verborum seriem in *Gorgia* a scribis perturbatam, cuius rei nonnulla exempla infra proferam.

Pag. 513. B. *ὅσις οὖν σε τούτοις ὁμοιότατον ἀπεργάσεται οὗτός σε ποιήσει ὡς ἐπιθυμεῖς* [*πολιτικὸς*] *εἶναι πολιτικὸν καὶ ῥητορικόν.* Importunum et molestum *πολιτικός* resecandum esse censeo. Sine ulla ratione repetitum est et sic *καὶ ῥητορικός* additum oportuit.

Pag. 513. C. *ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ βέλτιον ταὐτὰ ταῦτα διασκοπώμεθα πεισθήσει.* Iam habes exemplum vocabuli praeter loci sententiam transpositi, nam corrigendum: *ἀλλ'* ΎΙCΩC *ἐὰν πολλάκις καὶ βέλτιον — διασκοπώμεθα πεισθήσει.*

Pag. 513. C. *οὐκ οἶδ' ὅντινά μοι τρόπον δοκεῖς εὖ λέγειν, ὦ Σώκρατες, πέπονθα δὲ τὸ τῶν πολλῶν πάθος· οὐ πάνυ σοι πείθομαι.* Descripsit hunc locum Aristides Tom. II. pag. 158. et servavit veram scripturam hanc: CT MЄN *οὐκ οἶδ' ὅντινά μοι τρόπον δοκεῖς εὖ λέγειν.* In vulgatis nescio quo modo *σὺ μέν* intercidit. Commode nunc inter se opposita sunt; *σὺ* MЄN — *πέπονθα* ΔЄ *κτὲ.*

Pag. 513. E. *ἆρ' οὖν οὕτως ἐπιχειρητέον ἡμῖν ἐστι τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις* [*θεραπεύειν*] *ὡς βελτίστους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντας.* Insiticium est *θεραπεύειν*, quod nullo modo reliquis verbis aptari potest, namque *τὴν πόλιν θεραπεύειν* Graecum est, non *τῇ πόλει.* Non intellexit homo quid esset *ἐπιχειρεῖν τῇ πόλει.* Satis tamen apparebat ex vicinis, quae illis respondent pag. 514. C. *οὕτω δὴ ἀνόητον ἦν δήπου ἐπιχειρεῖν τοῖς δημοσίοις ἔργοις*, et sic saepe *τῷ λόγῳ, τῷ ἔργῳ ἐπιχειρεῖν* dicitur.

Non est ovum ovo similius quam hoc mendum est alteri

Digitized by Google

mendo, quod e libris *de Rep.* perita manu Madvigius sustulit. In libris est III. pag. 416. A. *ὥςε ὑπ' ἀκολασίας — αὐτοὺς τοὺς πύνας ἐπιχειρεῖν τοῖς προβάτοις* [*κακουργεῖν*]. Rectissime *κακουργεῖν* expungi iussit Madvigius in *Adv. Crit.* pag. 419. *„additum ab aliquo, qui non attenderet quid* h. l. *esset ἐπιχειρεῖν"*.

Quam sit haec vetus interpolatio in *Gorgiae* loco apparet ex Aristide Tom. II. pag. 158: *ἆρ' οὖν, φησὶν, οὕτως ἐπιχειρητέον ἡμῖν ἐςι τῇ πόλει καὶ τοῖς πολίταις* ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ *ὡς βελτίους αὐτοὺς τοὺς πολίτας ποιοῦντας.*

Pag. 514. B. *ἔδει ἂν ἡμᾶς σκέψασθαι ἡμᾶς καὶ ἐξετάσαι πρῶτον μὲν εἰ ἐπιςάμεθα τὴν τέχνην* [*ἢ οὐκ ἐπιςάμεθα*] *τὴν οἰκοδομικήν.* Estne insulsius et apertius emblema quam hoc est? *τὴν τέχνην τὴν οἰκοδομικήν* uno tenore continuanda sunt: et *πότερον — ἤ* dicebant non *εἰ — ἤ*. Quis aliter in tali re dixit umquam quam: *ἐξετάσαι εἰ ἐπιςάμεθα*? et quis non sentit vitium in verbis *ἐξετάσαι εἰ οὐκ ἐπιςάμεθα*?

Pag. 515. E. *τὸ μὲν πρῶτον ἠὐδοκίμει Περικλῆς καὶ οὐδεμίαν αἰσχρὰν δίκην κατεψηφίσαντο αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ἡνίκα χείρους ἦσαν· ἐπειδὴ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ ἐγεγόνεσαν ὑπ' αὐτοῦ* [*ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου τοῦ Περικλέους*] *κλοπὴν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο, ὀλίγου δὲ καὶ θανάτου ἐτίμησαν* [*δῆλον ὅτι ὡς πονηροῦ ὄντος*]. Acute perspexit Editor et luculenter demonstravit spuria esse ultima *δῆλον — ὄντος*. Praeterea *τοῦ Περικλέους* deleri iussit et *ἐπὶ τέλει* reponi pro *ἐπὶ τελευτῇ*. Non vidit pannum esse a mala manu assutum *ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου τοῦ Περικλέους.*

Quanto facetius et consilio suo accommodatius Plato inter se opposuit *τὸ* ΜΕΝ *πρῶτον* et *ἐπειδὴ* ΔΕ *καλοὶ κἀγαθοὶ ἐγεγόνεσαν ὑπ' αὐτοῦ.* Quam fatuum est his addere id *sub exitum vitae Periclis* usu venisse.

Neque tamen heri aut nudius tertius inficetum hoc additamentum in Platonis orationem irrepsit. Audi Aristidem II pag. 319. *ἐπειδὴ καὶ ἔφης ὅτι ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου τοῦ Περικλέους κατέγνωσαν κλοπήν.* et pag. 326. *καὶ μὴν καὶ ὁ Σωκράτης ἐν γήρᾳ φαίνεται τὴν γραφὴν τῆς ἀσεβείας ἀλοὺς καὶ οὐ μόνον ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου ἀλλὰ καὶ ταύτης αὐτῆς τυχὼν τῆς τελευτῆς. θανάτου γὰρ ἐτίμησαν αὐτῷ.* Vides verba *ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου*

Digitized by Google

τοῦ Περικλέους ab Aristide in suo *Gorgiae* Codice esse lecta. Ἀλλὰ τί τοῦτο; Longe maxima pars mendorum et emblematum diu ante Aristidis aetatem Codices Platonis commaculabat.

Ex quo Plato excessit e vita et libri Platonici perpetua serie alii ex aliis propagati sunt ad nostram memoriam, praeterierunt anni plus quam bis mille ducenti. Satis enim constat Platonem obiisse diem anno 347. a. Chr. Plus damni et vitiorum Platoni importarunt *quinque* priora saecula quam *quindecim* sequentia, ex quo Dialogi Platonis emendari et in integrum restitui coepti sunt. Est operae pretium id quod nunc pono tantum idoneis argumentis et certis indiciis ita demonstrare et confirmare ut in controversiam vocari posthac non possit. Faciam id sedulo et de industria σὺν θεῷ propediem. Nunc unum tantum exemplum ponam et vetustissimi additamenti et inveterati erroris scribarum incuria commissi. Locus est in libro I. *de Rep.* pag. 341. c. ubi Thrasymachus iracunde ita dicit: πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει, εἴ τι δύνασαι. cui Socrates: οἶει γὰρ ἄν με οὕτω μανῆναι ὥστε ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα [καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον]; Primus omnium Editor fraudem sensit ac deprehendit. Periit verborum lepor et venustas ac vis dicti, ubi otiosa explicatio adscribitur: τὸ τὸν Θρασύμαχον συκοφαντεῖν ταὐτόν ἐστι τῷ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν, quae sententia multo melius et salsius resecto emblemate in Platonis verbis continetur. Nempe, ut in proverbiis fieri solet, τὸ τὸν Θρασύμαχον συκοφαντεῖν dicitur esse λέοντα ξυρεῖν, et facile admonitus agnosces fatuum esse ita dicere: τὸ τὸν Θρασύμαχον συκοφαντεῖν ταὐτόν ἐστι τῷ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν καὶ Θρασύμαχον συκοφαντεῖν. Compone nunc mihi cum his locum Aristidis Tom. II. pag. 192. ὥσθ' ὅρα μὴ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρῶμεν οὐ Θρασύμαχον συκοφαντεῖν ἐπιχειροῦντες ἀλλὰ κωμῳδεῖν Περικλέα. Est igitur vetustum emblema, sed emblema. Proferam nunc pervetus scribendi vitium in *Gorgia* pag. 524. A. Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν ἐὰν ᾖ ἀπόρρητόν τι τῷ ἑτέρῳ. Plutarchus in *Consolat. ad Apollon.* pag. 121. E. hunc locum describens legebat: ἐὰν ἀπόρρητόν τι ᾖ τῷ ἑτέρῳ. Nil dissentiunt Codices sed omnes fideliter conspirant. In uno tantum apparet manus Platonis: ἐὰν ἀπορῇτόν τι τὼ ἑτέρω, quae eximia lectio non per scribarum manus propagata est sed ab acuto et ingenioso lectore

Digitized by Google

feliciter reperta, cuius nomen quod fuerit semper ignorabitur, sed quisquis est de Platone et de Platonis lectoribus optime est meritus.

Indicabo et alium Platonis locum, qui quum per plurima saecula cum vitio ambulasset, ab incerto correctore certa emendatione sanatus est, in *Phaedone* pag. 69. B. *εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθHN καί τι ἠνύσαμεN ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα.* Omnes libri et Clemens Al. exhibent *ἠνύσαμεN*, sed in Codice Augustano corrector nescio quis verum reperit *ἠνυσάμHN*, quod perinde certum est atque in Aristophanis *Pluto* vs. 196.

κἂν ταῦτ' ἀνύσηTAI τετταράκοντα βούλεται.

pro *ἀνύσῃ* restitutum a Dawesio *Miscell. Crit.* pag. 206.

In Theologorum gratiam indicabo locum ex Marci *Euangelio* ubi idem verbum *ἀπορεῖν* scribarum negligentia amissum loci sententiam plane pervertit VI. 20. *καὶ ἀκούσας αὐτοῦ (ὁ Ἡρώδης τοῦ Ἰωάννου) πολλὰ 'ΕΠΟΙΕΙ καὶ ἡδέως ἤκουεν αὐτοῦ.* Memini me audire disertum virum copiose et facunde quam multa Herodes *fecerit* enarrantem, sed non multum me illa movebant quia recordabar commode ipsam Marci manum in Vaticano Codice servatam esse hanc: *πολλὰ 'ΗΠΟΡΕΙ καὶ ἡδέως ἤκουεν αὐτοῦ.* Herodes Iohanni *πολλὰς ἀπορίας* (id est multa in quibus ipse haereret et ambigeret) proponebat solvendas, solventemque lubenter audiebat.

Itaque ut apud Platonem olim ante Plutarchi aetatem *ἀποῤῥητόν τι* in *ἀπόῤῥητόν τι* depravatum est, sic apud Marcum *πολλὰ ἠπόρει* in *πολλὰ ἐποίει* abiit, et utrobique de sententia loci erat actum.

Mendose legitur pag. 516. B. *οὐ δοκεῖ σοι κακὸς εἶναι ἐπιμελητὴς ὁσισοῦν ὁτουοῦν ζῴου ὃς ἂν παραλαβὼν ἡμερώτερα ἀποδείξῃ ἀγριώτερα [ἢ παρέλαβε].* Manifesto vitiosa haec oratio est: duobus enim modis recte et ordine dicitur, aut *ὃς ἂν ἀποδείξῃ ἀγριώτερα ἢ παρέλαβεν (ἢ οἷα παρέλαβεν)*, vel *ὃς ἂν παραλαβὼν ἡμερώτερα ἀποδείξῃ ἀγριώτερα*, idque verum arbitror.

Post pauca pag. 516. C. *ἀλλὰ μὴν ἀγριωτέρους γ' αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵους παρέλαβε καὶ ταῦτ' εἰς [αὐτὸν] ὃν ἥκιστ' ἂν ἐβούλετο.* Prorsus assentior illi qui *αὐτόν* insiticium esse indi-

Digitized by Google

cavit. Iocose enim dicitur et more Platonis: *idque in eum in quem minime vellet* pro *idque in semet ipsum*. Quis mirabitur ad lepidum dictum *καὶ ταῦτ' εἰς ὃν ἥκις' ἂν ἐβούλετο*, illepidum hominem ex eo genere quod probe novimus annotasse *εἰς ὅν*: *εἰς ἑαυτόν*. Quam sit vetus interpolatio ostendit Aristides Tom. II. pag. 367. *Φησὶν ὡς Περικλῆς παραλαβὼν Ἀθηναίους ἡμερωτέρους ἀγριωτέρους καὶ χαλεπωτέρους ἀπέδειξε καὶ ταῦτα εἰς* ATTON *ὃν ἥκισα ἐβούλετο*.

Pag. 517. A. *ἀλλὰ μέντοι πολλοῦ γε δεῖ, ὦ Σώκρατες, μήποτέ τις τῶν νῦν ἔργα τοιαῦτ' ἐργάσηται οἷα τούτων ὃς βούλει εἴργασται.*] Excidit aliquid in hunc modum explendum: KAI OT *μήποτέ τις — ἔργα τοιαῦτ' ἐργάσηται*. *Futuri* temporis significationem requiri perspicuum est, itaque *οὐ μὴ ἐργάσεται* necessarium esse vides.

Pag. 517. B. *παντὶ τῷ μὴ εἰδότι ὅτι ἔστι τις παρὰ ταύτας ἁπάσας τέχνη [γυμναστική τε καὶ ἰατρική], ἢ δὴ τῷ ὄντι ἐστὶ σώματος θεραπεία.* Ex margine irrepsit *γυμναστική τε καὶ ἰατρική*, quae in sqq. demum recte ac suo loco nominantur, nempe in hisce pag. 518. A. — *τὰς δ' ἄλλας πάσας ταύτας ἀγνοεῖν· διὸ δὴ καὶ ταύτας μὲν δουλοπρεπεῖς τε καὶ διακονικὰς καὶ ἀνελευθέρους εἶναι περὶ σώματος πραγματείαν [τὰς ἄλλας τέχνας]· τὴν δὲ γυμναστικὴν καὶ ἰατρικὴν κατὰ τὸ δίκαιον δεσποίνας εἶναι τούτων.* Quid est *ταύτας* in verbis: *διὸ δὴ καὶ* TATTAC? nempe *τὰς ἄλλας τέχνας*, quod continuo praecedit. Ergo *τὰς ἄλλας τέχνας* in vicinia inficete ac stulte repetitum est et inducendum. Deinde *τὴν γυμναστικὴν καὶ ἰατρικήν* quot artes esse putas *duasne* an *unam*? Unam sine controversia, nam si duae fuissent, neque paullo ante scripsisset *ἔστι τις τέχνη ἢ τῷ ὄντι ἐστὶ σώματος θεραπεία*, neque *uno* articulo esset usus sed *duobus* THN *γυμναστικὴν καὶ* THN *ἰατρικήν*, et diserte Socrates ab initio dixerat pag. 464. B. unam et eandem hanc esse artem quamquam uno nomine dici non posset. Si est autem ars *una* consequitur scribendum esse: *τὴν δὲ γυμναστικὴν καὶ ἰατρικὴν κατὰ τὸ δίκαιον δέσποιναν εἶναι τούτων*, non *δεσποίνας*. Quanto melius sic dicitur *una* ars reliquarum omnium *domina* esse et regina, et quem-

Digitized by Google

admodum nemo *duos* dominos habere posse dicitur, sic ne *domínas* quidem duas.

Sed aliud mendum adhuc latet in verbis: *ταύτας μὲν δουλοπρεπεῖς — εἶναι περὶ σώματος πραγματείαν.* Quae tandem, quaeso, haec est *σώματος πραγματεία*? Nempe *corpus ipsum* in hac disputatione *οὐδὲν πραγματεύεται*, sed *ἤτοι θεραπεύεται ἢ κολακεύεται.* Elicies veram lectionem ex pag. 501. B. *ταῦτ' οὖν πρῶτον σκόπει εἰ δοκεῖ σοι ἱκανῶς λέγεσθαι καὶ εἶναι καὶ περὶ ψυχΗΝ τοιαῦται ἄλλαι πραγματεῖαι.* Itaque et nunc Plato scripserat: *διὸ δὴ καὶ ταύτας μὲν δουλοπρεπεῖς τε καὶ διακονικὰς καὶ ἀνελευθέρους εἶναι περὶ σῶΜΑ πραγματείΑC*, quo semel reperto emblema *τὰς ἄλλας τέχνας* apertissime arguitur. De eadem re utitur verbis iisdem pag. 517. D. *διττὴ αὕτη τις ἡ πραγματεία ἐστὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχήν.*

In iis, quae continuo sequuntur, pag. 518. A, inest molesta quaedam *διττογραφία.* Editur: *ταῦτ' οὖν ταῦθ' ὅτι ἔστι καὶ περὶ ψυχὴν τοτὲ μέν μοι δοκεῖς μανθάνειν [ὅ, τι λέγω] καὶ ὁμολογεῖς ὡς εἰδὼς ὅ, τι ἐγὼ λέγω· ἥκεις δ' ὕστερον κτἑ.* Sed *ὅ, τι λέγω* suspensum est et vexat nobis aures. Suspicor ad verba *εἰδὼς ὅ, τι ἐγὼ λέγω* adscriptam olim fuisse in margine variam lectionem *ὅ, τι λέγω*, eamque potiorem ac veram esse arbitror; quid enim pronomine *ἐγώ* nunc opus? Deinde ita uti fit *ὅ, τι λέγω* in alienam sedem se insinuavit.

Fugit Editorum aciem perquam fatuum additamentum vel potius scholion ex ora libri in textum oscitanter receptum pag. 518. B. *ὥσπερ ἂν εἰ περὶ τὰ γυμναστικὰ ἐμοῦ ἐρωτῶντος οἵτινες ἀγαθοὶ γεγόνασιν ἢ εἰσὶ σωμάτων θεραπευταί, ἔλεγές μοι πάνυ σπουδάζων Θεαρίων ὁ ἀρτοκόπος καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραΦὼς τὴν Σικελικὴν καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος [ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι σωμάτων θεραπευταί] ὁ μὲν ἄρτους θαυμασίους παρασκευάζων, ὁ δ' ὄψον, ὁ δ' οἶνον.]* Olim in ora Codicis legebatur hoc scholion: Cη (*σημείωσαι*) *ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι σωμάτων θεραπευταί*, quod nunc absurdissime verbis Platonis immixtum pessumdedit omnia. Resecto igitur emblemate scribendum: *ἔλεγές μοι πάνυ σπουδάζων ὅτι· Θεαρίων ὁ ἀρτοκόπος*

Digitized by Google

— καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος ὁ μὲν ἄρτους θαυμασοὺς παρασκευάζων κτὲ.

Male habitus est locus pag. 518. D. qui me diu exercuit. Tandem mihi videor reperisse quo pacto ex hisce molestiis nos expedire possimus. Describam locum ut mihi scribendum et constituendum esse persuasi. *οἱ δ' αὖ δι' ἀπειρίαν οὐ τοὺς ἐξιῶντας αἰτιάσονται τῶν νόσων αἰτίους εἶναι — ἀλλ' οἳ ἂν αὐτοῖς τύχωσι τότε παρόντες — τούτους αἰτιάσονται καὶ ψέξουσι καὶ κακόν τι ποιήσουσιν, ἂν οἷοί τ' ὦσιν, τοὺς δὲ προτέρους ἐκείνους καὶ αἰτίους τῶν κακῶν ἐγκωμιάZουσι καί φασι μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι αὐτούς, ὅτι δ' οἰδεῖ καὶ ὕπουλός ἐϛι δι' ἐκείνους [τοὺς παλαιούς] οὐκ αἰσθάνονται. καὶ σὺ νῦν, ὦ Καλλίκλεις, ὁμοιότατον τούτOIC ἐργάζει· ἐγκωμιάζεις ἀνθρώπους οἳ τούτους εἰϛιάπασιν εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν· ἄνευ γὰρ σωΦροσύνης καὶ δικαιοσύνης λιμένων καὶ νεωρίων καὶ τειχῶν καὶ Φόρων καὶ τοιούτων Φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν.* Reposui *ἐγκωμιάZουσι* pro *ἐγκωμιάCουσι*, tum verba: *καὶ σὺ νῦν, ὦ Καλλίκλεις, — εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν*, loco suo mota in veterem et veram sedem suam reduxi. Collocata sunt in libris post *τοὺς δὲ προτέρους ἐκείνους καὶ αἰτίους τῶν κακῶν ἐγκωμιάCουσιν*, quum post *οὐκ αἰσθάνονται* collocari debuissent. Omissa haec scribae incuria corrector aliquis (*διορθωτής*) in margine apposuit, unde quum iterum liber describeretur recepta sunt illa quidem in textum sed loco alieno. Sexcenties in libris vetustis sic erratum esse vidi. Supplementis in margine additis adscribi solet in poëta *ϛίχος* vel *ϛίχοι*, in caeteris *κείμενον* id est *textus*. Quam facile ista deflectant de via nihil attinet dicere et exemplorum plena sunt omnia. Cur taceant Interpretes, et quo pacto Editori nihil suboluerit nequeo satis mirari. Audias modo: *καὶ σὺ νῦν, ὦ Καλλίκλεις, ὁμοιότατον τούτῳ* (alii *τούτοις*) *ἐργάζει· ἐγκωμιάζεις ἀνθρώπους οἳ τούτους εἰϛίαπασιν εὐωχοῦντες ὧν ἐπεθύμουν* KAI ΦACI *μεγάλην τὴν πόλιν πεποιηκέναι αὐτούς· ὅτι δ' οἰδεῖ — οὐκ αἰσθάνονται.* An ullo pacto fieri posse putas ut *οἳ εἰϛιάπασι καὶ Φασι* non de *iisdem* sit accipiendum? Nihil est ea sententia absurdius, fateor, sed verba sic concepta aliam interpretationem nullam admittunt. Sed transpositio, ut vides, omnem difficultatem ac molestiam removit.

Digitized by Google

Pag. 519. A. ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης λιμένων καὶ νεωρίων καὶ τειχῶν καὶ φόρων καὶ [τοιούτων] φλυαριῶν ἐμπεπλῆκεσι τὴν πόλιν. Fert natura rei et constans Atticorum consuetudo ut τοιούτων omittatur. Addebant in fine καὶ λήρους sive καὶ φλυαρίας ut praecedentia quoque fastidiose et contemtim suo iudicio nugas esse ac nullius pretii significarent. Demosthenes pag. 36, 18. τὰς ἐπάλξεις ἃς κονῶμεν καὶ τὰς θύρας ἃς κατασκευάζομεν καὶ κρήνας καὶ λήρους, quae imitatus Pseudo-Demosthenes pag. 175, 10 dixit: θύρας κατασκευάζουσι καὶ κρήνας καὶ κονάματα καὶ λήρους. Et sic Plato ipse in *Gorgia* pag. 490. C. σιτία λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας. Vestigium verae scripturae duobus locis servatum est apud Aristidem II. pag. 267. οὔκ ἄνευ δικαιοσύνης οὐδὲ σωφροσύνης ἐνέπλησεν τὴν πόλιν συμμάχων καὶ φόρων καὶ φλυαριῶν, ὡς σὺ φής. et pag. 360. ὧ γὰρ περὶ ἐκείνου ἔμελλεν — ὡς ἄνευ τάξεως καὶ κοσμιότητος τὴν πόλιν φόρων καὶ φλυαριῶν ἐνέπλησεν δυεῖν δεῖν. Vides Aristidem in suo Platonis libro legisse: καὶ φόρων καὶ φλυαριῶν, non καὶ τοιούτων φλυαριῶν.

Pag. 519. B. ὅταν καὶ τἀρχαῖα προσαπολλύωσι πρὸς οἷς ἐκτήσαντο.] Periit necessaria ad sententiam praepositio et vana est oppositionis species in τἀρχαῖα et πρὸς οἷς ἐκτήσαντο. Emendandum πρὸς οἷς ἐΠΕκτήσαντο. Ἐπικτᾶσθαι est quod hodie appellatur *annectere* (annexare), nova acquirere et pristinis opibus vel pristino imperio adiicere, ut in Periclis consilio apud Thucydidem I. 144 (compar. II. 65.) ἦν ἐθέλητε ἀρχὴν μὴ ἐΠΙκτᾶσθαι ἅμα πολεμοῦντες, et apud eundem IV. 61. τὰ μὴ προσήκοντα ἐπικτωμένους μᾶλλον ἢ τὰ ἑτοῖμα βλάπτοντας, ubi τὰ ἑτοῖμα idem est atque τὰ ὑπάρχοντα, τἀρχαῖα. Et diserte eadem haec inter se opponuntur in Xenophontis *Agesilao* I. 36. (οὐκ ἂν δέξαιτο) τοὺς ἐπικτήτους ἀντὶ τῶν ἀρχαίων φίλων. In re privata eodem verbo Plato usus est *de Rep.* pag. 330. A. πότερον ὧν κέκτησαι τὰ πλεῖω παρέλαβες ἢ ἐΠΕκτήσω, qui locus optime arguit vitium in verbis: ὅταν τἀρχαῖα προσαπολλύωσι πρὸς οἷς ἐκτήσαντο.

Pag. 519. C. ἀδικοῦσι σφᾶς τούς τε μισθοὺς ἀποστεροῦντες καὶ ἄλλην χάριν οὐκ ἀποδιδόντες εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῶν. ΚΑΙ ΤΟΤΤΟΥ

Digitized by Google

τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα;] Correxeram: καίΤΟΙ τούτου — τί ἂν ἀλογώτερον εἴη; In Aristophanis *Pluto* vs. 498. Codices exhibent:

καίτοι τούτου τοῖς ἀνθρώποις τίς ἂν ἐξεύροι ποτ' ἄμεινον;
Β. οὐδϵΙC. ἐγώ σοι τούτου μάρτυς.

Editores satis habent immane metri vitium tollere scribendo: οὐδϵΝ. Poëta dederat τί ἂν ἐξεύροι ΤΙC ἄμεινον; nunc demum recte respondetur: οὐδϵΝ. Sed apud Platonem actum egi. Olim Heindorfius, optimus Platonis interpres egregie Graece sciens et sana mente praeditus, correxerat: καίΤΟΙ τούτου et plane gemellum locum apposuit ex libris *de Legibus* pag. 656. Α. καίΤΟΙ τοῦ τοιούτου τί μεῖζον ἀγαθὸν καὶ κακὸν φαῖμεν ἂν ἡμῖν γίγνεσθαι;

Pag. 519. Β. νῦν γοῦν συχνοὺς ΤϵΙνω τῶν λόγων ἐπειδή μοι οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνεσθαι.] Desideratur praepositio: *longam orationem habere, multa verba facere, copiose dicere*, μηκύνειν τὸν λόγον, dicitur ἐκτείνειν, κατατείνειν, ἀποτείνειν συχνὸν λόγον, non τείνειν. Itaque συχνοὺς ΆΠΟτείνω τῶν λόγων reponendum, ut recte legitur pag. 465. Ϝ. συχνὸν λόγον ΆΠΟτέτακα, et ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον, ad quem locum Editor rectissime emendavit verba Platonis in *Sophist.* pag. 217. Δ. αἰδώς μ' ἔχει — μὴ κατὰ σμικρὸν ἔπος πρὸς ἔπος ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν ἀλλ' ἐκτείναντα [ἀπομηκύνειν] λόγον συχνὸν κατ' ἐμαυτόν. Expuncto ἀπομηκύνειν rescripsit ἐκτείνΟντα, optime utrumque.

Pag. 520. Α. ταὐτόν, ὦ μακάριε, ἐςὶ σοφιςὴς καὶ ῥήτωρ. — σὺ δὲ δι' ἄγνοιαν τὸ μὲν πάγκαλόν τι οἴει εἶναι [τὴν ῥητορικήν], τοῦ δὲ καταφρονεῖς. Puerorum causa addidit nescio quis τὴν ῥητορικήν.

Pag. 520. Δ. οὐκοῦν εἴ τις αὐτὸ τοῦτ' ἀφαιρεῖ [τὴν ἀδικίαν] οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ μήποτε ἀδικηθῇ ἀλλὰ μόνῳ ἀσφαλὲς ταύτην τὴν εὐεργεσίαν προέσθαι εἴπερ τῷ ὄντι δύναιτο [τις] ἀγαθοὺς ποιεῖν.] Inepte abundat τὴν ἀδικίαν post αὐτὸ τοῦτο: quasi quis oblivisci potuisset. Peius etiam abundat τις. De uno et eodem haec dicuntur μόνῳ ἀσφαλὲς εἴπερ δύναιτο. Nunc sententia est gene-

Digitized by Google

ralis εἴπερ δύναιτό TIC ἀγαθοὺς ποιεῖν id est εἴπερ διδακτὸν εἴη ἡ ἀρετή praeter Platonis consilium ac mentem.

Similis locus est pag. 457. B. ἀλλ' οὐδέν τι μᾶλλον τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς ἰατροὺς τὴν δόξαν ἀφαιρεῖσθαι, ὅτι δύναιτ' ἂν τοῦτο ποιῆσαι.

Pag. 520. B. αἰσχρὸν νενόμισαι μὴ φάναι συμβούλΕΤειν ἐὰν μή τις ἀργύριον διδῷ. Unice verum et prorsus necessarium est συμβουλεύCειν. Clamat loci sententia, ostendit ἐὰν μὴ διδῷ, quod idem est atque εἰ μὴ δώσει. Praeterea quis novis exemplis docendus est talia confundi ubique locorum?

Pag. 521. D. οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς ΜΗ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσαγάγοι. Plato, credo, scripserat, ut cives sui solebant, ΜΗΔΕΝ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον, quemadmodum Menander:

τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

et quis non in Attica sic loquitur?

Pag. 521. D. καὶ οὐκ ἐθέλων ποιεῖν ἃ σὺ παραινεῖς τὰ κομψὰ ταῦτα οὐχ ἕξω ὅ, τι λέγω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Ingrata admodum et intolerabilis est pronominis ἅ traiectio. Poterant abesse verba ἃ σὺ παρκινεῖς: si genuina sunt scribendum arbitror: τὰ κομψὰ ταῦτα ἃ σὺ παραινεῖς.

Non est in toto Dialogo iocus salsior et idem mordacior quam pag. 521. E. sq. ubi comparatio instituitur inter medicum, qui accusante coquo causam dicit apud pueros, et Socratem apud iudices de populo pro capite suo dicentem. Sed facetissimus locus duplici emblemate commaculatus pristinum nitorem ac venustatem amisit. Coquus ad pueros in consilio sedentes sic verba facit: ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδ' εἴργασαι ἀνὴρ [καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαΦθείρει] τέμνων τε καὶ κάων καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων [ἀπορεῖν ποιεῖ] πικρότατα πώματα διδοὺς καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων. Conabor paucis fraudem patefacere. Quae est haec διαΦθορά quam dicit coquus? πῶς λέγει τὸν ἰατρὸν τοὺς νεωτάτους τῶν παίδων διαΦθείρειν? Nempe τέμνοντά τε καὶ κάοντα καὶ ἰσχναίνοντα, nonne? Quae igitur ratio est quum *omnes* pueros ita vexaverit ut dicatur τοὺς νεω-

Digitized by Google

τάτους tantum τῶν παίδων sic διαφθείρειν? Nulla omnino excogitari poterit, quum sit omnino nulla. Deinde quae est illa partitio: καὶ ΑΤΤΟΤC καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει? Quis excipitur? Nemo hercle. Praeterea quid sibi vult in tali re ἀπορεῖν ποιεῖ? Num quis qui amarissima medicamenta bibit et fame enectus est et siti ἀπορεῖν a sano homine dici potest? Unde autem, dixeris, inepta haec additamenta huc irrepserunt? Nempe ex iis quae statim post a Socratis accusatore dicuntur: ἐάν τίς με ἢ τοὺς νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν λέγοντα πικροὺς λόγους. Opinatus est aliquis quae in Socratem dicerentur eadem in hac faceta comparatione in medicum dici debuisse: et διαφθείρειν et ἀπορεῖν ποιεῖν: itaque dum vult augere iocum ἀπειροκάλως corrupit omnia. Ex coqui persona ad pueros haec tantum salse dici poterant: ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδ' εἴργασται ἀνὴρ τέμνων τε καὶ κάων καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων πικρότατά ΤΕ πώματα διδοὺς καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων. Duo ultima participia διδούς et ἀναγκάζων ex πνίγων suspensa sunt: πνίγει γὰρ ὑμᾶς πικρότατά ΤΕ πώματα διδούς κτἑ.

Pag. 522. A. Editor scribit: εἰ εἶποι τὴν ἀλήθειαν — πόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς τοιούτους δικαστάς; οὐ μέγα; — Ἴσως οἴεσθαί γε χρή. Non est Graeca compositio πόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι; sed πόσον ἂν οἴει. Interrogativa τίς, τί, πῶς, πόθεν, πόσος, ποῖος cett. voculam ἄν attrahunt ad sese, τίς ἄν, τί ἄν, πῶς ἄν, πόσον ἄν, et sim. Praeterea in huiuscemodi interrogatione πῶς δοκεῖς, πόσον δοκεῖς, πόσον ἂν οἴει, responsioni locus nullus est: nam si quis ita dicit πῶς δοκεῖς καθύβρισεν; nihil ex altero quaerit, sed quod sentit ipse animose dicit. Quamobrem οὐ μέγα; inepte abundat et delendum est. Tum recte Editor expuncto ἴσως retinet οἴεσθαί γε χρή, ut est apud Platonem sexcenties. Mirum est quo pacto irrepserit, sed retineri non posse perspicuum est.

Pag. 522. B. οὔτε τἀληθὲς ἔξω εἰπεῖν ὅτι Δικαίως πάντα ταῦτ' ἐγὼ λέγω καὶ πράττΩ τὸ ὑμέτερον δὴ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί. — οὔτ' ἄλλο οὐδέν. Quoties hunc locum relego pro πράττω requiro participium πράττΩΝ, id est ταῦτα πάντ' ἐγὼ λέγω

Digitized by Google

ἅπαντας καὶ ἀεὶ τοιαῦτα ἀεὶ ἄλλα λέγε ἅπαντα τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ ἐναντία τούτων ζητῶ. Omnia enim Socratis opera et ἀ ἐκείνου τῷ θεῷ in Secundo exercitur. non in Apollo. Omnia haec, inquit, ex iure fieri et commodius vestra omnia.

Sequitur pag. 522. b. κίνη γὰρ τῆς βουλήσεως ἑκατὶ τυγχάνουσι ἡμῖν ἀναλογίαι πρακτέα εἶναι. Summo iure offendit Madvigius in κίνη τῆς βουλήσεως. inque TOιαύτη τῆς reponebat in *Adv. Crit.* pag. 412. Sed certum ac definitum hoc erat auxilii sibi invenisse genus ex superioribus verbis, quamobrem ita scripserim: κίνη γὰρ Ἡ βουλήσεως ἑκατὶ id est: τὸ γὰρ ΟΤΤΩC ἑκατὶ βουλῆσθαι ἀναγκαῖα.

Pag. 522. d. μήτε πεῖσαι ἀνθρώπους μήτε περὶ θεοὺς ἄλλον μηδὲν μήτ' ἐλπίσαι μήτ' ἐργάσασθαι. Duo verba prorsus necessaria desiderantur et scribarum incuria perierunt, nempe ἄλλον μηδὲν ΜΗΔ' ΑΝΟCΙΟΝ. Nemo potest τοὺς θεοὺς ἀδικεῖν, sed ἀσεβεῖν περὶ τοὺς θεούς, neque in talibus quisquam Veterum peccare potuit. Quid tritius quam δίκαιος μὲν περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅσιος δὲ περὶ τοὺς θεούς, et contra ἄδικός τε καὶ ἀνόσιος. Exemplorum plena sunt omnia: unum tantum ex hoc ipso Dialogo proferre satis esto pag. 507. a. περὶ μὲν ἀνθρώπους τὰ προσήκοντα πράττων δίκαιός ἂν πράττοι, περὶ δὲ θεοὺς ὅσια.

Pag. 523. c. κἀπειδὰν ἡ κρίσις ἢ ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ [μάρτυρες] μαρτυρήσοντες ὡς δικαίως βεβιώκασιν. Ex dittographia natum suspicor supervacaneum vocabulum μάρτυρες. Describens hunc locum Plutarchus in *Consol. ad Apollon.* p. 121. c sine vitio dedit: ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ μαρτυρήσοντες ὡς δικαίως βεβιώκασιν.

Pag. 523. e. ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων. — καὶ τὸν κριτὴν ΔΕΙ γυμνὸν εἶναι. Duae literulae amissae sunt; scrib. καὶ τὸν κριτὴν ΔΕ ΔΕΙ, iudicem *quoque* nudum esse oportet, namque δεῖ δὲ καὶ τὸν κριτὴν γυμνὸν εἶναι, solet apud Graecos ita componi ut ΚΑΙ *etiam* primo loco ponatur: καὶ τὸν κρίτην ΔΕ δεῖ γυμνὸν εἶναι.

Digitized by Google

Pag. 524. D. *ἐπειδὰν οὖν ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικαστὴν οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν, ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνΟΤC ἐπισήσας θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχήν.* Unde pendet *ἐκείνους*? Nemo dixerit: namque *ἐπισήσας* de more est pro *ἐπισήσας τὴν διάνοιαν* neque cum *ἐκείνους* componi potest. Quid multa? legendum *ἐκεῖνΟC*, quo facto male repetitum *ὁ Ῥαδάμανθυς* statim interpolatum esse arguitur: *ἐπειδὰν ἀφίκωνται παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν ἐκεῖνΟC ἐπισήσας θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχήν.* Dicebant veteres *ἐπισήσας τὸν νοῦν, τὴν διάνοιαν, τὴν γνώμην*, sed ex frequenti usu ellipsis nata est ut *πρόσεχε δή*, nempe *τὸν νοῦν, τὴν διάνοιαν* aut *τὴν γνώμην*.

Pag. 525. B. *προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὀνίνασθαι ἢ παραδείγμαΤΙ ἄλλοις γίγνεσθαι.* Sic recte Editor expunctis spuriis hunc locum constituit, nisi quod pro *παραδείγματι* Plato *παράδειγμα* scripsisse videtur. In talibus enim ut in *δοκεῖν* ΤΙ *εἶναι παράδειγμα* immutatum servatur, neque in genitivum aut dativum convertitur. Plato in *Gorgia* pag. 472. A. *ὑπὸ πολλῶν καὶ δοκούντων εἶναί* ΤΙ. et in *Euthydemo* pag. 303. C. *τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν σεμνῶν δὴ καὶ δοκούντων* ΤΙ *εἶναι οὐδὲν ὑμῖν μέλει.* Aristides II. pag. 361. *γίγνεται τριῶν ἀντάξιος ἀνδρῶν γενομένων* ΤΙ *τοῖς Ἕλλησιν.* Paulus Apostolus *ad Galatas* II. 2. *ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί* ΤΙ. Memorabilis imprimis et *διδασκαλικός* est locus Libanii Tom. I. pag. 170. *ἴσως οἷόν τι τὸ τῶν εἰς Κρήτην ἀγομένων Ἀθήνηθεν* ΔΕΙΠΝΟΝ *ἐσομένων τῷ ἐν Λαβυρίνθῳ τέρατι.* Non potest in talibus appositio *εἶναί* ΤΙ, *γίγνεσθαί* ΤΙ, *εἶναι* ΔΕΙΠΝΟΝ in genitivum aut dativum converti. Eodem modo loquebantur in *εἶναι οὐδέν, μηδέν*. Sophocles in *Aiace* 1231.

ὅτ' οὐδὲν ὢν τοῦ μηδὲν ἀντέσχες ὕπερ.

id est *ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ὄντος*. Ex his certa emendatio parata est Platoni in *Theaeteto* pag. 175. *ὃν δὴ φιλόσοφον καλεῖς, ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδεΝΙ εἶναι.* Nulla enim esse potest dubitatio quin Plato scripserit *καὶ οὐδΕΝ εἶναι*, ut in *Menexeno* dixit pag. 247. B. *ἀνδρὶ οἰομένῳ* ΤΙ *εἶναι αἴσχιον οὐδὲν ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον — διὰ δόξαν προγόνων.* Sic igitur dicendum erat: *προσήκει παντὶ — παράδειγμΑ ἄλλοις γίγνεσθαι*, non *παραδείγμΑΤΙ*.

Digitized by Google

Pag. 519. A. *ἄνευ γὰρ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης λιμένων καὶ νεωρίων καὶ τειχῶν καὶ φόρων καὶ [τοιούτων] φλυαριῶν ἐμπεπλήκασι τὴν πόλιν.* Fert natura rei et constans Atticorum consuetudo ut *τοιούτων* omittatur. Addebant in fine *καὶ λῆρος* sive *καὶ φλυαρίαι* ut praecedentia quoque fastidiose et contemtim suo iudicio nugas esse ac nullius pretii significarent. Demosthenes pag. 36, 18. *τὰς ἐπάλξεις ἃς κονιῶμεν καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς κατασκευάζομεν καὶ κρήνας καὶ λήρους*, quae imitatus Pseudo-Demosthenes pag. 175, 10 dixit: *ὁδοὺς κατασκευάζουσα καὶ κρήνας καὶ κονιάματα καὶ λήρους.* Et sic Plato ipse in *Gorgia* pag. 490. C. *σιτία λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας.* Vestigium verae scripturae duobus locis servatum est apud Aristidem II. pag. 267. *οὐκ ἄνευ δικαιοσύνης οὐδὲ σωφροσύνης ἐνέπλησαν τὴν πόλιν συμμάχων καὶ φόρων καὶ φλυαριῶν, ὡς σὺ φής.* et pag. 360. *οὐ γὰρ περὶ ἐκείνου ἔμελλεν — ὡς ἄνευ τάξεως καὶ κοσμιότητος τὴν πόλιν φόρων καὶ φλυαριῶν ἐνέπλησεν ὀνειδιεῖν.* Vides Aristidem in suo Platonis libro legisse: *καὶ φόρων καὶ φλυαριῶν*, non *καὶ τοιούτων φλυαριῶν.*

Pag. 519. B. *ὅταν καὶ τἀρχαῖα προσαπολλύωσι πρὸς οἷς Ἐκτήσαντο.*] Periit necessaria ad sententiam praepositio et vana est oppositionis species in *τἀρχαῖα* et *πρὸς οἷς Ἐκτήσαντο.* Emendandum *πρὸς οἷς ΕΠΕκτήσαντο.* Ἐπικτᾶσθαι est quod hodie appellatur *annectere* (annexare), nova acquirere et pristinis opibus vel pristino imperio adiicere, ut in Periclis consilio apud Thucydidem I. 144 (compar. II. 65.) *ἢν ἐθέλητε ἀρχὴν μὴ ἘΠΙκτᾶσθαι ἅμα πολεμοῦντες*, et apud eundem IV. 61. *τὰ μὴ προσήκοντα ἐπικτωμένους μᾶλλον ἢ τὰ ἑτοῖμα βλάπτοντας*, ubi *τὰ ἑτοῖμα* idem est atque *τὰ ὑπάρχοντα, τἀρχαῖα.* Et diserte eadem haec inter se opponuntur in Xenophontis *Agesilao* I. 36. (*οὐκ ἂν δέξαιτο*) *τοὺς ἐπικτήτους ἀντὶ τῶν ἀρχαίων φίλων.* In re privata eodem verbo Plato usus est *de Rep.* pag. 330. A. *πότερον ὧν κέκτησαι τὰ πλείω παρέλαβες ἢ ἘΠΕκτήσω*, qui locus optime arguit vitium in verbis: *ὅταν τἀρχαῖα προσαπολλύωσι πρὸς οἷς Ἐκτήσαντο.*

Pag. 519. C. *ἀδικοῦσι σφᾶς τούς τε μισθοὺς ἀποστεροῦντες καὶ ἄλλην χάριν οὐκ ἀποδιδόντες εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῶν.* ΚΑΙ ΤΟΤτου

Digitized by Google

τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα;] Correxeram: καίΤΟΙ τούτου — τί ἂν ἀλογώτερον εἴη; In Aristophanis *Pluto* vs. 498. Codices exhibent:

καίτοι τούτου τοῖς ἀνθρώποις τίς ἂν ἐξεύροι ποτ' ἄμεινον;
Β. οὐδΕΙC. ἐγώ σοι τούτου μάρτυς.

Editores satis habent immane metri vitium tollere scribendo: οὐδΕΝ. Poëta dederat τί ἂν ἐξεύροι ΤΙC ἄμεινον; nunc demum recte respondetur: οὐδΕΝ. Sed apud Platonem actum egi. Olim Heindorfius, optimus Platonis interpres egregie Graece sciens et sana mente praeditus, correxerat: καίΤΟΙ τούτου et plane gemellum locum apposuit ex libris *de Legibus* pag. 656. A. καίΤΟΙ τοῦ τοιούτου τί μεῖζον ἀγαθὸν καὶ κακὸν φαῖμεν ἂν ἡμῖν γίγνεσθαι;

Pag. 519. E. νῦν γοῦν συχνοὺς ΤΕΙνω τῶν λόγων ἐπειδή μοι οὐκ ἐθέλεις ἀποκρίνεσθαι.] Desideratur praepositio: *longam orationem habere, multa verba facere, copiose dicere*, μηκύνειν τὸν λόγον, dicitur ἐκτείνειν, κατατείνειν, ἀποτείνειν συχνὸν λόγον, non τείνειν. Itaque συχνοὺς ΑΠΟτείνω τῶν λόγων reponendum, ut recte legitur pag. 465. F. συχνὸν λόγον ΑΠΟτέτακα, et ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον, ad quem locum Editor rectissime emendavit verba Platonis in *Sophist.* pag. 217. D. αἰδώς μ' ἔχει — μὴ κατὰ σμικρὸν ἔπος πρὸς ἔπος ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν ἀλλ' ἐκτείνΑντα [ἀπομηκύνειν] λόγον συχνὸν κατ' ἐμαυτόν. Expuncto ἀπομηκύνειν rescripsit ἐκτείνΟντα, optime utrumque.

Pag. 520. A. ταὐτόν, ὦ μακάριε, ἐςὶ σοφιςὴς καὶ ῥήτωρ. — σὺ δὲ δι' ἄγνοιαν τὸ μὲν πάγκαλόν τι οἴει εἶναι [τὴν ῥητορικήν], τοῦ δὲ καταφρονεῖς. Puerorum causa addidit nescio quis τὴν ῥητορικήν.

Pag. 520. D. οὐκοῦν εἴ τις αὐτὸ τοῦτ' ἀφαιρεῖ [τὴν ἀδικίαν] οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ μήποτε ἀδικηθῇ ἀλλὰ μόνῳ ἀσφαλὲς ταύτην τὴν εὐεργεσίαν προέσθαι εἴπερ τῷ ὄντι δύναιτο [τις] ἀγαθοὺς ποιεῖν.] Inepte abundat τὴν ἀδικίαν post αὐτὸ τοῦτο: quasi quis oblivisci potuisset. Peius etiam abundat τις. De uno et eodem haec dicuntur μόνῳ ἀσφαλὲς εἴπερ δύναιτο. Nunc sententia est gene-

Digitized by Google

ralis εἴπερ δύναιτό TIC ἀγαθοὺς ποιεῖν id est εἴπερ διδακτὸν εἴη ἡ ἀρετή praeter Platonis consilium ac mentem.

Similis locus est pag. 457. B. ἀλλ' οὐδέν τι μᾶλλον τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς ἰατροὺς τὴν δόξαν ἀΦαιρεῖσθαι, ὅτι δύναιτ' ἂν τοῦτο ποιῆσαι.

Pag. 520. B. αἰσχρὸν νενόμισαι μὴ Φάναι συμβούλΕΤειν ἐὰν μή τις ἀργύριον διδῷ. Unice verum et prorsus necessarium est συμβουλεύCειν. Clamat loci sententia, ostendit ἐὰν μὴ διδῷ, quod idem est atque εἰ μὴ δώσει. Praeterea quis novis exemplis docendus est talia confundi ubique locorum?

Pag. 521. D. οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηςὸς ΜΗ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσαγάγοι. Plato, credo, scripserat, ut cives sui solebant, ΜΗΔΕΝ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον, quemadmodum Menander:

τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

et quis non in Attica sic loquitur?

Pag. 521. D. καὶ οὐκ ἐθέλων ποιεῖν ἃ σὺ παραινεῖς τὰ κομψὰ ταῦτα οὐχ ἕξω ὅ, τι λέγω ἐν τῷ δικαςηρίῳ. Ingrata admodum et intolerabilis est pronominis ἅ traiectio. Poterant abesse verba ἃ σὺ παρκινεῖς: si genuina sunt scribendum arbitror: τὰ κομψὰ ταῦτα ἃ σὺ παραινεῖς.

Non est in toto Dialogo iocus salsior et idem mordacior quam pag. 521. E. sq. ubi comparatio instituitur inter medicum, qui accusante coquo causam dicit apud pueros, et Socratem apud iudices de populo pro capite suo dicentem. Sed facetissimus locus duplici emblemate commaculatus pristinum nitorem ac venustatem amisit. Coquus ad pueros in consilio sedentes sic verba facit: ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδ' εἴργαςαι ἀνὴρ [καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαΦθείρει] τέμνων τε καὶ κάων καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων [ἀπορεῖν ποιεῖ] πικρότατα πώματα διδοὺς καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων. Conabor paucis fraudem patefacere. Quae est haec διαΦθορά quam dicit coquus? πῶς λέγει τὸν ἰατρὸν τοὺς νεωτάτους τῶν παίδων διαΦθείρειν? Nempe τέμνοντά τε καὶ κάοντα καὶ ἰσχναίνοντα, nonne? Quae igitur ratio est quum *omnes* pueros ita vexaverit ut dicatur τοὺς νεω-

Digitized by Google

τάτους tantum τῶν παίδων sic διαφθείρειν? Nulla omnino excogitari poterit, quum sit omnino nulla. Deinde quae est illa partitio: καὶ ΑΤΤΟΤC καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει? Quis excipitur? Nemo hercle. Praeterea quid sibi vult in tali re ἀπορεῖν ποιεῖ? Num quis qui amarissima medicamenta bibit et fame enectus est et siti ἀπορεῖν a sano homine dici potest? Unde autem, dixeris, inepta haec additamenta huc irrepserunt? Nempe ex iis quae statim post a Socratis accusatore dicuntur: ἐάν τίς με ἢ τοὺς νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν λέγοντα πικροὺς λόγους. Opinatus est aliquis quae in Socratem dicerentur eadem in hac faceta comparatione in medicum dici debuisse: et διαφθείρειν et ἀπορεῖν ποιεῖν: itaque dum vult augere iocum ἀπειροκάλως corrupit omnia. Ex coqui persona ad pueros haec tantum salse dici poterant: ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδ' εἴργασται ἀνὴρ τέμνων τε καὶ κάων καὶ ἰσχναίνων καὶ πυίγων πικρότατά ΤΕ πώματα διδοὺς καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων. Duo ultima participia διδούς et ἀναγκάζων ex πυίγων suspensa sunt: πυίγει γὰρ ὑμᾶς πικρότατά ΤΕ πώματα διδούς κτἑ.

Pag. 522. A. Editor scribit: εἰ εἶπον τὴν ἀλήθειαν — πόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς τοιούτους δικαστάς; οὐ μέγα; — Ἴσως οἴεσθαί γε χρή. Non est Graeca compositio πόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι; sed πόσον ἂν οἴει. Interrogativa τίς, τί, πῶς, πόθεν, πόσος, ποῖος cett. voculam ἄν attrahunt ad sese, τίς ἄν, τί ἄν, πῶς ἄν, πόσον ἄν, et sim. Praeterea in huiuscemodi interrogatione πῶς δοκεῖς, πόσον δοκεῖς, πόσον ἂν οἴει, responsioni locus nullus est: nam si quis ita dicit πῶς δοκεῖς καθύβρισεν; nihil ex altero quaerit, sed quod sentit ipse animose dicit. Quamobrem οὐ μέγα; inepte abundat et delendum est. Tum recte Editor expuncto ἴσως retinet οἴεσθαί γε χρή, ut est apud Platonem sexcenties. Mirum est quo pacto irrepserit, sed retineri non posse perspicuum est.

Pag. 522. B. οὔτε τἀληθὲς ἔξω εἰπεῖν ὅτι Δικαίως πάντα ταῦτ' ἐγὼ λέγω καὶ πράττΩ τὸ ὑμέτερον δὴ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί. — οὔτ' ἄλλο οὐδέν. Quoties hunc locum relego pro πράττω requiro participium πράττΩΝ, id est ταῦτα πάντ' ἐγὼ λέγω

Digitized by Google

δικαίως καὶ ὑμῖν συμφερόντως sive ὅταν ταῦτα λέγω δικαίως τε ποιῶ καὶ τὸ ὑμέτερον συμφέρον ζητῶ. Omnis enim Socratis opera et ἡ ὑπηρεσία τῷ θεῷ in *dicendo* cernitur, non in *agendo*. Omnia haec, inquit, et iure dico et commodis vestris *consulens*.

Sequitur pag. 522. D. αὕτη γάρ τις βοήθεια ἑαυτῷ πολλάκις ἡμῖν ὡμολόγηται κρατίστη εἶναι. Summo iure offendit Madvigius in αὕτη τις βοήθεια, itaque ΤΟΙαύτη τις reponebat in *Adv. Crit.* pag. 412. Sed certum ac definitum hoc erat auxilii sibi ferendi genus ex superioribus verbis, quamobrem ita scripserim: αὕτη γὰρ Ἡ βοήθεια ἑαυτῷ id est: τὸ γὰρ ΟΤΤΩC ἑαυτῷ βοηθεῖν δύνασθαι.

Pag. 522. D. μήτε περὶ ἀνθρώπους μήτε περὶ θεοὺς ἄδικον μηδὲν μήτ' εἰρηκὼς μήτ' εἰργασμένος. Duo verba prorsus necessaria desiderantur et scribarum incuria perierunt, nempe ἄδικον μηδὲν ΜΗΔ' 'ΑΝΟCΙΟΝ. Nemo potest τοὺς θεοὺς ἀδικεῖν, sed ἀσεβεῖν περὶ τοὺς θεούς, neque in talibus quisquam Veterum peccare potuit. Quid tritius quam δίκαιος μὲν περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅσιος δὲ περὶ τοὺς θεούς, et contra ἄδικός τε καὶ ἀνόσιος. Exemplorum plena sunt omnia: unum tantum ex hoc ipso Dialogo proferre satis esto pag. 507. A. περὶ μὲν ἀνθρώπους τὰ προσήκοντα πράττων δίκαι' ἂν πράττοι, περὶ δὲ θεοὺς ὅσια.

Pag. 523. C. κἀπειδὰν ἡ κρίσις ᾖ ἔρχονταὶ αὐτοῖς πολλοὶ [μάρτυρες] μαρτυρήσοντες ὡς δικαίως βεβιώκασιν. Ex dittographia natum suspicor supervacaneum vocabulum μάρτυρες. Describens hunc locum Plutarchus in *Consol. ad Apollon.* p. 121. C sine vitio dedit: ἔρχονται αὐτοῖς πολλοὶ μαρτυρήσοντες ὡς δικαίως βεβιώκασιν.

Pag. 523. E. ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων. — καὶ τὸν κριτὴν ΔΕΙ γυμνὸν εἶναι. Duae literulae amissae sunt; scrib. καὶ τὸν κριτὴν ΔΕ ΔΕΙ, iudicem *quoque* nudum esse oportet, namque δεῖ δὲ καὶ τὸν κριτὴν γυμνὸν εἶναι, solet apud Graecos ita componi ut ΚΑΙ *etiam* primo loco ponatur: καὶ τὸν κρίτην ΔΕ δεῖ γυμνὸν εἶναι.

Digitized by Google

Pag. 524. D. *ἐπειδὰν οὖν ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικασὴν οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν, ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκείνΟΤC ἐπισήσας θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχήν.* Unde pendet *ἐκείνους*? Nemo dixerit: namque *ἐπισήσας* de more est pro *ἐπισήσας τὴν διάνοιαν* neque cum *ἐκείνους* componi potest. Quid multa? legendum *ἐκεῖνOC*, quo facto male repetitum *ὁ Ῥαδάμανθυς* statim interpolatum esse arguitur: *ἐπειδὰν ἀφίκωνται παρὰ τὸν Ῥαδάμανθυν ἐκεῖνOC ἐπισήσας θεᾶται ἑκάστου τὴν ψυχήν.* Dicebant veteres *ἐπισήσας τὸν νοῦν, τὴν διάνοιαν, τὴν γνώμην*, sed ex frequenti usu ellipsis nata est ut *πρόσεχε δή*, nempe *τὸν νοῦν, τὴν διάνοιαν* aut *τὴν γνώμην.*

Pag. 525. B. *προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὀνίνασθαι ἢ παραδείγμαΤΙ ἄλλοις γίγνεσθαι.* Sic recte Editor expunctis spuriis hunc locum constituit, nisi quod pro *παραδείγματι* Plato *παράδειγμα* scripsisse videtur. In talibus enim ut in *δοκεῖν* TI *εἶναι παράδειγμα* immutatum servatur, neque in genitivum aut dativum convertitur. Plato in *Gorgia* pag. 472. A. *ὑπὸ πολλῶν καὶ δοκούντων εἶναί* TI. et in *Euthydemo* pag. 303. C. *τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν σεμνῶν δὴ καὶ δοκούντων* TI *εἶναι οὐδὲν ὑμῖν μέλει.* Aristides II. pag. 361. *γίγνεται τριῶν ἀντάξιος ἀνδρῶν γενομένων* TI *τοῖς Ἕλλησιν.* Paulus Apostolus *ad Galatas* II. 2. *ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί* TI. Memorabilis imprimis et *διδασκαλικός* est locus Libanii Tom. I. pag. 170. *ἴσως οἷόν τι τὸ τῶν εἰς Κρήτην ἀγομένων Ἀθήνηθεν ΔΕΙΠΝΟΝ ἐσομένων τῷ ἐν Λαβυρίνθῳ τέρατι.* Non potest in talibus appositio *εἶναί* TI, *γίγνεσθαί* TI, *εἶναι* ΔΕΙΠΝΟΝ in genitivum aut dativum converti. Eodem modo loquebantur in *εἶναι οὐδέν, μηδέν.* Sophocles in *Aiace* 1231.

ὅτ' οὐδὲν ὢν τοῦ μηδὲν ἀντέσης ὕπερ.

id est *ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ὄντος.* Ex his certa emendatio parata est Platoni in *Theaeteto* pag. 175. *ὃν δὴ Φιλόσοφον καλεῖς, ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδεNI εἶναι.* Nulla enim esse potest dubitatio quin Plato scripserit *καὶ οὐδΕN εἶναι*, ut in *Menexeno* dixit pag. 247. B. *ἀνδρὶ οἰομένῳ* TI *εἶναι αἴσχιον οὐδὲν ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον — διὰ δόξαν προγόνων.* Sic igitur dicendum erat: *προσήκει παντὶ — παράδειγμΑ ἄλλοις γίγνεσθαι*, non *παραδείγμΑΤΙ.*

Digitized by Google

Ex huius usus observatione iudicari poterit quam certa emendatione locum Pauli Apostoli in Epistola ad Romanos restituerit senex venerabilis olim mihi collega et amicus W. A. van Hengel. In libris est (*ad Rom.* XII. 3.) *λέγω γὰρ — παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν μὴ ὑπερφρονεῖν*, sine sensu. Reposuit van Hengel *παντὶ τῷ* ὍΝΤΙ ΤΙ *ἐν ὑμῖν*, quae scriptura mea commendatione non indiget, satis enim se ipsa commendabit.

Multa ab Editore manifesta lectorum et sciolorum addimenta summo iure *ὠβέλισαι*, sed in paucis evidens expunxit emblema pag. 525. B. [*οὐ γὰρ οἶμαι ἐξῆν αὐτῷ· διὸ καὶ εὐδαιμονέστερος ἦν ἢ οἷς ἐξῆν.*] Rationes quamobrem Plato haec scripsisse non possit, vide apud ipsum. In his *ἐπ' αὐτοφώρῳ* deprehendimus eos, qui si quid sibi inter legendum venisset in mentem in ora libri sui annotabant, unde postea praepostere recipiuntur in textum.

Pag. 525. B. *ἀλλὰ γάρ, ὦ Καλλίκλεις, ἐκ τῶν δυναμένων εἰσὶ καὶ οἱ σφόδρα πονηροὶ γιγνόμενοι ἄνθρωποι.* Mendosum est *τῶν δυναμένων*, nam et *δύνασθαι* per se nihil significat, neque *τῶν* ΜΕΓΑ *δυναμένων* loco accommodatum est. Servavit nobis veram lectionem hunc locum describens Aristides Tom. II. pag. 115. *ἐκ τῶν* ΑΤΤΩΝ *εἰσί*, nam paullo ante dixerat: *οἶμαι δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς τούτων εἶναι ἐκ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων πραξάντων.* Sic enim hunc locum Editor rectissime constituit.

Fatuum emblema delitescit pag. 527. B. in hisce: *ἐν τοσούτοις λόγοις τῶν ἄλλων ἐλεγχομένων* MONOC OTTOC *ἠρεμεῖ* [*ὁ λόγος*], *ὡς εὐλαβητέον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι.* In his ellipsis non tantum elegans est sed prorsus necessaria. Etiam sedes fraudem arguit.

Pag. 527. C. *ἐμοὶ οὖν* ΠΕΙΘΌΜΕΝΟΣ *ἀκολούθησον* etiamnunc ΠΙΘΌΜΕΝΟΣ, quod sententia loci flagitat, restituendum.

Post pauca editur: *ἔασόν τινά σου καταφρονῆσαι ὡς ἀνοήτου καὶ προπηλακίσαι ἐὰν βούληται. καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαρρῶν πατάξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσει ἐὰν*

Digitized by Google

τῷ ὄντι ἧς καλὸς κἀγαθός.] Sunt haec sine ulla controversia vitiosa et corrupta, et hoc unum quaeritur quo pacto ei malo medearis. Editor πατάξαι delevit et θαρρῶν in θάρρει convertit: καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θάρρει τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν, id est θαρρούντως ὑπόμενε, et affert Homericum

σὺ δὲ θάρσει τόνδε γ' ἄεθλον.

et θαρρεῖν τι et τινά non inusitata sunt quamquam paullo rariora. „*adscripsit aliquis* πατάξαι" inquit. Sed qui tandem, quaeso, potuit id alicui in mentem venire! Quod idem narrat ambigi utrum πατάξαι verum sit an πάταξαι, nulla de ea re apud eos qui Graece sciant controversia esse potest, nam solum πατάξαι (ἐπάταξα) Graecum est, sed πάταξαι (ἐπαταξάμην) barbarum. Habet verbum τύπτω futurum τυπτήσω et aoristum ἐπάταξα, ut multis olim in *Var. Lectt.* ostendimus. Satis erit nunc indicasse locum Platonis *de Legibus* pag. 879. D. τοῦ ΤΤΠΤΕΙΝ δὲ εἰργέσθω ἵνα πόρρω γίγνηται τοῦ τὸν ἐπιχώριον ἂν τολμῆσαί ποτε ΠΑΤΑΞΑΙ, et post pauca: ἐὰν ἄρα ἀδίκως δοκῇ ὁ ξένος τὸν ἐπιχώριον ΤΤΠΤΕΙΝ τῇ μάσιγι τὸν ξένον ΩCAC ἂν αὐτὸς ΠΑΤΑΞΗΙ τοσαύτας δόντες τῆς θρασυξενίας παυόντων. Equidem suspicor vocabulum unum ad sententiam necessarium scribarum incuria apud Platonem periisse et in hunc modum esse supplendum: καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαρρῶν (ΠΑΡΕΧΕ) πατάξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν. Notum est in tali re παρέχειν esse *os praebere*, dicique promiscue παρέχω τύπτειν et πατάξαι. Plato in *Gorgia* pag. 456. B. οὐχὶ ἐθέλοντα — τεμεῖν ἢ καῦσαι παρασχεῖν τῷ ἰατρῷ, et pag. 480. D. ἐὰν — πληγῶν ἄξια ἠδικηκὼς ᾖ τύπτειν παρέχοντα. Notum est omnibus dictum Themistoclis ad Eurybiadem: πάταξον μὲν ἄκουσον δέ. Simillimum autem est quod apud Aristophanem in cognomine fabula dicit Lysistrata:

καὶ μὴν ἰδού. παταξάτω τις. ϛᾶσ' ἐγὼ παρέξω.

Adde quod Aristides Tom. II pag. 296. ex Platone affert: τί δὲ χείρων ἐγὼ ἂν ὁ δεῖνα ἐπὶ κόρρης ἀδίκως πατάξῃ με; Sic igitur Plato quoque dixerat: θαρρῶν πάρεχε πατάξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν, et omnis est remota difficultas.

(continuabitur.)

Digitized by Google

Πλέθρον QUID SIT ET ὀργυιά.

Scholiasta ad Platonis *Alcibiadem* pag. 123. C. *πλέθρον δέ ἐστι μέρος ἕκτον σταδίου· τοῦτο δὲ πήχεις ἔχει τετρακοσίους, ὧν τὸ ἕκτον πήχεις ἑξήκοντα ἓξ δίμοιρον* id est $66^{2}/_{3}$. Stadium est pedum *sexcentorum:* ergo *τὸ πλέθρον* habet pedes *centum* et cubitus $66^{2}/_{3}$. Itaque *ὁ πῆχυς* est pedum $1^{1}/_{2}$ et *ἄνδρες τετραπήχεις* dicuntur quorum *sex pedum* statura sit. Cf. Scholia Ven. ad Iliad. Φ. 407. *τὸ ἕξπουν* (ἑξάπεδον) sive *τὸ τετράπηχυ* appellatur *ὀργυιά*. Pollux. II. 158. *εἰ δ' ἄμφω τὼ χεῖρε ἐκτείνειας ὡς καὶ τὸ σέρνον αὐταῖς συμμετρεῖν ὀργυιά τὸ μέτρον.* Herodotus II. 149. *αἱ ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι σάδιον ἐξάπλεθρον ἑξαπέδου τε τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης καὶ τετραπήχεος, τῶν ποδῶν μὲν τετραπαλαίστων ἐόντων, τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου.*

GALENI LOCUS CORRECTUS.

Quaerit Galenus *περὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἠθῶν* Tom. IV. pag. 777 Kuhn. *διὰ τί — τὰ ψυκτικὰ παραίτια ληθαργίας; — καὶ μέντοι καὶ διὰ τιμωρίαν αὐτὴν ἀπεργάζεται κώνειον ποθέν, ᾧ καὶ τοὔνομα ἔνθεν παρώνυμον ἀπὸ τοῦ πάθους, ὃ πάσχον ὁρῶ ὑπ' αὐτοῦ τὸ σῶμα;* Scriptum erat ΔΙΑΤΙΜΩΡΑΝ id est *διὰ τί μωρὰν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) ἀπεργάζεται τὸ κώνειον,* quod ex ea re *κώνειον μωρόν* appellari solebat.

Hesychii glossa Comica emendata.

Παυσιβάκτρων: ἰσχυρῶν βακτηρίων χρωμένων. Emenda: *ΠΑσιβάκτρων: ἰσχυραῖς βακτηρίαις χρωμένων.* Melius dixisset: *βακτηρίας ἐχόντων,* ut in *Pluto: καὶ ταῦτ' ἐμοῦ βακτηρίαν ἔχοντος.* Est enim a *πέπαμαι* = *κέκτημαι.*

C. G. C.

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT C. G. COBET.

I.

΄ΑΠΡΕΠΗ APUD HOMERUM PRAVO ALEXANDRINORUM IUDICIO.

Multis mihi apud Homerum locis animadvertisse videor eruditos Alexandrinos Grammaticos et Criticos heroicae et Homericae aetatis simplicitatem et candorem et sinceritatem, quum in regia Ptolemaeorum et in aulicae assentationis foetore inter purpuratos aetatem agerent, non satis ubique sensisse aut in tempore recordatos esse. Plurimum aberat ut in ista vita molli et delicata heroum Homericorum *τὸ ἀφελὲς καὶ ἁπλοϊκόν* omni fuco et affectatione plane vacuum libero animo aestimare possent. Ex suae aetatis modulo antiquos heroes metiebantur, ex suo et aequalium sensu de Homericis rebus personisque iudicabant, unde quam perversae de locis quibusdam opiniones ortae sint compluribus exemplis ostendere iuvat. Nemo veterum Criticorum eo vitio plane liber est: Aristarchus etiam in his multo est caeteris sanior, sed tamen et ipse nonnihil nonnumquam peccat. Sed omnium plurimum, si quid video, in eo genere impegit Aristophanes Byzantinus.

Proferam primum insigniora quaedam testimonia et exempla. Odyss. O. 19.

Digitized by Google

μή νυ τι σεῦ ἀέκητι δόμων ἐκ κτῆμα φέρηται.

ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης ἐπὶ σμικρολογίᾳ παντελῶς. Odyss. O. 82. Menelaus ad Telemachum ita dicit:

ἄστεα δ' ἀνθρώπων ἠγήσομαι· οὐδέ τις ἡμέας
αὖτως ἀπτέμψει, δώσει δέ τοι ἔν γε φέρεσθαι.

Scholion: καὶ ταῦτα ἀπρεπῆ διδάσκεσθαι πρὸς Μενελάου τὸν Τηλέμαχον Ἐπαιτεῖν (*mendicare*). Cf. Mnemos. 1873. pag. 6.

Odyss. O. 88.

βούλομαι ἤδη νεῖσθαι ἐφ' ἡμέτερα, —
μὴ πατέρ' ἀντίθεον διζήμενος αὐτὸς ὄλωμαι,
ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται.

Scholion: αὐτὸς ὄλωμαι: ἀντὶ τοῦ τὸν βίον μου ἀπολέσω. τοῦτο δὲ ἀγνοήσαντές τινες προσέθηκαν τὸν ἐξῆς. nam sic legendum. Cf. Mnemos. 1873. pag. 7.

(ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται)

ὃ ἐστι σμικρολόγου, ὡς Ἀριστοφάνης φησίν. Odyss. Σ. 281.

γήθησεν δὲ πολυτλὰς δῖος Ὀδυσσεύς
οὕνεκα τῶν μὲν δῶρα παρέλκετο.

Scholion: εὐτελὲς τοῦτο. διὸ καὶ περαύνιον παρέθηκεν Ἀριστοφάνης. Quam multum ille aberat ab Homericae aetatis candore! Antiquorum simplicitas non fallax, non erudita artificio simulationis dona et munera non minus lubenter accipiebat quam dabat: sed grammatico in aula regia opibus affluenti *indecorum* videtur regium iuvenem a rege Menelao *mendicare doceri*, ἐπαιτεῖν διδάσκεσθαι! Metuit Telemachus ne qua sibi pretiosa suppellex domo auferatur ac pereat: *angusti animi* (σμικρολόγου) homini aulico ille metus esse videtur. Ptolemaeus quidem nihil huiuscemodi metuebat. Penelope a procis petit munera et ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς ἐγήθησεν, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης δυσχεραίνει et εὐτελὲς τοῦτο, inquit. εὐτελὲς ἂν ἦν si id Berenice aliqua aut Arsinoe fecisset Aegypti regina. Eiusdem generis et ab eodem profectas agnosces et hasce reprehensiones. Odyss. Λ. 523.

αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, ὃν κάμ' Ἐπειός,
Ἀργείων οἱ ἄριστοι, ἐμοὶ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο
ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον ἠδ' ἐπιθεῖναι.

Scholion ad vs. 525: περιγραπτέον ὡς ἀπρεπῆ. θυρωροῦ γὰρ ἔργον. Hercle in Ptolemaei regia vile erat *ianitoris* ministerium ianuam claudere et recludere, sed alia, opinor, res erat in

Digitized by Google

equo Troiano. Neoptolemus pugnandi avidus precibus fatigat Ulyssem, ut sese emittat foras, *ὁ δέ με μάλα πόλλ' ἰκέτευεν ἐκπόθεν ἐξέμεναι.* In cuius igitur manu erat aut clausam tenere ianuam aut recludere, penes eum erat summa imperii et sociorum vita et salus. Sed molles et delicatuli aulici hanc incomtam simplicitatem non capiebant. Audi alterum exemplum. Odyss. H. 225.

ἶδόντα με καὶ λίποι αἰών
κτῆσιν ἐμὴν δμῳάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

Indignatur Aristophanes. Quid? Haeccine potissimum Ulyssem videre expetere ante omnia *κτῆσίν τε δμῳάς τε!* non *patriam*, non *uxorem!* Audi ipsum: ΑΜΕΙΝΟΝ ΑΝ ΗΝ

πατρίδ' ἐμὴν ἄλοχόν τε. [1])

κομιδῇ γὰρ σμικρολόγος φαίνεται προτάσσων τῶν φιλτάτων τὴν κτῆσιν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ Σμικρίνης ἐν Ἐπιτρέπουσιν. Ex suae aetatis modulo animos ac mentes *τῶν ἡρώων* metitur et nihil ei interesse videtur Smicrinesne loquatur an heros. Ptolemaeorum nemo umquam ita dixisset: credo, sed quid ad Homerum id attinet? Eandem ex cantu avem agnosces Odyss. B. 133.

κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν Ἰκαρίῳ.

simplex horum verborum sententia Aristophani *indecora* et intoleranda visa est: *εἰ περὶ χρημάτων ἔλεγε σμικρολόγος ἂν ἐφαίνετο.* Itaque ne id fieret commentus est Aristophanes de suo mirificum quoddam et perineptum *ὑπέρβατον*, de quo infra erit dicendi locus. Nunc Zenodoti peccatum ex eodem fonte ductum inspiciamus. Iliad. Γ. 422.

ἀμφίπολοι μὲν ἔπειτα θοῶς ἐπὶ ἔργα τράποντο,
ἡ δ' εἰς ὑψόροφον θάλαμον κίε δῖα γυναικῶν.
τῇ δ' ἄρα δίφρον ἐλοῦσα Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
ἀντὶ' Ἀλεξάνδροιο θεὰ κατέθηκε φέρουσα·
ἔνθα κάθιζ' Ἑλένη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο
ὄσσε πάλιν κλίνασα, πόσιν δ' ἠνίπαπε μύθῳ.

ad haec Aristonicus excerpsit ex Aristarchi commentariis: *ἀπὸ*

---

1) Sumsit haec Aristophanes ex Iliad. E. 213.

πατρίδ' ἐμὴν ἄλοχόν τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

est autem versiculus:

κτῆσιν ἐμὴν δμῳάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

in utroque carmine *κυκλικός*. vid. Iliad. *T*. 333. Odyss. *H*. 225 et *T*. 526.

Digitized by Google

τούτου ἕως τοῦ „ἔνθα κάθιζ' Ἑλένη" εἴχοις τέσσαρσι παράκεινται διπλαῖ περιεσιγμέναι ὅτι Ζηνόδοτος μετεκίθει τὴν συνέπειαν οὕτως·

ἀμφίπολοι μὲν ἔπειτα θοῶς ἐπὶ ἔργα τράποντο,
αὐτὴ δ' ἀντίον ἷζεν Ἀλεξάνδροιο ἄνακτος·
ὅσσε πάλιν κλίνασα, πόσιν δ' ἠνίπαπε μύθῳ.

ΑΠΡΕΠΕϹ γὰρ αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ τῇ Ἑλένῃ τὴν Ἀφροδίτην δίφρον βαστάζειν. *Indecorum* est, si quid aliud, Venerem id facere quod Aegyptiorum regina, Zenodoti domina, numquam facere sustinuisset! idque ei tanti ponderis esse visum est ut eximium antiqui vatis locum insigni interpolatione auderet corrumpere, et vestigia omnia τῆς τῶν παλαιῶν ἀφελείας funditus delere. Vide autem quid respondeat Aristarchus: ἐπιλέλῃσαι δὲ ὅτι γραῖ εἴκασαι καὶ ταύτῃ τῇ μορφῇ τὰ προσήκοντα ἐπιτηδεύει. Reperit *colorem* aliquem, ut antiquos versus servare ac retinere posset, non ipsam causam τὸ τῶν παλαιῶν περὶ τὰ τοιαῦτα ἁπλοϊκόν perspexit. Necesse est in antiquarum litterarum interpretatione ut tibi animus *antiquus* fiat et ita sentias ut illi veteres sentiebant, quem sensum Alexandrinis Criticis non inesse, aut saltem non satis acrem in iis aut acutum fuisse, multis iam exemplis ostendimus et mox pluribus ostendemus. Ad eundem Iliados locum Γ. 424 annotavit alius nescio quis Aristarchi animadversione usus: τὸν δὲ δίφρον εἰ ΜϹΝ ὡς γραῦς τίθησιν οὐκ ἄτοπον, εἰ ΔΕ ὡς Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ λύχνον φαίνει Ὀδυσσεῖ. Respicit locum in Odyssea Τ. 34.

πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
χρύσεον λύχνον ἔχουσα φάος περικαλλὲς ἐποίει.

non offenderant haec veterum animos, qui nihil de genere hoc mirabantur: deos inter homines versari et omnibus modis quos caros habebant adiuvare, nihilque adeo quod humanum esset a Diis alienum putabant. Sed supervenerunt theologi et philosophi, qui quidquid ex suae aetatis sensu et opinionibus esset ἀπρεπές, in Homero aut acerbe notabant indignati Deos immortales

κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατύλλειν,

aut male sana subtilitate aut ὑπονοίαις (allegoriis) perabsurdis excusare aut defendere satagebant. Quam vellem nihil huiusmodi opinionibus tribuissent Criticorum Alexandrinorum principes. Sed illi quoque stomachabantur Minervam servili minis-

Digitized by Google

terio fungi Ulyssi praelucentem. Δουλοπρεπὲς (inquiunt) καὶ λίαν εὐτελὲς τὸ τῆς διανοίας. πολλῷ γὰρ ἦν ἄμεινον ἐπιδημησάσης τῆς δαίμονος αὐτόματον ἐπιλάμψαι πολυτελὲς φῶς. Agnoscisne in his Aristophanem? Quemadmodum autem supra eum vidimus in verbis πόλλ' ἀποτίνειν Ἰκαρίῳ perineptum ὑπέρβατον excogitasse, sic nunc mirificam ellipsin commentus est, quam in Scholio, si tanti est, leges ipse: namque equidem

ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω
πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

Venio nunc ad ipsum Aristarchum, etiam in his longe caeteris saniorem, sed ita tamen ut eadem reprehensione non plane careat.

In Iliad. A. 259 sqq. erat in omnibus libris antiquis et in Zenodoti editione scriptura haec:

ἀλλὰ πίθεσθ', ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐσὸν ἐμεῖο.
ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέ περ Τμῖν
ἀνδράσιν ὡμίλησα καὶ οὔποτέ μ' οἵγ' ἀθέριζον.

Aristarchus de suo Ἡμῖν reposuit pro Τμῖν, quod quo argumento adductus fecerit, audi ex ipso: (ἡ διπλῆ περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἠέ περ Τμῖν. ἘΦΤΒΡΙΣΤΟΣ δὲ ὁ λόγος. διὰ δὲ τοῦ Ἡμῖν καὶ ἑαυτὸν συγκαταριθμεῖ καὶ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτόν. Ain' vero? ἐφύβρισος δὲ ὁ λόγος? Si quis ad regem Ptolemaeum τὸν Εὐεργέτην (vel potius τὸν Κακεργέτην iudice populo apud Athenaeum pag. 184. C), quem Aristarchus discipulum habuit (Athen. pag. 71. B.), ita dixisset: καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν ἀνδράσιν ὡμίλησα, contumeliosa oratio et nullo pacto toleranda omnibus purpuratis visa fuisset. Sed neque illae blanditiae, quas crescente humanitate inter homines elegantiores ἀρέσκεια quaedam peperit, heroibus Homericis notae fuerunt et Aristarchi coniectura cum loci sententia pugnat. Ἀλλὰ πίθεσθε, Nestor inquit, ἐπίθοντο γάρ μοι καὶ ἀμείνονες ἧπερ ὑμεῖς. Plena gravitatis et auctoritatis oratio est, qualis Octaviani Augusti fuit ad iuvenes ita dicentis: *audite iuvenes senem, quem iuvenem senes audiebant* [1]). Ex Aristarchi autem correctione Nestor ita dicit: ἐπίθοντο γάρ μοι καὶ ἀμείνονες ἧπερ ἡμεῖς, σφῷ τε καὶ

1) Stobaeus in *Append. Florent.* I. 5. ἀκούσατε, ἔφη, νέοι γέροντος οὐ νέου γέροντες ἤκουον.

Digitized by Google

ἐγώ. Cur ergo illi veteres, quales viros se neque vidisse unquam praedicat neque posthac visurum, hominis auctoritatem sequebantur ultro fatentis se illis esse inferiorem? At Nestor *μέγα φρονῶν καὶ παρρησιαζόμενος* et illos veteres et semet ipsum Agamemnoni et Achilli anteponens sic eos sibi optime monenti obtemperare postulat: *πίθεσθε, ἐπίθοντο γάρ μοι καὶ ἀρείονες ἠὲ περ ὑμεῖς*.

Alius Homeri locus, ubi Aristarchi sententiae non subscribimus, est in Iliad. A. 28—30.

τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης
ἰσὸν ἐποιχομένην καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.

Hos tres versus Aristarchus damnavit. *ἀθετοῦνται, ὅτι ἀναλύουσι τὴν ἐπίτασιν τοῦ νοῦ καὶ τὴν ἀπειλήν. ἠσμένισε γὰρ καὶ ὁ Χρύσης εἰπούσης* (an *συνούσης*?) *αὐτῆς τῷ βασιλεῖ*. ΑΠΡΕΠΕC *δὲ καὶ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα τοιαῦτα λέγειν*. Nemini facile credo haec Aristarchum probaturum. Quod autem dixit patri *gratum esse* filiam suam esse Regis concubinam, Alexandriae fortasse in aula dissoluta verum esse poterat, sed non apud heroicae aetatis homines. Contra quod contendit *ἀπρεπὲς τὸν Ἀγαμέμνονα τοιαῦτα λέγειν*, si id Ptolemaeus Rex dixisset *ἀπρεπὲς ἂν ἦν*, sed Homerici heroes in talibus *εὐθυρρημονοῦσιν*.

Iterum ab Aristarcho dissentiendum Iliad. Ω. 130. ubi ad Achillem sua mater ita dicit:

τέκνον ἐμόν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
σὴν ἔδεαι κραδίην μεμνημένος οὔτε τι σίτου
οὔτ' εὐνῆς; ἀγαθὸν δὲ γυναικί περ ἐν φιλότητι
μίσγεσθ'. οὐ γάρ μοι δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
ἀλλ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα.

Audi nunc Aristarchi iudicium: *ἀθετοῦνται στίχοι τρεῖς* (130—132) *ὅτι* ΑΠΡΕΠΕC *μητέρα υἱῷ λέγειν·*

ἀγαθόν ἐστι γυναικὶ μίσγεσθαι.

ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ *ἁπάντων ἀσυμφορώτατόν ἐστι καὶ μάλιστα τοῖς εἰς πόλεμον ἐξιοῦσιν. χρεία γὰρ εὐτονίας καὶ πνεύματος.*

Facile credimus neque Ptolemaeorum matres neque reliquas in aula Alexandrina matronas quidquam huiuscemodi filiis suis praecipere solitas, ut neque nunc matres facile talia filiis suis

Digitized by Google

suaserint. Sed quid haec omnia adversus antiquam in tali re παρρησίαν τε καὶ εὐθυρρημοσύνην? Ut cogitabant ita aperte loquebantur, et quo natura ducebat ultro sequebantur nihil praeter animi sensum ἀκκιζόμενοι. Deinde πάντων ἀσυμφορώτατον id esse hominibus vita molli et delicata et luxuriosa enervatis facillime nunc intelligimus et credimus, sed quid homines οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν et quales vivo Aristarcho erant in Aegypto prae illis Homeri heroibus? Nihil prorsus. Quis autem Achillem cogitare potest nimia Venere languidum et quantumvis acri proelio lassum et imparem? Est hoc diversissima tempora ac mores temere confundentis. Sed in Ptolemaei regia etiam fastidiosis foeminarum auribus erat consulendum. Hinc in Odysseae versiculo O. 373.

τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα,

ne mulierculae offenderentur commenti sunt grammatici aliquid, quod difficile est sine risu audire. Nempe αἰδοίοισιν ἔδωκα esse ἱκέταις καὶ αἰδοῦς ἀξίοις ἔδωκα. vide Scholia ad Odyss. O. 373. et Iliad. X. 124. et Ω. 208. Poterat Eumaeus πτωχοῖς τισι καὶ ἀλήταις aliquid dedisse, et ἱκέται αἰδοῖοι usitate dicebantur, ut Odyss. H. 165. ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ, sed non αἰδοῖοι per se *supplices* significabat. Sed honos erat habendus auribus matronarum, in quarum gratiam in Odyss. Θ. 333—342 decem versus in libris quibusdam omittebantur: ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις οἱ δέκα στίχοι οὐ φέρονται διὰ τὸ ΑΠΡΕΠΕΙΑΝ ἐμφαίνειν, sed numquam ista artificia bonis moribus quidquam profuerunt et desperandum de eo, cui versus Homerici libidines movere possint. Plato illo tempore anxie reformidabat ne loci quidam Homerici iuventutem in vitium flecterent, quum moribus dudum dissolutis ac perditis nulla amplius remedia prodesse possent. Itaque Aristarchea ἀθετήσει nunc quidem non acquiescemus. Non muliercularum causa olim haec cantabantur, ἀλλὰ τῆς ἀνδρωνίτιδος, ubi rem suo nomine appellare erat consuetum.

Enumerabo nunc ordine complures alios Homeri locos, ubi doctos Criticos videbis chorda oberrantes eadem. Iliad. Δ. 345. ubi Agamemnon Menestheum et Ulyssem increpans „*primos vos ad epulas soleo vocare*", inquit,

ἔνθα φίλ' ὀπταλέα κρέα ἔδμεναι ἠδὲ κύπελλα
οἴνου πινέμεναι μελιηδέος, ὄφρ' ἐθέλητον.

Digitized by Google

Sordidum id visum Aristarcheo nescio cui, qui annotavit: *ἐπαιτιῶνται δὲ αὐτοὺς οἱ ἡμέτεροι* (*οἱ Ἀριστάρχειοι*) *ὡς ἀπρεπῶς καὶ παρὰ τὰ πρόσωπα εἰς κρεῖττον* (*καὶ εἰνάριον* addi debuerat) *ὀνειδίζοντος τοῦ Ἀγαμέμνονος*. Haec quoque *παρρησία* in Ptolemaeorum tempora non cadebat: poterant talia tacitis animis apud se cogitare nonnumquam, sed perquam *indecorum* tunc erat, et nunc est, illa palam dicere. Antiqua simplicitas quae sentiebat aperte loquebatur.

Iliad. H. 390. Fetialis Troianorum Paridi propalam in Graecorum castris pestem et exitium imprecatur. *Indecora* ea res visa Democrito est, itaque non palam sed *secum* illa dixisse hominem suspicatur. *ὡς πρὶν ὤφελλ' ἀπολέσθαι: καθ' ἑαυτὸν καὶ ἠρέμα* (*λέγει ὁ κήρυξ*), *ὡς Δημόκριτος ἀξιοῖ* ΑΠΡΕΠΕϹ *ἡγησάμενος τὸ φανερῶς λέγεσθαι*. Multa Democritus de Homero scripsit vehementer poëtae divinum ingenium et eloquium admiratus [1]): sed interpretationem carminum Homericorum parum aut nihil promovit, unde rarissime in Scholiis pauca quaedam ex eo afferuntur perexigui momenti. Quo pacto quaeso fetialis illa sic dicere potuit ut nemo Graecorum audiret? et cur non libere Paridem exsecraretur quem omnes mortis instar odissent? Iliad. Γ. 454.

Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

praeterea quam incongruum est fetialem in media oratione nescio quid secum mussitare.

Iliad. I. 203. *ζωρότερον δὲ κέραιε*: reprehendit ea nescio quis his verbis: ΑΠΡΕΠΕϹ *δὲ τὸ ὡς ἐπὶ κῶμον ἤκουσιν ἀκρατότερον διδόναι παρακελεύεσθαι*. Sensum communem non habet homo, quisquis est, aut numquam amicos meracioribus poculis invitavit.

Non agnoscimus Aristarchi sanum ac sobrium iudicium Iliad. I. 222.

αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο.

ubi annotavit: *Φαίνονται καὶ παρ' Ἀγαμέμνονι δειπνοῦντες* paullo ante. *ΑΜΕΙΝΟΝ οὖν ΕΙΧΕΝ ΑΝ, φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος, εἰ ἐγέγραπτο*

---

[1] Dio Chrysost. Orat. LIII. *ὁ Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· „Ὅμηρος φύσιος λαχὼν θεαζούσης ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων."*

Digitized by Google

(*αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος*) ΑΨ ΕΠΑCΑΝΤΟ. *ἵνα μὴ εἰς κόρον ἐσθίειν καὶ πίνειν λέγωνται.* Cogitare videtur de Ptolemaei convivis, qui quum ex epulis regiis saturi revertissent non facile statim novis dapibus vesci potuissent. Alia erant *τῶν ἡρώων ἥ τε ῥώμη καὶ ἡ δίαιτα.* Mirari soleo quod Didymus addidit: *ἀλλ' ὅμως ὑπὸ περιττῆς εὐλαβείας οὐδὲν* ΜΕΤΕΘΗΚΕΝ *ἐν πολλαῖς οὕτως εὑρὼν φερομένην τὴν γραφήν.* Utuntur omnes illo loco ad demonstrandum quanta religione in constituendo Homerico textu Aristarchus fuerit usus. Sed omnia suadent ut credamus *ἂψ ἐπάσαντο* esse ipsius Aristarchi coniecturam non admodum felicem neque elegantem, et vulgatam scripturam non *ἐν πολλαῖς* sed *ἐν πάσαις* lectam fuisse. Quae est igitur, quaeso, illa *περιττὴ εὐλάβεια*?

Iliad. I. 452. *παλλακίδι προμιγῆναι*: ΑΠΡΕΠΕC *τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ διεξιέναι πρὸς μηδὲν ἀναγκαῖον.* Ex suae aetatis sensu homo iudicat. Illi veteres si quid deliquissent ultro candide fatebantur. Et quid est magis *ἀναγκαῖον* quam Phoenicem agnoscere culpam? Qui commenti sunt de suo lectionem perineptam:

τῇ οὐ πιθόμην οὐδ' ἔρξα,

poëtam secum ipsum pugnare nil morabantur. Pugnant enim aperte inter se: *τῇ οὐ πιθόμην οὐδ' ἔρξα*, et: *πατὴρ δ' ἐμὸς* ΑΤΤΙΚ' *ὄϊσθεὶς πολλὰ κατηρᾶτο.*

Iliad. I. 688—693. *ἀθετοῦνται εἴκοσι πέντε* —. *καὶ γὰρ ὅλοι* ΑΠΡΕΠΕΙC *οἱ εἴκοσι.* Quid est tandem in his *ἀπρεπές*? Nempe dixit: *εἰσὶ καὶ οἵδε τὰ εἰπέμεν*, et *indecorum* videtur *ὅτι ὡς ἀπισησόμενος μάρτυρας ἐπισπᾶται.* Omnes hoc faciunt et lubenter faciunt qui vera loquuntur.

Iliad. Ξ. 1.

Νέϛορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης.

ΑΠΡΕΠΕC *τινες οἰηθέντες εἶναι καὶ* ΟΤ *κατὰ πρεσβύτην τὸ πίνειν — ἀπολάϛως φασὶ καὶ ὡς μέθυσος πίνει.* quod quum nullo pacto ferendum esse inepti opinarentur excogitarunt aliquid quod infra proferam. Quam sit senum naturae congruens id quod apud poëtam est Grammatici in aula regia non sentiebant.

Iliad. Π. 85.

ἀτὰρ οἱ περικαλλέα κούρην
ἂψ ἀποδάσσωσι, προτὶ δ' ἀγλαὰ δῶρα πόρωσιν.

ecce iterum Crispinus: ΑΠΡΕΠΕC *δὲ τὸ παλλακίδος καὶ δώρων*

Digitized by Google

μεμνῆσθαι, et ineptius etiam alter: ἔρωτα δὲ παλλακίδος καὶ φιλαργυρίαν ἐπιδείκνυνται οἱ σίχοι. Ain' vero? φιλαργυρίαν? O simplex et candida antiquitas, quam nihil hi homines te noverant aut intelligebant! Aperto olim voto vivebant neque simulata humanitate et elegantia ea quae valde cupiebant specie recusantium volebant aspernari videri.

Iliad. Π. 667. Apollini imperat Iupiter occiso Sarpedone μελαινεφὲς αἷμα κάθηρον — καί μιν ἔπειτα λοῦσον ποταμοῖο ῥοῇσι κτέ. Zenodoto visum est παράλογον τὸν 'ΑΠΟΛΛΩΝΑ τοιαῦτα διακονεῖσθαι, eoque levissimo argumento ἠθέτηκε τοὺς σίχους, quos Aristarchus rectissime retinuit. Cur est tandem παράλογον Apollinem Iovi carissimi filii funus curanti dicto esse audientem?

Subridicula annotatio legitur ad Iliad. Π. 747. „*heroes neque piscibus vescuntur neque volucribus*" καθόλου γὰρ τὴν τοιαύτην χρῆσιν διὰ τὸ μικροπρεπὲς παρῃτήσατο, et post pauca: ὅρα δὲ οἷον ἦν ἰχθὺν καθαίρειν τὸν τῆς Θέτιδος ἢ τὸν ζωμὸν ἕψειν. Sunt haec σατυρικὰ καὶ κωμικά et ab Homerici carminis maiestate aliena.

Iliad. Σ. 591. Vulcanus in Achillis clypeo chorum caelavit:

τῷ ἴκελον οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρείῃ
Δαίδαλος ἤσκησεν.

fuerunt nonnulli qui opinarentur δύσφημον εἶναι μᾶλλον δὲ 'ΑΠΡΕΠΕΣ Ἥφαιστον μιμητὴν γίνεσθαι τῶν Δαιδάλου ἔργων. Itaque opem Deo ferentes minime necessariam pro οἷον de suo οἷον dederunt et omnem loci compositionem plane perverterunt.

Ex simili opinionis errore Zenodotus corrupit locum Iliad. Δ. 88, ubi Minerva

Τρώων κατεδύσεθ' ὅμιλον
Πάνδαρον ἀντίθεον διζημένη εἴ που ἐφεύροι.
εὗρε Λυκάονος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε
ἑστεῶτα.

Indignum Zenodoto visum deam immortalem *nescire* ubi esset Pandarus. Itaque *de suo* dedit: Πάνδαρον ἀντίθεον διζημένη· εὗρε δὲ τόνδε Ἑστεῶτα et vs. 89. expunxit δοκῶν ἀνθρώπινον τὸ ζητεῖν εἶναι. Subridens annotavit Aristarchus: καταλέλοιπε δὲ τὸ διζημένη, nempe hoc quoque ἀνθρώπινον erat et in Deam

Digitized by Google

non cadebat, ut *tum* quidem vulgo opinabantur. In simplicitate antiqua quis tandem in tali re offendisset?

Unum ex Iliade locum addam. Legitur T. 218.

κρείσσον εἶς ἐμέθεν καὶ φέρτερος οὐκ ὀλίγον περ
ἔγχει, ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί γε προβαλοίμην
πολλόν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην καὶ πλείονα οἶδα.

laudans hunc versum Aristides *περὶ τοῦ παραφθέγματος* Tom. II. pag. 499. Dind. addit: *οἱ φαῦλοι τῶν γραμματιστῶν λυμαίνονται τῷ ἔπει, οἳ τὸ* ΠΟΛΛΟΝ *ἀπολύουσιν ἀπὸ τοῦ προτέρου, ἄγουσι δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ὧν ἡγεῖται κατὰ τὴν τοῦ ἔπους ἀρχήν.* Eadem res multis commemoratur in Scholiis: *θαυμασία καὶ διαβόητος ἡ σιγμὴ ἡ εἰς τὸ προβαλοίμην καὶ ἀναφέρεται εἰς Ἀριστοκλέα.* Quid tandem permovit Aristoclem ut tam coactam et contortam verborum compositionem naturali ac simplici anteponeret? Nempe ΑΠΡΕΠΕΣ *δοκεῖ αὐτῷ τὸ πολλόν τοῖς ἡγουμένοις συνάπτειν*, poteratque ea res Achilli displicere aut bilem movere. Grammaticorum deliramenta haec sunt eo turpiora quo pluribus exemplis constabat *τοὺς ἥρωας* in semet ipsis laudandis naturam magis secutos quam artificiose simulatam modestiam.

Scholion ad Odyss. Γ. 367. ita constituendum: *χρεῖός μοι ὀφέλλεται οὔτι νέον γε οὐδ' ὀλίγον*: ΑΙΣΧΡΟΝ *γὰρ τὸ δοκεῖν διὰ βραχὺ ἀργύριον ἀπαλλάττεσθαι*, mirum ni *ἀργυρίδιον* scripserit, ut est tota observatiuncula *εὐτελὴς καὶ νεωτερική.*

Odyss. Η. 238. *τίς τοι τάδε εἵματ' ἔδωκεν*; annotatur: *δοκεῖ τισι μικροπρεπὲς καὶ ταπεινὸν τὸ τὴν Ἀρήτην παρὰ τοῦ ξένου πρῶτον περὶ τῆς ἐσθῆτος πυνθάνεσθαι.*

Quid contra naturae congruentius est, quid matronarum ingenio convenientius? Regina Aegypti et opulentae Alexandrinorum uxores talia non curabant: facile credo, sed quid ad Homerum? *Μικροπρεπές* et *ταπεινόν* vocabula sunt arrogantium aulicorum.

Odyss. Η. 311.

εἰ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι, τά τε Φρονέων ὡς ἐγώ περ,
παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι.

τοὺς ἓξ (311—316) *Ἀρίσαρχος διςάζει Ὁμήρου εἶναι. εἰ δὲ καὶ Ὁμηρικοὶ* (id est *etiamsi forma et verbis similes sunt Homericis, etiamsi versuum Homericorum speciem referunt*) *εἰκότως* (ἂν add.)

Digitized by Google

αὐτοὺς περιαιρεθῆναί φησι. πῶς γὰρ 'ΑΓΝΟΩΝ τὸν ἄνδρα μνηστεύεται αὐτῷ τὴν θυγατέρα; Facile intelligimus numquam Aristarchum suam filiam *ignoto homini* in matrimonium daturum fuisse, nedum ut ipse ultro ei hanc conditionem offerret, sed heroicae aetatis alia ratio erat et alii mores et opiniones: οὐ γὰρ εἰς τὸν πλοῦτον ἀφεώρων οἱ παλαιοὶ ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως.

βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἐοικας. (Od. Ω. 253.)
γενεῇ δὲ Διὸς μεγάλοιο ἔϊκτην. (Od. Δ. 27.)
οἷοί τε ἀνάκτων παῖδες ἔασιν. (Od. N. 223.)
ἐπεὶ οὔ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν. (Od. Δ. 64.)

Bonum factum quod eximium locum intactum reliquerunt, neque ex perversa opinione praeclaros versus περιεῖλον, quod Aristarchus merito fieri dixerat.

Si quid Plutarcho credimus *de audiendis poëtis* pag. 26. F. versus ex Iliad. I. 458—461. Aristarchus expunxit: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἐξεῖλε τὰ ἔπη φοβηθείς.

Satis est damni quod ex huiuscemodi pravis et praeposteris opinionibus saepius perineptas interpretationes nobis procuderunt, quarum exempla quaedam subiicere iuvat.

In Odyss. B. 133. commentus est aliquis, cui Telemachus εἰ περὶ χρημάτων ἔλεγε σμικρολόγος ἂν ἐφαίνετο, mirificum quoddam ὑπέρβατον, quod nemo in Scholiis sine risu poterit legere aut saltem relegere.

Non minus absurdas et incredibiles traiectiones de nihilo finxerunt in Iliad. Ξ. 1. ne Nestor potare videretur, quod isti οὐ κατὰ πρεσβύτην esse iudicabant, quod contra esse sciunt omnes. Vix est credibile fuisse qui verba poëtae ita βιαίως distinguerent:

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή, πίνοντά περ ἔμπης
ἀλλ' Ἀσκληπιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,

ut non Nestor sed Machaon vulneratus potaret. Talia serio refutare quis dignabitur? Similiter in Iliad. T. 218. et Iliad. Π. 849.

ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός,
ἀνδρῶν δ' Εὔφορβος, σὺ δέ με τρίτος ἐξεναρίζεις.

ubi gravissima quaestio oritur: πῶς τέσσαρας καταριθμήσας — ἐπιφέρει σὺ δέ με ΤΡΙΤΟΣ ἐξεναρίζεις; spreta simplicissima solutione nonnulli ad ὑπέρβατον confugerunt, ut verba quasi sic

Digitized by Google

disposita acciperentur: *ἀνδρῶν δὲ τρίτος Εὔφορβος, σὺ δέ μ' ἐξεναρίζεις.* quod qui concoquere poterit numquam ei arte Critica aut omnino iudicio in vita erit opus.

Caeterum mirificae hae et portentosae verborum traiectiones praeter naturam fictae revocant mihi in memoriam lepidam historiolam apud Athenaeum pag. 493. F. ubi Ptolemaeus Philadelphus similem verborum traiectionem a Sosibio grammatico excogitatam salsissime ludificatur.

Multae Criticorum *ἀθετήσεις* non aliunde quam hinc natae sunt. Ex suo et aequalium sensu, iudicio, opinione aestimabant antiquitatis sensum ac mentem. In Iliad. Ξ. 317. *ἀθετοῦνται στίχοι ἕνδεκα, ὅτι* ΑΚΑΙΡΟC *ἡ ἀπαρίθμησις τῶν ὀνομάτων. καὶ ὁ ἐπεισάγομενος συγκοιμηθῆναι πολυλογεῖ.* Itaque Aristarchus *ἀθετεῖ καὶ Ἀριστοφάνης προηθέτει.* Aristophanes, quem constat *ἐρωτικὸν* fuisse, numquam in tali re longo sermone usurus fuisse videtur: facile credimus, sed alia veteribus cantoribus quique eos audiebant olim placuisse credibile est, quibus nihil his erat iucundius *εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι.* Homeri carmina vitae et naturae speculum esse iudicant: esto, sed *antiquae* naturae et ingenii, non Aristophanis et Aristarchi aequalium.

Οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον εἰ μὴ Φιλόσοφοι ἦσαν. quorum nonnulli in Homero interpretando palmam stoliditatis grammaticis praeripuerunt. Calypso Ulyssi immortalitatem pollicetur, quam ille accipere noluit. Odyss. H. 256.

ἔφασκε
θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήρων ἤματα πάντα.
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Scin cur recusaverit? Numquam reperies nisi ab Antisthene audiveris. *Ἀντισθένης φησὶν ὅτι τοὺς ἐρῶντας ᾄδη* (leg. *ᾄδει*) *ψευδομένους τὰς ὑποσχέσεις. τοῦτο γὰρ ποιεῖν οὐκ ἠδύνατο δίκα τοῦ Διός.* Hem! hoc demum est Homerum interpretari et sapere! Peius etiam est ubi Alcinous ultro filiam Ulyssi uxorem offerre *videtur:* videtur, inquam, namque *ταῦτά φησι πειρώμενος εἰ ταῖς ἀληθείαις ἀπείπατο τὸν Καλυψοῦς γάμον*, nempe si conditionem accepisset in manifesto mendacio deprensus foret. ad Odyss. H. 311 et 313. Sunt haec philosophorum iocantium, ut saepissime Socratem apud Platonem et Xenophontem in versibus Homericis ludentem videmus, non ut poëtae sententiam

Digitized by Google

aut verba interpretaretur, πόθεν; sed ut etiam hinc dialogorum suavitas tamquam sale condita foret. Melius igitur omnia haec philosophorum ludibria et iocos Porphyrius, qui solus omnium iis utitur, omisisset, quia ad poëtae interpretationem *nihil conferunt* neque adeo serio sunt dicta. Etiam Grammaticorum interpretationes, quales multas protulimus, satis apparet non esse *serio* scriptas, sed aut ingenii ostentandi gratia excogitatas aut ad impetus adversariorum acute et sollerter eludendos. Haec igitur omnia iis, qui Poëtam vere et utiliter interpretari student, seponenda sunt et contemnenda:

ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.

Ante omnia vero abiiciendae sunt Etymologiae, quibus nihil est ληρωδέστερον; nam praeterquam quod falsae sunt omnes ac nulli rei utiles, ne *seriae* quidem sunt sed ingenii lascivientis ludusque iocusque. *Una* tantum est in Scholiis ad Odysseam etymologia vera: θεουδής esse θεοδεής, idque homo casu magis quam ratione reperit. Reliquae sunt mera παίγνια, et aegrorum somnia et deliramenta, veluti Φερνή ὅτι Φέρει εἰς εὐνήν, similiaque sexcenta. Lepide Cicero deridens Stoicorum in hoc genere ineptias *de Nat. Deor.* III. § 62. *quoniam* NEPTUNUM *a* NANDO *appellatum putas nullum erit nomen quod non possis una littera explicare unde ductum sit. In quo quidem magis tu mihi natare visus es quam ipse Neptunus.* Salsissime autem ea imitando deridet, ut *de Offic.* I. § 23. *audeamus imitari Stoïcos — credamusque quia* FIT *quod* DICTUM *est appellatam* FIDEM. Aperte iocatur neque his quidquam credit, omninoque tales ineptiae in vitae luce et celebritate ab hominibus elegantibus et festivis multo facilius redarguuntur quam in scholae otio et umbra. Nunc nova Etymologiarum ars calet, sed, ne dicam dolo, ἡ νῦν τέχνη τῆς πρότερον ἀτεχνίας οὐ πάνυ τι πιθανώτερα τίκτει. Melius Ciceronem imitabimur qui Etymologiam a se fictam promens addidit subridens: *lusisse putemur si nihil sit*[1], idque omnibus huiuscemodi veriverbiis accinendum. Putasne serio

1) CIC. *Tusc. Quaestt.* III. § 18. FRUGALITAS, *ut opinor, a* FRUGE, *qua nihil melius e terra:* NEQUITIA *ab eo (etsi erit hoc fortasse durius; sed tentemus;* LUSISSE PUTEMUR, SI NIHIL SIT.) *ab eo, quod* NEQUIDQUAM *est in tali homine.* Ergo lusisse nunc locosum virum putabimus.

Digitized by Google

et graviter et ex animi sententia scribere magistrum nescio quem (ad Odyss. A. 75.) Ulyssem esse ita appellatum ἐπειδὴ κατὰ τὴν ὁδὸν ὗσεν ὁ Ζεύς? Itaque haec quoque omnia seponemus memores dicti Tulliani *de Divin.* II. § 119. *sed nescio quomodo nihil tam absurde dici potest quod non dicatur ab aliquo philosophorum*, quod non erit minus vere dictum si substitueris „*ab aliquo* GRAMMATICORUM".

II.

ΈΔΝΑ — ΜΕΙΛΙΑ — ΔΩΡΑ.

Odyss. A.

277. οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα
278. πολλὰ μάλ, ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἔπεσθαι,
279. σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι αἴ κε πίθηαι.

annotatur ad vs. 277: οὗτος δὲ ὁ στίχος ἐν τῇ κατὰ Ῥιανὸν οὐκ ἦν, manifesto errore. Olim quum Marcianum Codicem excuterem subnata mihi suspicio est vs. 283. apud Rhianum omissum fuisse. Nunc non dubito quin Rhianus omiserit vs. 278

πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἔπεσθαι.

quoniam et molestus est et cum certa Homericae aetatis consuetudine pugnat. Confunditur enim certum ac perpetuum discrimen inter ἔδνα et μείλια, in qua re quum Criticos Alexandrinos errare suspicer primum eorum sententiam quam disertissimis testimoniis declaratam proponam. Apollonius v. Ἀλφεσίβοιαι: ἀλφαίνουσαι βόας, τοῦτ' ἔστιν ΑΝΑλαμβάνουσαι. οἱ γὰρ γαμοῦντες ἐδίδοσαν ταῖς γαμουμέναις βόας καὶ τὰ ὅμοια μήπω νομίσματος εὑρημένου.

ἔνθα μὲν ἠῖθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι. (Iliad. Σ. 593.)

ubi primum emenda ἀλΦΑνουσαι, non enim alia forma Graeca est (ut infra ostendam) quam ἀλΦΑνω penultima brevi et aoristus ἤλφον. Deinde pro ΑΝΑλαμβάνουσαι vera lectio est ἜΔΝΑ λαμβάνουσαι.

Cum hoc loco primum compone locum ex Iliad. Λ. 242.

ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου
κουριδίης, ἧς οὔτι χάριν ἴδε, πολλὰ δ' ἔδωκεν.

Digitized by Google

πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἕπειτα δὲ χίλι' ὑπέσχε,
αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.

ad quem locum haec est Aristarchi annotatio: ἡ διπλῆ ὅτι θρέμμα (leg. θρέμματα) ἐδίδοσαν οἱ μνηστευόμενοι. πρὸς τὴν ἐξήγησιν τῶν ἀλφεσιβοιῶν παρθένων, ὅτι εἰσὶν αἱ ἀΛΦΑΙνουσαι βόας, ὃ ἐστιν εὑρίσκουσαι. ubi ἀλφάνουσαι scribendum. Ad Odyss. A. 276. annotatur: ΈΔΝΑ λέγει τὰ ὑπὸ νυμφίων διδόμενα, τὰ δὲ ὑπὸ πατέρων ΜΕΙΛΙΑ (absurde editur ΚΕΙμήλια). Recurrunt eadem Odyss. B. 195.

μητέρ' ἐὴν ἐς πατρὸς ἀνωγέτω ἀπονέεσθαι.
οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα
πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι.

ubi Scholion est: οἱ δὲ γάμον τεύξουσιν: δηλονότι οἱ μνηστῆρες καὶ εὐτρεπίσουσιν ἔεδνα, ὅσα δεῖ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ παιδὶ δίδοσθαι παρὰ τῶν γαμούντων. ΚΕΙμήλια δὲ (imo vero ΜΕΙΛΙΑ δέ) τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς τῆς νύμφης διδόμενα. et post pauca: ἔεδνα: τὰ παρὰ τοῦ νυμφίου, ΓΑμήλια (optime V. μείλια) δὲ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς τῆς νύμφης διδόμενα, et iterum: οἱ δὲ γάμον τεύξουσιν: οὗτοι οἱ μνηστῆρες οἱ ἐν τῷ δώματι τοῦ πατρὸς ἑτοιμάσουσιν ἔεδνα.

Quo melius res appareat omnes Homeri locos deinceps proponam et Criticorum animadversiones, quae supersunt, apponam: deinde errorem, in quo se induerunt, aperiam.

Iliad. Π. 178.

ὅς β' ἀναφανδὸν ὄπυιε πορὼν ἀπερείσι' ἔεδνα.

ἡ διπλῆ ὅτι ἔδνα τὰ ὑπὸ τῶν γαμούντων διδόμενα ταῖς γαμουμέναις.

Iliad. I. 146 et 288.

τάων, ἥν κ' ἐθέλῃσι Φίλην ἀνέεδνον ἀγέσθω
πρὸς οἶκον Πηλῆος· ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω
πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔπω τις ἐῇ ἐπέδωκε θυγατρί.

ad vs. 146. annotatur: ἀνέεδνον: ἡ διπλῆ ὅτι ἔδνα ἐδίδοσαν οἱ νυμφίοι ταῖς παρθένοις. et ad vs. 147. ἡ διπλῆ ὅτι καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν μόνων ἐπέμπετο, ἃ λέγει. manifestum est deesse aliquid in fine: supplendum: ἃ λέγει (Μείλια).

Iliad. N. 365.

ἥτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Κασσάνδρην ἀνέεδνον, ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον
ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.

Digitized by Google

cui Graeci per derisionem Agamemnonis se filiam eadem lege daturos pollicentur vs. 378.

δοῖμεν δ' Ἀτρεΐδαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Ἄργεος ἐξαγαγόντες ὀπυιέμεν.
ἀλλ' ἔπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν
ἀμφὶ γάμῳ, ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοὶ εἰμεν.

Scholion ad vs. 366. ἀνέεδνον: ἡ διπλῆ ὅτι ἔδνα ἐδίδοσαν οἱ μνηστευόμενοι. διὸ οὗτος ὑποσχόμενος ἐξελάσειν τοὺς Ἕλληνας ἀνέεδνον αἰτεῖ τὴν Κασσάνδραν. et ad vs. 382. ἐεδνωταί: ἡ διπλῆ ὅτι ἔδνα ἐδίδοσαν οἱ μνηστευόμενοι. ἐεδνωταὶ δὲ κηδεσταί, πενθεροί. οὗτοι γὰρ τὰ ἔδνα παρὰ τῶν μνηστευομένων ἐνεδέχοντο, leg. Ἐνδέχοντο.

Iliad. Π. 190.

ἠγάγετο πρὸς δώματ' ἐπεὶ πόρε μύρι' ἔεδνα.

cf. Schol. ad vs. 178.

Iliad. Χ. 472.

ὅτε μιν κορυθαίολος ἠγάγεθ' Ἕκτωρ
ἐκ δόμου Ἠετίωνος ἐπεὶ πόρε μύρι' ἔεδνα.

Quemadmodum de sponso dicitur πόρε μύρι' ἔεδνα, sic dicitur de iis qui filiam elocarunt Odyss. Ο. 367.

τὴν μὲν ἔπειτα Σάμηνδε δόσαν καὶ μύρι' ἔλοντο.

id est μύρια ἕδνα ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ἔλαβον.

Iliad. Χ. 51.

πολλὰ γὰρ ὤπασε παιδὶ γέρων ὀνομάκλυτος Ἄλτης.

Scholion: ἡ διπλῆ ὅτι οἱ πατέρες ταῖς θυγατράσι γαμουμέναις δῶρα παρεῖχον.

ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω.

Iliad. Χ. 88. οὐδ' ἄλαχος πολύδωρος: ἡ διπλῆ ὅτι ἔδνα ἐδίδοσαν οἱ παλαιοὶ ταῖς θυγατράσι καὶ πολύδωρον λέγει τὴν πολύεδνον.

Adde his quae ex Aristarcho Hesychius servavit: Ἔδνα: τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα. μείλια δὲ τὰ ὑπὸ τῶν γονέων ταῖς γαμουμέναις. Idem in v. Ἀνάεδνον (male pro ἀνέεδνον): — ἔδνα ἐστὶ τὰ πρὸ τῶν γάμων ταῖς γαμεῖσθαι μελλούσαις παρὰ τῶν μνηστήρων διδόμενα δῶρα. Cf. Etym. M. v. Ἔδνα: τὰ πρὸ τοῦ γάμου ὑπὸ τοῦ νυμφίου διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ. et Eustath. ad Odyss. Α. 277. pag. 1417, 12. οἱ δὲ

Digitized by Google

ἀκριβέστεροι τῶν παλαιῶν ἕδνα λέγεσθαι κυρίως φασὶ τὰ ὑπὸ τῶν νυμφίων ἀλλήλοις διδόμενα.

Nunc locos ex Odyssea tamquam testes audiamus β. 53.

οἳ πατρὸς μὲν οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
Ἰκαρίου ὥς κ' αὐτὸς ἑεδνώσαιτο θύγατρα,
δοίη δ' ᾧ κ' ἐθέλοι.

ζ. 159.

ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας οἴκόνδ' ἀγάγηται.

θ. 318.

εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδῷσιν ἕεδνα,
ὅσσα οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης.

λ. 117. et ν. 378.

μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον καὶ ἕδνα διδόντες.

λ. 280.

Χλῶριν περικαλλέα Νηλεύς
γῆμεν ἐὸν διὰ κάλλος ἐπεὶ πόρε μύρι' ἕεδνα.

ο. 16.

ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι. ὁ γὰρ περιβάλλει ἅπαντας
μνηστῆρας δώροισι καὶ ἐξώφελλεν ἕεδνα.

π. 391. et φ. 161.

ἕκαστος
μνάσθω ἐέδνοισι διζήμενος, ἡ δέ κ' ἔπειτα
γήμαιθ' ὅς κε πλεῖστα πόροι.

et τ. 529.

ἦ ἤδη ἅμ' ἕπωμαι Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος
μνᾶται ἐνὶ μεγάροισι πορὼν ἀπερείσι' ἕεδνα.

Videamus nunc an ex hisce incorruptis antiquitatis testimoniis melius quam Alexandrini fecerunt, heroicae aetatis morem colligere possimus. Ac primum quidem statuemus falli Criticos veteres in eo quod unanimi consensu narrant omnes τὰ ἕδνα esse δῶρα τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων, τῶν μνηστευομένων, τῶν νυμφίων, τῶν γαμούντων διδόμενα ταῖς ΓΑΜΟΤΜΕΝΑΙC, atque ita omnes existimant novam nuptam τὰ ἕδνα secum in mariti domum deferre. Itaque sine ulla offensione legebant Odyss. A. 278. et B. 196.

οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτανέουσιν ἕεδνα
πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι.

Digitized by Google

quae alii de *parentibus* dicta accipiebant, de *procis* alii, sed ἕπεσθαι, id est ἀκολουθεῖν, nullo alio sensu accipi potest, nisi ut τὰ ἕδνα novam nuptam *sequantur* et in mariti domum deferantur. Eadem est etiamnunc vulgaris opinio ἕδνα de *dote* quoque apud Homerum dici solere: sed quicumque testimonia, quae supra scripta sunt, diligenter consideraverit dabit mihi, credo, τὰ ἕδνα non ταῖς παρθένοις, ταῖς γαμουμέναις, ταῖς μνησευομέναις dono dari, sed τοῖς τῶν μνησευομένων παρθένων πατράσι et patres suas filias illi tradere ὅσις περιβάλλοι ἅπαντας μνησῆρας δώροισιν, id est illi *qui dedisset plurimum:* itaque uno verbo patres suas filias VENDERE τοῖς ἐέδνοις et procos τῶν ἕδνων ὑπερβολῇ puellam a patre suo EMERE. In aula Ptolemaeorum inter purpuratos de illo more antiquitatis, qui olim plurimis in Asia et alibi locis consuetus fuerat, cogitabat nemo. Sponsae *mittere munera* et *sponsalia dona* quid esset probe noverant, sed filiam armentis et gregibus (νομίσματος οὔπω εὑρημένου) a patre *emere* quid esset numquam audiverant. Sed Aristoteles id probe noverat, qui scribit in *Polit.* II. cap. 5. τοὺς ἀρχαίους νόμους λίαν ἁπλοῦς εἶναι καὶ βαρβαρικούς· ἐσιδηροφοροῦντο γὰρ οἱ Ἕλληνες καὶ τὰς γυναῖκας ΕΩΝΟΥΝΤΟ παρ' ἀλλήλων. Sic igitur formosae puellae non sibi erant ἀλφεσίβοιαι, sed patribus suis. Audi poëtam Odyss. Λ. 287.

τοῖσι δ' ἐπ' Ἰφθίμην Πηρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσι,
τὴν πάντες μνώοντο περικτίται· οὐδέ τι Νηλεύς
τῷ ἐδίδου ὃς μὴ ἕλικας βοῦς εὐρυμετώπους
ἐκ Φυλακῆς ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης.

optime Pausanias de ea re sic scribit IV. 36. 2. ταύτας γὰρ δὴ τὰς βοῦς Νηλεὺς ΕΔΝΑ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ἤτει τοὺς μνωμένους. Quid? putesne Neleum eximias ex Thessalia boves Iphicli filiae suae petere an *sibimet ipsi?* Minime obscurum hoc quidem est, et Pausanias diserte §. 3. Νηλεὺς γενέσθαι οἱ βοῦς ἐπεθύμησε τὰς Ἰφίκλου, et sic pulcherrima puellarum Pero patri suo, non sibi, fuit ἀλφεσίβοια. Haec sibi pater ἕδνα ἐπὶ τῇ θυγατρὶ αἰτεῖ, et uno verbo ἐεδνοῦται τὴν θυγατέρα, id est ἐπὶ τούτοις τοῖς ἕδνοις τὴν θυγατέρα τῷ μνησῆρι δίδωσιν. Hinc uxori iratus Ἠφαιστος Odyss. Θ. 317 ita dicit:

ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδῷσιν ἕδνα,

Digitized by Google

ὅσσα οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης.

patri, ut vides, τὰ ἕδνα dederat, ergo et *a patre reposcit* non facturus si ea nova coniux pro dote ad maritum attulisset. Quid attinebat commemorare Iliad. Λ. 243. ingentia sponsi dona:

πολλὰ δ' ἔδωκε
πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέσχη,
αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.

si ea omnia statim cum uxore ad eum reditura fuissent? Nulla est dubitatio quin haec quoque formosa puella non *sibi*, sed *patri suo*, fuerit ἀλφεσίβοια. Iam reliquos Homeri locos inspiciamus: Agamemnon Achilli ut in magni beneficii loco filiam ἀνέεδνον pollicetur; Othryoneus a Priamo paciscitur Κασσάνδρην ἀνέεδνον, si hostes ab Ilio repulisset. Quid esset ea re sordidius abiectiusque si sic *nova nupta* suis ἕδνοις spoliaretur? Sed Agamemnon nihil *sibi* dari postulat, et Othryoneus sat Priamo pro filia datum iudicat si eum hostili metu liberasset. Quod ad Nausicaam dicit Ulysses:

ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται.

non significat: „qui te donis *oneratam* domum duxerit", sed qui donis reliquos procos superaverit omnes eoque fuerit potior. Esto, dixerit aliquis, est illa interpretatio naturae congruens et refert antiquitatis morem et colorem, quadratque in caeteros omnes quos apposuisti locos, sed quid faciemus Homeri verbis:

ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα.

nonne id est: ἵν' αὐτὸς ὁ πατὴρ ΔΟΤΣ ἕδνα τὴν θυγατέρα ἐκδοίη? Est haec vulgaris huius loci interpretatio, quae et veteribus omnibus placuit: ἐεδνώσαιτο enim interpretantur esse ἕδνα ἐπιδώσει, ἀποπροικίσει, χρήματα δώσει. Audi et Aristarchum: κυρίως μὲν ἕδνα ἐστὶ τὰ διδόμενα ὑπὸ τοῦ γαμοῦντος τῇ γαμουμένῃ, ΝΤΝ δὲ καταχρηστικῶς κεῖται ἡ λέξις ἀντὶ τοῦ χρήματα ΕΠΙΔΟΙΗ. Vides Criticum in angustias redactum haerere et sibi non constare. In caeteris omnibus τὸ διηνεκές et acute perspicit et strenue vindicat. *Φέβεσθαι semper* est φεύγειν et βάλλειν *eminus ferire* et μάχαιρα *culter* et σῶμα *cadaver*. Quis ferret: σῶμα κυρίως μὲν τὸ ψυχῆς ἐσερημένον, ΝΤΝ δὲ καταχρηστικῶς τὸ ἔμψυχον? Sed etiamnunc admirabilis linguae Homericae constantia τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν τιθείσης apparebit. ὁ πατὴρ ἐεδνοῦται τὴν θυγατέρα est ὁ πατὴρ περὶ τῶν ἕδνων, ἐφ'

Digitized by Google

οἷς τὴν θυγατέρα δώσει, συνθήκας ποιεῖται: *paciscitur* pater quibus donis sponsalibus acceptis daturus sit filiam: si conveniunt τὰ ἕδνα nuptiae fiunt. Plane haec confirmantur loco in Iliad. N. ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοί εἰμεν. Daturi sumus tibi, inquit, uxorem filiam Agamemnonis; quin igitur sequeris ad naves *ut paciscamur*: ὄφρα συνώμεθα περὶ τῶν ἕδνων. Pater et fratres (οἱ ἐεδνωταί) qui plurima dedisset illi ἐεδνοῦνται, et qui filiam *gratuis* dedisset (ἄνευ ἑδνων) perinde ἀπριάτην ἀνέεδνον dedisse videtur, ut Agamemnon Chryseïdem ἀπριάτην ἀνάποινον patri reddidisse narratur.

Multo melius antiquitatis morem cognitum habuit Asclepiades ἐν τρίτῳ Τραγῳδουμένων apud Scholiasten Pindari Olymp. II. 39. ita scribens: Ἰξίων ἔγημε Δίαν τὴν Δηϊονέως θυγατέρα. ἔθος δὲ τοῖς παλαιοῖς τῶν γυμφῶν ΤΟΙΣ ΠΑΤΡΑΣΙ δῶρά τινα προσάγειν, ὡς καὶ Ὅμηρος·

πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπίσχη,
αἰγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς.

ὁ γοῦν Δηϊονεὺς κατὰ τὸ σύνηθες τὴν τῶν δώρων εἰσεπράττετο δόσιν, id est τὰ ΕΔΝΑ ἁπᾴτει, et eam ob causam (ut scribit Asclepiades) ab avaro genero per insidias interemtus est. De eadem re scribit Diodorus Siculus IV. 69: Ἰξίων — ὑποσχόμενος ΕΔΝΑ πολλὰ δώσειν Ἡσιονεῖ (leg. Δηϊονεῖ) ἔγημε τὴν τούτου θυγατέρα. — ἔπειθ' ὁ μὲν Ἰξίων οὐκ ἀπέδωκε τὰ ΕΔΝΑ [τῇ γυναικί], ὁ δὲ Δηϊονεὺς τὰς ἵππους ἀντὶ τούτων ἠνεχύρισεν, et reliqua ut apud Asclepiadem, cuius Τραγῳδούμενα fortasse Diodorus in hac parte operis sequebatur. Luce clarius est τῇ γυναικί interpolatum esse ab aliquo, qui τὰ ἕδνα τῇ γαμουμένῃ δίδοσθαι putabat, nec satis animadverterat cur Ixion suum socerum necasse narraretur. Asclepiades, ut Aristoteles, probe sciebat, ὅτι οἱ πάλαι Ἕλληνες τὰς γυναῖκας παρὰ τῶν πατέρων τοῖς ΕΔΝΟΙΣ ἐωνοῦντο.

Si haec vera et certa sunt de verbis:

οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἑεδνα,

nulla esse potest dubitatio quin haec περὶ τῶν μνηστήρων dicantur: quinam enim praeter procos dici possunt ἕδνα ἑτοιμάζειν sive εὐτρεπίζειν? Itaque quod utrobique additur:

πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι,

quia manifesto cum praecedenti versu pugnat et absurdum est,

Digitized by Google

necessario est eliminandum et magna Rhiano habenda gratia est, quem constat in Odyssea A. hunc versum in suam editionem non recepisse. Utrum in suis libris non repererit an suo iudicio usus expunxerit semper ignorabitur, quia hoc unum scimus: *οὗτος ὁ στίχος ἐν τῇ κατὰ Ῥιανὸν οὐκ ἦν.*

Ne hoc quidem dubitationi obnoxium est quin etiam in altero loco B. 195. sqq. ubi *iidem* versus repetuntur, in Rhiani *διορθώσει* omissus fuerit vs. 197.

πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι.

quem qui supposuit *διασκευαστής* de *dote* cogitans adumbravit verba Agamemnonis:

πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί.

et grammaticus nescio quis qui verba interpolata: *ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι* in Scholiis ita interpretatur: *ἔδνα ὅσα δεῖ* ΈΠΙ *τῇ τοιαύτῃ παιδὶ* ΔΙΔΟΣΘΑΙ *παρὰ τῶν γαμούντων*, non interpretis fungitur munere, sed comminiscitur de suo aliquid quod reliquis verbis satis commode aptari posse videbatur.

Restat ut ostendam quid sit *ἀλφάνειν*, unde puellae forma eximia *ἀλφεσίβοιαι* appellabantur. Ἀλφάνειν et *εὑρίσκειν* propria *in venditione* verba sunt, quando non venditor certum pretium postulat sed emtor offert. Perpetuum igitur hoc verbum est in vectigalium locatione et ubicumque emturientes licitantur et augendo pretio inter se certant. Res ipsa quae sic oblato pretio vaeniit dicitur *τιμὴν εὑρεῖν* et apud veteres *τιμὴν ἀλφεῖν*, unde *τιμαλφής* natum est et *τιμαλφέσατον κτῆμα*, de quo vid. Ruhnken. ad Tim. pag. 258. *τιμαλφέσατον: τὸ τιμὴν πολλὴν εὑρίσκον. τὸ γὰρ ἀλφεῖν εὑρίσκειν ἐστὶν, ἐξ οὗ καὶ Ὅμηρος ἀλφεσίβοιας καλεῖ τὰς εὑρισκούσας τιμὴν βόας.* Passim eo sensu *εὑρίσκειν* legitur. Theophrastus *Charactt.* 15. *καὶ πωλῶν τι μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις πόσου ἂν ἀπόδοιτο, ἀλλ' ἐρωτᾶν τί εὑρίσκει;* postulat ut ipse emtor definiat pretium offeratque. Sic in vectigalibus apud Xenophontem *περὶ πόρων.* IV. 25. *ὅσον τὸ τέλος εὕρισκε τῶν ἀνδραπόδων πρὸ τῶν ἐν Δεκελείᾳ*, et IV. 40. *ὅσα πρὸ τῆς εἰρήνης χρήματα εὕρισκε τὰ τέλη*, et apud Aristotelem *Oeconom.* 2. *ἐποίησε τὸ ἐλλιμένιον εὑρεῖν τὸ διπλάσιον, effecit ut portorium duplo maiore pretio locaretur.* Sic quidquid sub praecone vaenit *τιμὴν εὑρεῖν* dicitur, servi, captivi, praeda hostilis, domus, ager, fundus. Herodotus I. 196. (*τὰς παρθένους*)

Digitized by Google

κήρυξ πωλέεσκε, πρῶτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην ἐκ πασέων· μετὰ δὲ ὅκως αὖτη εὑροῦσα πολλὸν πρηθείη ἄλλην ἀνεκήρυσσε, ubi leg. ἄλλην ἂν ἐκήρυσσε. Hinc si quid *quolibet pretio abiicitur*, dici solet τοῦ εὑρίσκοντος et saepius τοῦ εὑρόντος vaenire. Quod apud Plautum dicitur in *Menaechmis* III. 3. 24.

Num quid vis? ME. *haec me curaturum dicito.*

tum secum ne ancilla audiat,

ut quantum possint quique liceant *vaeneant.*

id Xenophon in *Memor.* II. 5. 5. ita dixit: ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν πωλῇ καὶ ἀποδιδῶται τοῦ εὑρόντος, ubi πωλεῖν de more significat emtorem *quaerere*, et ἀποδίδοσθαι *invenire.*

Hoc ipsum igitur apud Homerum et Atticos veteres ἀλφάνειν significabat. Capti in bello, rapti a praedonibus sic dicuntur ὤνον ἀλφεῖν. Iliad. Φ. 79. καί μ' ἐπέρασσας — ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον. Odyss. Ο. 452. ὁ δ' ὑμῖν μύριον ὤνον ἄλφοι ὅπῃ περάσητε. P. 250.

ἄξω τῆλ' Ἰθάκης ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι.

et Τ. 383. ὅθεν κέ τοι ἄξιον ἄλφοι.

Ex antiquo poëta sumsit Plutarchus quod in *Symposiacis* dixit pag. 668. C. πλείονος πιπράσκεται ἐν Ῥώμῃ ἰχθὺς ἢ βοῦς. κεράμιον γὰρ πωλοῦσι τιμῆς, ὅσην οὐκ ἂν

ἑκατόμβη βούπρῳρος ἄλφοι.

Nesciremus ἀλφάνειν eo sensu olim Atheniensibus tritum fuisse, nisi nobis ἀττικιστὴς pereruditus (Aelius Dionysius ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασι) certam huius rei memoriam et documenta servasset in Bekkeri *Anecd.* pag. 382. 8. Ἀλφάνει: εὑρίσκει. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·

οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας ὅτε
εἶπέν μ' ὁ κήρυξ οὗτος ἀλφάνει.

Εὔπολις Ταξιάρχοις·

οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοξοτῶν
ἄγων ἀποκηρύξει τις· ὅ, τι ἂν ἀλφάνῃ;

καὶ ὁ ποιητής·

ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον.

nihil est his luculentius, nisi quod Aristophanis verba labem et vitium conceperunt. Supplendum:

εἶπέν μ' ὁ κήρυξ· „οὑτοσὶ τί ἀλφάνει";

Digitized by Google

quod plane idem est atque apud Theophrastum *τί εὑρίσκει*; ut *ἀποκηρύξει ὅ, τι ἂν ἀλφάνῃ* est *ἀποδώσεται τοῦ εὑρόντος*.

Quoniam igitur solemnem ac stabilem in ea re sedem habet verbum *ἀλφάνειν* consequitur *ἀλφεσιβοίας* dici formosas puellas, *ὅτι* ΠΩΛΟΤΜΕΝΑΙ *τῷ πατρὶ βόας ἀλφάνουσιν*,

quod erat demonstrandum,

ut loquuntur mathematici.

Sequitur ex ipsa natura *οὐ γεωμετρικαῖς ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις* (ut Plato iocatur *de Rep.* pag. 458. D.) procos puellis, quarum nuptias ambirent, dona ac munera mittere. Sed ea non *ἕδνα* sed suo nomine *δῶρα* appellantur. Penelope suos procos increpans ita dicit Odyss. Σ. 275.

μνηστήρων οὐχ ἥδε δίκη τὸ πάροιθε τέτυκτο,
οἵ τ' ἀγαθήν γε γυναῖκα καὶ ἀφνειοῖο θύγατρα
μνηστεύειν ἐθέλωσι καὶ ἀλλήλοις ἐρίσωσιν.
αὐτοὶ τοίγ' ἀνάγουσι βόας καὶ ἴφια μῆλα
κούρης δαῖτα φίλοισι καὶ ἀγλαὰ ΔΩΡΑ *διδοῦσιν.*

deinde poëta *τὰ δῶρα* ad Penelopen delata enumerat, vestem splendidam, fibulas, torquem, inaures, omnia ex auro aut gemmis distincta.

ἄλλο δ' ἄρ' ἄλλος ΔΩΡΟΝ *Ἀχαιῶν καλὸν ἤνεικεν.*

κόσμον γυναικεῖον ταῖς μνηστευομέναις ἐδωροῦντο, non *armenta* et *greges*.

Sic igitur quid inter *ἕδνα* et *μείλια* et *δῶρα* constanti Poëtae usu intersit liquido apparere arbitror.

Poëtae Lyrici et Tragici, qui magno artificio linguam Homericam et Epicam imitabantur, quum multa essent vocabula antiqua ipsis incognita utebantur iis eo sensu, quem indocti *γλωσσογράφοι* aut pervulgata aequalium opinio tribuisset. Opinabantur homines vivo Pindaro et Aeschylo idem quod diu post Aristarchum dicentem audimus: „*κυρίως μὲν τὰ ἕδνα εἶναι τὰ διδόμενα ὑπὸ τοῦ γαμοῦντος τῇ γαμουμένῃ*, sed interdum *τὰ ἕδνα dotem* quoque significare". Itaque Pindarus de *dote* posuit *Olympion.* IX. 7.

ἀκρωτήριον Ἄλιδος τὸ δήποτε Πέλοψ
ἐξάρατο κάλλιστον ΕΔΝΟΝ *Ἱπποδαμείας.*

ubi doctus interpres: *ἕδνον* ΝΥΝ *οὐ τὸ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενον τῇ γαμουμένῃ λέγει, ἀλλ' ὃ αὐτὸς ἐκείνην λαβὼν προσεκτήσατο.*

Digitized by Google

et severior alius: *ἄκαιρόν* (leg. *ἄκυρον*) *ἐστιν ἐπὶ τῆς Ἱπποδαμείας τὸ* ΕΔΝΟΝ. *ἕδνα γὰρ διδόασιν οἱ ἄνδρες, φερνὰς δὲ αἱ γυναῖκες.* Melius igitur Euripides in *Oreste* vs. 1660.

Ἄργους δ' Ὀρέστην, Μενέλεως, ἃ κρατεῖν,
ἐλθὼν δ' ἄνασσε Σπαρτιάτιδος χθονός
φερνὰς ἔχων γυναικός.

ubi Scholiastes: *φερνή τὰ ἀπὸ τῆς γυναικὸς διδόμενα.* Sed idem Euripides ἕδνα de *dote* posuit in *Andromache* vs. 871.

οὐ γάρ τί σ' αἰχμάλωτον ἐκ Τροίας ἔχει,
ἀλλ' ἀνδρὸς ἐσθλοῦ παῖδα σὺν πολλοῖς λαβὼν
ΕΔΝΟΙC.

Aeschylus opinatus *τὰ ἕδνα* esse *τὰ ὑπὸ τῶν μνηστευομένων τῇ γαμουμένῃ διδόμενα* dixit in *Prometheo* vs. 560.

ΕΔΝΟΙC *ἄγαγες Ἡσιόναν*
πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

Nemo horum Homeri vocabulum usurpavit sensu Homerico ac suo, sed omnes opinio fefellit, qui in communi omnium errore impune peccabant. Plus etiam Pindarus ab usu Homerico recessit quum diceret *Pythionic.* III. 94. *„Cadmus et Peleus in nuptiis Deos convivas habuerunt* ΕΔΝΑ *τε δέξαντο*, ubi ἕδνα plane idem est atque *δῶρα*, unde eruditus grammaticus adscripsit: *ἀκύρως τὰ δῶρα* ΕΔΝΑ *εἶπεν.* Perierat igitur plane in Graecia antiqui vocabuli intelligentia, neque veterum poëtarum quisquam neque eruditorum ex Homeri tot locis tam perspicuis veram et nativam significandi potestatem *τῶν ἕδνων* perspexerat. Sequiores etiam omnes in ea re antiquorum auctoritatem sequebantur, ex quibus omnibus unum producam, perineptum scriptorem Aelianum apud Suidam v. *Παίσωμεν.* — *καὶ* ΕΔΝΑ *ἥτει γενέσθαι βασιλὶς τὸ τοῦ Μενάνδρου, ἵνα τι καὶ παίσω, Τριπορφυρίαν βασίλιννα, καὶ αὕτη δέσποινα εἶναι τοῦ Πόντου ἐβέλουσα.* quae de Mithridatis uxore Monima Milesia dicta esse suspicor, quae *τοῦ βασιλέως πειρῶντος αὐτὴν καὶ μυρίους καὶ πεντακισχιλίους χρυσοῦς προσπέμψαντος ἀντέσχε μέχρις οὗ — διάδημα πέμψας βασίλισσαν ἀνηγόρευσεν* (Plutarch. in *Lucullo* cap. 18.) Aelianus igitur quum dixisset *καὶ* ΕΔΝΑ *ἥτει γενέσθαι βασιλίς*, mirifice se credidit esse locutum.

Digitized by Google

III.

ΝΩΙ ET CΦΩΙ.

Φεύγετ', Ἀριστάρχειοι, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἑλλάδα τῆς ξουθῆς δειλότεροι κεμάδος.
γωνιοβόμβυκες, μονοσύλλαβοι, οἷσι μέμηλε
τὸ CΦΙΝ *καὶ τὸ* CΦΩΝ *καὶ τὸ* ΜΙΝ *ἠδὲ τὸ* ΝΙΝ.

De re tenui dicturi nihil reformidamus aut has aut his similes urbanorum hominum facetias et lepores. Ut in bello sic in grammatica nihil contemni oportet, nec quisquam, qui minuta haec spreverit, umquam fecit in re critica operae pretium.

Qui hanc grammaticam artem nobis a primordiis condiderunt, incredibile dictu est in quibus ab initio tenebris veluti tentabundi viam quaesiverint et in quantos errores se induerint librorum veterum mendis decepti, donec Aristarchi *ἀγχίνοια* et sanum iudicium *φόως ἐτάροισιν ἔθηκεν*. *En cor Zenodoti*, qui per totam vitam quid interesset inter *νῶϊ* — *νῶϊν* et *σφῶϊ* — *σφῶϊν* et *σφῶϊ* — *σφωε* non potuit perspicere. Huius in ea re errores Aristarchus abstersit, sed ipse Aristarchus in uno errore tenetur, quem aperire conabimur et tollere. In Iliad. A. 8. Zenodotea editio (id est libri veteres, quos Zenodotus testes et auctores sequebatur) scripturam exhibebant hanc:

τίς τάρ CΦΩΙ *θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι*;

emendavit Aristarchus incertum e librisne an ex linguae Homericae interiore notitia: *τίς τάρ* CΦΩϵ pro CΦΩΙ et apposuit *διπλῆν περιεστιγμένην*, cuius quum Aristonicus rationem aperiret ex Commentariis Aristarcheis haec ferme enotavit: *ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει* CΦΩΙ. *κακῶς. ἡ γὰρ σφῶϊ δύο πτώσεις ἐπιδέχεται ὑμεῖς τε καὶ ὑμᾶς, ὧν οὐδέτερον ἁρμόττει. τὸ δὲ* CΦΩϵ *μᾶλλον*, (ὁ add.) *τρίτου ἐστὶ προσώπου καὶ σημαίνει τὸ αὐτούς*. quae nunc mendose scripta et disiecta in libris circumferuntur. Aristarchus dixit: *τὸ* CΦΩϵ *σημαίνει τὸ αὐτούς*, non *αὐτώ*, quod erat melius, namque utitur aequalium et popularium lingua, apud quos *τὰ δυϊκά* non erant in usu, et omnino Aristarchus omni scribendi elegantia destitutus nihil aliud quaerit quam perspicuitatem.

Digitized by Google

In Zenodoti scripturis, quae ferme omnes deteriores sunt et mendosae, numquam obliviscendum est mirificas istas et nonnumquam portentosas lectiones non esse ipsi Zenodoto imputandas, sed argumento esse potius quam fuerint mendis vitiisque obsiti libri veteres, unde Zenodotus suam διόρθωσιν constituerit. Proponam exempla quaedam ex libro primo.

Iliad. A. 56. ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο: ὅτι Ζηνόδοτος ὁρᾶτο γράφει· ἀγνοεῖ δὲ ὅτι Δωρικὸν γίνεται.

Iliad. A. 68. κατ' ἄρ' ἕζετο: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἐκαθέζετο. οὐκ ἐᾷ δὲ ἑλληνίζειν τὸν Ὅμηρον· ὥσπερ γὰρ οὐδὲ λέγει ἐκατέβαινεν, οὕτως οὐδὲ ἐκαθέζετο. Corrig. ὥσπερ γὰρ οὐδεὶς λέγει κτέ.

Iliad. A. 80. κρείσσων γὰρ βασιλεύς: ὅτι Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ N γράφει (KPEICCΩ). τὰ δὲ τοιαῦτα εὐσύγκριτα (leg. συγκριτικά) ἔχει ἐπὶ τῆς εὐθείας τὸ N. cf. ad Γ. 71 et 92.

Iliad. A. 83. σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει φράσον. μᾶλλον δὲ τὸ φράσαι ἁρμόζει.

Iliad. A. 86. Κάλχαν: ὅτι Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ N Κάλχα. τὰ δὲ εἰς -AC λήγοντα διὰ τοῦ NT κλινόμενα ἐπὶ τῆς γενικῆς ἔχει τὴν κλητικὴν εἰς N Θόαν, Αἶαν.

Iliad. A. 100. τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει αἴ κέν μιν. γελοῖον δὲ δισακτικῶς λέγειν τὸν μάντιν.

Iliad. A. 198. τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὁρᾶτο. τοῦτο δὲ Δώριον.

Iliad. A. 249. μέλιτος γλυκίων: ὅτι Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ N γράφει γλυκίω. τὰ δὲ τοιαῦτα συγκριτικὰ ἔχει τὸ N.

Iliad. A. 271. καὶ μαχόμην κατ' ἔμ' αὐτὸν ἐγώ: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κατ' ἐμωυτόν. τὸ δὲ πλῆρες ἐμὲ αὐτόν.

Iliad. A. 351. χεῖρας ὀρεγνύς: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει χεῖρας ἀναπτάς. Emenda: χεῖρ' ἀναπιτνάς. ut in Odyss. Λ. 392.

πιτνὰς εἰς ἐμὲ χεῖρας.

Iliad. A. 404. ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει· ὁ γὰρ αὖτε βίῃ πολὺ φέρτατος ἁπάντων ὁππόσοι ναίουσ' ὑπὸ Τάρταρον εὐρώεντα. Scripserat Zenodotus: — πολὺ φέρτατος ἦεν Τῶν ὁπόσοι κτέ.

Iliad. A. 530. κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κρητός. οὐκ ἔστι δὲ Ἰακόν.

Digitized by Google

ἀψ Ὀδυσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυψάμενος (Od. Θ. 92.)

Iliad. A. 567. ἄσσον ἰόνθ': ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἄσσον ἰόντε. οὐκ ἔχει δὲ ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἰόντος. συγχεῖ δὲ καὶ τὸ διός. Emenda: ἀντὶ τοῦ ἰόντA. συγχεῖ δὲ καὶ τὸ δυϊκόν, cum Bekkero.

Facile apparet omnes has Zenodoti scripturas vitiosas esse et perversas, sed non ipsi Zenodoto imputandas, sed libris quos sequebatur, id quoque satis apparere arbitror. Non ille bonis lectionibus malas anteponebat, sed non habebat meliores. Reprehendere autem Zenodotum quod illa vetusta librorum vitia non sustulit perinde est ac si quis vellet Zenodotum vituperare quod non esset Aristarchus. Itaque Ζηνόδοτος γράφει nihil aliud significat quam *sic scriptum esse* in Zenodoti editione ex libris, qui illa aetate suppetebant, composita. Omnia haec *emendavit* Aristarchus et libris longe pluribus et melioribus adiutus et usus illa admirabili ἀγχινοίᾳ, qualis praeterquam in BENTLEIO in nullo alio umquam fuit.

In uno tantum libri primi loco Aristarchus Zenodoteae lectionis emendationem ingeniose et acute instituit magis quam perfecit. Iliad. A. 129.

εἴ κέ ποθι Ζεὺς
δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.

Audi Aristarchum: (ἡ διπλῆ περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Τροίην, ὡς ἐπὶ τὴν Ἴλιον βουλόμενος γενέσθαι τὴν ἀναφοράν. ἀπιθάνως. ἄδηλον γὰρ ἦν εἰ ἑλοῦσιν αὐτήν. ἔστιν οὖν ὁ λόγος περὶ μιᾶς πόλεως τῶν περιοίκων. ταύτας γὰρ ἐπόρθει Ἀχιλλεύς. διὸ καὶ ἐν TPICI συλλαβαῖς ἀναγινώσκεται. Haec Aristonicus, qui addit ad vs. 164.

ὁππότ' Ἀχαιοί
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὐναιόμενον πτολίεθρον.

(ἡ διπλῆ) ὅτι Φανερὸν ἐκ τούτου ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω περί τινος τῶν περιχώρων ἐστὶ πόλεων ὁ λόγος. Aristarchi correctionem probavit et novo argumento stabilivit Herodianus ad vs. 129. his verbis: Τροῖης: οὕτως Ἀρίσαρχος τρισυλλάβως καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ Λ τῆς Ὀδυσσείας (510.)

ἤτοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροΐην Φραζοίμεθα βουλάς.

καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις. ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς χρήσεως τῆς Ὁμηρικῆς ἰδίωμα παραφυλάξαι οὕτως ὡς ὅτι εἶπου λέγει τὸ Τροίᾳ (Τροίη leg.) δισυλλάβως οὐδέποτε ἐπιφέρει τὸ πόλις οἷον·

Digitized by Google

εἰσόκε περ Τροίην διαπέρσομεν.

καὶ·

ἔνθα κεν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν.

καὶ·

Τροίῃ ἐν εὐρείῃ.

καὶ ἀλλαχοῦ. ἐπὶ μέντοι τούτων τῶν δύο ὁμοιοπτώτως ἐπήνεγκε τὸ πόλιν Τροΐην „δῶσι πόλιν Τροΐην" καὶ τὸ „ἤτοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροΐην".

Rectissime omnia haec disputata sunt et nihil iis obiici potest praeter unum. Τροίῃ non est Graeca forma. Satis ostendimus in Mnemos. 1873. pag. 53. et 56. adiectivum Τρώϊος, Τρωΐῃ et Τρώϊον contrahi in Τρῳός, Τρῳῇ et Τρῳόν, et ex vetere scriptura τῆς ἀρχαίας γραμματικῆς, quae fuerat ΤΡΟΙЄΝ, errore τῶν μεταχαρακτηρισάντων bis esse natam vitiosam lectionem πόλιν Τροίην pro πόλιν Τρῳήν. Quod si quis verum esse agnoverit, novo exemplo apparebit iure dixisse lepidum iuvenem in Platonis *Rep.* pag. 596. A. πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον ὁρῶντες πρότεροι εἶδον.

Ex hoc igitur exemplo potissimum apparet quid sit Ζηνόδοτος γράφει. Una enim et consentiens omnium librorum et διορθώσεων lectio erat πόλιν Τροίην, de qua nulla umquam fuerat cuiusquam dubitatio donec ei Aristarchus controversiam moveret. Sic igitur et in caeteris Ζηνόδοτος γράφει nihil aliud denotat nisi hanc esse vulgatam librorum a Zenodoto adhibitorum lectionem, quam Aristarchus aut ex melioribus libris aut ex ingenio correxerit.

In Zenodoti ἀθετήσεσιν multum abest ut credam plus Criticum suo iudicio et sensui cuidam pulchri et decori tribuisse, quam librorum veterum, quos sequebatur, auctoritati et testimonio.

Quis credat, ut hoc uno utar, Zenodotum in Iliad. A.

207. ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τὸ σὸν μένος, εἴ κε πίθηαι,

208. οὐρανόθεν. πρὸ δέ μ' ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη

209. ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε κηδομένη τε

expunxisse duos versus 208 et 209, quasi inesset aut in sententia aliquid aut in verbis, quo potuisset offendi? Non reperit, credo, in libris compluribus eoque interpolatos esse suspicatus est. Invicto argumento genuinos esse demonstravit Aristarchus ad vs. 216.

Digitized by Google

χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσσασθαι.

Aristonicus: (ἡ διπλῆ) ὅτι πρὸς ΔΥΟ ἀμείβεται. τὸ γὰρ σφωΐτερόν ἐστι δυϊκόν. κακῶς ΑΡΑ ἀθετεῖ Ζηνόδοτος τόν·

(οὐρανόθεν). πρὸ δέ μ' ἦκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

καὶ τόν·

ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε κηδομένη τε.

Aristarchus igitur qua solebat perspicacitate feliciter usus observaverat has esse apud Homerum pronominum personalium formas *duales:* in prima persona:

ΝΩΙ, id est ἡμεῖς καὶ ἡμᾶς.

et

ΝΩΙΝ, id est ἡμῶν καὶ ἡμῖν.

in secunda:

CΦΩΙ, id est ὑμεῖς καὶ ὑμᾶς.

et

CΦΩΙΝ, id est ὑμῶν καὶ ὑμῖν.

in tertia:

CΦΩϵ, id est αὐτούς, nam σφωε ubique est accusativus.

et

CΦΩΙΝ, id est αὐτῶν et αὐτοῖς (αὐταῖς), encliticum utrumque et accentu destitutum. Haec omnia Zenodotum et antiquiores fugerant, et omnino in pronominum formis inter se stulte permiscendis poëtae Alexandrini omnes conspirant. Claram lucem praeferebat lingua Attica, quae tot habet ac tantas linguae Homericae in omnibus rebus maximis minimis similitudines, ut minime mirer Aristarcho Homerum Atheniensem fuisse videri [1]). In frequentissimo usu τῶν δυϊκῶν, quem lingua Attica (observante Aristarcho ad Iliad. N. 197.) cum lingua Homerica habet communem, Athenienses saepissime ΝΩΙ et ΝΩΙΝ, CΦΩΙ et CΦΩΙΝ usurpabant sed in unam syllabam contracta νῴ — νῷν, σφῴ — σφῷν, non νώ et σφώ, ut infra ostendemus. Aris-

1) Eadem sagacitate Aristarchus Homerici carminis auctorem ex Attica oriundum esse collegit ex Iliad. N. 827.

τοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων,

ubi annotatur: ἔνθεν Ἀθηναῖον ὑπονοοῦσιν Ὅμηρον· πατρῷον γὰρ τιμῶσιν Ἀπόλλωνα Δία. Emenda Ἀπόλλωνα, (ἀλλ' οὐ) Δία. Plato in Euthydemo pag. 302. c. οὐκ ἔστι Ζεὺς πατρῷος — ἀλλ' Ἀπόλλων πατρῷος διὰ τὴν Ἴωνος γένεσιν.

Digitized by Google

tarchus, ut solet, solis Homericis exemplis usus est, quibus et hanc, quam diximus, rationem firmiter stabilivit et Zenodoteae recensionis vitia correxit. Audiamus nonnulla. Iliad. O. 437.

Τεῦκρε πέπον, δὴ νῶϊν ἀπέκτατο πιστὸς ἑταιρος
Μασορίδης, ὃν νῶϊ Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα
Ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν.

Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι παραλλήλως καὶ διδασκαλικῶς ἡ διαφορὰ τοῦ νῶϊν καὶ νῶϊ. Iliad. Ψ. 403.

ἔμβητον καὶ σΦῶϊ τιταίνετον.

ἡ διπλῆ ὅτι ὑγιῶς κεῖται ἡ ἀντωνυμία χωρὶς τοῦ N. et vs. 408.

μὴ σΦῶϊν ἐλεγχείη καταχεύῃ.

ἡ διπλῆ ὅτι σΦῶϊν ὑμῖν ἢ ὑμῶν. ἄνω δὲ „ἔμβητον καὶ σΦῶϊ τιταίνετον" ἀντὶ τοῦ „ἔμβητε ὑμεῖς".

Iliad. Θ. 402.

γυιώσω μέν σΦωϊν ὑΦ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους.

ἐγκλιτικὴ νῦν ἐστιν ἡ ἀντωνυμία. τὰ δὲ τρίτα δυϊκὰ τό τε σΦωε καὶ σΦωϊν ἐγκλιτικά ἐστιν. ὅτε μέντοι δευτέρου γίνεται τὸ σΦῶϊν προπερισπᾶται (ut in vs. 416.). Iliad. Ψ. 281.

ὅ σΦωϊν μάλα πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
χαιτάων κατέχευεν.

Scholion: ἐγκλιτικῶς τὴν CΦΩIN ἀντωνυμίαν ἀναγνωστέον. ἔστι γὰρ τρίτου προσώπου. Iliad. Λ. 767.

νῶϊ δέ τ' ἔνδον ἐόντες ἐγὼ καὶ δῖος Ὀδυσσεύς.

ἡ διπλῆ ὅτι χωρὶς τοῦ N Ὁμηρικῶς ἡμεῖς ἢ ἡμᾶς. Iliad. Ψ. 411.

οὐ σΦῶϊν κομιδή.

ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σΦῶϊ, ὅτι οὐχ ὑμῖν. Apparet verum esse πρὸς τὸ σΦῶϊν. Aristarchus igitur ex illa observatione hos Homeri locos emendavit. Α. 336.

ὃ σΦῶϊ προΐει.

erat vulgata apud Zenodotum σΦῶϊν: τοῦτο δὲ σημαίνει ὑμῶν ἢ ὑμῖν, ὧν οὐδὲν ἁρμόζει τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τὸ ὑμᾶς.

Iliad. Θ. 376.

ὄΦρα ἴδωμαι
ἢ νῶϊ Πριάμοιο πάϊς κορυθαίολος Ἕκτωρ
γηθήσει προΦανέντε.

edebatur apud Zenodotum νῶϊν· τοῦτο δὲ τίθεται ἀντὶ τοῦ ἡμῶν ἢ ἡμῖν. — τὸ γὰρ νῶϊ ἐστιν ἢ ἡμεῖς ἢ ἡμᾶς. Iliad. Θ. 428.

Digitized by Google

οὐκέτ' ἔγωγε
νῶϊ ἐῶ Διὸς ἄντα βροτῶν ἕνεκα πτολεμίζειν.

ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς γράφουσι σὺν τῷ N κακῶς. Sic illi festinantes. Aristonicus dederat: ἡ διπλῆ περιεσιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κτέ. Iliad. X. 216.

νῦν δὴ νῶϊ γ' ἔολπα — οἴσεσθαι μέγα κῦδος.

ἡ διπλῆ περιεσιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει νῶϊν· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμῖν ἢ ἡμῶν. — τὸ δὲ νῶϊ χωρὶς τοῦ N σημαίνει ἡμᾶς ἢ ἡμεῖς. Ergo Zenodotus legebat: νῦν δὴ νῶϊν ἔολπα, mendose sine controversia, sed non magis sanum est: νῶΐ Γ' ἔολπα, est enim γε tam ineptum, ut apud Aristophanem olim multis locis οὐδὲν πρὸς ἔπος, sed πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ a Brunckio et aliis γε inseri solebat. Miror Bekkerum dedisse: νῶΐ γ' ἙΓολπα, quum esset vera lectio ad manum:

νῦν δὴ νῶϊ ΓέΓολπα — οἴσεσθαι μέγα κῦδος.

Gravius etiam in libris corrupta erat lectio Iliad. Θ. 139. ubi Zenodotus edidit:

Τυδεΐδη, ἄγε νῶϊ φόβονδ' ἔχε μώνυχας ἵππους.

prorsus sine sensu. Correxit Aristarchus ex libris melioribus: ἄγε δὴ αὖτε, et annotatur: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἄγε νῶϊ, ὅ ἐστιν ἡμεῖς ἢ ἡμᾶς.

Non minus bene de Homerico textu Aristarchus meritus est in restituenda forma CΦΩΘ pro σφῶϊ aut contra. Vulgata lectio erat Iliad. K. 546.

ἦ τις CΦΩΙ πόρεν θεὸς ἀντιβολήσας.

restituit Aristarchus verum σφωε, et hinc annotatur: ἡ διπλῆ (περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σΦῶϊ· τοῦτο δὲ τίθεται ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς καὶ ὑμᾶς. Aristarchi de ea re sententia optime exponitur in altero scholio: ἡ CΦΩΘ τρίτου προσώπου ἐγκλιτική ἐστι σημαίνουσα τὸ αὐτούς.

τίς τάρ σφωε θεῶν (Il. A. 8.).

ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμός (Od. Θ. 317.)

ὥστε οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς οὐδὲ μονοσύλλαβον τὴν CΦΩ, εἰ μή ποτε (leg. εἰ μὴ ὅτε) ὀρθοτονεῖται καὶ δευτέρου προσώπου ἐστὶ καὶ σημαίνει τὸ ὑμεῖς ἢ ὑμᾶς·

σΦὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον. (Il. I. 782.)

ἔνθεν οὖν οἱ ἀκριβέστερον αὐτὰ παραΦυλάξαντες ἔκθλιψιν δεδώκασι τοῦ Θ ἐν τῷ·

Digitized by Google

εἰ μή σΦω' Αἴαντε διέκριναν (Il. P. 531.),
ἵνα τὸ διηνεκὲς φυλαχθῇ. Plane Aristarcheum hoc est: ἵνα τὸ ΔΙΗΝΕΚΕC φυλαχθῇ, sed quid sit τὸ διηνεκές ex librorum mendis dispicere hoc opus, hic labor et olim fuit et nunc est. Itaque Aristarchi iudicio vel emendatione nunc recte scribitur:

τίς τάρ σΦωε θεῶν.
ἤ τίς σΦωε πόρεν θεός.
ἀλλά σΦωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει.
εἰ μή σΦω' Αἴαντε διέκριναν.

similiterque Iliad. Λ. 751.

εἰ μή σΦωε πατὴρ — ἐκ πολέμου ἐσάωσεν.

Contrario errore libri Zenodotum deceperunt M. 366.

Αἴαν, σΦῶϊ μὲν αὖθι, σὺ καὶ κρατερὸς Λυκομήδης,
ἑσσάτες Δαναοὺς ὀτρύνετε Ἴφι μάχεσθαι.

ubi Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σΦῶε. τοῦτο δέ ἐστιν αὐτούς, ὅπερ οὐχ ἁρμόζει. τὸ δὲ σΦῶϊ ὑμεῖς.

Quia numquam quicumque inveteratum errorem redarguit caret reprehensoribus, qui mendosa vetera novis emendatis anteponunt et suum *Mumsimus* mordicus retinent, sic non defuerunt qui Aristarcho vera monenti acriter obloquerentur. In versu Iliados:

τίς τάρ σΦωϵ θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

veterem Zenodoti scripturam σΦωΙ teste Apollonio *de Syntaxi* pag. 167, 9. Bekk. καὶ Σιδώνιος προκρίνει καὶ ἄλλοι πλεῖστοι παρατιθέμενοι καὶ ἐκδόσεις Ὁμηρικάς. Nemo negabat σΦωϊ in multis Homeri editionibus circumferri, et Zenodotus σΦωϊ dederat, quoniam id in suis libris repererat aut omnibus aut plerisque, neque quisquam ante Aristarchum discrimen inter σΦωΙ et σΦωϵ animadverterat, quemadmodum Zenodotus σΦῶϊ et σΦῶϊν quoque quasi nihil interesset inter se confuderat.

Similiter Iliad. H. 279 pro

μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε,
ἀμφοτέρω γὰρ σΦῶΙ φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεύς.

pertinaciter nonnulli retinebant Zenodoteam lectionem σΦῶϵ. Apollonius περὶ Ἀντωνυμιῶν pag. 114. Α. Βίαιος ὁ Ἰξίων (Demetrius) ἐγὶ τὴν σΦωϵ καὶ ἐπὶ δευτέρου τάσσων

ἀμφοτέρω γὰρ σΦῶϵ φιλεῖ.

ἐπεὶ καὶ ἡ νῶϵ διὰ τοῦ ϵ. Antimachus enim et Corinna νῶϵ

Digitized by Google

[illegible] Apollonio Ind. pag. 113. a. Commemorat Ind. Apollonius eos qui τὸ τὰς τῶν servabant pro τῶν, sed recte eorum sententias reformavit, quae neminem posthac in dubitationem induxerunt.

Est in eodem genere aliud gravius membrum in Homeri Codicibus O 188.

τὸν δὲ τετιμένῳ ἄλοχος λαὸς σεβίζεσκεν
σεῖο πάρ τῶιN ἄλλων ἐχέμεν ἐπιείκελα δαῖτα.

pro tertia persona secunda ponitur, pro accusativo genitivus vel dativus et Eumenium πάρα in πάρ mutatur tam perverse ac si pro Latine pro *Tibi* malles *Libri* dicere. Omnes has molestias penitus sustulit Heynii emendatio πάρ τῶϵ πάρα, ut Iliad. A. 339.

τοῦ ἄλλα τά γε πάντα γέρας θανέειν Ἀχιλλεύς.

Non est hoc membrum antiquum, sed in libris recentioribus natum, quum veteres τῶϵ ἄλλα exhiberent. Innumerabiles Homeri versus in antiquis Scholiis aut Lexicis aut apud scriptores veteres afferuntur, ut certa sit in iis Alexandrinae aetatis lectio; sed permulti sunt alii, quos nemo laudavit, in quibus eadem scribendi vitia quae in caeteris scriptoribus ac poëtis nos legentes indicantur, et in his turpissima quaedam et barbara, de quibus alius dabitur dicendi locus.

Venio nunc ad Aristarchi errorem in talibus commissum et ad nostra tempora propagatum, quem si potero radicitus evellam. Aristarchus pervulgato librorum errore deceptus in animum induxit ΝΩ et ϹΦΩ antiquas et sinceras formas esse et perinde bene in carminibus Homeri et disyllabas formas ΝΩΙ et ϹΦΩΙ poni et monosyllabas ΝΩ et ϹΦΩ.

Apud me satis constat formas *νώ* et *σφώ* apud Homerum et Atticos ubique esse vitiosas tralaticio illo mendi genere, quod in vocabulis plurimis sexcenties apud omnes impune commissum esse et committi video. Nempe in libris antiquis *τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα* non aliter quam in iis, quos hodie non admodum vetustos habemus, non adscribi, sed prorsus omitti solebat. Itaque pro monosyllabis *νώ* et *σφώ* scribebatur ΝΩ et ϹΩ, idque Aristarchum fefellit, qui formas *νώ* et *σφώ* integras et probas esse opinatus est. Inspiciamus primum ea, quae ex illius commentariis ad nostram notitiam pervenerunt. Iliad. E. 218.

Digitized by Google

μὴ δὴ οὕτως ἀγόρευε· πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως,
πρίν γ' ἐπὶ νῶ τῷδ' ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν
ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.

et Odyss. O. 475.

ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα Νὼ ἀναβησάμενοι.

ad locum Iliados annotatur: *νώ: τὸ νὼ βαρυτονητέον. ἅπαξ δὲ ἐν Ἰλιάδι καὶ ἅπαξ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῷ ΝΩ ἐχρήσατο κατ' αἰτιατικὴν πτῶσιν, ὥσπερ καὶ ἐνθάδε.*

νὼ ἀναβησάμενοι.

ὁπότε μέντοι γε σὺν τῷ Ι λέγεται καὶ ἐπ' εὐθείας αὐτὸ τάσσει καὶ ἐπ' αἰτιατικῆς καὶ προπερισπᾶται.

νῶϊ δ' ἐγὼ Σθένελός τε (Il. I. 48.).

καὶ·

οὐδ' ἂν νῶϊ διαδράκοι ἠέλιός περ. (Il. Ξ. 344).

Aristarchus animadvertit in Homeri carminibus bis tantum ΝΩ reperiri, semel in Iliade, semel in Odyssea, et utrobique esse *accusativum*. Vide quam circumspecte et anxie investiget omnia. Perinde est sitne nominativus an accusativus, et *νώ* (*νῴ*) utroque casu passim apud Atticos poëtas legitur et Tragicos et Comicos; sed in re controversa et rariore nihil omittendum putat. Deinde docet *νῶϊ* et nominativum esse et accusativum.

Transeamus ad secundam personam: *σφῶϊ* et *σφῶϊν* plurimis locis inveniuntur. Pro *σφῶϊ* quatuor locis in Iliade *σφώ* scribitur, pro *σφῶϊν* uno loco Odysseae legitur *σφῶν* an *σφῷν*, nam Grammatici certant. Optimum est ipsos apponere. Iliad. A. 574.

εἰ δὴ σφὼ ἕνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε.

Iliad. Λ. 782.

σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον.

Iliad. N. 47.

Αἴαντε, σφὼ μέν τε σαώσετε λαὸν Ἀχαιῶν.

Iliad. O. 146.

Ζεὺς σφὼ εἰς Ἴδην κέλετ' ἐλθέμεν ὅττι τάχιστα.

ΣΦΩΝ (an *σφῷν*) reperitur in Odyss. Δ. 62.

οὐ γὰρ σφῶν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων.

ad omnes in Iliade locos tacet Aristonicus. Itaque delabimur ad Herodiani — dicam libere quod sentio — argutias. Ad A.

Digitized by Google

574. legimus: *πρωτότυπον αὐτὴν (τὴν σΦώ) Φησὶν Ἡρωδιανὸς οὐκ ἀπὸ τῆς σΦῶϊ. διὸ ὀξύνεται. τὸ γὰρ Ω τῶν δυϊκῶν ἀπέσρατται τὴν περισπωμένην.* et ad O. 146. *σΦώ: τῆς σΦῶϊ ἀποκοπή.* Non satis sibi constat, ut vides: sed sic solet Herodianus *οὐ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν.* Longa est de ea re annotatio apud Etymol. M. pag. 609, 43. *ὅτι τὸ ΝΩ καὶ τὸ ϹΦΩ σὺν τῷ Ι τινὲς γράΦουσι λέγοντες ἀπὸ τοῦ ΝΩΙ καὶ ϹΦΩΙ γίνεσθαι κατὰ συναίρεσιν τοῦ Ω καὶ Ι εἰς τὴν ΩΙ δίΦθογγον.* Quicumque est qui ita censuit (nam *τινές* de *uno* noto homine in tali re poni solet) verum vidit; sed Herodiano aliter visum. *Ἀλλ'* (inquit) *ἡ παράδοσις οὐκ ἔχει τὸ Ι ἐγκείμενον.* Contendit igitur *ὅτι τὸ ΝΩ καὶ ϹΦΩ οὐκ ἐγένετο ἀπὸ τοῦ ΝΩΙ καὶ ϹΦΩΙ ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἑτέρων θέματά ἐϛι καὶ ἐκείνων ἕτερα θέματα.* Hoc est quod modo audivimus Herodianum dicere *πρωτότυπόν ἐϛιν.* Audiamus nunc Apollonium Dyscolum *περὶ Ἀντωνυμ.* pag. 110. B. *αἱ Ἀττικαὶ (ἀντωνυμίαι) ΝΩ καὶ ϹΦΩ κατὰ τὴν εὐθεῖαν ὀξυτόνως ἀνεγνώσθησαν παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ἅπασι τραγικοῖς τε καὶ κωμικοῖς, αἵ τε γραΦαὶ οὐκ ἔχουσι τὸ Ι προσκείμενον.* Erat, ut vides, *παράδοσις* quaedam per grammaticorum manus in libris ad nostram memoriam propagata *νώ* et *σΦώ* esse scribendum, non *νῴ* et *σΦῴ*. Quam *παράδοσιν* si ratio et analogia redarguunt tuto valere iubebis. Consensu omnes agnoscunt *ἀττικιϛί* non aliter quam *νῷν* et *σΦῷν* esse scribendum, quae sunt, credo, ex Homericis *νῶϊν* et *σΦῶϊν* contracta. Quod autem Herodianus asseverat *νῶϊ* et *νώ*, *σΦῶϊ* et *σΦώ diversa* esse vocabula quis serio credet? Quod idem alibi dicit *σΦώ* esse *τῆς σΦῶϊ ἀποκοπήν* quis est hodie qui concoquere possit? Erant olim in artis infantia haec magistrorum veluti puerorum *παίγνια* et ludibria, *ἀποκοπή*, *ἀντίΦρασις*, *ἀντίπτωσις*, *ἐναλλαγὴ generis*, *numeri*, *temporis*, unde illa olim decantata *singularis pro plurali*, *praesens pro futuro*, sim. quae nunc vel a Theologis fastidiuntur ac deridentur. Quid igitur impedit ut suadente ratione et adstipulante analogia statuamus quemadmodum *νῷν* et *σΦῷν* ex *νῶϊν* et *σΦῶϊν* prognata sunt sic ex *νῶϊ* et *σΦῶϊ* iam apud Homerum *νώ* et *σΦώ* esse orta? Accentusne? at *πρώ* ex *πρῶϊ* natum nemo negat, et *Τρῳός* ex *Τρῴϊος* fieri ab ipso Herodiano didicimus in Mnemos. 1873. pag. 55. Restat igitur sola librorum veterum fides: *ἡ παράδοσις οὐκ ἔχει τὸ Ι ἐγκείμενον.* Quid

Digitized by Google

tum postea? Nonne pendent librorum scripturae ab opinionibus Grammaticorum? In antiquissimis Platonis et Herodoti Codicibus *εἰς κάλλος γεγραμμένοις ubique* adverbiis in *-τέρω* et *-τάτω* importunum I additum videmus, ut *ἀνωτάτωι*, *ἐκαςάτωι*, *πορρωτάτωι*, *κατωτάτωι* sim. Sed res etiam longius repetenda est. Plurimis et gravissimis indiciis satis constat in vetustis Homeri libris, quibus Critici Alexandrini utebantur, *τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα* fere *adscriptum non fuisse*, et de cuiusque Critici sententia centenis locis pronuntiari videmus utrum *σὺν τῷ* I, *μετὰ τοῦ* I scribendum sit an *χωρὶς τοῦ* I, *ἄνευ τοῦ* I. Indicabo unum locum ut lacunam suppleam. ad Iliad. Ω. 8. ex Aristarcho affertur: *ἔςιν οὖν διττὸν τὸ ῥῆμα* (ΠΕΙΡΩ et ΠΕΡΩ) *καὶ τὸ μὲν σὺν τῷ* I *περισπασθήσεται*, imo vero: *σὺν τῷ* I (*βαρυνθήσεται*, *τὸ δὲ ἄνευ τοῦ* I) *περισπασθήσεται*. Multa igitur apud Homerum vocabula ea de causa hodie primitivam formam amiserunt neglecto et omisso necessario *ἰῶτα*. Dabo pauca de multis, in quibus Bekkerum errare video. Ex *Τρώς* formatur *Τρωῖη*, ex *δμώς δμωῖη*, quae in *Τρφή* et *δμφή* contrahuntur. Bekkerus ubique *Τρωαί* dedit et *δμωαί*. vid. Mnemos. 1873. pag. 54 et 56. Admonuerat Aristarchus ad Odyss. T. 121. *δμωιῶν σὺν τῷ ἰῶτα καὶ περισπωμένως. θηλυκὸν γάρ ἐςιν. οὕτως Ἀριςαρχος.* nemo praebet aurem. *Πρώην* est Iliad. O. 470 et alibi. analogia et Aristarchus *πρφήν* scribi iubent. *Θωήν* legimus Iliad. N. 669. et Odyss. B. 192 ratio et usus *θφήν* postulant. Archilochus apud Etym. M. pag. 26, 19.

ὡς ἄν σε θωῖη λάβοι.

Iliad. A. 129 rident Homerum Zoilus et Chrysippus dicentem *εἴ κέ ποθι Ζεὺς ΔΩCΙ πόλιν Τροίην ἐξαλαπάξαι*. Soloecum esse opinantur: *τὸ γὰρ δῶσι, Φασὶ, πληθυντικόν*. Aristarchus docuit singularem esse coniunctivi ΔΩΙCΙ. Perspicuum est illos ΔΩCΙ legisse. Ubi est *ἦσαν*. Iliad. Λ. 33. Aristarchus emendat *ἴσαν*, *ἧσαν*.

Iliad. Σ. 407. Bekker. *ζωάγρια τίνειν*. sed *μετὰ τὸ* I *ζφάγρια ὁ Ἀριςαρχος* nempe *ζῷον* Graecum est et *ζφός*, non (ut vulgo) *ζῶον* et *ζωός*. Ex Simonide affertur:

οἷον τόδ' ἡμῖν θηρίον παρέπτατο,
τὸ ζωΐων κάκιςον ἔκτηται βίον.

Digitized by Google

Bekk. Σ. 418. *ζωῇσι νεηνίσι*, male pro *ζῳῇσι*, et multis aliis locis, quos postea ordine collectos proponam.

Homerus autem pro re nata iisdem utitur *συναιρέσεσι*, quibus et Atticos uti videmus. Ad Odyss. B. 410. *δεῦτε φίλοι, ἧῐα φερώμεθα*, annotatur: Καλλίστρατος·

δεῦτε φίλοι, ὄφρ' ἧα φερώμεθα.

καὶ ἔστι τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος τὸ οὕτω συναιρεῖν. Neque *τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος* haec forma est, nam Pherecrates ita dixit apud Eustath. ad Odyss. pag. 1455, 42.

τὴν γαστέρ' ἧων κἀχύρων σεσαγμένος.

et eadem synaeresi usus est Homerus ipse Odyss. E. 368.

ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἧων θημῶνα τινάξῃ.

Sic modo *δῄϊοι ἄνδρες*, *δῄϊον ἄνδρα*, *δῃΐου ἐκ πολέμοιο*, *δῃΐσι ἐς πόλεμον* dixit *τρισυλλάβως*, modo per synaeresin *δῄοισι μάχεσθαι*, *δῄοισι δὲ χάρμα γενέσθαι*, *μάρνασθαι δῄοισι*, *δῄοισι λιπέσθαι*, *γνῶ ῥ' ἄνδρας δῄους*, *δῄων ἀνδρῶν*, *δῄων ἐν ἀϋτῇ*, *δῄων κυσὶ κῦρμα γενέσθαι*, *πρῆσαι δὲ πυρὸς δῄοιο θύρετρα*, *πυρὸς δῄοιο θέρωνται*, sed Bekkero placuit *δηΐοισι*, *δηΐους*, *δηΐων*, *δηΐοιο* scribere incertum quo more aut iure. Similiter in verbo modo *δῃϊόων* legitur et *δῃϊόωντο*, modo *δῃῶν* (P. 65. ubi annotatur: *περισπασέον — καὶ σὺν τῷ* I *γραπτέον*) et *Ἕκτορα δῃώσαντε* (X. 218.). Sic modo *Θρῄϊκες* appellantur, ut *Θρῄϊκες οἵδ' ἀπάνευθε νεήλυδες* (K. 434.), modo *κατὰ συναίρεσιν Θρῇκες*, ut *ὅ τοι Θρῇκες πόρον ἄνδρες.*

Omitto similia plura et hoc unum addo Aristarchum ex huius rei observatione palmari coniectura restituisse locum Π. 202. ubi Zenodotus ex libris suis ediderat sine sensu: *καὶ* ΜΗτιάασθε *ἕκαστος*, at Aristarchus inserto *ἰῶτα* dedit lucem. *δεῖ σὺν τῷ* I *γράφειν*, inquit,

καί Μ' ΊΗτιάασθε *ἕκαστος.*

addidit *ἰῶτα* de suo, quod sexcenties viderat omitti solere. Itaque nos quoque ubi sana ratio et linguae Homericae et Atticae usus *ἰῶτα* additum postulat spreta librorum auctoritate ficulnea et *παράδοσιν* nullis argumentis fultam valere iubentes *νῷ* et *σφῷ* a longo exilio revocata simul Homero et Atticis tandem aliquando reddemus.

Restat controversia utrum Homerus *σφῶν* pro *σφῶϊν* Atticorum more dixerit in Odyss. Δ. 62.

Digitized by Google

οὐ γὰρ σΦῶν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων.

annotatur: χωρὶς τοῦ I ἡ σΦῶν, ὡς Ἀρίσαρχος — ἐπίτηδες δὲ Ἀρίσαρχος ἀθετουμένων τῶν ϛίχων καὶ ἄνευ τοῦ I εἴασε τὴν γραφὴν ἵνα καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἀθέτησιν λαμβάνῃ. Aristonici haec sunt. Didymus addit: προηθετοῦντο καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ Ἀριστοφάνει. τό τε γὰρ CΦΩIN οὐχ Ὁμηρικῶς μονοσυλλάβως ἐξηνέχθη ὅ τε ἔπαινος τῶν νέων οὐκ ἀναγκαῖος. In his quod firmissimum argumentum esse videtur invalidum est: si σΦῶϊ et νῶϊ Homero et σΦώ et νώ potuerunt sonare, quis sanus neget eodem iure σΦῶϊν in σΦῷν contrahi potuisse? in tanta praesertim eiusdemmodi apud Homerum συναιρέσεων frequentia. Sintne autem tres versus, quos unanimi consensu tres Critici ὠβέλισαν, accommodati ad loci naturam et argumentum an non sint alia quaestio est ita coniuncta cum cuiusque sententia de horum carminum origine et conservatione et compositione, ut satius sit hanc controversiam ex suo cuique iudicio dirimendam relinquere, itaque ὡς ἕκαστος ἑαυτὸν πείθει οὕτως ἐχέτω· τὸν γὰρ ἀντιλέγοντα καὶ Φιλονικοῦντα πείθειν ἔν γε τοῖς τοιούτοις μηχανή ἐστιν οὐδεμία.

IV.

ΔIΓAMMA.

Homeri Editio a Bekkero curata Bonnae 1858 quamquam languidum ac senile opus, hoc tamen habet praeter caetera boni ut antiquam linguae Homericae literam Ϝ *„postquam vetustate et negligentia perierat admirabili Bentleii sagacitate ab oblivione vindicatam"* ex longo exilio tandem in Homerica carmina id est in antiquam patriam reduxerit cum incredibili et sermonis et metri Homerici emolumento. Caute admodum et circumspecte Bekkerus in ea re versatus est, sed satius est ipsum audire. *„Reduxi digamma*, inquit, *sed quantum poteram et licebat caute pedetentimque reduxi, sed in sedem reduxi suam, proditam illam manifestis vestigiis, non optatam cupideve arreptam"*. Arduum et anceps negotium est et periculosae plenum opus aleae. Qui in Homero edendo nullam τοῦ δίγαμμα rationem habent levitatis

Digitized by Google

οὐκέτ' ἔγωγε
νῶϊ ἐῶ Διὸς ἄντα βροτῶν ἕνεκα πτολεμίζειν.

ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς γράφουσι σὺν τῷ N κακῶς. Sic illi festinantes. Aristonicus dederat: ἡ διπλῆ περιεσιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κτέ. Iliad. X. 216.

νῦν δὴ νῶϊ γ' ἔολπα — οἴσεσθαι μέγα κῦδος.

ἡ διπλῆ περιεσιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει νῶϊν· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμῖν ἢ ἡμῶν. — τὸ δὲ νῶϊ χωρὶς τοῦ N σημαίνει ἡμᾶς ἢ ἡμεῖς. Ergo Zenodotus legebat: νῦν δὴ νῶϊν ἔολπα, mendose sine controversia, sed non magis sanum est: νῶϊ Γ' ἔολπα, est enim γε tam ineptum, ut apud Aristophanem olim multis locis οὐδὲν πρὸς ἔπος, sed πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ a Brunckio et aliis γε inseri solebat. Miror Bekkerum dedisse: νῶϊ γ' ἔϜολπα, quum esset vera lectio ad manum:

νῦν δὴ νῶϊ ϜέϜολπα — οἴσεσθαι μέγα κῦδος.

Gravius etiam in libris corrupta erat lectio Iliad. Θ. 139. ubi Zenodotus edidit:

Τυδεΐδη, ἄγε νῶϊ φόβονδ' ἔχε μώνυχας ἵππους.

prorsus sine sensu. Correxit Aristarchus ex libris melioribus: ἄγε δὴ αὖτε, et annotatur: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἄγε νῶϊ, ὅ ἐστιν ἡμεῖς ἢ ἡμᾶς.

Non minus bene de Homerico textu Aristarchus meritus est in restituenda forma CΦΩϵ pro σφῶϊ aut contra. Vulgata lectio erat Iliad. K. 546.

ἤ τις CΦΩI πόρεν θεὸς ἀντιβολήσας.

restituit Aristarchus verum σφωε, et hinc annotatur: ἡ διπλῆ (περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σφῶϊ· τοῦτο δὲ τίθεται ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς καὶ ὑμᾶς. Aristarchi de ea re sententia optime exponitur in altero scholio: ἡ CΦΩϵ τρίτου προσώπου ἐγκλιτική ἐστι σημαίνουσα τὸ αὐτούς.

τίς τάρ σφωε θεῶν (Il. A. 8.).

ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμός (Od. Θ. 317.)

ὥστε οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς οὐδὲ μονοσύλλαβον τὴν CΦΩ, εἰ μή ποτε (leg. εἰ μὴ ὅτε) ὀρθοτονεῖται καὶ δευτέρου προσώπου ἐστὶ καὶ σημαίνει τὸ ὑμεῖς ἢ ὑμᾶς·

σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον. (Il. I. 782.)

ἔνθεν οὖν οἱ ἀκριβέστερον αὐτὰ παραφυλάξαντες ἐκθλιψιν δεδώκασι τοῦ ϵ ἐν τῷ·

Digitized by Google

εἰ μή σΦω' Αἴαντε διέκριναν (Π. P. 531.).

ἵνα τὸ διηνεκὲς φυλαχθῇ. Plane Aristarcheum hoc est: ἵνα τὸ ΔΙΗΝΕΚΕϹ φυλαχθῇ, sed quid sit τὸ διηνεκές ex librorum mendis dispicere hoc opus, hic labor et olim fuit et nunc est. Itaque Aristarchi iudicio vel emendatione nunc recte scribitur:

τίς τάρ σΦωε θεῶν.
ἤ τίς σΦωε πόρεν θεός.
ἀλλά σΦωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει.
εἰ μή σΦω' Αἴαντε διέκριναν.

similiterque Iliad. Λ. 751.

εἰ μή σΦωε πατὴρ — ἐκ πολέμου ἐσάωσεν.

Contrario errore libri Zenodotum deceperunt M. 366.

Αἴαν, σΦῶϊ μὲν αὖθι, σὺ καὶ κρατερὸς Λυκομήδης,
ἑσσύτες Δαναοὺς ὀτρύνετε ἶφι μάχεσθαι.

ubi Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σΦῶε. τοῦτο δέ ἐστιν αὐτούς, ὅπερ οὐχ ἁρμόζει. τὸ δὲ σΦῶϊ ὑμεῖς.

Quia numquam quicumque inveteratum errorem redarguit caret reprehensoribus, qui mendosa vetera novis emendatis anteponunt et suum *Mumsimus* mordicus retinent, sic non defuerunt qui Aristarcho vera monenti acriter obloquerentur. In versu Iliados:

τίς τάρ σΦωϵ θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

veterem Zenodoti scripturam σΦωΙ teste Apollonio *de Syntaxi* pag. 167, 9. Bekk. καὶ Σιδώνιος προκρίνει καὶ ἄλλοι πλεῖϛοι παρατιθέμενοι καὶ ἐκδόσεις Ὁμηρικάς. Nemo negabat σΦωϊ in multis Homeri editionibus circumferri, et Zenodotus σΦωϊ dederat, quoniam id in suis libris repererat aut omnibus aut plerisque, neque quisquam ante Aristarchum discrimen inter σΦωΙ et σΦωϵ animadverterat, quemadmodum Zenodotus σΦῶϊ et σΦῶϊν quoque quasi nihil interesset inter se confuderat.

Similiter Iliad. H. 279 pro

μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε,
ἀμφοτέρω γὰρ σΦῶΙ φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεύς.

pertinaciter nonnulli retinebant Zenodoteam lectionem σΦῶϵ. Apollonius περὶ Ἀντωνυμιῶν pag. 114. A. Βίαιος ὁ Ἰξίων (Demetrius) ἐϛὶ τὴν σΦωϵ καὶ ἐπὶ δευτέρου τάσσων

ἀμφοτέρω γὰρ σΦῶϵ φιλεῖ.

ἐπεὶ καὶ ἡ νῶϵ διὰ τοῦ ϵ. Antimachus enim et Corinna νῶϵ

Digitized by Google

dixerant pro *νῶϊ* teste Apollonio ibid. pag. 113. B. Commemorat ibid. Apollonius eos qui *τίς τάρ σφωϊ* servabant pro *σφωε*, sed recte eorum ratiunculas confutavit, quae neminem posthac in dubitationem induxerunt.

Est in eodem genere etiam gravius mendum in Homeri Codicibus O. 155.

τὼ δὲ πάροιθ' ἐλθόντε Διὸς νεφεληγερέταο
ϛήτην· οὐδέ σφωIN ἰδὼν ἐχολώσατο θυμῷ.

pro tertia persona *secunda* ponitur, pro accusativo *genitivus* vel *dativus* et Homericum *ϝιδών* in *ἰδών* mutatur tam perverse ac si quis Latine pro *Videre* mallet *Idere* dicere. Omnes has molestias penitus sustulit Heynii emendatio *οὐδέ σφωϵ ϝιδών*, ut Iliad. A. 330.

οὐδ' ἄρα τώ γε ϝιδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.

Non est hoc mendum antiquum, sed in libris recentioribus natum quum veteres *σφωϵ ἰδών* exhiberent. Innumerabiles Homeri versus in antiquis Scholiis aut Lexicis aut apud scriptores veteres afferuntur, ut certa sit in iis Alexandrinae aetatis lectio; sed permulti sunt alii, quos nemo laudavit, in quibus eadem scribendi vitia quae in caeteris scriptoribus ac poëtis nos legentes ludificantur, et in his turpissima quaedam et barbara, de quibus alius dabitur dicendi locus.

Venio nunc ad Aristarchi errorem in talibus commissum et ad nostra tempora propagatum, quem si potero radicitus evellam. Aristarchus pervulgato librorum errore deceptus in animum induxit NΩ et CΦΩ antiquas et sinceras formas esse et perinde bene in carminibus Homeri et disyllabas formas NΩI et CΦΩI poni et monosyllabas NΩ et CΦΩ.

Apud me satis constat formas *νώ* et *σφώ* apud Homerum et Atticos ubique esse vitiosas tralaticio illo mendi genere, quod in vocabulis plurimis sexcenties apud omnes impune commissum esse et committi video. Nempe in libris antiquis *τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα* non aliter quam in iis, quos hodie non admodum vetustos habemus, non adscribi, sed prorsus omitti solebat. Itaque pro monosyllabis *νῴ* et *σφῴ* scribebatur NΩ et CΦΩ, idque Aristarchum fefellit, qui formas *νώ* et *σφώ* integras et probas esse opinatus est. Inspiciamus primum ea, quae ex illius commentariis ad nostram notitiam pervenerunt. Iliad. E. 218.

Digitized by Google

μὴ δὴ οὕτως ἀγόρευε· πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως,
πρίν γ' ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν
ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.

et Odyss. O. 475.

ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα Νὼ ἀναβησάμενοι.

ad locum Iliados annotatur: *νώ: τὸ νὼ βαρυτονητέον. ἅπαξ δὲ ἐν Ἰλιάδι καὶ ἅπαξ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῷ ΝΩ ἐχρήσατο κατ' αἰτιατικὴν πτῶσιν, ὥσπερ καὶ ἐνθάδε.*

νὼ ἀναβησάμενοι.

ὁπότε μέντοι γε σὺν τῷ Ι λέγεται καὶ ἐπ' εὐθείας αὐτὸ τάσσει καὶ ἐπ' αἰτιατικῆς καὶ προπερισπᾶται.

νῶϊ δ' ἐγὼ Σθένελός τε (Il. I. 48.).

καὶ·

οὐδ' ἂν νῶϊ διαδράκοι ἠέλιός περ. (Il. Ξ. 344).

Aristarchus animadvertit in Homeri carminibus bis tantum ΝΩ reperiri, semel in Iliade, semel in Odyssea, et utrobique esse *accusativum*. Vide quam circumspecte et anxie investiget omnia. Perinde est sitne nominativus an accusativus, et *νώ* (*νῴ*) utroque casu passim apud Atticos poëtas legitur et Tragicos et Comicos; sed in re controversa et rariore nihil omittendum putat. Deinde docet *νῶϊ* et nominativum esse et accusativum.

Transeamus ad secundam personam: *σφῶϊ* et *σφῶϊν* plurimis locis inveniuntur. Pro *σφῶϊ* quatuor locis in Iliade *σφώ* scribitur, pro *σφῶϊν* uno loco Odysseae legitur *σφῶν* an *σφῷν*, nam Grammatici certant. Optimum est ipsos apponere. Iliad. A. 574.

εἰ δὴ σφὼ ἕνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε.

Iliad. Λ. 782.

σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον.

Iliad. N. 47.

Αἴαντε, σφὼ μέν τε σαώσετε λαὸν Ἀχαιῶν.

Iliad. O. 146.

Ζεὺς σφὼ εἰς Ἴδην κέλετ' ἐλθέμεν ὅττι τάχιστα.

ΣΦῶν (an *σφῷν*) reperitur in Odyss. Δ. 62.

οὐ γὰρ σφῶν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων.

ad omnes in Iliade locos tacet Aristonicus. Itaque delabimur ad Herodiani — dicam libere quod sentio — argutias. Ad A.

Digitized by Google

574. legimus: πρωτότυπον αὐτὴν (τὴν σΦώ) Φησὶν Ἡρωδιανὸς οὐκ ἀπὸ τῆς σΦῶϊ. διὸ ὀξύνεται. τὸ γὰρ Ω τῶν δυϊκῶν ἀπέσραπται τὴν περισπωμένην. et ad O. 146. σΦώ: τῆς σΦῶϊ ἀποκοπή. Non satis sibi constat, ut vides: sed sic solet Herodianus οὐ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν. Longa est de ea re annotatio apud Etymol. M. pag. 609, 43. ὅτι τὸ ΝΩ καὶ τὸ CΦΩ σὺν τῷ I τινὲς γράφουσι λέγοντες ἀπὸ τοῦ ΝΩΙ καὶ CΦΩΙ γίνεσθαι κατὰ συναίρεσιν τοῦ Ω καὶ I εἰς τὴν ΩΙ δίφθογγον. Quicumque est qui ita censuit (nam τινές de *uno* noto homine in tali re poni solet) verum vidit; sed Herodiano aliter visum. Ἀλλ' (inquit) ἡ παράδοσις οὐκ ἔχει τὸ I ἐγκείμενον. Contendit igitur ὅτι τὸ ΝΩ καὶ CΦΩ οὐκ ἐγένετο ἀπὸ τοῦ ΝΩΙ καὶ CΦΩΙ ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἑτέρων θέματά ἐσι καὶ ἐκείνων ἕτερα θέματα. Hoc est quod modo audivimus Herodianum dicere πρωτότυπόν ἐσιν. Audiamus nunc Apollonium Dyscolum περὶ Ἀντωνυμ. pag. 110. B. αἱ Ἀττικαὶ (ἀντωνυμίαι) ΝΩ καὶ CΦΩ κατὰ τὴν εὐθεῖαν ὀξυτόνως ἀνεγνώσθησαν παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ἅπασι τραγικοῖς τε καὶ κωμικοῖς, αἵ τε γραφαὶ οὐκ ἔχουσι τὸ I προσκείμενον. Erat, ut vides, παράδοσις quaedam per grammaticorum manus in libris ad nostram memoriam propagata νώ et σΦώ esse scribendum, non νῷ et σΦῷ. Quam παράδοσιν si ratio et analogia redarguunt tuto valere iubebis. Consensu omnes agnoscunt ἀττικισὶ non aliter quam νῷν et σΦῷν esse scribendum, quae sunt, credo, ex Homericis νῶϊν et σΦῶϊν contracta. Quod autem Herodianus asseverat νῶϊ et νώ, σΦῶϊ et σΦώ *diversa* esse vocabula quis serio credet? Quod idem alibi dicit σΦώ esse τῆς σΦῶϊ ἀποκοπήν quis est hodie qui concoquere possit? Erant olim in artis infantia haec magistrorum veluti puerorum παίγνια et ludibria, ἀποκοπή, ἀντίΦρασις, ἀντίπτωσις, ἐναλλαγὴ *generis*, *numeri*, *temporis*, unde illa olim decantata *singularis pro plurali*, *praesens pro futuro*, sim. quae nunc vel a Theologis fastidiuntur ac deridentur. Quid igitur impedit ut suadente ratione et adstipulante analogia statuamus quemadmodum νῷν et σΦῷν ex νῶϊν et σΦῶϊν prognata sunt sic ex νῶϊ et σΦῶϊ iam apud Homerum νώ et σΦώ esse orta? Accentusne? at πρώ ex πρῶϊ natum nemo negat, et Τρωός ex Τρώϊος fieri ab ipso Herodiano didicimus in Mnemos. 1873. pag. 55. Restat igitur sola librorum veterum fides: ἡ παράδοσις οὐκ ἔχει τὸ I ἐγκείμενον. Quid

Digitized by Google

tum postea? Nonne pendent librorum scripturae ab opinionibus Grammaticorum? In antiquissimis Platonis et Herodoti Codicibus *εἰς κάλλος γεγραμμένοις ubique* adverbiis in *-τέρω* et *-τάτω* importunum I additum videmus, ut *ἀνωτάτωι*, *ἑκαστάτωι*, *πορρωτάτωι*, *κατωτάτωι* sim. Sed res etiam longius repetenda est. Plurimis et gravissimis indiciis satis constat in vetustis Homeri libris, quibus Critici Alexandrini utebantur, *τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα* fere *adscriptum non fuisse*, et de cuiusque Critici sententia centenis locis pronuntiari videmus utrum *σὺν τῷ* I, *μετὰ τοῦ* I scribendum sit an *χωρὶς τοῦ* I, *ἄνευ τοῦ* I. Indicabo unum locum ut lacunam suppleam. ad Iliad. Ω. 8. ex Aristarcho affertur: *ἔϛιν οὖν διττὸν τὸ ῥῆμα* (ΠΕΙΡΩ et ΠΕΡΩ) *καὶ τὸ μὲν σὺν τῷ* I *περισπασθήσεται*, imo vero: *σὺν τῷ* I (*βαρυνθήσεται*, *τὸ δὲ ἄνευ τοῦ* I) *περισπασθήσεται*. Multa igitur apud Homerum vocabula ea de causa hodie primitivam formam amiserunt neglecto et omisso necessario *ἰῶτα*. Dabo pauca de multis, in quibus Bekkerum errare video. Ex *Τρώς* formatur *Τρωῖη*, ex *δμώς δμωῖη*, quae in *Τρφή* et *δμφή* contrahuntur. Bekkerus ubique *Τρωαί* dedit et *δμωαί*. vid. Mnemos. 1873. pag. 54 et 56. Admonuerat Aristarchus ad Odyss. T. 121. *δμωιῶν σὺν τῷ ἰῶτα καὶ περισπωμένως. θηλυκὸν γάρ ἐϛιν. οὕτως Ἀρίϛαρχος.* nemo praebet aurem. *Πρώην* est Iliad. O. 470 et alibi. analogia et Aristarchus *πρφην* scribi iubent. *Θωήν* legimus Iliad. N. 669. et Odyss. B. 192 ratio et usus *θφήν* postulant. Archilochus apud Etym. M. pag. 26, 19.

ὡς ἄν σε θωῖη λάβοι.

Iliad. A. 129 rident Homerum Zoilus et Chrysippus dicentem *εἴ κέ ποθι Ζεὺς ΔΩCΙ πόλιν Τροίην ἐξαλαπάξαι*. Soloecum esse opinantur: *τὸ γὰρ δῶϛι, φαϛὶ, πληθυντικόν*. Aristarchus docuit singularem esse coniunctivi ΔΩΙCΙ. Perspicuum est illos ΔΩCΙ legisse. Ubi est *ἦϛαν*. Iliad. Λ. 33. Aristarchus emendat *ἴϐαντ*, *ἦϛαν*.

Iliad. Σ. 407. Bekker. *ζωάγρια τίνειν*. sed *μετὰ τὸ* I *ζωάγρια ὁ Ἀρίϛαρχος* nempe *ζῷον* Graecum est et *ζῳός*, non (ut vulgo) *ζῶον* et *ζωός*. Ex Simonide affertur:

οἷον τόδ' ἡμῖν θηρίον παρέπτατο,
τὸ ζωῖων κάκιϛον ἔκτηται βίον.

Digitized by Google

Bekk. Σ. 418. ζωῇσι νεηνίσι, male pro ζῳῇσι, et multis aliis locis, quos postea ordine collectos proponam.

Homerus autem pro re nata iisdem utitur συναιρέσεσι, quibus et Atticos uti videmus. Ad Odyss. B. 410. δεῦτε φίλοι, ἥϊα φερώμεθα, annotatur: Καλλίστρατος·

δεῦτε φίλοι, ὄφρ' ἦα φερώμεθα.

καὶ ἔστι τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος τὸ οὕτω συναιρεῖν. Neque τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος haec forma est, nam Pherecrates ita dixit apud Eustath. ad Odyss. pag. 1455, 42.

τὴν γαστέρ' ἦων κἀχύρων σεσαγμένος.

et eadem synaeresi usus est Homerus ipse Odyss. Ε. 368.

ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἦων θημῶνα τινάξῃ.

Sic modo δῄοι ἄνδρες, δῄον ἄνδρα, δῄου ἐκ πολέμοιο, δῄϊον ἐς πόλεμον dixit τρισυλλάβως, modo per synaeresin δῴοισι μάχεσθαι, δῴοισι δὲ χάρμα γενέσθαι, μάρναθαι δῴοισι, δῴοισι λιπέσθαι, γνῶ ῥ' ἄνδρας δῴους, δῴων ἀνδρῶν, δῴων ἐν αὐτῇ, δῴων κυσὶ κῦρμα γενέσθαι, πρῆσαι δὲ πυρὸς δῴοιο θύρετρα, πυρὸς δῴοιο θέρωνται, sed Bekkero placuit δῃοῖσι, δῃόους, δῃῶν, δῃοῖο scribere incertum quo more aut iure. Similiter in verbo modo δῃϊόων legitur et δῃϊόωντο, modo δῳῶν (P. 65. ubi annotatur: περισπαστέον — καὶ σὺν τῷ Ι γραπτέον) et Ἕκτορα δῳώσαντε (Χ. 218.). Sic modo Θρῄϊκες appellantur, ut Θρῃϊκες οἵδ' ἀπάνευθε νεήλυδες (Κ. 434.), modo κατὰ συναίρεσιν Θρῇκες, ut ὅ τοι Θρῇκες πόρον ἄνδρες.

Omitto similia plura et hoc unum addo Aristarchum ex huius rei observatione palmari coniectura restituisse locum Π. 202. ubi Zenodotus ex libris suis ediderat sine sensu: καὶ ΜΗτιάασθε ἕκαστος, at Aristarchus inserto ἰῶτα dedit lucem. δεῖ σὺν τῷ Ι γράΦειν, inquit,

καί Μ' ΗΙτιάασθε ἕκαστος.

addidit ἰῶτα de suo, quod sexcenties viderat omitti solere. Itaque nos quoque ubi sana ratio et linguae Homericae et Atticae usus ἰῶτα additum postulat spreta librorum auctoritate ficulnea et παράδοσιν nullis argumentis fultam valere iubentes νῴ et σΦῴ a longo exilio revocata simul Homero et Atticis tandem aliquando reddemus.

Restat controversia utrum Homerus σΦῶν pro σΦῶϊν Atticorum more dixerit in Odyss. Δ. 62.

Digitized by Google

οὐ γὰρ σΦῶν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων.

annotatur: χωρὶς τοῦ Ι ἡ σΦῶν, ὡς Ἀρίσαρχος — ἐπίτηδες δὲ Ἀρίσαρχος ἀθετουμένων τῶν σίχων καὶ ἄνευ τοῦ Ι εἴασε τὴν γραφὴν ἵνα καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἀθέτησιν λαμβάνῃ. Aristonici haec sunt. Didymus addit: προηθετοῦντο καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ Ἀριστοφάνει. τό τε γὰρ CΦΩΙΝ οὐχ Ὁμηρικῶς μονοσυλλάβως ἐξηνέχθη ὅ τε ἔπαινος τῶν νέων οὐκ ἀναγκαῖος. In his quod firmissimum argumentum esse videtur invalidum est: si σΦῶϊ et νῶϊ Homero et σΦώ et νώ potuerunt sonare, quis sanus neget eodem iure σΦῶϊν in σΦῶν contrahi potuisse? in tanta praesertim eiusdemmodi apud Homerum συναιρέσεων frequentia. Sintne autem tres versus, quos unanimi consensu tres Critici ὠβέλισαν, accommodati ad loci naturam et argumentum an non sint alia quaestio est ita coniuncta cum cuiusque sententia de horum carminum origine et conservatione et compositione, ut satius sit hanc controversiam ex suo cuique iudicio dirimendam relinquere, itaque ὡς ἕκαστος ἑαυτὸν πείθει οὕτως ἐχέτω· τὸν γὰρ ἀντιλέγοντα καὶ Φιλονικοῦντα πείθειν ἔν γε τοῖς τοιούτοις μηχανή ἐστιν οὐδεμία.

IV.

ΔΙΓΑΜΜΑ.

Homeri Editio a Bekkero curata Bonnae 1858 quamquam languidum ac senile opus, hoc tamen habet praeter caetera boni ut antiquam linguae Homericae literam Ϝ *„postquam vetustate et negligentia perierat admirabili Bentleii sagacitate ab oblivione vindicatam"* ex longo exilio tandem in Homerica carmina id est in antiquam patriam reduxerit cum incredibili et sermonis et metri Homerici emolumento. Caute admodum et circumspecte Bekkerus in ea re versatus est, sed satius est ipsum audire. *„Reduxi digamma*, inquit, *sed quantum poteram et licebat caute pedetentimque reduxi, sed in sedem reduxi suam, proditam illam manifestis vestigiis, non optatam cupideve arreptam"*. Arduum et anceps negotium est et periculosae plenum opus aleae. Qui in Homero edendo nullam τοῦ δίγαμμα rationem habent levitatis

Digitized by Google

crimine tenentur, similesque sunt philologis quibusdam in Gallia festivissimis illis quidem et elegantissimis viris sed *οὐδὲν ἐπαΐουσι τῶν τοιούτων πέρι*, qui digamma per lusum iocumque pro Aeolico *Britannicum* appellitabant. Fuerunt alii qui in contrarium errorem se inducerent et fere ubique levi suspicione ducti digamma infercirent. Bekkerus ut erat in omni re cautus et anxius mediam quamdam viam tenuit, ita tamen ut in multis erraverit, nonnumquam sed perraro tamen *τὸ δίγαμμα* importune inserens, longe saepius necessarium negligens, aut in emendandis locis ubi hominum socordia antiqua literula periisset parum felix aut festinantior paullo et inconsideratior. Ex hisce errorum generibus nonnulla subinde exempla paucis redarguere iuvat.

Faciam initium ab eo loco, ubi necessarium et sententiae et metro *δίγαμμα* apud reliquos omnes amissum a Bekkero quoque neglectum est.

Pronomina trium personarum habent accusativum encliticum *με*, *σε* et *Fε*. Elisa vocali superest *μ'* et *σ'*: in tertia autem, quia F non scribitur, pronominis nec vola nec vestigium superest. Vel sic tamen in vitam ac lucem poterit revocari, ut luculento exemplo ostendemus.

Habet hoc linguae Epicae simplicitas ut quae quis mandata ad aliquem dederit perferenda, ea *iisdem* verbis repetitis ad eum perferantur tertia tantum persona in secundam mutata. Pauca exempla haec vide. Iliad. B. 11.

θωρῆξαί Ϲε κέλευε κάρη κομόωντας Ἀχαιούς
πασσυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλΟΙ πόλιν εὐρυάγυιαν.

et vs. 28 et 65.

θωρῆξαί Ϲ' ἐκέλευε κάρη κομόωντας Ἀχαιούς
πασσυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλΟΙϹ πόλιν εὐρυάγυιαν.

Iliad. Θ. 402.

γυιώσω μέν σΦωϊν ὑΦ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,
αὐτὰς δ' ἐκ δίΦρου βαλέω κατά θ' ἅρματα ῥάξω.

et vs. 416.

γυιώσειν μὲν σΦῶϊν ὑΦ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,
αὐτὰς δ' ἐκ δίΦρου βαλέειν κατά θ' ἅρματα ῥάξειν.

Iliad. O. 160.

παυσάμενόν μιν ἄνωχθι μάχης ἠδὲ πτολέμοιο —

Digitized by Google

εἰ δέ μοι οὐ Fεπέεσσ' ἐπιπείσεται ἀλλ' ἀλογήσει.

et vs. 176.

παυσάμενόν σ' ἐκέλευε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο —
εἰ δέ Foι οὐ Fεπέεσσ' ἐπιπείσεαι ἀλλ' ἀλογήσεις.

Iliad. Ω. 113.

σκύζεσθαί Foι Fειπὲ θεοὺς, ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων
ἀθανάτων κεχολῶσθαι, ὅτι Φρεσὶ μαινομένῃσιν
Ἕκτορ' ἔχει παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν οὐδ' ἀπέλυσεν.

et vs. 134.

σκύζεσθαι σοί Φησι θεοὺς Fεὲ δ' ἔξοχα πάντων
ἀθανάτων κεχολῶσθαι, ὅτι Φρεσὶ μαινομένῃσιν
Ἕκτορ' ἔχεις παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν οὐδ' ἀπέλυσας.

Ad hanc lucem contemplare mihi locum hunc Iliad. Ω. 152.

μηδέ τί Foι θάνατος μελέτω Φρεσὶ μηδέ τι τάρβος·
τοῖον γάρ Foι πομπὸν ὀπάσσομεν ἀργεϊΦόντην,
ὃς ἄξει εἴως κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσῃ.

quibus ad verbum respondent haec vs. 181.

μηδέ τί τοι θάνατος μελέτω Φρεσὶ μηδέ τι τάρβος·
τοῖος γάρ τοι πομπὸς ἅμ' ἕψεται ἀργεϊΦόντης,
ὅς C' ἄξει εἴως κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσῃ.

Nonne luce clarius est ut hoc loco ὅς CЄ ἄξει dicitur, sic illo ὅς FE ἄξει dictum fuisse? Eliditur utrobique vocalis: itaque hoc loco ϐς C' ἄξει recte scribitur, sed illic, quia digamma non superest, nullum pronominis indicium est relictum et versus ἀκέφαλος circumambulat

ΟC ἄξει εἴως κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσῃ.

Nulla igitur superesse potest dubitatio quin vera scriptura sit: ὅς F' ἄξει, et nihil amplius est molestiarum neque in sententia neque in metro.

Eodem modo idem pronomen periisse suspicor Π. 545.

κεῖται Σαρπηδών —
ἀλλὰ, Φίλοι, πάρσητε νεμεσσήθητε δὲ ϑυμῷ
μὴ ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται ἀτειμίσσωσι δὲ νεκρόν.

sententia postulat: μή μιν ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται, ut X. 18. ἐμὲ μὲν μέγα κῦδος ἀφείλεο: ergo rescribendum:

μή F' ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται.

Iterum pronomen idem ex fuga retrahendum esse arbitror in Odyssea α. 204.

Digitized by Google

οὗτοι ἔτι δηρόν γε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης
ἔσσεται, οὐδ' εἴπερ ΤΕ σιδήρεα δέσματ' ἔχῃσι.

quoniam δέσματα ex ipsa rei natura nominativus est, δέσματα ἔχει με, non ἔχω δεσμά, male abest pronominis accusativus. Sed vide quam nullo negotio in pristinam sedem redeat si scripseris:

οὐδ' εἴπερ ϜΕ σιδήρεα δέσματ' ἔχῃσι.

ut in Odyss. θ. 340.

δεσμοὶ μὲν τρὶς τόσσοι ἀπείρονες ἀμφὶς ἔχοιεν.

et aliis locis δεσμὸς ἐρύκει. Sequiores demum ἔχω δεσμά aut ἀλύσεις aut κλοιόν dicere coeperunt.

Iterum periit ῥε Iliad. Ω. 337.

ὣς ἄγαγ' ὡς μήτ' ἄρ τις ἴδῃ μήτ' ἄρ τε νοήσῃ.

sed poëta dixisse videtur:

ὡς μή τίς ϜΕ ἴδῃ μή τάρ τε νοήσῃ.

V.

ἈΓΓΕΡΤΕΙΝ.

Bekkerus mendose edidit A. 459 et B. 422. ἀϜέρυσαν, et Θ. 325. ἀϜερύοντα, et M. 261. ἀϜέρυον. Est verbum ϜερύωΣ idem significans atque ἕλκω, habetque *ubique* sine controversia digamma, ut O. 464. ἐπὶ τῷ Ϝερύοντι, et passim. Composita sunt eiusdem significationis ἈΝέλκειν et ἈΝϜερύειν, id est εἰς τοὐπίσω ἕλκειν, ἀνακλᾶν de *capitibus victimarum* et de *arcu*, ut A. 375 et N. 583. ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἄνελκεν, et Odyss. Φ. 150. πρὶν γὰρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων, nempe τὸ τόξον. In ἈΝϜερύειν, ut in ἀλλέξαι, ἀλλύσκον et sim. N in digamma conversum est scribendumque ἀϜϜέρυσαν, ἀϜϜερύοντα et ἀϜϜέρυον, quae olim in αὐέρυσαν et etiam peius in αὖ ἔρυσαν depravata circumferebantur. Quod Bekkerus dedit ἀϜερύοντα perinde est vitiosum ac si quis pro ἀΝέλκοντα vellet ἀϵλκοντα substituere.

Digitized by Google

VI.

ϵϜΓΑΔϵΝ.

Tribus in Homero locis Bekkerus edidit ἔϝαδεν. Iliad. Ξ. 340. et P. 647. et Odyss. Π. 28.

ἐπεί νύ τοι ἔϝαδεν εὐνή.
ἐπεί νύ τοι ἔϝαδεν οὕτως.
ὥς γάρ νύ τοι ἔϝαδε θυμῷ.

ut pro tribrachi ter dactylus reponatur geminato digammate scribendum ἔϝϝαδεν, unde εὕαδεν ortum est, ut καυάξαις ex καϝϝάξαις et αὐέρυσαν pro ἀϝϝέρυσαν et αὐίαχοι pro ἀϝϝίαχοι, similiaque complura. Apud Hesychium post Αὐΐαχοι legitur:

Αὔϊδέτου: ἀφανοῦς, ἀοράτου.

nihil aliud est quam ἀϝϊδέτου, quod formatum est ut ἀλάμπετος.

VII.

ΔϜΗΝ — ΔϜϵΙCΑΙ, ΔϜϵΟC, ΔϵΔϜΙΑ.

Digamma quum sit *littera liquida* mutis quibusdam subiungitur. Apud Homerum quidem in duobus tantum vocabulis liquido apparet digamma literae Δ fuisse subiunctum. Primum in ΔϜΗΝ, quod *ubique* sine ulla exceptione antecedentem brevem positione producit, ut in

μίννυθά περ οὔτι μάλα δϝήν.

A. 416. N. 573. χ. 473 et

οὐδ' ἄρ' ἔτι δϝήν.

Z. 139. Θ. 126. Ψ. 690. β. 36. 296. 397. ρ. 72. et οὐδ' ἂν ἔτι δϝήν Υ. 426. et οὕτοι ἔτι δϝήν. et οὐδὲ δϝήν Π. 736. et ε. 127.

Alterum exemplum Δ et Ϝ coniunctorum est in Homerico verbo δείδια. Scribebatur olim ἔδδεισεν, ὑποδδείσας, ἀδδείς et similia. Aristarchus in his unum tantum Δ scribebat. Scholion ad Θ. 423. ἀδδὲς δι' ἑνὸς Δ Ἀρίσαρχος. et ad Ο. 123. περιδείσασα διὰ τοῦ ἑτέρου Δ Ἀρίσαρχος, et ad Ψ. 417. διὰ τοῦ

Digitized by Google

ἑτέρου Δ τὸ ὑποδείσαντες. Aristarchum Bekkerus sequitur, inconsiderate admodum. Aristarchus enim quae esset antiqua horum vocabulorum forma scire non poterat, quoniam numquam suspicatus est in lingua Homerica subesse consonantem literam quae oculis non cerneretur, Bekkerum vel solae metricae rationes advertere potuerant et ad verum reperiendum adducere.

Producitur enim prima in ἔδρεισεν (ut in ὣς ἔφατ', ἔδρεισεν δ' ὁ γέρων) A. 23. 568. Γ. 418. K. 240. Υ. 61. Ψ. 425. Ω. 571. 689. κ. 448.

Producitur eadem in ἔδρεισας X. 19. Ω. 364.

et in ἐδρείσατε N. 624.

et in ἔδρεισαν κ. 219. ν. 184.

et in coniunctivo δρείσῃ Ω. 116.

εἴ κέν πως ἐμέ τε δρείσῃ.

et in participio δρείσαντες ι. 236. 396.

Producitur secunda in περίδρεισαν Λ. 508.

et in περιδρείσασα O. 123. Φ. 328.

et in περιδρείσαντες Ψ. 822.

Producitur secunda in ὑπέδρεισαν Λ. 406.

et in ὑποδρείσας X. 282. ι. 377. π. 425.

et in ὑποδρείσασα κ. 296.

et in ὑποδρείσαντες M. 413. Σ. 199. Ψ. 417. 446. Ω. 265.

Ubicumque legitur δέος, δεινός, δειμός, δειλός, Δεισήνωρ videbis antecedentem brevem positione productam. Erat enim antiqua forma δρέος A. 515. οὗτοι ἔπι δρέος. E. 817. οὔτε τί με δρέος ἴσχει. K. 376. χλωρὸς ὑπὸ δρείους. N. 224. οὔτε τινὰ δρέος ἴσχει. Ξ. 387. ἀλλά δρέος. O. 4. χλωρὸς ὑπὸ δρείους, θ. 563. ἐπὶ δρέος.

Erat δρεινός Γ. 172. φίλε γεκυρὲ δρεινός τε. K. 254. 272. ἐνὶ δρεινοῖσιν Λ. 10 μέγα τε δρεινόν τε. Φ. 25. κατὰ δρεινοῖο. γ. 322 μέγα τε δρεινόν τε. ε. 52. κατὰ δρεινούς.

Erat forma vetus δρειμός Λ. 37. περὶ δὲ δρειμός. O. 119. κέλετο Δρειμόν.

Erat forma antiqua δρειλός E. 574 ἄρα δρειλώ, obliterata A. 293. ἤ γάρ κεν (leg. κε) δρειλός et P. 38. ἤ κέ σφιν (leg. σφι) δρειλοῖσι.

Sic et producit antecedentem brevem forma Δρεισήνωρ P. 217.

Digitized by Google

τε Δρεισήνορα, et prima in ἀδρεές longa est Φ. 481. κύον ἀδρεές et τ. 91.

Sic igitur δειδια natum est et δειδοικα, nempe ex δέδρια et δέδροικα, sic θεουδής ex θεοδρεής pro ὅσιος, εὐσεβής, θεοσεβής, δεισιδαίμων.

In tanta frequentia locorum, ubi antiquae linguae tam expressa et certa vestigia apparent, non miraberis esse locos pauculos, in quibus longa dies et communis omnium linguae vetustae ignoratio vocabulorum veterum formam variis modis ἠφάνισεν. Quae carmina per multas aetates volitarant per ora virorum longo post intervallo ex cantantium ore excepta literis describi coepta sunt, postquam digamma, sexta alphabeti litera, apud Iones et Atticos plane in desuetudinem abierat describentibusque prorsus erat ignotum. Itaque pro ἔτραδεν scribebatur εὔαδεν, pro καπράξαντες et καπράξαις dederunt καυάξαντες et καυάξαις, pro ἀπέρυσαν exarabant αὐέρυσαν et αὐΐαχοι pro ἀπίαχοι, similiaque ubi ρ erat geminatum. Simplex autem ρ omitti solebat et penitus sine vestigio interire.

Itaque quia passim litera consonans exciderat carmina vetusta literis exarata plena erant rimarum versusque canori et eximia arte compositi passim intolerabili hiatu fatiscebant, veluti:

ὣδέ σΦ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε Οἶνος
κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλΑ Ϝοργώς.
ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένΑ ϜΑξῃ.
ἔνθα μὲν ἐκπεσέειν οἴῳ κατά θ' ἅρματΑ ϜΑξαι.

Non est igitur mirandum rhapsodos et cantores centum modis molestum hiatum sarcire conatos, qui aut inferciebant literulam ϛοιβῆς δίκην πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ veluti τ' aut γ' aut κ', aut voculas inter se permutabant pro δέ aut τε γάρ substituentes, aut verba transponebant veluti πᾶσιν ἐμοὶ δὲ μάλιϛα pro πᾶσι μάλιϛα δ' ἐμοί, omninoque lenissima vulgatae scripturae mutatione numeris et auribus consulebant. Eodem modo quo illi vetustas formas obscurabant, nostrum est easdem revocare in lucem, non per vim grassantes urendo secandoque et audaci transpositione aut correctione violenta, sed lenissima literulae inflexione aut omissione. Optimum factu est locos poëtae omnes, ubi vetustae formae obliteratae sunt, sub uno conspectu ponere omnibusque diligenter consideratis expensisque ita linguae

Digitized by Google

antiquae rationem et usum, si fieri potest, restituere. Sunt autem loci pauculi hi: H. 117 *ἀδειής* prima brevi *εἴπερ ἀδειής ἐσι*. Θ. 133. *βροντήσας ἄρα δεινόν*. N. 163. *ἀπό ῥεο δεῖσε δὲ θυμῷ*. O. 626. *ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης*. Ω. 663. *Τρῶες δεδίασιν*, et duobis locis *μ*. 203. et *ω*. 534. *τῶν δ' ἄρα δεισάντων* et *β*. 66. *ὑποδείσατε*.

Quod autem saepius in utroque carmine legitur *δείδω* et ubique in hexametri initio collocatur, non arbitror esse linguae Homericae, ut neque Atticae linguae esse satis constat. Athenienses constanter *δέδοικα* aut *δέδια* dicebant et *δέδιθι*, *δέδιμεν*, *ἐδέδισαν*, *δεδιέναι*, *δεδιώς* caet. Homerus de more omnia habet eadem, sed prima ob amissum digamma in diphthongum producta: *δείδοικα*, *δείδια*, *δείδιμεν*, *ἐδείδισαν*, *ὑπεδείδισαν*, *δείδιθι*, *δειδίμεν* (*δεδιέναι*) et *δειδιότες*. Pro vulgata *δείδω* nonnumquam discrepans lectio *antiqua* *δείδια* ex vetustis poëtae editionibus sive *διορθώσεσιν* profertur, ut Iliad. Ξ. 44, quam equidem ubique cantoribus Ionicis reddendam esse arbitror, et pro *δείδω* reponendum *δείδια* K. 39. Λ. 470. N. 745. Ξ. 44. T. 24. T. 30. X. 455. et in Odyssea *ε*. 300. 419. 473. et *μ*. 122.

VIII.

ϜΕΛΛΟΜΑΙ — 'ΕϜΑΛΗΝ — ϜΕϜΕΑΜΕΝΟΙ.

Editur apud Homerum E. 203.

ἀνδρῶν εἰλομένων.

et E. 782.

ἕσασαν — εἰλόμενοι.

et Θ. 215.

εἰλομένων. εἵλει δὲ — Ἕκτωρ Πριαμίδης.

Bekkerus *τὸ δίγαμμα* addidit *ϝειλόμενοι*, *ϝειλομένων*, *ϝείλει*. Consentiunt libri, confirmant testes veteres, Apollonius, Hesychius, Etymologici auctor, caeteri. Tamen mendosa haec forma est et inveteratum scripturae vitium nos fallit. Quae sit proba et genuina forma duce optima analogia investigandum erit. Spectemus primum formas ex vetere verbo propagatas. Aoristus est *ϝέλσαν*, *ϝέλσαι* et *ἐϝέλσαι*, *ϝέλσας*, ut *κέλσαι* et *κέλσας*. Λ. 413.

Digitized by Google

Τρώων ϝίχες ἤλυθον — Ϝέλσαν δ' ἐν μέσσοισιν.

A. 409.

τοὺς δὲ κατὰ πρύμνας τε καὶ ἀμΦ' ἄλα ϝέλσαι Ἀχαιούς.

Φ. 225.

πρὶν ϝέλσαι κατὰ ϝάσυ.

Misere corruptus locus est Σ. 294.

κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νηυσὶ θαλάσσῃ τ' ϝέλσαι Ἀχαιούς.

nam quod τὸ δίγαμμα eximentes τ' ἕλσαι scribunt perinde est ac si quis ἕλσαι pro κέλσαι substituere vellet. Sed salva res est, quia poëtae manum alibi integram servatam habemus hanc:

κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νηυσὶ καὶ ἀμΦ' ἄλα ϝέλσαι Ἀχαιούς.

Participium ϝέλσας legitur in versiculo Odysseae bis repetito ε. 132. et η. 250.

ἐπεί τοι νῆα — Ζεὺς ϝέλσας ἐκέδασσε.

sed potior videtur scriptura Zenodotea ἐλάσας pro ϝέλσας, quoniam πλήξας sententiae convenit, συϝρέψας, συνελάσας non item. „*Jupiter navim fulmine* ictam *diffidit*".

Pro ϝέλσαι linguae Homericae consuetudine, qua τῷ δίγαμμα saepissime Θ praefigitur, ἐϝέλσαι legitur Φ. 295.

πρὶν κατὰ ϝιλιόΦιν κλυτὰ τείχεα λαὸν ἐϝέλσαι.

ut ἐϝείκοσιν, ἕϝεδνα, ἐϝέλδωρ caet. Obiter N exemta scribe ϜιλιόΦι κλυτά, Homerico more.

Passivae formae aoristus est ἐϝάλην, ut ἐξάλην. N. 408.

τῇ ὕπο πᾶς ἐϝάλη.

Τ. 168.

δουρὶ βάλῃ ἐϝάλη τε χανών.

et vs. 278. Αἰνείας δ' ἐϝάλη. et X. 12.

οἳ δή τοι ἐς ϝάσυ ϝάλεν.

et in infinitivo ϝαλῆναι et ϝαλήμεναι Π. 714.

ἦ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειε ϝαλῆναι.

E. 76.

Ἀργείους ἐκέλευσα ϝαλήμεναι ἐνθάδε πάντας.

et Σ., 76.

πάντας ἐπὶ πρυμνῇσι ϝαλήμεναι υἷας Ἀχαιῶν.

Saepe legitur participium ϝαλείς, ϝαλέν, ϝαλέντες. Φ. 571.

ὣς εἰπὼν Ἀχιλῆα ϝαλεὶς μένεν.

X. 308.

οἴμησεν δὲ ϝαλείς.

Digitized by Google

Ψ. 420.

χειμέριον ϝαλὲν ὕδωρ.

Φ. 534.

ἐπεί κ' ἐς τεῖχος ἀναπνεύσωσι ϝαλέντες.

Φ. 607.

πύλαι δ' ἔμπληντο ϝαλέντων.

X. 47.

Τρώων ἐς ῥάϛυ ϝαλέντων.

Perfectum passivum est ϝέϝελμαι, ut ἤγγελμαι. Ω. 662.

τοῖσθα γὰρ ὡς κατὰ ῥάϛυ ϝεϝέλμεθα.

M. 38.

νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσι ϝεϝελμένοι.

N. 524.

Διὸς βουλῇσι ϝεϝελμένοι.

Σ. 287.

ἦ οὔπω κεκόρησθε ϝεϝελμένοι ἔνδοθι πύργων;

Nonne ex omnibus his formis luculenter apparet quae sit proba et antiqua praesentis forma? κέλσαι a κέλλω est, ἐϛάλην a ϛέλλω, ἤγγελμαι ab ἀγγέλλω, ergo et ϝέλσαι, ἐϝάλην, ϝέϝελμαι non aliunde quam ex ϝέλλω et ϝέλλομαι prognata esse possunt. Quae verba in prisco Epico sermone τὸ δίγαμμα habent praefixum ea saepe videbis in Attica pro ϝε habere diphthongum ΘΙ, ut ϝελίσσω εἰλίσσω, et sic εἰργαζόμην, εἰϛίων, εἴθιζον et alia nata sunt. Hinc ϝέλλομαι apud Athenienses ΘΙλλομαι et Ἴλλομαι sonabat ι producto. Multa hinc composita Atticis et Ionibus antiquis in usu fuerunt: ἐξίλλω, συνίλλω, ἀνίλλω, κατίλλω, προσίλλω, περιίλλω, ὑπίλλω, de quibus multa dixi in *Var. Lectt.* pag. 87. et 361. et in *Nov. Lectt.* pag. 457. Sophocles in *Antigone* vs. 340.

ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος.

Quia I longum est εἰλλομένων et εἰλομένων scribae dare solent, et sic nata est apud Homerum quoque mendosa lectio, quae et apud Sophoclem et Platonem et alios comparet. vid. Ruhnken. ad *Tim.* v. Εἰλομένων et Γῆν ἰλλομένην.

Pro prisco ϝέλλω et Attico ἴλλω iam apud Homerum est producta forma ϝειλέω. Θ. 215. ϝελλομένων, ϝείλει δὲ — Ἕκτωρ. B. 294. ὕπερ ἄελλαι Χειμέριαι ϝειλέωσιν. μ. 210. ϝείλει ἐνὶ στηῖ. τ. 200. ϝείλει γὰρ βορέης. χ. 460. ϝείλεον ἐν ϛείνει, λ. 572.

Digitized by Google

θῆρας ὁμοῦ ϝειλεῦντα. et Φ. 8. ἐς ποταμὸν ϝειλεῦντο. Similes formae Atticis sunt permultae κατειλεῖν, περιειλεῖν caet. in quibus solemni errore pro κατειλημένος, περιειλημένος et sim. κατειλημμένος et περιειλημμένος scribae substituere assolent. Sic factum est ut in libris pro veris ac genuinis formis ἑλλόμενοι apud Homerum, ἰλλόμενος et εἰλούμενος in Attica, haec scripturae vitia passim recurrant εἰλόμενος, εἰλόμενος, εἰλούμενος (pro ἑλλόμενος) et εἰλλόμενος, quae nemini imponere possunt et nullius omnino sunt pretii. Ad Iliad. E. 782 ἕϛασαν — εἰλόμενοι *la Roche* attulit ex Cod. A. εἰλούμενοι, ex GM. εἰλόμενοι, similiaque alibi, quibus quid est vanius, quid inutilius?

In perfecto passivo notandus est Bekkeri constans error ἐτέλμεθα, et ἐτελμένοι ubique scribentis et ad eundem modum alibi passim ἔτολπα, ἔτοργα', ἔτοικα, ἔτερτο, ἐτερμένον. Haec omnia perinde vitiosa sunt ac si quis pro λέλοιπα, πέποιθα, δέδηα, πέφηνα, σέσηπα, τέτηκα sim. vellet ἔλοιπα, ἔποιθα caet. dicere.

In ϝετέλμεθα non magis primam consonantem omittere licet quam in κεκόρημαι, βεβόλημαι, δέδασμαι, δεδάκρυμαι, δέδεμαι, τέταμαι, δέδομαι, πέπομαι, similibusque omnibus. Non erat autem arduum et anceps pro γλαΦυρῇσιν ἐτελμένοι et βουλῇσιν ἐτελμένοι et κατὰ ῥάϛυ ἐτελμένοι verum reponere et in versu:

ἦ οὔπω κεκόρησθε ἐτελμένοι ἔνδοθι πύργων;

vel immanis hiatus Bekkerum admonere poterat perfectum passivum reduplicationem habere solere.

Permulta alia apud Bekkerum adversus digamma peccata sunt sive neglexerit evidens scripturae vitium sive male curaverit. In constituenda carminum Homericorum lectione utilissimum est semper hoc agere et observare quibus modis cantores veteres rimas innumerabiles, quibus antiqua carmina propter digamma deletum passim fatiscebant, supplere sint soliti et sarcire et interpolando numerorum labem manifestam occultare.

In qua re non violenter grassabantur aut lectiones antiquas temeraria manu vexabant, sed ϛοίβας τινάς tenues et exiles inserebant τε, γε, ἄρ', τι, et quidquid lenissime τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ sarciebat. Nonnumquam verba transponebant tantum, ut in ἐμοὶ δὲ μάλιϛα pro μάλιϛα δ' ἐμοί, cuius rei in tempore memor complures poëtae versus aut ἀμέτρους aut κακομέτρους restitutis numeris sanare poteris. In Iliad. N. 204 in libris est:

Digitized by Google

ἦκε δέ μιν σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος δι' ὁμίλου.

contra metrum, quia est σφαιρηδὸν ϝελιξάμενος. Itaque Bekkerus σφαιρηδὰ ϝελιξάμενος substituit, ut „ἀμφαδά, ἀναφανδά, ἀποσαδά, αὐτοσχεδά, κρυβδά, μιγδά et Hesiodi καναχηδά". Sed recordatus non est ex nominibus non alia adverbia quam in -δόν formari, κυνηδόν, ἱππηδόν, λεοντηδόν, ταυρηδόν, βοτρυδόν, κιονηδόν, et similia complura, ut et σφαιρηδόν et apud Homerum ipsum τυρηγηδόν, φαλαγγηδόν, ἀγεληδόν. Quid igitur? Emenda verbis transpositis:

σφαιρηδὸν δέ μιν ἦκε ϝελιξάμενος δι' ὁμίλου.

ponitur σφαιρηδόν recte primo loco, ut in B. 89. βοτρυδὸν δὲ πέτονται, et manifesto aliquis, cui hiatus in ἦκε ἑλιξάμενος vexabat aures, ἰώμενος μείζω τὴν νόσον ἐποίησεν.

Iuvat eadem opera et alios Homeri versiculos complures, ubi neglectum δίγαμμα in causa fuit ut lectio antiqua vitiaretur, paucis redintegrare conari. Iliad. Π. 522.

ἀνὴρ δ' ὥριστος ὅλωλε
Σαρπηδὼν Διὸς υἱός, ὁ δ' οὐδ' ϝοῦ παιδὸς ἀμύνει

expuncta literula scribe: ὁ δ' οὐ ϝοῦ παιδός. Τ. 124.

οὔ τοι ἀϝεικὲς ϝανασσέμεν Ἀργείοισιν.

quod conieceram: ἐν Ἀργείοισι ϝανάσσειν. a Bentleio occupatum video, qui comparavit Odyss. η. 62. ὃς ἐν Φαίηξι Ϝάνασσεν. Adscripseram Odyss. τ. 110.

ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισι ϝανάσσων.

Odyss. β. 379.

αὐτίκ' ἔπειτα ϝοι ϝοῖνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσεν.

corrig. αὐτίκα ΔΗ ϝοι ϝοῖνον. ι. 419.

οὕτω γάρ πού μ' ϝήλπετ' ἐνὶ φρεσὶ νήπιον εἶναι.

imo vero: οὕτω γάρ ΤΙ μ' Ϝέλπετ' ἐνὶ φρεσὶ νήπιον εἶναι. κ. 240.

καὶ δέμας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ.

NOOC Homericum est et versus admodum durus et immodulatus. Emendandum censeo:

ἀλλὰ νόος γ' ἦν ἔμπεδος.

μ. 117.

οὐδὲ θεοῖσιν ὑπείξεαι ἀθανάτοισιν.

sed ϝείκω Homeri est et ὑπόϝεικε et ἔϝειξα, similiaque μετὰ τεῦ δίγαμμα. Quantillum est corrigere in hunc modum:

Digitized by Google

θεοῖς ὑποτείξεαι.

ξ. 40.

καὶ δέ μοι ἄλλα θεοὶ δόσαν ἄλγεά τε ϝοναχάς τε,
ἀντιθέου γὰρ ϝάνακτος ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
ἧμαι.

suadente sententia et metro iubente restitue:

ἀντιθέου ΤΕ ϝάνακτος

„et alia miki mala Di dederunt ET regis mei vicem doleo. ξ. 395.

εἰ μέν κεν νοσήσῃ ϝάναξ τεὸς ἐς τόδε δῶμα.

veram lectionem hanc esse arbitror:

εἰ μὲν νοσήσΕΙΕ ϝάναξ τεός.

ξ. 438.

νώτοισιν δ' Ὀδυσῆα διηνεκέεσσι γέραιρεν
ἀργιόδοντος ὗός, κύδαινε δὲ θυμὸν ϝάνακτος.

sententia laboranti scripturae fert opem, quae non κύδαινε postulat sed *oblectabat*, itaque Ἴαινε, non κύδαινε. Hinc numeri redeunt: θυμὸν δ' Ἴαινε ϝάνακτος.

χ. 318.

αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖσι θυοσκόος οὐδὲν ἐϝοργώς
κείσομαι.

ἐϝοργα nihil est pro ϝέϝοργα, quasi dicas ἔδρομα pro δέδρομα. Recte scribitur celebrato loco:

κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀϝεργὸς ἀνὴρ ὅ, τε πολλὰ ϝεϝοργώς.

sed ἐϝοργώς barbarum est. Quid igitur faciendum? Homerus pro οὐδείς *constanter* οὔτις dicebat et pro οὐδέν frequenter admodum οὔτι. En igitur antiquam et veram lectionem οὔΤΙ ϝεϝοργὼς κείσομαι, ut P. 661. ἀλλ' οὔ τι πρήσσει, et alibi.

Plura de genere eodem alias proferam.

IX.

ϜϬΑΙCCϬΜϬΝ.

Quamquam, uti diximus, τοῦ δίγαμμα omissio et ignoratio, ut plurimum levia tantum menda et leni manu corrigenda peperit, tamen nonnumquam ea res linguae Homericae insigne detrimentum attulit et monstra ac portenta lectionum sic nata sunt, quae nemo adhuc procuravit, quia nemo fraudem subesse

Digitized by Google

suspicatus est. Est verbum Epicum et priscum *ϝελισσέμεν*, apud Atheniensium Tragicos *ἑλίσσειν* et *εἱλίσσειν*, ut in *Phoenissis:*

ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα.

et in Aristophanis iocosa *παρῳδίᾳ Ran.* 1348.

λίνου μεσὸν ἕτρακτον
εἰ – εἰ – εἰ – εἱλίσσουσα χεροῖν.

et alibi passim. Praeter locos pauculos facili negotio emaculandos ubique certa *τοῦ δίγαμμα* vestigia impressa videbis. Ponam sub uno conspectu testimonia, quo melius fraus appareat in iis quae monstri quid alunt adhuc a nullo deprensum.

Ϝελισσέμεν est Ψ. 309.

ϝοῖσθα γὰρ εὖ περὶ τέρμα ϝελισσέμεν.

quod libri exhibent *τέρμαθ' ἑλισσέμεν* correxit Bentleius ex vs. 323 et 462.

Aoristus *ϝελίξας* legitur Ψ. 466.

οὐκ ἐτύχησε ϝελίξας.

Participium *ϝελισσόμενος* saepe recurrit. A. 317.

κνίσῃ δ' οὐρανὸν ἶκε ϝελισσομένη περὶ καπνῷ.

Θ. 340.

ἰσχία τε γλουτούς τε ϝελισσόμενόν τε δοκεύει.

Σ. 372.

τὸν δ' εὗρ' ἱδρώοντα ϝελισσόμενον περὶ Φύσας.

Φ. 11.

ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα ϝελισσόμενοι περὶ δίνας.

X. 95.

σμερδαλέον δὲ δέδορκε ϝελισσόμενος περὶ χειῇ.

Ψ. 846.

ἣ δὲ ϝελισσομένη πέτεται διὰ βοῦς ἀγελαίας.

ϝελίσσεται et *ϝελίξεται* leguntur Ψ. 320.

ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ϝελίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα.

(facilis admodum correctio est *ἐπὶ πολλὰ ϝελίσσεται.*) et P. 728.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐν τοῖσι ϝελίξεται ἀλκὶ πεποιθώς.

id est *ϝελίξηται.* Participium *ϝελιξάμενος* occurrit M. 408.

κέκλετο δ' ἀντιθέοισι ϝελιξάμενος Λυκίοισι.

et vs. 467.

κέκλετο δὲ Τρώεσσι ϝελιξάμενος καθ' ὅμιλον.

Digitized by Google

N. 204.

ἦκε δέ μιν σφαιρηδὸν τελιξάμενος δι' ὁμίλου.

scribe, ut supra ostendimus,

σφαιρηδὸν δέ μιν ἦκε τελιξάμενος.

P. 283.

ῥηϊδίως ἐκέδασσε τελιξάμενος διὰ βήσσας.

Passivi aoristus uno loco comparet M. 74.

οὐκέτ' ἔπειτ' ὄΐω οὐδ' ἄγγελον ἀπονέεσθαι
ἄψορρον ποτὶ πάσυ τελιχθέντων ὑπ' Ἀχαιῶν.

Semel et iterum imperfectum τελίσσετο reperitur in Odyss. Τ. 24. et 28.

νωλεμέως· ἀτὰρ αὐτὸς τελίσσετο ἔνθα καὶ ἔνθα.
ὥς ἄρ' ὅγ' ἔνθα καὶ ἔνθα τελίσσετο μερμηρίζων.

prior versus vitiatus est sed ex nota Homeri compositione non difficulter sanatur:

νωλεμέως· αὐτὸς ΔΕ τελίσσετο.

Superest locus male habitus Iliad. M. 49. ὡς δ' ὅτ' ἂν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι — λέων τρέφεται — ταρφέα τε τρέφεται —.

ὥς Ἕκτωρ ἀν' ὅμιλον ἰὼν ἐλλίσσεθ' ἑταίρους
τάφρον ἐποτρύνων διαβαινέμεν.

Nempe ἐλίσσετο *precabatur* prorsus a loci sententia abhorret. Sensus manifesto est ὡς λέων ταρφέα τρέφεται — ὣς (οὕτως) Ἕκτωρ ἐτρέφετο. Ergo poëta verbi τελισσέμεν imperfecto passivo usus est, sed qua forma? Est in libris nonnullis εἰλίσσεθ' ἑταίρους, quae Atticorum forma est Homero incognita. Priscum τελίσσομαι habet imperfectum ἐτελίσσετο, idque ipsum verum est et ex longo exilio tandem in pristinam sedem reducendum. Postquam τὸ δίγαμμα deletum est ἐελίσσετο aut in εἰλίσσετο abiit aut in ἐλλίσσετο, utrumque aperte mendosum.

His igitur praemissis munita via est ad opprimendum monstrum, quod adhuc multos poëtae locos inquinat. Compone mihi locum M. 74. τελιχθέντων ὑπ' Ἀχαιῶν cum E. 497. Σ. 106. Λ. 214.

οἱ δ' ἐλελίχθησαν καὶ ἐναντίοι ἔσαν Ἀχαιῶν.

et intelliges *idem* verbum eodem sensu utrobique positum fuisse τελιχθέντων et ἐτελίχθησαν, id est ἐτράφησαν, μετετράφησαν, „*converterunt sese* qui terga dederant *et obversi in hostem stete-*

Digitized by Google

runt. Eodem modo Δ. 588. quum poëta dedisset

ςῆτε τελιχθέντες.

id est *μεταςραφέντες, ὑποςραφέντες*, quum deleto *τῷ δίγαμμα* superesset *ςῆτε ἑλιχθέντες* intolerabilis hiatus expletus est sic ut *ςῆτ' ἐλελιχθέντες* supponeretur, quamquam verbi *ἐλελίζειν* a sequioribus poëtastris ficti nullum est apud Homerum certum vestigium.

Verbi *τελισσέμεν* plusquamperfecti passivi *τετέλικτο*, id est *συνεσπείρατο, συνέςραπτο*, duo sunt testimonia ambo corrupta: Λ. 39.

αὐτὰρ ἐπ' αὐτοῦ Κυάνεος ἐλέλικτο δράκων.

et N. 558. *σειόμενον ἐλέλικτο.* et sententiam et metrum restitues scribendo *κυάνεος τετέλικτο δράκων*, ut X. 95.

σμερδαλέον δὲ δέδορκε τελιξάμενος περὶ χειῇ.

et *σειόμενον τετέλικτο.* Sic et B. 316. pro:

τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν.

verum esse arbitror: *τὴν δὲ τελιξάμενος*, et Z. 109. *ὣς ἐτέλιχθεν* pro *ὣς ἐλέλιχθεν*, et X. 448. *τῇς δ' ἐτελίχθη γυῖα.* et Ξ. 306. *ἣ δ' ἐτελίχθη πᾶσα*, pro *δ' ἐλελίχθη* et *ἣ δ' ἐλελίχθη.*

Itaque et in activa forma Poëta dixerat: Θ. 199.

ἐτέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον, pro *ἐλέλιξε.*

et A. 530.

μέγαν δ' ἐτέλιξεν Ὄλυμπον, pro *ἐλέλιξεν.*

et P. 278.

μάλα γάρ ςφεας ὦκ' ἐτέλιξεν, pro *ἐλέλιξεν.*

et ε. 314.

περὶ δὲ ςχεδίην ἐτέλιξεν, pro *ἐλέλιξεν.*

et sic forma *ἐλελίζειν* omni praesidio destituta ex errore nata arguitur ac perit.

Nihil interesse inter *ςῆτε τελιχθέντες* et *μεταςρεφθέντες* aut *ὑποςρεφθέντες* facile colliges ex Λ. 567. et 588 et 595. ubi una et eadem sententia triplici hoc participio significatur.

Sic et P. 732.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' Αἴαντε μεταςρεφθέντε κατ' αὐτούς
ςαίησαν, τῶν δὲ τράπετο χρώς.

planissime idem est ac si dixisset: *Αἴαντε τελιχθέντε ἐναντίω αὐτῶν ςαίησαν.* namque nihil interest inter *μεταςρεφθέντε* et *τελιχθέντε.*

Digitized by Google

X.

ΚΑΜΕΤΗΝ — ΛΑΒΕΤΗΝ — ΉΘΕΛΕΤΗΝ.

Aristarchus edidit Iliad. Θ. 448.

τίφθ' οὕτω τετίησθον, Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,
οὐ μέν θην κάμετON γε.

et K. 545.

εἶπ' ἄγε μ', ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ,
ὅππως τούσδ' ἵππους λάβετON.

et Λ. 782.

σφῷ δὲ μάλ' ἠθέλετON.

et toties imprudens antiquae linguae Epicae et Atticae consuetudinem violavit sinceritatemque corrupit. Versabatur enim in illo opinionis errore ut putaret *καμέτην*, *λαβέτην*, *ἠθελέτην tertiae* personae formas esse pro *ἔκαμον*, *ἔλαβον*, *ἤθελον*, namque *secundas* personas esse *κάμετον*, *λάβετον*, *ἠθέλετον*, has igitur suadente loci cuiusque sententia reponi oportere, atque ita fecit. Post plurima demum saecula verum vidit Petrus Elmsleius ad Aristophanis *Acharnenses* vs. 733. qui certis testimoniis liquido demonstravit „SECUNDAM PERSONAM DUALEM NUMQUAM A TERTIA DIVERSAM FUISSE". Aristarchi contraria opinio apparet ex his Aristonici annotationibus, ad Θ. 448: ἡ διπλῆ (περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει καμέτHN, ἀντὶ τοῦ ἔκαμον. τὸ δὲ κάμετON ἀντὶ τοῦ ἐκάμετε et ad K. 545. ἡ διπλῆ (περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει λαβέτHN. ἔστι δὲ τοῦτο ΤΡΙΤΟΤ προσώπου ἀντὶ τοῦ ἔλαβον. λέγει δὲ νῦν πρὸς αὐτούς. Ex simili nota ad Λ. 782. nihil nunc aliud superest quam Ζηνόδοτος ἠθελέτHN. Nulla est dubitatio quin et in Iliad. Λ. 776.

σφῶϊ μὲν ἀμφὶ βοὸς ἕπετON κρέα.

in Zenodotea ἐπέτHN fuerit scriptum et ab Aristarcho cum caeteris *correctum* scilicet ἕπετον. Audi testes quos Elmsleius produxit. Antiquissimus omnium est auctor celebrati scolii apud Athen. pag. 695. B.

Ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν,
φίλταθ' Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων,
ὅτι τὸν τύραννον κανέτHN
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτHN.

Digitized by Google

Proximus aetate Sophocles est in *Oedip. Tyr.* vs. 1511.

σΦῶν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτHN ἤδη Φρένας.

Sequitur Euripides *Alcest.* 664

τοιάνδε καὶ σὺ χἠ τεκοῦσ' ἠλλαξάτHN.

Euripidi proximus est Aristophanes in *Nubibus* 1506.

τί γὰρ παθόντ' ὑβριζέτHN εἰς τοὺς θεούς,
καὶ τῆς σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν;

Aristophanem Plato sequitur, apud quem complura sunt huius rei testimonia indubitata, quae expromere operae pretium est, si forte veterem controversiam dirimere possimus. In *Euthyd.* pag. 273. B. ὦ Ζεῦ, οἷον λέγετον πρᾶγμα. πόθεν τοῦτο τὸ ἕρμαιον εὑρέτHN; et post pauca: ὅτε γὰρ τὸ πρότερον ἐπεδημησάτHN τοῦτο μέμνημαι σΦῷ ἐπαγγελλομένω. et pag. 294. B. καὶ ὅτε παιδία ἦςHN καὶ εὐθὺς γενόμενοι ἠπίσασθε; et in *Sympos.* pag. 189. C. ἄλλῃ γέ πῃ ἐν νῷ ἔχω λέγειν ἢ ἦ σύ τε καὶ Παυσανίας εἰπέτHN. et in *Legibus* pag. 705. D. καὶ δὴ καὶ τοῦτ' ἐλεγέτHN αὐτὸ εἶναι σΦῷ. et pag. 753. A. οὐ καὶ σύ τε καὶ ὁ Μέγιλλος ἐκοινωνησάτHN ἡμῖν τῆς πολιτείας; et in *Eryxia* denique pag. 399. D. τί οὖν ἐπεὶ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς διείλεχθον οὐ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἐπετελεσάτHN. Omnia haec testimonia ex sciolorum et scribarum manibus illaesa evaserunt, sed passim apud Tragicos, Aristophanem, Platonem docti et indocti idem peccaverunt, quod in Homero Aristarchus. Plerosque locos ea emendatione indigentes Elmsleius l. l. enumeravit et in his Homericos: „*scribendum est* (inquit) *Il.* Θ. 448. *καμέτην.* K. 545. *λαβέτην.* Λ. 775. *ἐπέτην.* 781. *ἠθελέτην*". Poteratne summi viri sententia praeclarius confirmari quam ut hae ipsae lectiones ex antiquis Zenodoti Codicibus promerentur easque ab Aristarcho opinionis quodam errore interpolatas esse constaret? Et tamen nemo his verissimis scripturis utitur, sed *barbaras* fovent omnes Bekker, la Roche, caeteri. Nempe Buttmannus praeeunte Schaefero oblocutus est et *λεπτολογίαις* quibusdam ostendere sategit et *κάμετον* et *καμέτην perinde bene* dici, quasi hac disserendi subtilitate certa et indubitata antiquitatis testimonia convelli ullo modo possent. Spernitur et alia Elmsleii in loco Homerico evidens emendatio *Il.* Θ. 455.

οὐκ ἂν ἐΦ' ὑμετέρων ὀχέων πλῆγέντε κεραυνῷ
ἀψ ἐς Ὄλυμπον ἵκεCθον.

Digitized by Google

ἵκεσθον enim pro ἱκέσθην dici non poterat sed „*indubie reponendum est* ἵκΗσθον, *ut sit* ἂν ἵκησθον *futurum Homericum pro* ἵξεσθον."

Ad hanc lucem multa librorum inveterata vitia manifesto deprehenduntur, ut in *Euthydemo* pag. 273. B. εἰ δὲ ἀληθῶς ταύτην τὴν ἐπιστήμην ἔχετον ἵλεω εἴητΟΝ· ἀτεχνῶς γὰρ ἔγωγε σΦῷ ὥσπερ θεῷ προσαγορεύω, restituendum est εἰήτΗΝ, quia εἴητον barbarum est, et pag. 274. A. ἀλλ' ὁρᾶτον — εἰ ἀληθῆ ἐλέγετΟΝ, barbarum est ἐλέγετον, sed Plato λέγετον dixerat. Post pauca: ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες, ἔΦατΟΝ, τοῦτο οὕτως ἔχον, barbarum est ἔΦατον pro ἐΦάτην, sed si locum diligenter consideraveris senties ἔΦατον supervacaneum esse et ab indocto Graeculo interpolatum. Habet tamen is error aliquid excusationis, in quem Aristarchum ipsum implicitum fuisse videmus.

Frequens et assiduus τῶν δυϊκῶν usus Homero cum Atticis, praesertim Aristophane et Platone, communis est. Audi Aristarchum ad Iliad. N. 197 ubi est ΑἴαντΕ μεμαότΕ θούριδος ἀλκῆς, ὡς δὲ δύ' αἴγα λέοντΕ — ἁρπάξαντΕ ΦέρητΟΝ — μετὰ γαμΦηλῆσιν ἔχοντΕ

ὅς ῥα τὸν ὑψοῦ ἔχοντΕ δύω ΑἴαντΕ κορυςΑ
τεύχεα συλήτΗΝ.

ad haec Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι συνεχῶς κέχρηται τοῖς δυϊκοῖς. ἡ δὲ ἀναΦορὰ πρὸς τὰ περὶ τῆς πατρίδος. Ἀθηναίων γὰρ ἴδιον. Summo iure videtur Pisistratus de Homero dixisse:

ἡμέτερος γὰρ κεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης.

plurimis enim ex lingua Homerica indiciis colligimus Athenis oriundum fuisse poëtam, de qua re saepius infra dabitur dicendi locus. Qui sunt Doricae originis a dualium usu prorsus abstinent. Itaque homo Megarensis in *Acharnensibus* vs. 733. dicere non potuit:

ἀκούετΟΝ δὴ ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαςέρα.

ubi nondum poenitet correxisse:

ἄκουε δὴ πότεχέ τ' ἐμὶν τὰν γαςέρα.

XI.

΄ΑΦΙΕΙ — ΄ΕΤΙΘΕΙ — ΄ΕΔΙΔΟΤ.

Opinionis errore Bekkerus Homeri carmina passim tamquam

Digitized by Google

maculis quibusdam conspersit. Audi quid scribat pag. V. „*In scribendi modis cum saepe perinde esset haecne an illa poneretur littera, eam fere quoque loco posui quae a finitimis et propinquis formis proxime abesset. Sic quod ἀΦίει scribebatur pro ἀΦίη, ἐτίθει pro ἐτίθη, ἐδίδου pro ἔδίδω, factum est errore eorum qui, cum priscam litteraturam Ionica mutarent, non meminerant, quod erat* ΑΦΙΕ ΕΤΙΘΕ ΕΔΙΔΟ, posse *utroque modo legi*, debere *eo qui tertiam a prima, singularem a plurali, indicativum ab optativo participio infinitivo quam minime abstraheret*".

Satis mirari hoc Bekkeri iudicium nequeo. Constituit formas veteres non ex Graecorum certo perpetuoque usu sed ex suis opinionibus, quae quidem cum stabili Graecitatis consuetudine aperte pugnant, obtruditque Homero formas minime Graecas, quibus neque Homerus neque Ionum vel Atheniensium quisquam umquam est usus.

Proponam primum formas verborum *τίθημι*, *ἵημι* et *δίδωμι* Homero cum Atheniensibus communes. Attica et Homerica sunt

τίθημι τιθεῖς τίθησι. ἐτίθην ἐτίθεις ἐτίθει. imperativus *τίθει.*

ἵημι ἰεῖς ἵησι. ἵην ἵεις ἵει. imperativus *ἵει.*

δίδωμι δίδως δίδωσι. ἐδίδουν ἐδίδους ἐδίδου. imperativus *δίδου.*

Nulla alia forma praeter has solas scriptores Attici utuntur. Ut prima *semper* est *τίθημι*, sic secunda sine ulla exceptione constanter est τιθΕIC (*τιθεῖς*), non *τίθης*, et tertia *τίθησιν.*

Eadem omnibus est in imperfecto constantia: *ἐτίθ*HN, sed *ἐτίθ*ΕIC, *ἐτίθ*ΕI, et in imperativo *τίθει.*

Similiter in *ἵημι* (*ξυνίημι*, *ἀΦίημι*, *ἀνίημι*, *προΐημι*) prima non alia est quam *ἵημι*, *ξυνίημι*, caet. secunda semper *ἰεῖς*, *ξυνιεῖς*, *μεθιεῖς* (non *ἵης*), et tertia ubique *ἵησι*, *ἀΦίησι*, *προΐησι*, et in imperfecto *ἵην* *ἵ*ΕIC *ἵ*ΕI, *ξυνίει*, *ἀνίει*, *μεθίει* cum imperativo *ἵει.*

Similiter solum *δίδωμι* in usu est et *δίδως* et *δίδωσι*, sed in imperfecto sine varietate *ἐδίδ*ΟΤΝ, *ἐδίδ*ΟΤC et *ἐδίδ*ΟΤ, et in imperativo *δίδου.*

Lingua Homerica, ut assolet, formis nonnullis est locupletior. Omnes habet formas Atticas, sed praeterea habet *τιθεῖς*, sed etiam *τιθεῖσθα.* habet *τίθησι* sed etiam *τιθεῖ.*

Sic in *ἵημι* habet *ἵησι* sed etiam *ἰεῖ.*

In verbo *δίδωμι* habet omnia eadem praeter *δίδως*, quod apud

Digitized by Google

Homerum est διδοῖς aut διδοῖσθα, ut τιθεῖσθα, ἔξεισθα, οἶσθα.

In tertia Homerus aut δίδωσι ponit aut διδοῖ.

Reliquae formae omnes sunt τοῦ πονηροῦ κόμματος aut ex scribarum socordia aut ex grammaticorum errore prognatae.

Barbarum est ἀφίη, ἵη, προΐη, μεθίη. Barbara sunt ἀνίης pro ἀνιεῖς, μεθίης pro μεθιεῖς, et ἀνίη pro ἀνίει. Barbara sunt ἐδίδω et δίδω et δίδωσθα pro διδοῖσθα. Libri ut plurimum servant scripturas veteres et emendatas, quibus Bekkerus vitiosas et commenticias de suo supposuit.

In imperativis Bekkerus nescio quomodo nil peccavit. τίθει intactum reliquit A. 509. et πὰρ δὲ τίθει Φ. 177. et ἵει Φ. 338. et ξυνίει α. 271. ο. 391. τ. 378. et δίδου γ. 58. Δίδωθι est γ. 380.

ἀλλὰ τάνασσ' ἵληθι, δίδωθι δέ μοι κλέος ἐσθλόν.

ut ἐμπίμπληθι.

Bekkerus si sibi constare voluisset quibus de causis formas ἐτίθη, τίθη, ἀφίη, μεθίη, ἐδίδω, δίδω potiores esse existimavit iisdem τίθη, ἵη, ξυνίη, δίδω vulgatis anteponere debuisset. Bonum factum quod manum abstinuit.

Tertias quoque praesentis personas mutare non potuit et servavit K. 121. μεθιεῖ. N. 731. τιθεῖ. α. 192. παρτιθεῖ, sed ne sic quidem pepercit secundis E. 880 ἀνιεῖς. Z. 523. et δ. 372. μεθιεῖς, et in imperfecto O. 24. et Θ. 358. ἀνίει O. 716. μεθίει et passim ἀφίει, προΐει, τίθει. sim. Τίθησθα dedit pro τιθεῖσθα ι. 404. et ω. 476.

Διδοῖς emendate legitur I. 164. et διδοῖ ρ. 350. sed passim ἐδίδου et δίδου pervertit in ἐδίδω et δίδω, et pro διδοῖσθα T. 270 perperam δίδωσθα supposuit.

In Atheniensium libris, ut et in plerisque reliquorum, peccari solet in secundis praesentis temporis personis, ubi — ЄIC in τιθεῖς, ἀφιεῖς, ξυνιεῖς cet. in — HC sexcentis locis male conversum videbis.

Certo indicio hanc fraudem deprensam tenemus in Castoris Solensis versiculo apud Athenaeum pag. 454. F.

μωσοπόλε θὴρ καρόχυτον ὃς μείλιγμ' ἵHC.

poëta scripserat ἰЄIC ἰεῖς, namque laborioso artificio dederat homo operam, teste Athenaeo, ut singulae dipodiae essent *undecim* litterarum, ἑνδεκαγράμματοι. In caeteris omnibus numerus syllabarum constat sed in

μείλιγμ' ἵης.

Digitized by Google

pro *undecim* vides *decem* litteras incuse. Proba forma *ἰεῖς* restituit artificium.

Scribae qui locis sexcentis — ΘΙC in — ΗC corruperunt non minus saepe, praesertim in libris pervetustis ut in Platonis Parisino A et Demosthenis 8, veterem formam *ξυνιεῖς*, *διατιθεῖς* cet. aut integram servaverunt aut leniss imo mendo in participium *ξυνιείς*, *διατιθείς* refinxerunt, unde vera lectio continuo pellucet. Collegi nonnulla de genere hoc in Mnemosyne 1860. pag. 372 sqq. plura alias aut ad Platonem aut ad Demosthenem daturus. Nunc de uno Sophocle dicam. Dindorfius edidit in *Electra* 596. *ἢ πᾶσαν ἴης γλῶσσαν.* et 1347. *οὐχὶ ξυνίης*; et in *Oed. Tyr.* 628. *εἰ δὲ ξυνίης μηδέν*; et in *Philoct.* 992.

θεοὺς προτείνων τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθης.

In archetypo Codice est *πᾶσαν ἴεισ* — *οὐχὶ ξυνίεισ* — *εἰ δὲ ξυνίεισ* — *ψευδεῖσ τιθεῖσ*. Accentus tantum vitiosus est pro *ἰεῖς*, *ξυνιεῖς*, *τιθεῖς*. Porsoni auctoritas (ad *Orest.* vs. 141), quae in caeteris iure gravissima est, nunc quidem Dindorfio imposuit.

SYMMACHI LOCUS CORRECTUS.

Symmachus in laudibus Valentiniani (laudatus ab Hauptio *Herm.* 1874. pag. 179): *iactet se Punicis Africanus exuviis: sed diu in Sicilia* pallidus *erravit. Mithridaticis spoliis Lucullus exultet: sed diu in Pontico luxu paene victor languit. — triumphales viri — amoena litorum terrarumque opima sectantes.* Emenda PALLIATUS pro PALLIDUS. Liv. XXIX. 19. *ipsius etiam imperatoris* (Scipionis in Sicilia) *non Romanus modo sed ne militaris quidem cultus iactabatur:* CUM PALLIO *crepidisque inambulare in gymnasio, libellis cum palaestraeque operam dare.*

C. G. C.

Digitized by Google

PARENTALIA.

Qui bonas literas in nostra patria diligimus ac colimus, omnes opinor acerbo dolore conturbati sumus, cum nuper accideret ad aures necopinato nuncius, Ernestum Julium Kiehlium fato functum esse. Norunt omnes qui haec legent, eum ante hos XXII annos Mehlerum suum et me adiisse, ut studiorum nostrorum fructus una ederemus et simul reciperemus, si quid alii nobis impertire vellent. Haec fuit nostrae Mnemosynes origo, quae postea egregie de his literis merita est, nam quod temere susceperamus, id tamen eventus comprobavit. Non autem committendum ut tam cari capitis memoriam ipsa Mnemosyne neglexisse videatur nec debita laude concelebret ac prosequatur.

Inde a pueritia cum Kiehlio amicitia coniunctus fui eaque amicitia firma ac stabilis fuit per annos plus quam triginta. Omnes res meas illi concredere solebam, neque ille facile quidquam publicae existimationi committebat, antequam ego significassem, quid mihi videretur. Leidae olim quotidie una eramus; postea tamen ter quotannis, feriarum tempore, me invisere solebat. Ubi forte prohibebatur, quominus hoc faceret, dum per terras ac maria currebamus, consolabamur nos frequentissimo epistolarum commercio. In sermonibus, quos saepe in multam noctem protrahebamus, nihil non disputando attingebamus planeque erat illud quod proverbio dicitur de omni re scibili. Hinc fieri non poterat, quin multis in rebus diversa nobis saepe probarentur et tamen frequentem dissensum placido animo ferebam, nam primum suspiciebam variam eius et solidam doctrinam, quam sustentabat excellens memoria, qua imprimis valebat; tum ex contentionibus nostris, in quibus mihi acriter obloqui

Digitized by Google

amabat, intelligebam me haud parum proficere meoque animo quasi quosdam nervos addi, nam σφοδρὸς ἦν ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε et tardiores exemplo suo incitabat; denique amabam τὴν ἀκακίαν, quae animo eius insidebat, nam quamquam in multis rebus fortunam nactus erat adversam, nemo eum superabat animi candore. Saepe expertus sortem iniquam et crudelem adeo, non tamen morosus factus erat, sed mens bene praeparata sperabat rebus adversis et, si quem sibi praeponi videret, non irascebatur, sed accingebat se ad alios labores exantlandos. Scilicet τὴν αὐτάρκειαν iam mature quaesiverat et invenerat; hinc numquam despondebat animum et, si quid ei forte excidebat vocabulum inclementius, extorserat illud indignatio; invidiae nomen ne norat quidem. Verbo, amabam hominem ejusque memoriam piè colere pergam; permulta, fatebor enim, ei debeo et, si quid in his literis video, quod probe novi quam sit exiguum, sed tamen si quid video, hoc omne refero tum aestumatissimis praeceptoribus, tum huic fideli amico, qui primos gradus sedulo rexerit monstraritque primus, quum Leidam venissem, ipse autem venerat anno ante, quam viam in illa palaestra sequi deberem.

Superiore Novembri mense repente exstinctus est in medio cursu; necopinantem occidit eum cordis ἀνεύρυσμα. Nihil attinet proloqui, quam graviter eum casum et tulerim et nunc quoque feram; sed tamen post obitum ejus continuo adii patrem — venerabilem senem, qui in Gelria rerum medicarum praefectus est — non ut consolarer; qui enim potuissem? — sed ut una dolerem. Simul rogavi ut meae fidei committeret, si quid Ernestus reliquisset, quod dignum videretur, quod alii cognoscerent. Scilicet diu est, ex quo amicus meus Literas Latinas et Graecas paulo remissius colere coepit. Jam ab ineunte aetate praesertim populorum historia delectabatur atque inde ad jurisprudentiam delatus totamque civitatis oeconomiam cognoscendam, scribere quoque aggressus erat, Gallico sermone ut exteri legere possent, universam historiam earum rerum, quae inde ab anno 1848 apud nos in utroque senatu agitatae sunt. Postremis vitae mensibus occupatus erat in conscribenda Thorbeckii vita, quem vere putabat nobis non quidem cunctando sed strenue agendo, rem restituisse et stabilivisse libertatem. Atque haec Vita ab-

Digitized by Google

soluta non est, sed tamen pauca quaedam capita, priora praesertim, tantum non perfecta sunt; alia affecta sunt necdum perpolita; in aliis nil nisi prima lineamenta invenire potui per commentarios dispersa. Sedulo videbo, an ex ista Thorbeckii Vita quaedam cum nostratibus possint communicari et spero fore ut alii, qui de ejusmodi argumento rectius judicare possunt, quam mihi datum est, aut suadeant aut certe non dissuadeant, ut omnibus notum faciam hunc extremum laborem, qui amico meo reapse ἔργον fuit, non πάρεργον. Thorbeckii imaginem ut rite referret, summo enim opere venerabatur virum Illustrem, cuius consuetudine ei interdum frui licuit, contulerat omnem diligentiam, fidem, pietatem, omnes verbo animi ingeniique dotes. Si quid mea vota valebunt, Thorbeckii Vitae praemittam relationem, in qua patrio sermone de Kiehlio agam ejusque vitam enarrabo, sic ut appareat, quam singularis in eo fuerit virtus. Confido hanc operam multis gratam fore.

Praeter Thorbeckii Vitam in ingenti farragine, nam Kiehlius ne minimas quidem schedulas perire sinebat, cum permulta scribere soleret, nec tamen per varias et multiplices occupationes omnia digerere poterat et singula disponere, in indigesta mole igitur rerum non bene junctarum, adnotationes quasdam inveni ad rem criticam pertinentes. Sunt ea nonnullorum exspectatione fortasse pauciora; sed, aliquot annis postquam Daventriam migravit, ad alia sese studia potissimum convertit raroque ei concessum fuit, ut ad veteres suas delicias reverteretur. Quae autem olim adulescens observarat, ea tantum non omnia leguntur in prioribus hujus Mnemosynes voluminibus. Si quae tamen sunt bonae emendationes ineditae, eas jam describam, ut in eo potissimum diario legantur, quod auctor condiderat olim.

Quum amicus meus anno 1870 in Italiam profecturus esset, per litteras me rogavit, essentne fortasse Codices Graeci vel Latini, quos meam in gratiam inspicere posset. Simul significabat se paucos tantum dies ei rei impendere posse, quippe qui aliarum rerum satageret et feriis uteretur aliquanto brevioribus, quam quae professoribus in Academiis concedi soleant. Venit mihi tum Frontonis in mentem, cuius pagina 349 in Ambrosiano Codice digna mihi visa est, quae accuratissime describeretur; latet enim in lacero et obscuro loco fragmentum Ennii,

Digitized by Google

quod nondum satis certo restitui potuit. Locus legitur in mea editione p. 160 sic:

„Factum est: eodem hoc verbo Enni. URMIAK . . . CA cla*udi* ait, factum est .. et *faci*nus com*memora*bile: Tiberis est, Tusce, Tiberis, quem iubes cludi: Tiber amnis et dominus et fluentium circa regnator undarum. Ennius: *Postquam consistit fluvius qui omnium princeps, qui sub caeruleo*, ait."

Praeterquam in Ennii fragmento, italicae literae tum Maii supplementa tum mea indicant. Ceterum arena est sine calce, ut unusquisque videt.

Postquam Kiehlius Mediolanum venit, per triduum Ambrosianum Codicem versavit: primum diem dedit ut vetustam et tantum non oblitteratam scripturam cognosceret, secundum ut paginam, quam indicaram, legeret; quod admodum difficile fuit, nam vix volitantium literarum umbrae apparent; tertium ut quae sibi vidisse videretur, describeret. Tandem extremo mense Augusto inter armorum strepitum per Galliam in patriam rediit mihique schedulam tradidit, qua meo arbitratu uterer. Nondum in animo erat, ad Frontonem redire, sed nunc operae me pretium facturum existimo, si cum docto lectore communicavero, quid ex ista nova et saepius repetita lectione lucrari possimus. Primum, nam parum prodest dicere, quas literas Kiehlius omnino dignoscere non potuerit, quas tamen Maius olim se vidisse testatur, ne quis putet veram scripturam latere in istis URMIAK, legit amicus: hocu . . rbo Enn . . . . homeru . . . caclau . i ait factum est. — Necdum tamen sum loco restituendo. Sequenti versu, ubi ego scripsi: *faci*nus com*memora*bile, nihil distinxit praeter *nus com*, sed quod Maius et amicus meus Durievius adnotare neglexerunt, sequitur aliquot versuum spatium, qui omnino legi nequeunt. Ne hoc quidem satis constat, quot numero fuerint, nam recentior scriptura pessumdedit omnia. Extremi versus sunt in priore columna paginae quam dixi: tum sequitur altera columna, in cuius primo versu nihil distinguitur praeter permagnum R: altero versu incipiunt ista: Tiberis est, Tusce, et quae sequuntur. Ennii autem fragmentum scribitur sic:

ENNIUS POSTQUAM CONSI
NITSE FLUVIU . . UIOMNIB
PRINCEPS.

Digitized by Google

In illo monstro *consinit*, literae I et N incertae sunt: legi quoque poterit *consumit* vel simile quid, sed prorsus constat legi *se* fluviu., unde apparet veram scripturam non esse eam quae hodie circumfertur: *postquam consistit fluvius*. Illam igitur olim indagabunt viri docti. Praeterea non legitur *omnium* princeps, sed *omnibus* princeps, quae scriptura itidem invenitur apud Ciceronem Orat. 48. 161.

Certius est quod de alio loco afferre potero. Sequenti anno, 1871, Kiehlius Romam profectus est; tum quoque aliquid otii nactus in Vaticana bibliotheca Virgilii et aliorum scriptorum Codices paulo curiosius tractavit, sed horum studiorum fructus, quod admodum miror, non inveni: si quando nanciscar aliunde, videbo ecquid insit doctis oculis et auribus non indignum. Sed tunc quoque mihi de Frontone rogitanti deesse noluit. Scripseram ei me scire cupere, quid in Vaticano Codice lateret pag. 184, quae est in mea editione pag. 71: „Sane quidem quod ad vires adtinet, incipiunt redire: pectoris etiam dolor nullus residuus; ulcus autem illud ΑΠΕΡΓΑΝΣΤΑΙ *τῆς ἀρτηρίας*". — Nempe nondum quisquam invenire potuerat, quid esset illud *ἀπέργανσται*. Amicus misit mihi Roma ipsum locum summa cum diligentia delineatum: in Graeco vocabulo una et altera litera prorsus periit, aliae partim supersunt, sed planissime constat nihil scriptum fuisse olim aliud quam *ἀπεργάζεται*.

Inter Graecos scriptores Kiehlius imprimis ab ineunte aetate Aeschylo delectabatur et, si quando postea redire dabatur ad veteres amores, hunc omnium libentissime tractabat, quem fere memoriter tenebat. Inveni inter commentarios eius disputationem ante hos duodecim ferme annos patrio sermone conscriptam de suspectis quibusdam Aeschyli locis. Cur opusculum edere omiserit, ignoro; equidem non omnia integra describam, nam videtur inter scribendum lectores cogitasse, non indoctos quidem, sed tamen in vetere poesi Graecorum parum exercitatos. Itaque delibabo potiora et utiliora, sed non admodum facile mihi est Latine reddere ea, quae alius vernacule scripsit: hac in re si lapsus fuero, venia mihi lectorum opus erit.

Anapaesticus versus est in Prometheo 137

τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα.

Jam anno 1851 in *Miscellaneis Philologicis et Paedagogicis*

Digitized by Google

Kiehlius idoneis argumentis ostendit, ut tunc plerisque visum est, debili positione breves vocales apud Tragicos nisi in arsi non produci; quod si probabitur, sequetur nostrum versum corruptum esse, sed facilis medicina est: scribendum enim *πουλυτέκνου*. Itidem legitur in Supplicibus vs. 423:

μή μ' ἴδῃς ἐξ ἐδρᾶν πολυθέων

Antistrophes illa verba sunt, quibus in strophe respondent:

Φρόντισον καὶ γενοῦ πανδίκως

Ut ea responsio accuratior fiat, est autem in talibus Aeschylus accuratissimus, praestat *τρισυλλάβως* legere *πουλυθέων*. Probare hoc sane debebunt, qui in eadem fabula vs. 684 ob causam eandem *νούσων* praeferant Medicei Codicis lectioni *νόσων*: cf. Dindorfius ad Sept. vs. 315 in Editione Oxoniensi. Itidem metrum suadet Sept. vs. 421 et 456 ut reponantur *οὐλομένων* et *δουρί* pro *ὀλομένων* et *δορί*. Vide illud ipsum *οὐλομένας* in Prometheo vs. 397: *ξένῳ σε τᾶς οὐλομένας τύχας Προμηθεῦ*. Quod attinet ad productam formam *δουρί*, inveniuntur *δουρίκλυτος* Pers. 85, *δουρίπηκτος* Sept. 278, *δουριάλωτος* Soph. Aiac. 211; *δουρίληπτος* ibid. 894, quibus locis metrum nos non sinit ambigere, utra forma verior sit. Itidem in Sept. 321 requiritur

Ἀΐδᾳ προϊάψαι δουρὸς ἄγραν, quamquam editur ad hunc usque diem *δορὸς ἄγραν*, quae lectio cur ferri non debeat, supra dixi.

In Sept. adv. Theb. 804 legitur in Codice:

τί δ' ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει πλέον.

Qui hoc non capiebant grammatici, in aliis libris scripsere *παρόν*, sed mera est conjectura, nam omnes Codices, quod notum est, fluxere ex illo unico libro Mediceo. Verum facilius illud *πλέον* sanari poterit; legendum enim *πέλον*, sicuti *πέλουσα* recte legitur Prometh. 898. Idem error obtinet in Pers. 632:

εἰ γάρ τι κακῶν ἄκος οἶδε πλέον,
μόνος ἂν θνητῶν πέρας εἴποι.

Vitium apparebit ex Hermanni versione: *si quod praeterea (praeter institutam supplicationem) remedium habet Darius, hic solus finem malorum poterit indicare.* Prorsus otiosum est istud *praeterea* neque Hermannus vertendo expressit *θνητῶν*, quod intelligebat *solus mortalium* non sat bene convenire. Scilicet vera scriptura est:

Digitized by Google

εἰ γάρ τι κακῶν ἄκος οἶδε πέλον,
μόνος ἂν θνητῶν πέρα εἴποι.

θνητῶν πέρα· Darius enim solus aliquanto plus sapit quam mortales. Dis Manibus plus est confidendum, quam iis qui terrae munere vescuntur. Ceterum in anapaestico metro πέρα εἴποι ferri potest, ea conditione ut α corripiatur. Aeschylus plenus exemplorum est, v. c. in Persis

vs. 39 καὶ ἐλειοβάται ναῶν ἐρέται.
52 καὶ ἀκοντιστὰὶ Μυσοί· Βαβυλών.
60 οἴχεται ἀνδρῶν
542 ποθέουσαι ἰδεῖν ἀρτιζυγίαν.

Certissima ratione Kiehlius emendasse mihi videtur Sept. 1072:

ἡμεῖς δ' ἅμα τῷδ' ὥσπερ τε πόλις
καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ.

Scribit enim ᾧπερ. Non opus videtur Aeschyli locos describere, ubi ὅσπερ eodem modo usurpatur, nam res primo obtutu manifesta est.

In Suppl. 661 μηδ' ἐπιχωρίοις ϛάσις
πτώμασιν αἱματίσαι πέδον γᾶς·

Quod in Codice deerat ϛάσις, supplevit Bambergerus; a facilitate correctionis commendari debet quod Kiehlius invenit ἔρις. Ἔριν αἱματόεσσαν legitur in Agamemnone 682, ἔριν αἱματηράν Choeph. 467.

Reliquas bonas emendationes omittam, partim quia jam leguntur in prioribus Mnemosynes voluminibus, partim quia alios jam in easdem suspiciones incidisse video; sed omittenda non videtur docta et copiosa disputatio de Ius erroribus.

Notum est Hermannum in Aeschyli editione Vol. II p. 152 hoc argumentum tractasse, sed ea disputatione diligenter examinata, Kiehlius totam quaestionem suo Marte retractavit, cum hoc sibi persuasisset, quantumvis fuerint mortales ista aetate geographiae imperiti, Aeschylum tamen summa cura operam dedisse, ut singula loca et regiones ordine describeret.

Primum oritur quaestio, ubi Prometheus saxo alligatus fuerit. Atque in soluto Prometheo res minime dubia est; videbimus quidem infra, ubi Caucasus ab Aeschylo fuisse fingatur, sed

Digitized by Google

Caucaso eum alligatum fuisse constat. Apparet ex versibus quos Cicero sic vertit:

luctifica clades nostro infixa est corpori,
e quo liquatae solis ardore excidunt
guttae, quae saxa assidue instillant *Caucasi*.

In Prometheo vincto Caucasus non indicatur quidem, sed et per se ipsum verisimile est, eundem locum per utramque tragoediam cogitari, et idem efficitur e vs. 406:

ὁπόσοι τ' ἔποικον ἀγνᾶς
Ἀσίας ἕδος νέμονται μεγαλοσθένοισι σοῖς
πήμασι συγκάμνουσι θνατοί.
Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι
καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς
ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν,
Χαλκίδος τ' ἄρειον ἄνθος,
ὑψίκρημνον οἳ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται.

In Codice legitur Ἀραβίας· Heimsoethii correctio Χαλκίδος, Kiehlio, dum haec ante plures annos scribebat, nondum nota esse poterat, sed ex ista recens reperta emendatione confirmatur magis etiam quod dicit, Colchidem et Scythas et Paludem Maeotida satis ostendere Caucasum esse alicubi in vicinia. Chalcidem autem ex Strabone et Stephano Byzantio novimus in Scythia fuisse urbem.

Videndum jam est, ubi Aeschylus fines Asiae atque Europae fuisse putaverit. In Prometheo soluto prorsus constat Phasin Asiam ab Europa sejungere; scribit enim Procopius in Hist. Goth. IV 6 p. 336. 11: ὁ τραγῳδοποιὸς Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας τὸν ποταμὸν Φᾶσιν τέρμονα καλεῖ γῆς τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Idem traditur in Periplo Ponti Eux. et Maeotidis pal. p. 1 et apud Arrianum Peripl. Pont. Eux., qui ipsum Aeschyli locum affert:

τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν.

Contra in Prometheo vincto vs. 729 Bosporus Cimmerius Europae finis est: ἰσθμὸν δ', inquit Prometheus, Κιμμερικὸν ἥξεις atque sic λιποῦσα δ' Εὐρώπης πέδον ἤπειρον ἥξεις Ἀσιάδα. Post videbimus quod flumen intelligatur vs. 790: ὅταν περάσῃς

Digitized by Google

ῥεῖθρον ἠπείροιν ὅρον, necdum apparet quomodo interpretandus sit locus in Suppl. vs. 544 sqq.

Nunc error quidam Hermanni notandus est, qui recte observaverit Prometheum a poeta in Scythia vinciri sed perperam Caucasum ponat extra Scythiam: „Quin (II 154) in carmine chori v. 422 distinguit Caucasum ab eo loco in quo Prometheus est, adeoque v. 720 Prometheum Ioni dicentem facit: πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς". Eodem argumento uti quis possit, ut ostendat ne Scythiam quidem in scena repraesentatam fuisse: dicit enim Prometheus v. 797 sqq: Σκύθας δ' ἀφίξει νομάδας. Videturne porro satis credibile in duabus tragoediis, quae tamen ad eandem trilogiam referendae sunt, Prometheum non uno eodemque loco atque eidem saxo induci affixum? Potuitne poeta in duabus tragoediis, quae sese fere continuo excipiebant, diversos facere Asiae et Europae fines? Prius multa tentanda erunt quam hoc credamus.

Inspiciamus Aeschylum ipsum. Inde a versu 676 ipsa narrat Io, qua via tandem ad Prometheum pervenerit:

ἥσσον πρὸς εὔποτόν τε Κερχνείας ῥέος
Λέρνης τε κρήνην.

atque hinc γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι. Reliqua persequitur Prometheus ipse inde a vs. 829:

ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ γάπεδα
τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην —
ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
κέλευθον ἦξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας,
ἀφ' οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζει δρόμοις·
χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
σαφῶς ἐπίσασ', Ἰόνιος κεκλήσεται.

Quomodo hinc ad Prometheum pervenerit, non indicatur, sed deinde, ut legimus vs. 709 sqq., conversa ad orientem accedet ad Σκύθας νομάδας atque hinc demum ad Pontum Euxinum.

Hucusque nihil admodum obscurum aut difficile est; difficilia sunt quae sequuntur: primum videamus de extrema itineris parte, quae a Prometheo exponitur inde a vs. 792:

πόντου περῶσα Φλοῖσβον, ἐς τ' ἂν ἐξίκῃ
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα

Digitized by Google

αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι.
.....
πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι
δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοσυγεῖς.
.....
γρῦπας φύλαξαι τόν τε μουνῶπα στρατὸν
Ἀριμασπὸν ἱππόβαμον', οἳ χρυσόρρυτον
οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου·
τούτοις σὺ μὴ πέλαζε τηλουρὸν δὲ γῆν
ἥξεις κελαινὸν Φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.
τούτου παρ' ὄχθας ἕρφ', ἕως ἂν ἐξίκῃ
καταβασμὸν, ἔνθα Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο
ἵησι σεπτὸν Νεῖλος εὔποτον ῥέος.
οὗτός σ' ὁδώσει τὴν τρίγωνον ἐς χθόνα
Νειλῶτιν.

Quia grypes et Arimaspi hic memorantur, nemo non ut ista interpretetur, Herodotum adhibebit: illud modo recordetur Herodotum Aeschylo esse recentiorem pluraque ei de istiusmodi rebus nota esse potuisse. Herodotus autem ad orientem Borysthenis primum novit Hylaeam, IV. 18 sqq. ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί, τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενείτας, σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας. Habitant illi πρὸς τὴν ἠῶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ usque ad fluvium cui Panticapes nomen est. Ultra hunc fluvium Σκύθαι νομάδες sunt, qui apud Aeschylum memorantur vs. 709. Orientem versus habitant ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδόν usque ad fluvium Γέρρον. Sequuntur Scythae, qui κατήκουσι ἐπὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος τὸ ἐμπόριον τὸ καλέεται Κρημνοί, τὰ δ' αὐτῶν κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν Τάναϊν. Hinc Sarmatia, quae patet πρὸς βορέην ἄνεμον, ἡμερέων πεντεκαίδεκα ὁδόν, tum Budini, Thyssagetae, Iurcae, deinde denuo Scythae, Orgiempaei qui et Calvi, denique Arimaspi et Grypes. — Aristeas autem Proconnesius, epicus poeta, narrat se pervenisse usque ad Issedonas, ultra hos autem deinceps habitare Arimaspos, Grypas, Hyperboreos, qui pertineant ad mare. Addit autem poeta Hyperboreos in sedibus suis remansisse, sed Arimaspos aggressos fuisse Issedonas, hos agris suis pulsos adortos esse Scythas, Cimmerios autem, qui

Digitized by Google

ad australe mare habitarent a Scythis pulsos, alio migrasse. Cf. Damastes *ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν* apud Steph. Byz. in v. *Ὑπερβόρεοι*.

Nunc percenseamus quae loca Io adiit, sed *ordine inverso*. Canobo igitur pervenit Io ad Nili cataractam, ubi Nilus aquam suam *ἵησι Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο*. Deinde pergit juxta ripam fluvii Aethiopis, sive is Nilus ipse est, sive alius qui in Nilum infunditur. Oritur fluvius apud *κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου ναίουσι πηγαῖς*. Non videtur dubitandum, quin intelligantur *οἱ ἀπ' ἡλίου ἀνατολέων Αἰθίοπες*, de quibus Herodotus dixit VII. 70. Fuerit apud eos mira illa quae dicebatur Solis mensa, de qua Herodotus III. 17 et 23. Secundum Aeschylum habitant Aethiopes isti *τηλουρὸν γῆν*, sicuti iam apud Homerum *ἔσχατοι ἀνδρῶν* sunt et apud Herodotum quoque III. 25 *τὰ ἔσχατα γῆς* incolunt.

Exercitum illum *μουνῶπα Ἀριμασπὸν ἱπποβάμονα*, qui sedes habet *χρυσόρρυτον ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου* et Grypibus est vicinus, equidem comparaverim cum Indis, quos Herodotus narrat III. 102 sqq. cum tribus camelis iunctis sabulum auriferum petere, quod formicae egesserint; esse autem formicas istas canibus quidem minores sed vulpibus maiores, summa celeritate praeditas, quas Indi camelis insidentes vix effugiant. — *Νᾶμα Πλούτωνος πόρου* nihil aliud significat quam flumen quod aurum devehat; sunt in India multa flumina quae hoc habeant; Strabo hoc jam norat. *Ἡλίου πηγαὶ* autem dicuntur, quia ea regio omnium est calidissima, auctore Herodoto III. 104, multumque miror Hermanni acumen, qui *Ἡλίου πηγὰς* in Africa quaesiverit ad littus interni maris. Quod suspicatus sum, confirmat Aeschylus ipse in Supplicibus vs. 284:

Ἰνδὰς ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν
εἶναι καμήλοις ἁρπαβιζούσας, χθόνα
παρ' Αἰθίοψιν ἀσυγειτονουμένας.

Itaque apparet, secundum Aeschylum *τὸ κελαινὸν φῦλον* illud in Oriente habitasse meridiem versus atque ab iis fluvium Aethiopa ferri usque ad Nili cataractam.

Reliqua jam intelligi fere possunt, sed multis mirum fortasse videbitur, postquam Bosporum Cimmerium trajecerit, pervenire Ionem, vs. 793,

πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα

Digitized by Google

αἱ Φορκίδες ναίουσι.

Sed quod Gorgones relegari solent in ultimum occidentem, id errore nititur. Pherecydes, ap. Schol. Apoll. Rhod. IV. 1515, quem omnes sequuntur, simpliciter eas collocat κατὰ τὸν Ὠκεανόν, et etiamsi Κισθήνη fuerit in Thracia alicubi vel in Aeolia vel Lycia, in occidente certe non fuit. Legitur quidem apud Hesiodum in Theogonia vs. 270:

πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο
ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι
Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα

Sed interpolatus versus videtur, in quo fit Hesperidum mentio; qui addidit effecit, ut Hesperidum jam viderentur quae tamen sunt Gorgonum propria nomina. Additamento expuncto hoc unum remanebit, Gorgonas alicubi ad Oceanum habitare.

Nondum quisquam expedivisse videtur, cur Phorcides sive Graeae neque solem neque lunam adspiciant:

ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
ἀκτῖσιν οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.

Maris enim deae sunt et subter mare habitant. Pater Phorcys est, apud Homerum ἅλιος γέρων et ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδων. Filia eius Thoosa e Neptuno Polyphemum suscepit τὸν Κύκλωπα, qui unum habet oculum sicuti Graeae et ipsae et Arimaspi. Mater Graearum Κητώ est: aperta est etymologia vocis. Eodem ducunt epitheta κυκνόμορφοι et πολιαὶ ipsumque adeo proprium nomen Γραῖαι, quod aliquam habet soni similitudinem cum γραῦς et γεραιός. Nereus, Proteus, Phorcys omnes senes sunt. Confirmabit idem Hesychius, si quidem eius testimonium fide dignum est, cum scribit: Φορκόν· λευκὸν, πολιόν, βυσόν. Neque illud nihili faciendum est, Phorcyn Thaumantis fratrem dici, Nerei filium, Ponti nepotem, cf. Hesiod. Theogon. 233 sqq. et adde Prellerum in libro de Graecorum mythologia II. 63.

Conspirant ea quae de Gorgonibus traduntur a Schol. Pindar. Pyth. X. 72: αἱ δὲ Γοργόνες κατὰ μέν τινας ἐν τοῖς Ἑρυθραίοις μέρεσι καὶ τοῖς Αἰθιοπικοῖς, ἃ ἐστι πρὸς ἀνατολὴν καὶ μεσημβρίαν, κατὰ δέ τινας ἐπὶ τῶν περάτων τῆς Λιβύης, ἃ ἐστι πρὸς δύσιν. Convenit fabula de Perseo, qui Medusa interfecta in Aethiopiam pervenisse dicitur ad Andromedam ejusque patrem Cepheum, Beli filium. Belum istum Graeci in Aegypto quae-

Digitized by Google

rebant, sed Βῆλος non diversus est ab Orientalium Bel s. Baäl. Ceterum Κισθήνη diversa sane fuit ab illa altera apud Isocratem in Panegyrico § 153, sed Gorgonum Cisthenen Cratinus quoque novit, qui Meinekio judice Aeschyli haud immemor, sic scripsisse fertur:

κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει.

Utramque Cisthenam Harpocration confundit, sed quid hoc ad rem?

Jam superiora si probantur, consequitur Ionem a Bosporo Cimmerio ad Orientem tendere, tum ad meridiem, tum ad occidentem, denique inde a Nili cataracta ad septentrionem usque ad Canobum. Non pugnat certe Apollodorus II. 1. 3: *διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον. Ἐπελθοῦσα δὲ εἰς Σκυθίαν καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν, πολλὴν χέρσον πλανηθεῖσα καὶ πολλὴν διανηξαμένη θάλασσαν Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας, τελευταῖον ἦκεν εἰς Αἴγυπτον· ὅπου τὴν ἀρχαίαν μορφὴν ἀπολαβοῦσα, γεννᾷ παρὰ τῷ Νείλῳ ποταμῷ Ἔπαφον παῖδα.* Unica in re Apollodorus discrepat: scribit Ionem *πολλὴν διανήξασθαι θάλασσαν*, novit enim Indicum mare; apud Aeschylum, excepto Cimmerio Bosporo, totum iter pedestre est. Confecimus id quod est in nostra disquisitione facillimum. Reliquum est ut videamus quomodo Io, Prometheo relicto, ad Cimmerium Bosporum pervenerit.

Primum adibit auctore Prometheo *τοὺς Σκύθας νομάδας*, qui apud Herodotum ut vidimus inter Panticapen et Gerrhum sunt. Sed audiamus vatem ipsum: vs. est 712:

οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλ' ἁλισόνοις πόδα
χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα·
λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες
οἰκοῦσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή.
. . . . . .
ἥξεις δ' Ὑβρισὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,
ὃν μὴ περάσῃς, οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν,
πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Κάυκασον μόλῃς —
. . . . . .
ἀσρογείτονας δὲ χρὴ
κορυφὰς ὑπερβάλλουσαν ἐς μεσημβρινὴν
βῆναι κέλευθον, ἔνθ' Ἀμαζόνων στρατὸν

Digitized by Google

ἥξεις συγάνορ' —
. . . . . .
αὗται σ' ὁδηγήσουσι καὶ μάλ' ἀσμένως.
ἰσθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς ξενοπόροις λίμνης πύλαις
Κιμμερικὸν ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σε χρὴ
λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾶν Μαιωτικόν.

Sunt igitur post τοὺς Σκύθας νομάδας, primum αἱ ἁλίσσουσαι ῥαχίαι, tum Χάλυβες a sinistra, fluvius Ὑβρισής, juxta quem iter faciet Io usque ad Caucasum, ubi fluminis fontes. Mox superato monte Io accedet ad Amazonas, post quas ἰσθμὸς est ἐπὶ ξενοπόροις λίμνης πύλαις, denique debebit τὸν Μαιωτικὸν αὐλῶνα tranare, ut sic in Asiam transeat.

Duo sunt, quae statim unicuique manifesta sunt. Primum est quod Io dirigit cursum suum inter meridiem et orientem, alterum quod apud Aeschylum utique Palus Maeotis infra Caucasum est. Ὁ Κιμμερικὸς ἰσθμὸς autem (*Perekop*) conjungit Tauricam Chersonesum et terram continentem, ut videmus; ὁ δὲ Μαιωτικὸς αὐλὼν (*Jeni kale*) Bosporus Cimmerius est.

Contra αἱ ῥαχίαι illae, supra quas Chalybes sunt, revera quidem inter Caucasum sunt et Pontum Euxinum; Aeschylo autem sunt supra Caucasum, ubi fere hodie *Oczakow*. Itaque utramque regionem confudit: Tauricam Chersonesum esse putavit ubi αἱ ῥαχίαι sunt, τὰς ῥαχίας ubi revera Taurica Chersonesus. Ceterum Hermannus recte quidem contendit τὸν Ὑβρισὴν eundem esse, quem Graeci postea Ὕπανιν vocarint — hodie *Kuban* —, sed in aliis eius ratio deserenda est. Veluti quod contendit Aeschylum ignorasse, ubi ὁ Ὑβρισὴς fuerit, non necessarium erit hoc sumere, si superiora probabuntur. Hoc tantum Aeschylus erravit, quod putavit paludem Maeoticam infra Caucasum esse. Cum alia multa sunt in Hermanni ratione improbanda, tum illud, Ionem apud eum bis Caucasum montem superare: non diserte quidem hoc dicit, sed ex eius disputatione necessario efficitur.

Jam rationem concludamus. Saxum, cui Prometheus affixus fuit, a Ponto Euxino inter septentrionem et occidentem est, ubi Carpatici fere montes. Aeschylus putabat Caucasum eo usque extendi. In vincto Prometheo dicitur χθονὸς τηλουρὸν πέδον et Σκύθης οἶμος· Caucasus dicitur in Prometheo soluto. Ab

Digitized by Google

oriente Σκύθαι νομάδες sunt et Caucasus proprie ita dictus, αὐτὸς Καύκασος ut est vs. 719, ubi revera sunt Caucasi summa cacumina, — hodie *Elbruz* vocatur, unde fontes τοῦ Ὑβριστοῦ, qui hodie *Kuban*.

Hanc viam Io, Prometheo relicto, ingredi debet. Inculta tellus est. Primum veniet ad Σκύθας νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις· ii sunt qui ἀμαξόβιοι apud Strabonem. Sagittis metuendi sunt atque eam ob causam Io eos evitare debet. Leget littus, quod Aeschylus paulo nimis occidentem versus removit; a sinistra τοὺς Χάλυβας habebit. Hi igitur intra Scythiam idque rectissime, nam legimus in Sept. vs. 710: ξένος δὲ κλήρους ἐπινωμᾷ Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος.

Remota Maeotide, quam Aeschylus ut diximus alibi collocavit, pervenit Io ad τὸν Ὑβριστὴν ποταμόν· hunc trajicere non potest, itaque legit dexteram ripam, donec ad Caucasi cacumen pervenerit quod hodie *Elbruz*. Putabat autem Aeschylus supra Chalybas et Scythas nomadas Caucasum pertinere usque ad montes fere, qui postea Carpatici dicti.

Per aspera Caucasi tendit Io ad Amazonas, quae Colchidem incolunt, Κολχίδος γᾶς ἔνοικοι, παρθένοι μάχας ἄτρεστοι, ut est vs. 415. Hae ducunt Ionem ad Tauricam Chersonesum; hanc igitur Aeschylus nimis orientem versus promovit. Phasis autem est idem qui postea Tanais; Phasis ille cum Palude Maeotide et Bosporo Cimmerio apud Aeschylum uno nomine comprehenduntur; est illud ῥεῖθρον ἠπείροιν ὅρος, quod memoratur vs. 790. Eodem modo Aeschylus in Persis vs. 745 in unum conjungit Thracicum Bosporum, Propontida et Hellespontum:

ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν δοῦλον ὡς δεσμώμασιν
ἤλπισε σχήσειν ῥέοντα Βόσπορον ῥόον θεοῦ.

Ceterum verum quidem est, quod Brunckius vidit, lacunam esse post vs. 791, sed credibile est esse eam paucorum versuum tantum; sequitur enim πόντου περῶσα φλοῖσβον, nec tamen crediderim plus semel mare trajecisse Ionem.

Sequuntur Graeae, Gorgones, Grypes, Arimaspi, Plutonis fluvius circa fluvium Indum ut opinor superiorem. Promethei enim verba sunt vs. 803:

ὀξυστόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκλαγγεῖς κύνας

Digitized by Google

γρῦπας Φύλαξαι, τόν τε μουνῶπα στρατὸν
Ἀριμασπὸν ἱππιβάμονα

Meras fabulas istas esse putant Graeci scriptores sed unde originem ducant, ne suspicantur quidem. Scilicet ad Indiam omnia referenda sunt, saepeque Megastheni et ipsi adeo Herodoto fides denegata fuit, donec nostra demum aetate intellectum fuit, unde istae fabulae natae sint. Ridet Strabo I. 73(43) et VII. 299 Aeschyli Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους· ridet idem Megasthenem II 70, qui mentiatur in India μονοφθάλμους esse. Concedit tamen idem Strabo Megasthenem legatum venisse ad regem Sandracottum (*Tchandraguptam*) in urbem Palimbothra (*Pataliputram*). Unoculi, indice *ékákschas*, memorantur in carminibus Indicis, Harivança 9540 sqq. et Mahâbhârata III. 16137. Sunt quoque μονόμματοι apud Strabonem XV. 711, et in fabulis istis Arabicis de Sindbado nauta. Addit Strabo: ἐγγυτέρω δὲ πίστεώς φησιν ὁ Μεγασθένης, ὅτι οἱ ποταμοὶ καταφέροιεν ψῆγμα χρυσοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ φόρος ἀπάγοιτο τῷ βασιλεῖ. Egregie confirmatur Megasthenis testimonium: scribit Palimbothra sita esse ad fluvium *Sonam*, cui Ἑρανοβόᾳ incolas indidisse cognomen. Urbem autem *Pataliputram* praeterfluit fluvius qui indice *Çona* dicitur. Ἑρανοβόας indice audit *Hiranjavâha*, h. e. *aurifer*.

In montibus terrae Indicae homines caninis capitibus et latrantibus memorantur etiam a Gellio IX 4; in Arabicis fabulis, quibus nomen est a numero noctium, *Samsari* sunt. Noverunt eos Ctesias et Megasthenes, praeterea Plin. H. N. VII. 2. 14, Solinus 52. 36 et Aelianus Hist. Anim. IV 46. Indice vocantur *Çunamuchas;* occurrunt autem in Ramâjâna, cf. Disquisitiones Asiaticae VIII. 331.

De formicis illis praegrandibus fabula est, uti vidimus, apud Herodotum III. 102. Sunt istae Κασπατύρῳ τε πόλι καὶ τῇ Πακτυϊκῇ χώρῃ πρόσουροι. Πακτυικὴ hodie ab incolis — regioni ipsi Afghanistan nomen est — *Pachtu* vocatur; Κασπάτυρος sive pro Κασπάπυρος dictum est, *Kásjapapura*, Cabura Ortospana, hodie *Cabul*, sive est τῶν Κασπείρων regio, *Kaschmír* ad Hydaspem, cui Darda ab oriente. Strabo ex Megasthene laudat XV. 706, Arr. Ind. V. 4, Dio Chrysost. Orat. 35 p. 436 Morell., multique alii apud Mullerum Fragmt. Histor. II 434 sqq.

Digitized by Google

Schwanbeckius in Megasthenis Indicis ita scribit: „Nuncupatur populus a Megasthene Derdae, apud Plinium Dordae, ab ipsis Indis Daradae. Et admirabiliter Daradas Ptolemaeus in Aethiopia habitare dicit, et ejusdem nominis populum in extrema Libyae parte ad occidentem sita Agathem. II. 5, Polyb. apud Plin. H. N. V. 1. 20, Ptolemaeus IV. 6, quem veteres scriptores cum solita Indiae et Aethiopiae permutatione nescio an huc transposuerint". Eandem fabulam vide apud Gildemeisterum in Scriptt. Arabb. de reb. Indicis p. 220 sqq, qui Qasvinium sequitur. Dicitur rex Persarum Thamaspus istiusmodi formicam dono dedisse Solimano, quae mediocrem canem magnitudine aequaret. Originem fabulae explicat Schwanbeckius, qui praeterea addit: Bestiam primus Moorcroftius (Disquisit. Asiat. XII. 439) invenit, qui circa Indi fontes solum invenit auriferum et bestiam in cavernis terrae viventem, cui veterum descriptio conveniebat, ita scilicet, ut formicis minime similis esse possit. Quam eandem esse atque illam formicam ab Herodoto, Nearcho, Megasthene aliisque memoratam, primus perspexit Ritterus (de Asia II 659; cf. p. 508. 593). Convenit etiam locus: in illa enim regione Daradae habitabant..... Ultima dubitationis causa sublata est: Vilso *(Wilson)* enim invenit *(Arian. antiq.* p. 235) mentionem fieri etiam in Indicis literis bestiarum aurum effodientium, quas, quum terram effodiant, eodem nomine *(pipilicas)* atque formicas Indi nuncupant. cf. *Mahâbh.* II 2860".

Quid Herodotus narret de formicis istis, notum est et vidimus; sed non omittendum est quod scribit IV. 44, Scylacem missum fuisse ab rege Dario, qui investigaret, ubi locorum ostium foret Indi fluminis. Scilicet usque ad Darium fuerunt qui propter crocodilos putarent Indum in Nilum effundi, sicuti Etearchus et Herodotus ipse II 28 propter causam eandem fluvium Nigrem eundem habebant quem et Nilum.

Ut ad Aeschylum redeamus, Πλούτωνος πόρος dicitur quia aurifer; grypes, Ζηνὸς κύνες ὀξύστομοι, sunt Indicae illae formicae; Arimaspos autem contulerim cum Ariaspis, de quibus Arrian. Anab. III. 27. 4. Credibile est, eos qui ab auri investigatione alios dehortari vellent, ista terriculamenta excogitavisse.

Diversum est Ius iter in Supplicibus vs. 538 sqq., sed satis

Digitized by Google

conveniunt cum iis quae in vincto Prometheo invenimus ea quae lecta fuerunt in soluto Prometheo, ubi Titanum ad Prometheum verba erant:

Φοινικόπεδόν τ'
ἐρυθρᾶς ἱερὸν χεῦμα θαλάσσης,
χαλκοκέραυνόν τε παρ' Ὠκεανῷ
λίμναν παντοτρόφον Αἰθιόπων,
ἵν' ὁ παντόπτας Ἥλιος ἀεὶ
χρῶτ' ἀθάνατον κάματόν θ' ἵππων
θερμαῖς ὕδατος
μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

Hoc loco *λίμνη* eadem est, quae *ἡλίου πηγαὶ* in Prometheo vincto vs. 808. Ex hoc lacu, ut credibile est, duo flumina originem ducunt, quibus crescunt tum Nilus tum Indus. Et revera Caerulei Nili lacus fons est. Regio est *Kaschmír*, in qua *Dshelum* oritur qui in Indum influit. Crediderim Ἡλίου *πηγὰς* ab Aeschylo eo fuisse remotas.

Cetera desunt.

Alia Kiehlius additurus erat de Ius erroribus in Aeschyli Supplicibus, sed fato prohibitus fuit. Equidem eheu! tam praeclaro amico orbatus, potissimum commoveor, dum cogito, quod saepissime facio, quam *bonus* ille vir fuerit. Dum vertebam disputationem quantumvis imperfectam, reputabam etiam, quam varia et accurata in eo *doctrina* inesset. Lectores autem qui Kiehlium non ipsum cognoverunt, recordentur velim non haec esse ab illo edita, sed de ejus funere rapta. Quidquid vitii dissertatio habet, quam non retractavit et perpolivit, si licuisset emendaturus fuisset ipse. Qui Kiehlium amarunt, sat scio, grati accipient quae eorum potissimum in gratiam descripsi. Apposite venit mihi nunc Cobeti in mentem, qui nuper, hoc est ante triennium fere, quum festum diem cum veteribus discipulis ageret et Kiehlium *συμποσίαρχον* creare vellet, ita dixit:

πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

quo audito omnes convivae in Kiehlium oculos converterunt et plausum dederunt.

Plausus iam diu est ex quo conticuit, planctus successit.

Amstelodami S. A. NABER.
d. 14 m. Febr. 1874.

Digitized by Google

PLATONICA.

SCRIPSIT C. G. COBET.

I.

AD PLATONIS MENEXENUM.

Pag. 234. A. *τί μάλιστα* CT *πρὸς βουλευτήριον*; Frequentissima in libris confusio inter *σύ* et *σοί* hunc quoque locum corrupisse videtur. Plato dixerat: *quid tandem tibi est cum curia negotii?* *τί μάλιστα* COI *πρὸς βουλευτήριον*;

Pag. 235. A. *καὶ τὴν πόλιν ἐγκωμιάζοντες — καὶ τοὺς τετελευτηκότας — καὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν — καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς* [*ἐπαινοῦντες*]. Omnia haec pendent ex *ἐγκωμιάζοντες*, sed scioli in oratione paullo longius protracta de more inutile fulcrum *ἐπαινοῦντες* supposuerunt.

Soloecum est pag. 235. B. *παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς*. Atticum est *πλεῖν ἢ τρεῖς*, ut apud Aristophanem *Acharn.* 858.

πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας
τοῦ μηνὸς ἑκάστου.

Multis modis Atticum ΠΛΕΙΝ a scribis corrumpitur, qui *πλέον*, *πλεῖον*, *πλείω* et *πλήν* substituere solent. Reddi *πλεῖν* coeptum est Demostheni et aliis. Itaque Platoni quoque reddatur censeo et in *Symposio* pag. 175. E. *ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλεῖν* (vulgo *πλέον*) *ἢ δισμυρίοις*, et in *Hippia maiore* pag. 282. E. *πλεῖν ἢ εἴκοσι μνᾶς*. et saepius alibi.

Digitized by Google

Pag. 236. A. ὅσις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου [παιδευθεὶς] ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου. Ineleganter repetitum et molestum παιδευθείς sciolo qui adscripsit reddendum censeo.

Multas saepe bonas et certas correctiones ab Editoribus spretas videbis, ut pag. 237. B. ᾧ καὶ γυνὴ δήλη τεκοῦσά τε ἀληθῶς καὶ μὴ ἀλλ' ὑποβαλλομένη, ἐὰν μὴ ἔχῃ πηγὰς τροφῆς τῷ γεΝΩμένῳ. Necessarium est ὑποβαλομένη: quod editur perinde pravum est ac si pro τεκοῦσα legeretur τίκτουσα. Necessarium est τῷ γεΝΟμένῳ quod natum est, non quod nascitur. Illud dudum Astius commendavit, hoc Stephanus: asino narrare putares fabellam surdo.

Pag. 238. B. οἰκοῦσιν οὖν ἔνιοι μὲν δούλους, οἱ δὲ δεσπότας ἀλλήλους νομίζοντες. Rectissime Bakius supplevit: ἔνιοι ΟΙ μὲν δούλους, nam sententia haec est: πόλεις τινές εἰσιν ὅπου οἱ μὲν δούλους — ἀλλήλους νομίζουσιν.

Pag. 240. A. αἰτιασάμενος δὲ Δαρεῖος ἡμᾶς τε καὶ Ἐρετριᾶς Σάρδεσιν ἐπιβουλεῦσαι [προφασιζόμενος] πέμψας μυριάδας μὲν πεντήκοντα κτέ. Pendet ἐπιβουλεῦσαι ex αἰτιασάμενος et sic suspensum est προφασιζόμενος: quod nescio quis olim in margine posuerat.

Pag. 241. A. τοῖς περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχήσασι [καὶ νικήσασι]. Inficetum emblema praeter omnium, qui Graece loquuntur, morem interponitur. Bis in vicinia iidem οἱ ναυμαχήσαντες appellantur et sic ubique in illustri ac nobili victoria dici solet.

Pag. 241. A. οἱ μὲν γὰρ Μαραθῶνι τοσοῦτον μόνον ἐπεδείξανΤΟ ΤΟΙC Ἕλλησιν ὅτι κατὰ γῆν οἷόν τε ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους ὀλίγοις πολλούς. Duae literae perperam repetitae sunt et ἐπέδειξαν reponendum, ut recte legitur pag. 242. D. ἐπέδειξαν — ὅτι οὐκ ἀληθῆ ἀμφισβητοῖεν, et alibi passim.

Pag. 241. C. spreta est optima et certa emendatio in verbis:

Digitized by Google

τὸ μὲν οὖν μέγιστον καὶ χαλεπώτατον οὗτοι πάντες ἤμυναν. Abhorret prorsus a loci sententia ἤμυναν *opem tulerunt*. Requiritur *perfecerunt* ἤνυσαν, quod Gottleberus reperit.

Ἤνυσα Platoni redditum Sophocli adimendum in *Oedip. Colon.* 454.

μαντεῖα — ἀμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε.

imo vero ἦπυσεν id est εἶπεν.

Post pauca: οἳ τοῖς τῶν προτέρων ἔργοις τέλος [τῆς σωτηρίας] ἐπέθεσαν. Expunge τῆς σωτηρίας: nempe τέλος ἐπιτιθέναι nullum huiuscemodi genitivum neque requirit neque admittit.

Pag. 241. D. πολλαὶ μὲν πόλεις τῶν Ἑλλήνων ἔτι ἦσαν μετὰ ΤΟΤ βαρβάρου, αὐτὸς δὲ ἡγγέλλετο [βασιλεὺς] διανοεῖσθαι ὡς ἐπιχειρήσων πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. Spurium est βασιλεύς et aliena sede collocatum. Contemtim dicitur αὐτὸς δέ, nempe ὁ βάρβαρος.

Miror quid sit ἐπιχειρεῖν ΈΠΙ τοὺς Ἕλληνας et suspicor post πάλιν excidisse ΊΕΝΑΙ. In frequentissimo usu ἐπιχειρεῖν *semper* apud omnes cum dativo componitur et saepissime apud Platonem habet infinitivum. Cf. *Hipp. Maior.* p. 286. D. ἠπείλουν ἰέναι πάλιν ἐπὶ τὸν ἐρωτήσαντα ἀναμαχούμενος.

Additamentum καὶ τυφλῷ δῆλον male latet pag. 241 D. ἀναπαυόμενοι [καὶ ἐξελάσαντες] πᾶν τὸ βάρβαρον ἐκ τῆς θαλάττης. Quis, nedum Plato, acri et exquisito verbo ἀναπαυόμενοι addidisset languidum et vulgare καὶ ἐξελάσαντες?

Ἀναπαίρειν et ἐκπαίρειν pro ἐκβάλλειν et ἐξελαύνειν et omnino ἐκποδὼν ποιεῖσθαι non raro ponuntur cum contemtu et odio. Apud Diphilum Athen. pag. 227. E.

τὸ τοιοῦτον ἐκπαίρομεν γένος.

significat: τὰ τοιαῦτα καθάρματα ἐξελαύνομεν. Persimile est quod Dindorf. ad S. Th. attulit ex Dionysio Halic. A. R. I. 12. ἀνεπάρας τὸ βάρβαρον ὤκισε πόλεις μικράς.

Obiter ex Stephani Thesauro mendum eximie. Affertur verbum ἀνακαθαρίζω ex Tabula Heracleensi, sed καθαρίζειν apud seros Graeculos natum demum est. Quod in Tabula est ΑΝΚΟΘΑΡΙΟΝΤΙ δὲ ὀσσάκις κα δέωνται, Doricum est pro ἀνακαθαροῦσι, ut καταβαλίοντι est καταβαλοῦσι et similia plura.

Digitized by Google

In oratione a plurimis semper sedulo lectitata non mirum est multa alienae manus additamenta inesse, veluti pag. 242. B. *καταλιπόντες* [Βοιωτοὺς] *οἷς ἐβοήθουν*. pag. 242. C. *λαβόντες αὐτῶν τοὺς ἡγεμόνας* [Λακεδαιμονίους] *ἐν τῇ* ΣΦαγίᾳ. pag. 244. B. *παθόντες ὑπ' αὐτῆς κακῶς* [*ἱκανῶς*] *οὐκ ἐνδεῶς ἠμύναντο*. pag. 244. C. *ἡγησάμενοι τοὺς τῆς ἐλευθερίας ἐπικούρους πεπτωκέναι* [*ἡμᾶς*]. pag. 249. B. *ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάςῳ* [*ἴδια*] *γίγνεται*. pag. 249. B. *ἴνα καὶ αὖθίς σοι πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους παρ' αὐτῆς* [*πολιτικοὺς*] *ἀπαγγέλλω*.

Pag. 243. A. *ὧν οἱ ἐχθροὶ καὶ πολεμήσαντες πλείω ἔπαινον ἔχουσιν σωΦροσύνης καὶ ἀρετῆς ἢ τῶν ἄλλων οἱ Φίλοι*, hic quoque locus sophistico et affectato scribendi genere conceptus, quod Plato per iocum imitatur ac ridet, homines doctos in fraudem induxit quia opinabantur *ἔπαινον ἔχειν* pervulgato more dictum esse pro *ἐπαινεῖσθαι*. Sententia loci haec est: *ὧν οἱ ἐχθροὶ τὴν σωΦροσύνην καὶ ἀρετὴν μᾶλλον ἐπαινοῦσιν ἢ τῶν ἄλλων οἱ Φίλοι*. sive: *οἵτινες ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μᾶλλον ἐπαινοῦνται εἰς σωΦροσύνην καὶ ἀρετὴν ἢ οἱ ἄλλοι ὑπὸ τῶν Φίλων*. Multa sunt in hac iocosa Platonis *παρῳδίᾳ* his similia, veluti pag. 237. B. *τῆς εὐγενείας ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις οὐκ ἔπηλυς οὖσα*, pro *οἱ πρόγονοι οὐκ ἐπήλυδες γενόμενοι*, et alia complura, quae rodit Dionysius Halic. quoniam cur tam affectate Plato loqueretur tristis rhetor non perspexerat.

Pag. 244. B. *μεμνημένη* 'ΩC *εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῆς οἵαν χάριν ἀπέδοσαν*. Quis hanc orationis scabritiem aequo animo ferre potest? Sed lenissimo remedio una literula emendata omnis molestia removebitur. Scribendum: *'OC' εὖ παθόντες — οἵαν χάριν ἀπέδοσαν*, id est: *pro* TOT *beneficiis qualem gratiam rependerint*.

Pag. 244. *ἐδέδοκτο αὐτῇ τὸ μηδενὶ δουλουμένῳ βοηθεῖν τῶν σΦᾶς* [*αὐτοὺς*] *ἀδικησάντων*. Optime nonnulli libri vitiose additum *αὐτούς* omittunt. Recta enim oratio haec est: *δέδοκται ἡμῖν μηδενὶ βοηθεῖν τῶν ἡμᾶς ἀδικησάντων*, non *ἡμᾶς αὐτούς*.

Pag. 245. D. *οὐ γὰρ Πέλοπες οὐδὲ Κάδμοι — συνοικοῦσιν ἡμῖν ἀλλ' αὐτOI 'Ελληνες οὐ μιξοβάρβαροι οἰκοῦμεν*. Quid sibi vult *αὐτοί* in ea re? Nihil prorsus. Expuncta una literula uno voca-

Digitized by Google

bulo scribendum: ἀλλ' αὐτοέλληνες οὐ μιξοβάρβαροι, id est καθαρῶς, εἰλικρινῶς Ἕλληνες. Saepe sic αὐτός componitur, ut in αὐτοβερέας, αὐτοθαΐς et sim.

Pag. 247. A. ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ, εἰ δὲ μὴ * * * ἴσε ὡς ἡμῖν κτέ. Est in hoc loco lacuna, de qua infra dicam ad Iamblichi λόγον προτρεπτικόν.

Pag. 249. B. vera lectio olim reperta est sed non recepta in verbis: καὶ πολλήν γε ἐγὼ χάριν ἔχω τοῦ λόγου, ἐκείνῃ ἢ ἐκείνῳ ὅστις σοι ὁ εἰπών ἐστιν αὐτὸν καὶ ΠΡΟ γε ἄλλΩΝ πολλΩΝ χάριν ἔχω τῷ εἰπόντι. In nonnullis libris est πρός γε et πολλήν. Optime Heindorf. καὶ πρός γε ἄλλΗΝ πολλΗΝ χάριν ἔχω τῷ εἰπόντι.

II.

AD DIVERSOS PLATONIS DIALOGOS.

In *Critone* sciolum in opere videbis pag. 52. B. οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ ἐπεδήμεις [εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκε] καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν, οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε εἰ μή ποι στρατευσόμενος. Nempe verba: εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκε, praeterquam quod supervacanea sunt, tam importuna sede sunt collocata ut sententiae cursum molestissime impediant orationemque rapido flumine decurrentem odiose tardent. Simillima huic interpolatio est in *Apologia Socratis* pag. 20. C. οὐ γὰρ δήπου σοῦ γε οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν. [εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί.]

Sed multo etiam putidior interpolatio inquinat locum in *Critone* pag. 53. A. οὕτω σοι διαφερόντως τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ ἡμεῖς. Addidit aliquis Scholion: οἱ νόμοι δῆλον ὅτι. τίνι γὰρ ἂν πόλις ἀρέσκοι ἄνευ νόμων; atque haec ipsa annotatiuncula in textum oscitanter recepta nunc ipsius Platonis esse putatur! Ne δῆλον ὅτι quidem Platonis lectores et admi-

Digitized by Google

ratores advertit. Simillima est nota illa annotatio ad Thucydidem, quam suaviter ridere solemus, I. 2. *τὴν Ἀττικὴν ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί*, ubi flos interpretum adscripsit: *τῷ γένει δῆλον ὅτι. οὐ γὰρ ἦσαν ἀθάνατοι.* Bonum factum quod non irrepsit in textum: exortus esset aliquis qui vindicaret et expungi non pateretur.

In *Critone* pag. 53. C. *καὶ οὐκ οἶει ἄσχημον* ΤΑΝ *Φανεῖσθαι τὸ τοῦ Σωκράτους πρᾶγμα*; In re grammatica quidem ID QUOD FIERI NON POTEST NUMQUAM FACTUM EST. Itaque quoniam ex ipsa rei natura ΤΑΝ potentiale cum *futuro* tempore (ut neque cum *praesente* neque cum *perfecto*) componi non potest, consequitur numquam quemquam Veterum ea compositione, quae cum natura pugnet, umquam uti potuisse. Perinde est enim ac si quis contenderet gallos gallinaceos ova parere, non gallinas. Quid diceres si quis se testes habere clamaret et multos et idoneos, qui id fieri vidissent. Facessere iubeas hominem cum suis testibus aut perinde stultis, si crederent, aut corruptis, si mentirentur. Vide nunc quid philologi et critici designent. Stallbaumius: *„Particula ἄν cum* futuro *coniuncta nihil habet insolentiae. v. Schaeferum ad Greg. Corinth. p.* 66. *et quos ille laudavit. adde Lobeck. ad Phrynich.* p. 733." etc. etc. Hi et ipsi nubem testium excitant Marklandos, Brunckios, et quos non? Hi omnes afferunt aut unum locum aut plures, ubi *ἄν* cum futuro legatur, et sic res absurda et aeternas naturae et rationis leges violans *„nihil habet insolentiae"* scilicet. Reliquos equidem non multum moror, sed Heindorfium in eorum numero esse miror ac doleo. In Platonis *Phaedro* legebatur pag. 252. B.: *ἀκούσας εἰκότως διὰ νεότητα γελάσεως*, at ille *γελάσει* ΤΑΝ coniecit *„si quidem ἄν futuro iunctum non adeo rarum est apud optimos scriptores."* In *Phaedone* pag. 61. C. vulgo edebatur: *οὐδ' ὁπωστιοῦν* ΤΑΝ *σοι ἐκὼν εἶναι πείσεται.* Quid Heindorf.? Leniter corripit Brunckium locis corruptis male utentem, sed dat manus duobus ex Isocrate locis *Panegyr.* p. 79. D. *ἐξεῖναι γὰρ* ΤΑΝ — *τὰ σφέτερ' αὐτῶν καρποῦσθαι*, et *Trapezit.* p. 366. D. *ῥᾳδίως γνώσεσθε* ΤΑΝ. Quanto sanior omnibus etiam in ea re Dawesius erat, qui in *Miscell. Crit.* p. 104. ita scribit: *„neque vitium in eo versatur quod vocula* ΤΑΝ *cum indicativo modo sed*

Digitized by Google

quod cum FUTURO *indicativo construatur: — quam locutionem Graeci sermonis indoli adversari nos primi monemus.*" Longa dies, quae opinionum commenta delet et naturae iudicia confirmat, effecit ut saniores Critici omnes in Dawesii sententiam transirent, et hoc amplius censerent, neque cum futuro *indicativo* neque *optativo* neque *infinitivo* neque *participio* ΄ΑΝ componi posse. Caeteri quoque aliquando sunt secuturi, namque in diem testium magis magisque elevatur fides minuiturque numerus quum novi semper loci aut ex libris melioribus aut certo Criticorum iudicio emendentur. Nemo nunc dubitat quin Plato γελάσει scripserit in *Phaedro*, et in *Phaedone: οὐδ' ὁπωστιοῦν* (sine ἄν) *σοι ἐκὼν εἶναι πείσεται.* In Isocrate Urbinas dedit *εἴη γὰρ ἄν* pro *ἐξέσαι*, et in *ῥᾳδίως γνώσεσθε ἄν*, molestum ἄν omittit. Tragicorum et Comicorum loci omnes in integrum restituti sunt. Complures loci ex *Cyropaedia* afferebantur, sed omnes ad unum ex fidelioribus testibus Dindorfius correxit, veluti II. 1. 3. *οὐκ ἂν ὁ ἀριθμός σε ἀκούσαντα εὐφράνειεν*, nunc optime *εὐφράνειεν*. Supersunt tamen etiamnunc in libris, quos habemus omni mendorum genere inquinatos, permulta huius erroris exempla, praesertim apud Thucydidem et Platonem et Demosthenem et reliquos Oratores. Si quis meminerit quam multis modis scribae et scioli in vocula ἄν peccare soleant, quam sexcenties aut omittunt aut addunt de suo aut in ΑΗ mutant (vel contra ΑΗ in ΄ΑΝ) aut in ΄ΑΡ denique: si quis id apud poëtas et contra metri *πειθανάγκην* sexcenties factum esse animadverterit (et nihil erit in ea re iunioribus utilius quam in Aristophane scripturas Codicis Ravennatis cum editionibus nostris conferre), si quis ea fecerit, inquam, aut ipse reliquas eiusdemmodi sordes ex scriptoribus Atticis eluet, aut aliis recte monentibus parebit. Cui semel firmiter constabit ἄν cum futuro iunctum non esse in rerum natura sed monstrum esse ac portentum, desinet *λεπτολογεῖν* (vel potius desinet nugari) quid intersit inter *ἐξέσαι* et *ἐξέσαι ἄν*, inter *γνώσεσθε* et *γνώσεσθε ἄν*. „*Auch bei dem Futur. Indic. steht zuweilen* ἄν (inquiunt), *um das, was das Futur. allein als* bestimmt zukünftig *darstellen würde, als bloss* unter Umständen zukünftig *als bloss* wahrscheinlich *zu bezeichnen.*" Itaque *γελάσει* est *ridebis. certum est. ridebis*, sed *γελάσει ἄν* est *fieri potest ut rideas, fortasse ridebis: ἴσως ἂν γελάσειας*. Non attinet

Digitized by Google

dicere talia de nihilo fingi, neque quidquam iis inesse veri, sed finguntur ea ut mendosae scripturae sanae et integrae esse videantur. Inter γνώσεσθε et γνώσεσθε ἄν hoc solum interest quod illud sanum est, hoc vitiosum: itaque ταῖς λεπτολογίαις parcendum et quae sit ubique vera lectio cogitandum quaerendumque. Quid scripsit Plato in *Critone* pro: οὐκ οἴει ἄσχημον ΑΝ φανεῖσθαι τὸ πρᾶγμα? Nempe quod est in aliis libris ἄσχημον φανεῖσθαι. Ἀναφαίνεσθαι enim, de quo quis forte cogitaverit, in hunc locum non quadrat. Sic et in *Apolog. Socrat.* pag. 30. B. ὡς ἐμοῦ οὐκ ἂν ποιήσοντος repones ποιήσαντος, quis qui se quid negat facturum non: οὐκ ἂν ποιήσω dicit, sed οὐκ ἂν ποιήσαιμι. Sic in *Cratylo* pag. 391. A. δοκῶ μοι ὧδε ἂν μᾶλλον πεισθήσεσθαι. emendabis πεισθῇΝΑΙ. Sic *de Rep.* pag. 492. C. τὸν νέον τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν ἢ ποίαν [ἂν] αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν; male repetitum ἄν expunges, et ubicumque eadem labes in libris comparet facili negotio malum sanabis.

In Platonis libro X *de Rep.* p. 615. D. οὐχ ἥκει, φάναι, οὐδ' ἂν ἥξει δεῦρο. exclamat Editor: „*En satis certum exemplum futuri indicativi cum ἄν copulati.*" Nondum poenitet in *Var. Lect.* pag. 535 reposuisse ex Graecitatis ratione et more: οὐδὲ ΜΗ ἥξει. Si autem adhuc *satis certum* exemplum quaeritur magnopere vereor ut umquam reperiatur.

In *Phaedone* pag. 59. C. quaerenti Echecrati: ξένοι δέ τινες παρῆσαν; Phaedo respondet: Ναί. Σιμίας τέ γε ὁ Θηβαῖος καὶ Κέβης καὶ Φαιδώνδης καὶ Μεγαρόθεν Εὐκλείδης τε καὶ Τερψίων. Tum Echecrates mirabundus: τί δέ; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; cui Phaedo: οὐ δῆτα· ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι. Quilibet admonitus sentiet unum verbum ad sententiam prorsus necessarium abesse scribendumque: τί δέ; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος ΟΤ παρεγένοντο; et sic demum recte habet: ΟΤ δῆτα.

Duplex macula deturpat praeclarum locum in Phaedone pag. 63. B. εὖ ἴσθ' ὅτι παρ' ἄνδρας ΤΕ ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην, ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς [ἥξειν], εὖ ἴσθ' ὅτι, εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων διϊσχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο. ὥστε διὰ ταῦτα οὐχ ΟΜΟΙΩC

Digitized by Google

ἀγανακτῶ ἀλλ' εὔελπίς εἰμι εἶναί τι τοῖς τετελευτηκόσι κτἑ. Mala manus inseruit *ἥξειν*. Cogitando supplendum erat *ἐλπίζω ἀφίξεσθαι*. In ultima parte emendandum: *οὐχ* ΟΠΩC *ἀγανακτῶ ἀλλ' εὔελπίς εἰμι*, id est: *„tantum abest ut* aegre feram ut magna me spes teneat fore cet." Demosthenes *de Corona* pag. 271. 2. *οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν κατὰ τουτωνὶ πολιτεύει*, et sic passim Athenienses loquuntur.

In *Phaedone* pag. 67. D. *οὐκοῦν — γελοῖον ἂν εἴη ἄνδρα παρασκευάζονθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ ὅ τι ἐγγυτάτω ὄντα τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν κἄπειθ' ἥκοντος αὐτῷ τούτου ἀγανακτεῖν*; [*οὐ γελοῖον*;] Correcto accentu scribe: *οὔκουν — γελοῖον — ἀγανακτεῖν*; quo facto putidum additamentum in fine *οὐ γελοῖον*; retineri non poterit.

In vicinia pag. 67. E. Plato ita scripserat: *εἰ γὰρ διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, αὐτὴν δὲ καθ' αὑτὴν ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκεῖσε ἴοιεν, οἳ ἀφικομένοις ἐλπίς ἐστιν οὗ διὰ βίου ἥρων τυχεῖν*; Nunc aliena manus post *τὴν ψυχὴν ἔχειν* assuit pannum hunc: [*τούτου δὲ γιγνομένου εἰ φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν*], quo male recepto claudicat loci sententia et omnis verborum compositio plane perturbatur.

In *Theaeteto* pag. 153. C. *καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω προσβιβάζων τὴν χρυσῆν σειρὰν κτἑ.* Plato per iocum usus est noto proverbio et ita dixit: *καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα προσβιβάζω*. Supervenit interpres nescio quis qui adscripsit *ἀναγκάζω*, et sic vulgata nata est. Lepide *προσβιβάζω* dixit pro *ἐπιτίθημι* vel *ἐπάγω*, quasi *machinam* muro se *admovere* diceret.

In *Theaeteto* pag. 161. A. *Φιλόλογός γ' εἶ ἀτεχνῶς καὶ χρηστός, ὦ Θεόδωρε, ὅτι με οἴει λόγων τινὰ* ЄINAI *θύλακον καὶ ῥᾳδίως ἐξελόντα ἐρεῖν ὡς οὐκ ἔχει οὕτω ταῦτα*. Recte Stallbaum. *„quasi vero* sacculus ipse *dici possit* ex sacculo expromere *quae opus videantur*." itaque *ὅτι* MOI *οἴει* corrigebat impedita et contorta verborum compositione. Reponendum censeo: *ὅτι με οἴει λόγων τινὰ* ᵛЄXЄIN *θύλακον*.

Digitized by Google

In *Theaetete* p. 169. B. *οὕτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε τῆς περὶ ταῦτα γυμνασίας.* Agnoscam Platonis manum ubi reposueris: *ἔρως δεινὸς ἐνΤΕΤΗΚΕ.* ut in *Menexeno* pag. 245. D. *οὕτω καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει τῆς ἀλλοτρίας Φύσεως*, et saepe apud alios.

Theaet. pag. 174. A. ubi lepida ancillula Thaletem derisisse narratur *ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δὲ — παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν.* ita pergit: *ταὐτὸν δὲ ἁρπεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν Φιλοσοφίᾳ διάγουσιν.* Mendosum esse *ἁρπεῖ* constat inter omnes. Vide an vera lectio elici possit ex loco vicino pag. 177. D. *τοῦτο δέ που σκῶμμ' ΑΝ ΘΗ πρὸς ὃ λέγομεν.*

Theaet. pag. 174. D. *τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον * * * ἕνα τῶν νομέων οἷον συβώτην ἢ ποιμένα ἤ τινα βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν πολὺ βδάλλοντα.* Lacunam esse in his et claudicans verborum compositio declarat et manca et imperfecta loci sententia. Quod Heindorf. suspicatus est post *ἐγκωμιαζόμενον* excidisse *ἀκούων* verum est id quidem sed non est satis. Excidit praeterea aliquid cui *πολὺ βδάλλοντα* in sqq. respondebat. Verba ipsa quis praestabit? Sententiam apparet fuisse huiuscemodi: *ἐγκωμιαζόμενον (ἀκούων πολλὰ χρήματα παρὰ τῶν ἀρχομένων κομιζόμενον*, vel *πολλὰ χρήματα ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐργαζόμενον*) ut Darius *ὁ κάπηλος* apud Herod. III. 89. *ἕνα τῶν νομέων — ἡγεῖται ἀκούειν πολὺ βδάλλοντα.* Ita sibi inter se respondent *ἀκούων* et *ἡγεῖται ἀκούειν*, ut in sqq. *γῆς δὲ ὅταν μυρία πλέθρα ἀκούσῃ — πάνσμικρα δοκεῖ ἀκούειν.* Praeterea necessarium *ὡς* periit in proximis: *ἄγροικον δὲ — ΩC σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον.*

Hipp. Maior. pag. 281. D. *ἆρ' οὖν ὥσπερ αἱ ἄλλαι τέχναι ἐπιδεδώκασιν — οὕτω καὶ τὴν ὑμετέραν [τὴν τῶν σοφιστῶν τέχνην] ἐπιδεδωκέναι Φῶμεν*; Bekkerus *τήν* delebat. Gravius ulcus erat.

Hipp. Maior. pag. 282. C.

χρήματα πολλὰ εἰργάσατο ἔλαβεν
ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως.

Plato *εἰργάσατο* dixerat noto usu. Graeculus in margine *ἔλαβεν*

Digitized by Google

adscripsit. Nunc legitur: *εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν.* Quid notius quam *ἐργάζεσθαι χρήματα*? Herod. I. 24. *Ἀρίονα λέγουσι — ἐργασάμενον χρήματα μεγάλα θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι*, et passim in hoc ipso Platonis loco, veluti: *πλέον ἀργύριον ἀπὸ σοφίας εἴργασαι.* et: *ὅσον ἀργύριον εἴργασμαι ἐγώ.* et: *πλεῖν ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην.* et: *οἶμαι ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους σύνδυο οὕστινας βούλει τῶν σοφιστῶν.* et saepius alibi. Lepidissime pag. 300. D.

Obiter exime duo lectionis vitia ex pag. 282. D. *οὕτως ἦσαν εὐήθεις καὶ ἐλελήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη*, ubi scribendum: *ἐλελήθειN αὐτοὺς Τἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη.*

Hipp. Maior. pag. 283. C.

τέρας λέγεις, θαυμαστόν
ὦ Ἱππία.

Vulgatur: *τέρας λέγεις καὶ θαυμαστόν.* Estne fraus manifesta!

Hipp. Maior. pag. 292. A. *ταῦτα ποιήσας οὐκ ἀχθήσεταί καὶ δίκας ὀφλήσει*; Imo vero *ἈΠαχθήσεται*, ut in *Apolog. Socr.* pag. 32. B. *ἑτοίμων ὄντων ἐνδεικνύναι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων*, et passim apud Oratores de maleficis qui prehenduntur et in vincula coniiciuntur.

Notabilis locus est ad usum verbi *τύπτειν* apud Atticos cognoscendum in *Hipp. Maiore* pag. 292. B. *καὶ αὐτὸς οἶομαι δικαίως ἂν τύπτεσθαι. ἢ καὶ σύ με ἄκριτον τυπτήσεις*; et post pauca: *οἴει ἂν ἀδίκως πληγὰς λαβεῖν*;

Hippias Maior. pag. 304. E.

Συμβέβηκε δή μοι κακῶς
μὲν ὑΦ' ὑμῶν ἀκούειν ἐνειδίζεσθαι.
κακῶς δὲ ὑπ' ἐκείνου.

Manifestam tenemus fraudem, namque *κακῶς μέν — κακῶς δέ* respuit additamentum ab hac compositione alienum. Deinde planissime idem est *κακῶς ἀκούειν* et *ὀνειδίζεσθαι.* Quis autem Platonem legens nescire poterat quid esset *κακῶς ἀκούειν*? Sed propter adiectum *ὑΦ' ὑμῶν* admonuit sciolus *κακῶς ἀκούειν pas-*

Digitized by Google

[illegible] pag. 273. B. κἂν γὰρ σπουδὴ γένηται γοητικὸν ὄντα ἐμποδὼν στῆναι τῆς σπουδῆς ἐκ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας ἐπιτρέπειν. Interrupit magnopere. ἐμποδὼν ἐμποδὼν locum est ex dittographia frigido emblemate ludentis.

Saepe ἐπιλείπειν ἐπιτρέπειν. φιλεῖν ἔμου frequenter mutatur, a scribis ignorantibus sunt. Leg. pag. 274. A. ἀτεχνῶς δὲ τερατεύεσθαι — καὶ οὐκ ἔστιν ὅπως ἐκφεύξεται ἡμᾶς. et pag. 275. D. ἐγελασάτην γοῦν ἄλλοι ἄλλοτ' ἐς ἀλλήλους. Contra cumque pag. 276. E. ἀκηκόεθ' ὦ ἀγελαῖοι ἀκούοντες αὐτά τε καὶ ἃ μαθηταὶ ἐκεῖνοι. pro ἀκήκοεν. et pag. 288. E. δεσμώτιά γε λέγετε, ἃ ἄνδρες θεσσαλοὶ εἶτε Κῶοι εἴθ' ἑτέρωθεν καὶ ὅπῃ χαίρετ' ἐπεπαίζαμεν. pro χαίρετον.

Iterum simplex peccatum pag. 274. D. ubi scribe: τὸ δ' ἀνδρεῖόν τε δμῶσε ἦτον τῆς ἐμοτίμασεν ἐμελλησάτην εἶδεναι, et pag. 303. C. ubi verum est: ἃ μακαρίω τῷ τῆς διανοίας φόβῳ εἰ τοσοῦτον πρᾶγμα οὔτω τυχὸν — ἐξείργασται, pro μακάριοι et οἱ τοσοῦτον.

Pag. 274. D. τότερον τὸν πεπεισμένον ἤδη ὡς χρὴ παρ' ὑμῶν μανθάνειν δύναισθ' ἂν ἀγαθὸν ποιῆσαι ἀνδρα μόνον ἢ καὶ ἐκεῖνον τὸν μήπω πεπεισμένον διὰ τὸ μὴ οἴεσθαι ἅλως τὸ πρᾶγμα [τὴν ἀρετὴν] μαθητὸν εἶναι ἢ μὴ σοφὸν εἶναι αὐτHC διδασκάλω; φέρε καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα τῆς αὐτῆς τέχνης ἔργον ποιῆσαι ὡς καὶ διδακτὸν [ἡ ἀρετὴ] καὶ [οὗτοι] ὑμεῖς ἐσέ. παρ' ὧν ἂν κάλλισά τις αὐTO μάθοι. Sunt qui in verbis τὸ πρᾶγμα τὴν ἀρετήν servato τὴν ἀρετήν expungunt τὸ πρᾶγμα, quod contra oportebat. Nam quis tandem postea τὸ πρᾶγμα addidisset? Iterum interpolatum esse ἡ ἀρετή arguit sq. αὐTO μάθοι, id est τὸ πρᾶγμα. Itaque paullo ante verum est: μὴ σοφὸν εἶναι αὐτOT διδασκάλω.

Praeterea nullus pronomini locus est in verbis: καὶ [οὗτοι] ὑμεῖς ἐσέ, παρ' ὧν ἂν κάλλισά τις αὐτὸ μάθοι. Οὗτοι enim re-

Digitized by Google

fertur ad id quod praecessit. οὗτοι περὶ ὧν προείρηται, quod ab h. l. alienum est.

Pag. 277. D. erat in vetusto libro ita scriptum:

ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλὼν
ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον.

deinde haec nata scriptura est: ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλὼν ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον. quam sint haec recte et eleganter composita tu, qui haec legis, ipse iudicabis. Quis nostrum tam inepte haec disposuisset? Nemo hercle: et Platonem putabimus! Dabo locum si fieri potest etiam absurdius conformatum. Audi Thucydidem V. 47. Σπονδὰς ἐποιήσαντο ἑκατὸν Ἀθηναῖοι ἔτη καὶ Ἀργεῖοι καὶ Μαντινῆς καὶ Ἠλεῖοι. An tu scriberes: „*foedus fecerunt* in centum *Athenienses* annos ET *Argivi et Mantinenses et Elidenses*"? Verba ἑκατὸν ἔτη male huc retracta sunt ex sqq. κατὰ τάδε ξυμμάχους εἶναι Ἀθηναίους καὶ Ἀργείους καὶ Μαντινέας καὶ Ἠλείους ΕΚΑΤΟΝ ΕΤΗ. Supra scripsit aliquis in hunc modum:

ἑκατὸν ἔτη
Σπονδὰς ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι καὶ Ἀργεῖοι

et sic vulgata nata est.

Pag. 279. D. ἐνθυμοῦ δὴ μήτι παραλείπωμεν τῶν ἀγαθῶν ὅ, τι καὶ ἄξιον λόγου. Suadente sententia lege: μή τι παρελίπομεν. Frequens hoc est apud Platonem vitium, ut multis exemplis alio loco ostendemus.

Pag. 279. D. καταγέλασον δήπου ὃ πάλαι ΠΡΟκειται τοῦτο πάλιν ΠΡΟτιθέναι καὶ δὶς ταὐτὰ λέγειν. Luce clarius est Platonem scripsisse πάλιν τιθέναι, non προτιθέναι. Et error est evidens et erroris causa.

Pag. 280. A. ἡ σοφία ἄρα πανταχοῦ εὐτυχεῖν ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους. οὐ γὰρ δήπου ἁμαρτάνοι γ' ἄν τιC CoΦIAI ἀλλ' ἀνάγκη ὀρθῶς πράττειν καὶ τυγχάνειν· ἦ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη. Iterum dixerim luce clarius esse dedisse Platonem: οὐ γὰρ δήπου ἁμαρτάνοι γ' ἄν TI COΦIA. — ἦ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη. —

Digitized by Google

non *εἴ τις ἁμαρτάνοι*, sed *εἴ τι σοφία ἁμαρτάνοι*. Vulgata lectio postulabat: *ἦ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφος εἴη*.

Euthydem. p. 282. D. Socrates simplicissime dixerat: *τὸ μὲν ἐμὸν παράδειγμα τοιοῦτον*. Annotavit aliquis: *οἷον ἐπιθυμῶ τὸν προτρεπτικὸν λόγον εἶναι*, deinde ea annotatiuncula cum novo mendo *τῶν προτρεπτικῶν λόγων* ante *τοιοῦτον* in textum se insinuavit.

Quod Badhamus reponebat ex pag. 278. D. *οἵων ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων ἀκούειν*, recte dictum est sed dabit mihi supervacanea ea verba hic esse et *ψυχρῶς παρέλκειν*.

Pag. 286. B. scribendum est: *ἦ ἐγὼ μὲν λέγω τὸ πρᾶγμα, σὺ δ' οὐδεN λέγεις τὸ παράπαν*. In libris est *ἐγὼ λέγω μέν* et *οὐδε λέγεις*.

Pag. 287. A. a Platone est: *εἰ γὰρ μὴ ἁμαρτάνομεν μήτε πράττοντες μήτε λέγοντες μήτε διανοούμενοι, ὑμεῖς ὦ πρὸς Διὸς τίνος διδάσκαλοι ἥκετε*; Nunc post *ὦ πρὸς Διός* frigidissime et alieno loco insertum est: *εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει*.

Revocandum p. 289. A. *οὐδὲν ὄφελος αὐτοT ἐφάνη ὄν*, pro *αὐτό*, et pag. 289. B. Badhamo auctore *ὡς* inserendum: *οὐδὲ ταύτης (ὡς) ἔοικεν ὄφελος οὐδέν*.

Pag. 289. B. *τι* excidit, namque sic scribendum esse sententia declarat: *ἐν ᾗ συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν* TI *ἐπίστασθαι καὶ τὸ χρῆσθαι τούτῳ ὃ ἂν ποιῇ*. Nunc facile est perficere emendationem loci pag. 290. B. a Badhamo optime inchoatam. In libris est: *οὐ γὰρ ποιοῦσι τὰ διαγράμματα ἕκαστοι τούτων ἀλλὰ τὰ ὄντα ἀνευρίσκουσιν*. Luculenter demonstravit Badhamus *τὰ διαγράμματα „absurdum supplementum"* esse idque summo iure expunxit. Sed non est satis: lege: *οὐ γὰρ ποιοῦσί* TI *ἕκαστοι τούτων*.

Scita comparatione Plato utitur pag. 291. B. in qua quisque suavissimam pueritiae memoriam recordabitur, sed vitium in libris concepit. Editur: *πόθεν, ὦ μακάριε* [*εὕρομεν*]; *ἀλλ' ἥμεν*

Digitized by Google

πάνυ γελοῖοι, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορύδους διώκοντα· ἀεὶ ᾠόμεθα ἑκάστην τῶν ἐπιστημῶν αὐτίκα λήψεσθαι, αἱ δ' ἀεὶ ὑπεξέφευγον. Primum expunge εὕρομεν. Saepe πόθεν; pro οὐδαμῶς positum apud Platonem huiuscemodi additamenta peperit, ut alio tempore ad *Lysidem* ostendam. Deinde ita scribe: ἀλλ' ἦμεν πάνυ γελοῖοι. Ὥσπερ ΓΑΡ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορύδους διώκοντα ἀεὶ ᾠόμεθα κτἑ. Non enim pueri, quibus aetas fert lusum, *ridiculi* esse dicuntur, sed senes qui in simili re puerulos imitantur ἀκίχητα διώκοντες.

Syllaba periit pag. 292. A. οὐκοῦν ἀγαθόν γέ τι δεῖ ἡμῖν αὐτὴν παραδιδόναι; imo vero ἀγαθὸν ϵN γέ τι. Quis nescit ἀττικιστὶ eo sensu quem locus requirit dici solere εἴς γέ τις, ἕν γέ τι, ἀμωσγέπως.

Pag. 295. B. σὺ γὰρ πάντωC ΠΟΤ κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι [ἢ ἐγὼ] τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου. Si umquam alibi, hoc loco interpolatorem ἐπ' αὐτοφώρῳ tenemus. Contraria sunt τέχνην ἔχειν et ἰδιώτην εἶναι. Itaque Socrates dixerat: CT γὰρ πάντως 'ϵMOT κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου, namque haec est elegans Graecorum compositio pro σὺ τέχνην ἔχων ἐμοῦ ἰδιώτου ἀνθρώπου, ut in oraculo apud Herodotum IV. 157:

αἰ τὺ ἐμεῦ Λιβύαν μαλοτρόφον οἴδας ἄμεινον
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος ἄγαν ἄγαμαι σοφίαν σεῦ.

et apud Platonem in *Apolog. Socrat.* pag. 25. D. τί δῆτα; ὦ Μέλητε, τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος τηλικούτου ὄντος τηλικόσδε ὤν; Manifestum igitur tenemus sciolum qui de suo ἢ ἐγώ addidit.

Multae sunt Astii acutae et felices in Platone emendationes, quas saepe ab Editoribus aut ignorari aut inconsulto sperni video. Sic et in *Euthydemo* pag. 300. B. verum vidit, sed nemo reperta veritate utitur. Futiles ἐριστικοὶ demonstrabant ὅτι οἷόν τε σιγῶντα λέγειν in hunc modum: ὅταν λίθους λέγῃς καὶ ξύλα καὶ σιδήρια οὐ σιγῶντα λέγεις; Deridens ista Ctesippus negat τὰ σιδήρια σιγᾶν his verbis: οὔκουν ἄγε (sic recte Badham. pro ἦγε vel εἶ γε) ἐγὼ παρέρχομαι ἐν τοῖς χαλκείοις, ἀλλὰ φθεγγόμενα

Digitized by Google

καὶ βοῶντα μέγιστον τὰ σιδήρια λέγϴΤΑΙ, ἐάν τις ἅψηται. Clamat sententia λέγϴΙ pro λέγεται verum esse: τὰ σιδήρια οὐ σιγᾷ, inquit, ἀλλὰ λέγει. Primus omnium Astius id reperit et poterat reperiri ab unoquoque qui hoc ageret. Quid Editores? Hermannus et Badhamus σιγῶντες παρέρχονται. Stallbaumius annotavit „pro λέγεται Astius coniecit λέγει, quo vereor ut opus sit." οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διάκειται.

Cur λέγει et λέγεται confunduntur? Scribebatur λέ͂ et male explebatur. In vicinia optimi libri exhibent: οὐκοῦν καὶ τὰ λέγοντα σιγᾷς εἴπερ τῶν ἀπάντων ἐςὶ τὰ λεγόΜϵΝΑ; Certatim corrigunt λέγΟΝΤΑ. Idem et supra factum oportuerat.

Pag. 301. C. καὶ τὰ μικρὰ κρέα κατακόψαντα ἔψειν manifesto mendosum. Badham. recte transposuit καὶ τὰ κρέα σμικρὰ κατακόψαντα multisque exemplis hoc loquendi genus illustravit.

Pag. 302. A. κἀγώ, ᾔδη γὰρ ὅτι ἐξ αὐτῶν καλόν τι ἀνακύψει [τὸ τῶν ἐρωτημάτων]. quod τῶν ἐρωτημάτων expungunt recte faciunt: minus recte quod futuri ἀνακύψοιτο caudam amputarunt: ἀνακύψομαι enim Atticum est, non ἀνακύψω. Aristophanes *Αν.* 146.

ἵν' ἀνακύψεται
κλητῆρ' ἄγουσ' ἔωθεν ἡ Σαλαμινία.

Adversis frontibus pugnant pag. 303. B. ταχύ et ἐκ τοῦ παραχρῆμα in his: ἔγνων ἔγωγε — ὡς [ταχὺ] ὑμᾶς ἐκ τοῦ παραχρῆμα μιμεῖσθαι οἷός τε ἦν. non est dubium utrum expellas.

Dittographia corrumpit locum pag. 305. B. ποτέρΩΝ ἦν ὁ προσελθών σοι — πότερΟΝ τῶν ἀγωνίσασθαι δεινῶν — ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰσπεμπόντων. Pro ποτέρων rescribe πότερον et sq. πότερον expunge. Scriba, ut errorem suum corrigeret, quum ποτέρων dedisset in margine πότερον posuit. Nunc in alienam sedem irrepsit et ex uno duo menda nata sunt.

Pag. 305. D. ἡγοῦνται οὖν — ἀναμφισβητήτως παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια [εἰς δόξαν] οἴεσθαι σοφίας πέρι. εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σΦΑΣ σοφωτάτΟΤΣ, ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις λόγοις ὅταν ἀπολήφθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Εὐθύδημον κολούεσθαι. Primum εἰς δόξαν ex

Digitized by Google

superioribus repetitum exterminandum est. Deinde pro σφᾶς σοφωτάτους in Bodleiano est σΦᾶς σοΦώτατοι. Liquido apparet verum esse σΦΕΙC σοΦώτατοι. Saepe Atticum σφεῖς et in alia et in σφίσι et σφᾶς ab indoctis scribis corrumpitur. Recta oratio haec est: ἐσμὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ ΗΜΕΙC σοΦώτατοι κτέ. Itaque in indirecta dicendum: ἡγοῦνται γὰρ CΦΕΙC μὲν εἶναι σοΦώτατοι. Saepissime σφεῖς praesertim apud Thucydidem et Platonem legitur. In *Charmide* pag. 165. A. εἶθ' ἵνα δὴ καὶ [αὐτοὶ] σφεῖς μηδὲν ἧττον συμβουλὰς χρησίμους ἀναθεῖεν, Plato σφεῖς dederat deinde aliquis αὐτοί adscripsit.

Protagor. p. 322. C. ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρόπον δοὺς δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις· πότερον ὡς αἱ τέχναι νενέμηνται οὕτω καὶ ταύτας νείμω; — καὶ δίκην δὴ καὶ αἰδῶ οὕτω θῶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις; Plato ipsum Mercurium induxerat ita dicentem: τίνα οὖν τρόπον ΔΩ δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις; Argumento est οὖν, quod in indirecta oratione poni non potest.

Protag. pag. 327. C. ἀλλ' οὖν αὐληταὶ γοῦν πάντες ἦσαν. Plato scripsit: ἀλλ' οὖν αὐληταί Γ' ἌΑΝ πάντες ἦσαν, ut enim γοῦν post οὖν vitiose abundat, sic et γε et ἄν necessarium est.

Protag. pag. 327. D. ἄγριοί τινες οἷοίπερ οὓς πέρυσι Φερεκράτης [ὁ ποιητὴς] ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. Attica dicendi forma est οἷουσπερ pro οἷοίπερ οὕς.

Inficete admodum insertum est ὁ ποιητής, quasi vero ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ non esset satis, aut Pherecrates non esset notissimus omnibus. Neque Plato Comicos ποιητάς appellare solet sed κωμῳδιοποιούς.

Non est in multis sciolorum additamentis, quibus adhuc Platonis scripta deformantur, aliud simul molestius et manifestius quam quod adhaesit in *Philebo* pag. 13. B.

πῶς λέγεις, ὦ Σώκρατες; οἴει γάρ τινα
θέμενον ἡδονὴν εἶναι τἀγαθὸν εἶτα
ἐγχωρήσεσθαι ἀνέξεσθαί σου λέγοντος τὰς μὲν
εἶναί τινας ἡδονὰς ἀγαθάς, τὰς
δέ τινας ἑτέρας αὐτῶν κακάς.

Digitized by Google

In *Theaeteto* p. 169. B. *οὕτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε τῆς περὶ ταῦτα γυμνασίας.* Agnoscam Platonis manum ubi reposueris: *ἔρως δεινὸς ἐνΤΘΤΗΚΘ.* ut in *Menexeno* pag. 245. D. *οὕτω καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει τῆς ἀλλοτρίας φύσεως*, et saepe apud alios.

Theaet. pag. 174. A. ubi lepida ancillula Thaletem derisisse narratur *ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δὲ — παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν.* ita pergit: *ταὐτὸν δὲ ἀρκεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν Φιλοσοφίᾳ διάγουσιν.* Mendosum esse *ἀρκεῖ* constat inter omnes. Vide an vera lectio elici possit ex loco vicino pag. 177. D. *τοῦτο δέ που σκῶμμ' ΆΝ ΘΙΗ πρὸς ὃ λέγομεν.*

Theaet. pag. 174. D. *τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον * * * ἕνα τῶν νομέων οἷον συβώτην ἢ ποιμένα ἤ τινα βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν πολὺ βδάλλοντα.* Lacunam esse in his et claudicans verborum compositio declarat et manca et imperfecta loci sententia. Quod Heindorf. suspicatus est post *ἐγκωμιαζόμενον* excidisse *ἀκούων* verum est id quidem sed non est satis. Excidit praeterea aliquid cui *πολὺ βδάλλοντα* in sqq. respondebat. Verba ipsa quis praestabit? Sententiam apparet fuisse huiuscemodi: *ἐγκωμιαζόμενον* (*ἀκούων πολλὰ χρήματα παρὰ τῶν ἀρχομένων κομιζόμενον*, vel *πολλὰ χρήματα ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐργαζόμενον*) ut Darius *ὁ κάπηλος* apud Herod. III. 89. *ἕνα τῶν νομέων — ἡγεῖται ἀκούειν πολὺ βδάλλοντα.* Ita sibi inter se respondent *ἀκούων* et *ἡγεῖται ἀκούειν*, ut in sqq. *γῆς δὲ ὅταν μυρίας πλέθρα ἀκούσῃ — πάνσμικρα δοκεῖ ἀκούειν.* Praeterea necessarium *ὡς* periit in proximis: *ἄγροικον δὲ — ΩC σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον.*

Hipp. Maior. pag. 281. D. *ἆρ' οὖν ὥσπερ αἱ ἄλλαι τέχναι ἐπιδεδώκασιν — οὕτω καὶ τὴν ὑμετέραν* [*τὴν τῶν σοφιστῶν τέχνην*] *ἐπιδεδωκέναι φῶμεν*; Bekkerus *τήν* delebat. Gravius ulcus erat.

Hipp. Maior. pag. 282. C.

χρήματα πολλὰ εἰργάσατο ἔλαβεν
ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως.

Plato *εἰργάσατο* dixerat noto usu. Graeculus in margine *ἔλαβεν*

Digitized by Google

adscripsit. Nunc legitur: εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν. Quid notius quam ἐργάζεσθαι χρήματα? Herod. I. 24. Ἄριονα λέγουσι — ἐργασάμενον χρήματα μεγάλα θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι, et passim in hoc ipso Platonis loco, veluti: πλέον ἀργύριον ἀπὸ σοφίας εἴργασαι. et: ὅσον ἀργύριον εἴργασμαι ἐγώ. et: πλεῖν ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην. et: οἶμαι ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους σύνδυο οὑστινας βούλει τῶν σοφιστῶν. et saepius alibi. Lepidissime pag. 300. D.

Obiter exime duo lectionis vitia ex pag. 282. D. οὕτως ἦσαν εὐήθεις καὶ ἐλελήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη, ubi scribendum: ἐλελήθειN αὐτοὺς Τἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη.

Hipp. Maior. pag. 283. C.

τέρας λέγεις, θαυμαστόν
ὦ Ἱππία.

Vulgatur: τέρας λέγεις καὶ θαυμαστόν. Estne fraus manifesta!

Hipp. Maior. pag. 292. A. ταῦτα ποιήσας οὐκ ἀχθήσεται καὶ δίκας ὀφλήσει; Imo vero Ἀπαχθήσεται, ut in *Apolog. Socr.* pag. 32. B. ἑτοίμων ὄντων ἐνδεικνύναι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων, et passim apud Oratores de maleficis qui prehenduntur et in vincula coniiciuntur.

Notabilis locus est ad usum verbi τύπτειν apud Atticos cognoscendum in *Hipp. Maiore* pag. 292. B. καὶ αὐτὸς οἶομαι δικαίως ἂν τύπτεσθαι. ἢ καὶ σύ με ἄκριτον τυπτήσεις; et post pauca: οἶει ἂν ἀδίκως πληγὰς λαβεῖν;

Hippias Maior. pag. 304. E.

Συμβέβηκε δή μοι κακῶς
μὲν ὑφ' ὑμῶν ἀκούειν ὀνειδίζεσθαι.
κακῶς δὲ ὑπ' ἐκείνου.

Manifestam tenemus fraudem, namque κακῶς μέν — κακῶς δέ respuit additamentum ab hac compositione alienum. Deinde planissime idem est κακῶς ἀκούειν et ὀνειδίζεσθαι. Quis autem Platonem legens nescire poterat quid esset κακῶς ἀκούειν? Sed propter adiectum ὑφ' ὑμῶν admonuit sciolus κακῶς ἀκούειν pas-

Digitized by Google

sivam notionem continere et perinde esse ac si *ὀνειδίζεσθαι* esset dictum.

Euthydem. pag. 272. B. *αὐτὼ γὰρ τούτω γέροντε ὄντε ἠρξάσθην ταύτης τῆς σοφίας ἧς ἔγωγε ἐπιθυμῶ* [*τῆς ἐριστικῆς*]. Interstrepit magistellus. Quanto lepidior locus est et *εἰρωνικώτερος* frigido emblemate liberatus!

Saepe dualium formae, quibus Plato frequenter utebatur, a scribis obliteratae sunt. Leg. pag. 273. A. *εἰσελθόντϵ δὲ περιεπατείτην — καὶ οὕτω* (*τούτω* del.) *δύ' ἢ τρεῖς δρόμους περιελαυθότ' ἤσην*. et post pauca: *ἰδόντϵ δ' αὐτὸν — πρῶτον μὲν ἐπισάντε διελεγέσθην ἀλλήλοιν ἄλλην καὶ ἄλλην ἀποβλέπονΤ' εἰς ἡμᾶς*. et pag. 273. D. *ἐγελασάτην γοῦν ἄμφω βλέψανΤ' εἰς ἀλλήλους*.

Contra corrige pag. 278. E. *ἀνάσχεΣΘ' οὖν ἀγελαςὶ ἀκούοντες αὐτοί τε καὶ οἱ μαθηταὶ ὑμῶν*, pro *ἀνάσχεσθον*. et pag. 288. B. *θαυμάσιά γε λέγετε, ὦ ἄνδρες Θούριοι εἴτε Χῖοι εἴθ' ὁπόθεν καὶ ὅπῃ χαίρεΤ' ὀνομαζόμενοι*. pro *χαίρετον*.

Iterum dualis periit pag. 294. D. ubi scribe: *τὼ δ' ἀνδρειότατα ὁμόσε ἤτην τοῖς ἐρωτήμασιν ὁμολογοῦντϵ εἰδέναι*, et pag. 303. C. ubi verum est: *ὦ μακαρίΩ σΦῷ τῆς θαυμαςῆς Φύσεως ϵΙ τοσοῦτον πρᾶγμα οὕτω ταχὺ — ἐξείργασθον*, pro *μακάριοι* et OI *τοσοῦτον*.

Pag. 274. D. *πότερον τὸν πεπεισμένον ἤδη ὡς χρὴ παρ' ὑμῶν μανθάνειν δύναισθ' ἂν ἀγαθὸν ποιῆσαι ἄνδρα μόνον ἢ καὶ ἐκεῖνον τὸν μήπω πεπεισμένον διὰ τὸ μὴ οἴεσθαι ὅλως τὸ πρᾶγμα* [*τὴν ἀρετὴν*] *μαθητὸν εἶναι ἢ μὴ σΦῷ εἶναι αὐτΗC διδασκάλω; φέρε καὶ τὸν οὕτως ἔχοντα τῆς αὐτῆς τέχνης ἔργον πεῖσαι ὡς καὶ διδακτὸν* [*ἡ ἀρετὴ*] *καὶ* [*οὗτοι*] *ὑμεῖς ἐσέ, παρ' ὧν ἂν κάλλισά τις αὐΤΟ μάθοι*. Sunt qui in verbis *τὸ πρᾶγμα τὴν ἀρετήν* servato *τὴν ἀρετήν* expungunt *τὸ πρᾶγμα*, quod contra oportebat. Nam quis tandem postea *τὸ πρᾶγμα* addidisset? Iterum interpolatum esse *ἡ ἀρετή* arguit sq. *αὐΤΟ μάθοι*, id est *τὸ πρᾶγμα*. Itaque paullo ante verum est: *μὴ σΦῷ εἶναι αὐτΟΤ διδασκάλω*.

Praeterea nullus pronomini locus est in verbis: *καὶ* [*οὗτοι*] *ὑμεῖς ἐσέ, παρ' ὧν ἂν κάλλισά τις αὐτὸ μάθοι*. Οὗτοι enim re-

Digitized by Google

fertur ad id quod praecessit. *οὗτοι περὶ ὧν προείρηται*, quod ab h. l. alienum est.

Pag. 277. D. erat in vetusto libro ita scriptum:

ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον *καταβαλὼν*
ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος *τὸν νεανίσκον.*

deinde haec nata scriptura est: *ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλὼν ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον*. quam sint haec recte et eleganter composita tu, qui haec legis, ipse iudicabis. Quis nostrum tam inepte haec disposuisset? Nemo hercle: et Platonem putabimus! Dabo locum si fieri potest etiam absurdius conformatum. Audi Thucydidem V. 47. *Σπονδὰς ἐποιήσαντο ἑκατὸν Ἀθηναῖοι ἔτη καὶ Ἀργεῖοι καὶ Μαντινῆς καὶ Ἠλεῖοι*. An tu scriberes: „*foedus fecerunt* in centum *Athenienses* annos ET *Argivi et Mantinenses et Elidenses*"? Verba *ἑκατὸν ἔτη* male huc retracta sunt ex sqq. *κατὰ τάδε ξυμμάχους εἶναι Ἀθηναίους καὶ Ἀργείους καὶ Μαντινέας καὶ Ἠλείους* ΕΚΑΤΟΝ ΕΤΗ. Supra scripsit aliquis in hunc modum:

ἑκατὸν *ἔτη*
Σπονδὰς ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι καὶ Ἀργεῖοι

et sic vulgata nata est.

Pag. 279. D. *ἐνθυμοῦ δὴ μήτι παραλείπωμεν τῶν ἀγαθῶν ὅ, τι καὶ ἄξιον λόγου*. Suadente sententia lege: *μή τι παρελίπομεν*. Frequens hoc est apud Platonem vitium, ut multis exemplis alio loco ostendemus.

Pag. 279. D. *καταγέλασον δήπου ὃ πάλαι* ΠΡΟκειται *τοῦτο πάλιν* ΠΡΟτιθέναι *καὶ δὶς ταὐτὰ λέγειν*. Luce clarius est Platonem scripsisse *πάλιν τιθέναι*, non *προτιθέναι*. Et error est evidens et erroris causa.

Pag. 280. A. *ἡ σοφία ἄρα πανταχοῦ εὐτυχεῖν ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους. οὐ γὰρ δήπου ἁμαρτάνοι γ' ἄν τιC* CoΦIAI *ἀλλ' ἀνάγκη ὀρθῶς πράττειν καὶ τυγχάνειν· ἦ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη*. Iterum dixerim luce clarius esse dedisse Platonem: *οὐ γὰρ δήπου ἁμαρτάνοι γ' ἄν* TI ΣΟΦΙΑ. — *ἦ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφία εἴη*. —

Digitized by Google

non *εἴ τις ἁμαρτάνοι*, sed *εἴ τι σοφία ἁμαρτάνοι*. Vulgata lectio postulabat: *ἦ γὰρ ἂν οὐκέτι σοφος εἴη*.

Euthydem. p. 282. D. Socrates simplicissime dixerat: *τὸ μὲν ἐμὸν παράδειγμα τοιοῦτον*. Annotavit aliquis: *οἷον ἐπιθυμῶ τὸν προτρεπτικὸν λόγον εἶναι*, deinde ea annotatiuncula cum novo mendo *τῶν προτρεπτικῶν λόγων* ante *τοιοῦτον* in textum se insinuavit.

Quod Badhamus reponebat ex pag. 278. D. *οἵων ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων ἀκούειν*, recte dictum est sed dabit mihi supervacanea ea verba hic esse et *ψυχρῶς παρέλκειν*.

Pag. 286. B. scribendum est: *ἦ ἐγὼ μὲν λέγω τὸ πρᾶγμα, σὺ δ' οὐδϵΝ λέγεις τὸ παράπαν*. In libris est *ἐγὼ λέγω μὲν* et *οὐδϵ λέγεις*.

Pag. 287. A. a Platone est: *εἰ γὰρ μὴ ἁμαρτάνομεν μήτε πράττοντες μήτε λέγοντες μήτε διανοούμενοι, ὑμεῖς ὦ πρὸς Διὸς τίνος διδάσκαλοι ἥκετε*; Nunc post *ὦ πρὸς Διός* frigidissime et alieno loco insertum est: *εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει*.

Revocandum p. 289. A. *οὐδὲν ὄφελος αὐτΟΥ ἐφάνη ὄν*, pro *αὐτό*, et pag. 289. B. Badhamo auctore *ὡς* inserendum: *οὐδὲ ταύτης (ὡς) ἔοικεν ὄφελος οὐδέν*.

Pag. 289. B. *τι* excidit, namque sic scribendum esse sententia declarat: *ἐν ᾗ συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν ΤΙ ἐπίστασθαι καὶ τὸ χρῆσθαι τούτῳ ὃ ἂν ποιῇ*. Nunc facile est perficere emendationem loci pag. 290. B. a Badhamo optime inchoatam. In libris est: *οὐ γὰρ ποιοῦσι τὰ διαγράμματα ἕκαστοι τούτων ἀλλὰ τὰ ὄντα ἀνευρίσκουσιν*. Luculenter demonstravit Badhamus *τὰ διαγράμματα „absurdum supplementum"* esse idque summo iure expunxit. Sed non est satis: lege: *οὐ γὰρ ποιοῦσί ΤΙ ἕκαστοι τούτων*.

Scita comparatione Plato utitur pag. 291. B. in qua quisque suavissimam pueritiae memoriam recordabitur, sed vitium in libris concepit. Editur: *πόθεν, ὦ μακάριε* [*εὕρομεν*]; *ἀλλ' ἥμεν*

Digitized by Google

πάνυ γελοῖοι, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορύδους διώκοντα· ἀεὶ ᾠόμεθα ἑκάσην τῶν ἐπιστημῶν αὐτίκα λήψεσθαι, αἱ δ' ἀεὶ ὑπεξέφευγον. Primum expunge εὕρομεν. Saepe πόθεν; pro οὐδαμῶς positum apud Platonem huiuscemodi additamenta peperit, ut alio tempore ad *Lysidem* ostendam. Deinde ita scribe: ἀλλ' ἦμεν πάνυ γελοῖοι. Ὥσπερ ΓΑΡ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορύδους διώκοντα ἀεὶ ᾠόμεθα κτέ. Non enim pueri, quibus aetas fert lusum, *ridiculi* esse dicuntur, sed senes qui in simili re puerulos imitantur ἀκίχητα διώκοντες.

Syllaba periit pag. 292. A. οὐκοῦν ἀγαθόν γέ τι δεῖ ἡμῖν αὐτὴν παραδιδόναι; imo vero ἀγαθὸν ϹΕΝ γέ τι. Quis nescit ἀττικιστὶ eo sensu quem locus requirit dici solere εἷς γέ τις, ἕν γέ τι, ἀμωσγέπως.

Pag. 295. B. σὺ γὰρ πάντωϹ ΠΟΤ κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι [ἢ ἐγὼ] τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου. Si umquam alibi, hoc loco interpolatorem ἐπ' αὐτοφώρῳ tenemus. Contraria sunt τέχνην ἔχειν et ἰδιώτην εἶναι. Itaque Socrates dixerat: ϹΤ γὰρ πάντως ΄ϹΜΟΤ κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου, namque haec est elegans Graecorum compositio pro σὺ τέχνην ἔχων ἐμοῦ ἰδιώτου ἀνθρώπου, ut in oraculo apud Herodotum IV. 157:

αἰ τὺ ἐμεῦ Λιβύαν μαλοτρόφον οἴδας ἄμεινον
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος ἄγαν ἄγαμαι σοφίαν σεῦ.

et apud Platonem in *Apolog. Socrat.* pag. 25. D. τί δῆτα; ὦ Μέλητε, τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος τηλικούτου ὄντος τηλικόσδε ὤν; Manifestum igitur tenemus sciolum qui de suo ἢ ἐγώ addidit.

Multae sunt Astii acutae et felices in Platone emendationes, quas saepe ab Editoribus aut ignorari aut inconsulto sperni video. Sic et in *Euthydemo* pag. 300. B. verum vidit, sed nemo reperta veritate utitur. Futiles ἐριστικοὶ demonstrabant ὅτι οἷόν τε σιγῶντα λέγειν in hunc modum: ὅταν λίθους λέγῃς καὶ ξύλα καὶ σιδήρια οὐ σιγῶντα λέγεις; Deridens ista Ctesippus negat τὰ σιδήρια σιγᾶν his verbis: οὔκουν ἄγε (sic recte Badham. pro ἦγε vel εἶ γε) ἐγὼ παρέρχομαι ἐν τοῖς χαλκείοις, ἀλλὰ φθεγγόμενα

Digitized by Google

καὶ βοῶντα μέγιστον τὰ σιδήρια λέγΘΤΑΙ, ἐάν τις ἅψηται. Clamat sententia λέγΘΙ pro λέγεται verum esse: τὰ σιδήρια οὐ στγᾷ, inquit, ἀλλὰ λέγει. Primus omnium Astius id reperit et poterat reperiri ab unoquoque qui hoc ageret. Quid Editores? Hermannus et Badhamus σιγῶντες παρέρχονται. Stallbaumius annotavit „pro λέγεται Astius coniecit λέγει, quo vereor ut opus sit." οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διάκειται.

Cur λέγει et λέγεται confunduntur? Scribebatur λέ et male explebatur. In vicinia optimi libri exhibent: οὐκοῦν καὶ τὰ λέγοντα σιγᾷς εἴπερ τῶν ἀπάντων ἐστὶ τὰ λεγόΜΕΝΑ; Certatim corrigunt λέγΟΝΤΑ. Idem et supra factum oportuerat.

Pag. 301. C. καὶ τὰ μικρὰ κρέα κατακόψαντα ἔψειν manifesto mendosum. Badham. recte transposuit καὶ τὰ κρέα σμικρὰ κατακόψαντα multisque exemplis hoc loquendi genus illustravit.

Pag. 302. A. κἀγώ, ᾔδη γὰρ ὅτι ἐξ αὐτῶν καλόν τι ἀνακύψοι [τὸ τῶν ἐρωτημάτων]. quod τῶν ἐρωτημάτων expungunt recte faciunt: minus recte quod futuri ἀνακύψοιτο caudam amputarunt: ἀνακύψομαι enim Atticum est, non ἀνακύψω. Aristophanes *Av.* 146.

ἵν' ἀνακύψεται
κλητῆρ' ἄγουσ' ἔωθεν ἡ Σαλαμινία.

Adversis frontibus pugnant pag. 303. E. ταχύ et ἐκ τοῦ παραχρῆμα in his: ἔγνων ἔγωγε — ὡς [ταχὺ] ὑμᾶς ἐκ τοῦ παραχρῆμα μιμεῖσθαι οἷός τε ἦν. non est dubium utrum expellas.

Dittographia corrumpit locum pag. 305. B. ποτέρΩΝ ἦν ὁ προσελθών σοι — πότερΟΝ τῶν ἀγωνίσασθαι δεινῶν — ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰσπεμπόντων. Pro ποτέρων rescribe πότερον et sq. πότερον expunge. Scriba, ut errorem suum corrigeret, quum ποτέρων dedisset in margine πότερον posuit. Nunc in alienam sedem irrepsit et ex uno duo menda nata sunt.

Pag. 305. D. ἡγοῦνται οὖν — ἀναμφισβητήτως παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια [εἰς δόξαν] οἴεσθαι σοφίας πέρι. εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σΦΑΣ σοΦωτάτΟΤΣ, ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις λόγοις ὅταν ἀπολῃφθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀμΦὶ Εὐθύδημον κολούεσθαι. Primum εἰς δόξαν ex

Digitized by Google

superioribus repetitum exterminandum est. Deinde pro σφᾶς σοφωτάτους in Bodleiano est σφᾶς σοφώτατοι. Liquido apparet verum esse σΦΘΙC σοφώτατοι. Saepe Atticum σφεῖς et in alia et in σφίσι et σφᾶς ab indoctis scribis corrumpitur. Recta oratio haec est: ἐσμὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ ΗΜΘΙC σοφώτατοι κτέ. Itaque in indirecta dicendum: ἡγοῦνται γὰρ CΦΘΙC μὲν εἶναι σοφώτατοι. Saepissime σφεῖς praesertim apud Thucydidem et Platonem legitur. In *Charmide* pag. 165. A. εἶθ' ἵνα δὴ καὶ [αὐτοὶ] σφεῖς μηδὲν ἧττον συμβουλὰς χρησίμους ἀναθεῖεν, Plato σφεῖς dederat deinde aliquis αὐτοὶ adscripsit.

Protagor. p. 322. C. ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρόπον δοὺς δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις· πότερον ὡς αἱ τέχναι νενέμηνται οὕτω καὶ ταύτας νείμω; — καὶ δίκην δὴ καὶ αἰδῶ οὕτω θῶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις; Plato ipsum Mercurium induxerat ita dicentem: τίνα οὖν τρόπον ΔΩ δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις; Argumento est οὖν, quod in indirecta oratione poni non potest.

Protag. pag. 327. C. ἀλλ' οὖν αὐληταὶ γοῦν πάντες ἦσαν. Plato scripsit: ἀλλ' οὖν αὐληταί Γ' ἌΑΝ πάντες ἦσαν, ut enim γοῦν post οὖν vitiose abundat, sic et γε et ἄν necessarium est.

Protag. pag. 327. D. ἄγριοί τινες οἷοίπερ οὓς πέρυσι Φερεκράτης [ὁ ποιητὴς] ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. Attica dicendi forma est οἵουσπερ pro οἷοίπερ οὕς.

Inficete admodum insertum est ὁ ποιητής, quasi vero ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ non esset satis, aut Pherecrates non esset notissimus omnibus. Neque Plato Comicos ποιητάς appellare solet sed κωμῳδιοποιούς.

Non est in multis sciolorum additamentis, quibus adhuc Platonis scripta deformantur, aliud simul molestius et manifestius quam quod adhaesit in *Philebo* pag. 13. B.

πῶς λέγεις, ὦ Σώκρατες; οἴει γάρ τινα
θέμενον ἡδονὴν εἶναι τἀγαθὸν εἶτα
ἀνέξεσθαί σου λέγοντος τὰς μὲν
εἶναί τινας ἡδονὰς ἀγαθάς, τὰς
δέ τινας ἑτέρας αὐτῶν κακάς.

συγχωρήσεσθαι

Digitized by Google

Annotavit aliquis in margine *ἀνέξεσθαί σου λέγοντος* idem significare atque *συγχωρήσεσθαι*. deinde illud ipsum in Platonis orationem ineptissime receptum est hodieque legitur: *οἶει γάρ τινα συγχωρήσεσθαι θέμενον κτἑ.* et sunt qui hanc scabritiem orationis aequissimo animo ferunt et interpretando occultant. Sed semel deprensa fraus unicuique patebit.

In vicinia interpolatorem *ἔχομεν ἄφυκτον* pag. 13. c. in verbis: *καὶ τὰ παραδείγματα ἡμᾶς τὰ νυνδὴ λεχθέντα οὐδὲν τιπρόσκει, πειΡΑσόμεθα δὲ [καὶ ἐροῦμεν] ἅπερ οἱ πάντων φαυλότατοί τε καὶ περὶ λόγους ἅμα νέοι.* Vide mihi gliscentem in libris labem. Exhibet unus omnium optimus

Bodleianus: *πειρόμεθα.*
alii: *πειρώμεθα.*
alii: *πειρασόμεθα.*
alii denique: *πειρασώμεθα.*

rem acu tetigit Badhamus *πειCόμεθα* reponens, caeteri correctores *ἔπαθον ἅπερ οἱ πάντων φαυλότατοι* ineptis correctiunculis augentes malum. Reperta semel vera lectione quid fiet verbis *καὶ ἐροῦμεν*? Apparet post corruptam veterem scripturam a nescio quo interpolata esse. Tamquam oculis cernimus homuncionem in impedito loco tricantem.

Admirabilem Badhami emendationem in *Philebi* loco pag. 54. B. subiiciam. Editur: ΠΡΩ. *πρὸς θεῶν ἄρ' ἂν ἐπανερωτᾷς με;* ΣΩ. *τοιόνδε τι λέγω, ὦ Πρώταρχέ μοι, πότερα πλοίων ναυπηγίαν ἕνεκα φῆς γίγνεσθαι μᾶλλον ἢ πλοῖα ναυπηγίας; καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτ' ἐστί, λέγω τοῦτ' αὐτό, ὦ Πρώταρχε.* Platonis manum Badhamus restituit hanc: ΠΡΩ. *πρὸς θεῶν ἄρ' οὖν ἐπανερωτᾷς με τοιόνδε τι· λέγ', ὦ Πρώταρχε, μοι πότερα — καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτ' ἐστί;* ΣΩ. *λέγω τοῦτ' αὐτό, ὦ Πρώταρχε.*

Eadem felicitate idem pag. 56. A. *τὸ μέτρον ἑκάστης χρείας τῷ σοχάζεσθαι ΦΘΡομένης θηρεύουσα* emendavit *ΦΘΘΓομένης*, quod proprium in ea re verbum est. Saepe videbis inter se stolide permutari in libris *φθείρομαι, φέρομαι, φαίνομαι, φλέγομαι* et *φθέγγομαι*, quae quamquam toto coelo diversa sunt tamen inter se perinepte misceri solent.

Digitized by Google

Duo emblemata Platonis verba onerant in *Symposio* pag. 185. A. *εἰ γάρ τις ἐρασῇ [ὡς πλουσίῳ] πλούτου ἕνεκα χαρισάμενος ἐξαπατηθείη [καὶ μὴ λάβοι χρήματα] ἀναφανέντος τοῦ ἐρασοῦ πένητος οὐδὲν ἧττον αἰσχρόν.* Satis perspicuum est, opinor, in tali re *ἐξαπατηθείη*, et puerile est id interpretari esse *καὶ μὴ λάβοι χρήματα*. Eodem modo *ὡς πλουσίῳ* fatuum est ubi sequitur *πλούτου ἕνεκα* et *ἀναφανέντος τοῦ ἐρασοῦ πένητος*. Scholia haec sunt ex illo insipido genere, quod vix pueris placere possit.

In *Phaedro* pag. 245. A. *ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ [ποιητικῆς] θύρας ἀφίκηται [πεισθεὶς] ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος.* Coniungenda sunt *ἐπὶ Μουσῶν θύρας*, itaque *ποιητικῆς* locum in quo consistat nullum habet. Soloecum est deinde *πεισθεὶς ὡς ἐσόμενος* pro *ὡς ἔσαι*, sed solum *ὡς ἐσόμενος* eo sensu ponitur ut sit: *„opinatus se bonum poëtam futurum."* Itaque molestum *πεισθείς* resecabimus.

Intempestiva scioli eruditio plane corrupit Socratis sententiam in *Phaedro* pag. 260. C. *ὅταν οὖν ὁ ῥητορικὸς — πείθῃ μὴ περὶ ὄνου [σκιᾶς] ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιούμενος κτἑ.* Nihil est ab hoc loco alienius quam proverbium *περὶ ὄνου σκιᾶς*. Expunge *σκιᾶς* et omnia ordine procedent.

In *Alcibiade* I. p. 122. E. editur: *χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον οὐκ ἔστιν ἐν πᾶσιν Ἕλλησιν ὅσον ἐν Λακεδαίμονι Ἰδίᾳ*. Quisquis hunc dialogum scripsit festivus homo lusit in verbis Homericis Odyss. Γ. 326. et alibi:

ἐς Λακεδαίμονα δῖαν ὅθι ξανθὸς Μενέλαος.

deditque: *ὅσον ἐν Λακεδαίμονι Δίᾳ*. Eodem modo iocatur pag. 132. A. in loco Homerico Iliad. B. 547.

δῆμος Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη
θρέψεν.

dixitque: *εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως, ἀλλ' ἀποδύντα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι.*

Addam pauculos locos ex libris *περὶ Νόμων* pag. 686. D. *εἴ τις ἄρα ἠπίσηθη [καλῶς] αὐτῷ χρῆσθαι κατά τινα τρόπον.* Scripturae labes additamentum peperit. Scribendum enim: *χρῆσθαι*

Digitized by Google

κατὰ τρόπον, id est καλῶς sive ὀρθῶς. Itaque καλῶς delendum.

Pag. 693. A. ὧν Πέρσαι τυραννοῦσι τὰ νῦν διαπεφορημένα καὶ ξυμπεφορημένα κακῶς [ἐσπαρμένα] κατοικεῖται. Ἐσπαρμένα est participii διαπεφορημένα interpretamentum, quod perinepte nunc verba arete coniuncta κακῶς κατοικεῖται disiungit. Plato nationes, quibus Persae imperitabant, aut *disiectas* esse ait aut temere *in unum compulsas*. Non poterat igitur emblema in sedem magis alienam quam nunc irrepsisse.

Pag. 708. D. τὸ δὲ συμπνεῦσαι καὶ καθάπερ ἵππων ζεῦγος καθ' ἕνα [εἰς ταὐτὸν] τὸ λεγόμενον ξυμφυσῆσαι. Verum videtur: καθ' ἓν τὸ λεγόμενον ξυμφῦναι expuncto scholio εἰς ταὐτόν. Ξυμφῦναι est *in unum coalescere*, ut in *Symposio* pag. 191. A. συμπλεκόμενοι ἀλλήλοις ἐπιθυμοῦντες συμφῦναι. et sic τὸ λεγόμενον recte et ordine positum est.

Pag. 732. B. διὸ πάντα ἄνθρωπον χρὴ φεύγειν τὸ σφόδρα φιλεῖν αὐτόν, τὸν δ' ἑαυτοῦ βελτίω διώκειν ΔΕΙ. Bonum praeceptum mendo inquinatur. Leg. διώκειν Ἀεί.

Pag. 814. A. εἴ ποτε δεήσειε παυδημεὶ [πάσῃ τῇ δυνάμει] καταλείποντας τὴν πόλιν ἔξω στρατεύεσθαι. Reiice in marginem πάσῃ τῇ δυνάμει et scribe καταλιπόντας.

Pag. 874. C. ἐὰν ἐλευθέραν γυναῖκα βιάζηταί τις ἢ παῖδα [περὶ τὰ ἀφροδίσια] νηποινὶ τεθνάτω. Scholion est περὶ τὰ ἀφροδίσια adscriptum ab aliquo qui Atticum usum verbi βιάζεσθαι pro *per vim stuprum offerre* notare vellet. vid. Moerid. Attic. v. Βεβιασμένη. et Phrynich. v. Βεβίασαι ἡ κόρη. Satis aperuit hunc usum Plato ipse in sqq. ἐὰν ἀνὴρ ἐπιτύχῃ γαμετῇ γυναικὶ βιαζομένῃ κτείνας τὸν βιαζόμενον ἔξω καθαρὸς ἐν τῷ νόμῳ.

Pag. 880. E. μήτε τῶν ἄνω δείσας θεῶν μῆνιν μήτε τῶν ὑπὸ γῆς τιμωριῶν λεγομένων. Emenda: μήτε THN ὑπὸ γῆς τιμωρίAN λεγομένHN. Frequens admodum in libris *de Legibus* vitium est ut verba praeter loci sententiam verbis vicinis accommodentur.

Digitized by Google

Pag. 967. C. *καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις γε ἐπῆλθον ποιηταῖς τοὺς φιλοσοφοῦντας κυσὶ ματαίαις ἀπεικάζοντας χρωμέναισιν ὑλακαῖς ἄλλα τε ἀνόητα εἰπεῖν.* Nota est de eadem re Platonis querela in libro X. *de Rep.* pag. 607. B. Est autem in vulgata vitium: *ματαίαις* enim non ad *κυσί* sed ad *ὑλακαῖς* pertinere clarum est. Sed qualis est igitur haec verborum disiectio?

Suspicor priscum vocabulum poëticum a scribis interemtum esse, cuius interpretatio in textu adhaeserit Platonemque scripsisse: *κυσὶ μαψυλάκαις ἀπεικάζοντας*, idque nescio quem interpretatum esse sic: *ματαίαις χρωμέναις ὑλακαῖς*, unde vulgata lectio conflata sit. Μαψυλάκας est apud Pindarum et *πεφυλάχθαι γλῶσσαν μαψυλάκαν* Sappho dixit.

III.

AD IAMBLICHI *λόγον προτρεπτικόν*.

In crisi operum Platonicorum et in constituendo Platonis textu magna est Iamblichi auctoritas, qui in *Adhortatione ad Philosophiam* complures locos luculentos et praeclaros ex suis Platonis Codicibus descripsit. Utimur autem Iamblichi editione multis mendis lacunisque deformata, quam ex Cizensi Codice concinnavit Kiesslingius, quum archetypus omnium Iamblichi librorum, cuius ope plurima menda elui lacunaeque suppleri possunt, in Bibliotheca Medicea lateret. Ostendam uno exemplo quam fallax et lubrica sit fides Kiesslingianae editionis et in quos errores nos inducat. Edidit nuper vir doctus MARTINUS SCHANZ perutilem librum *„Studien zur Geschichte des Platonischen Textes,"* in quo quum ageret de interpolatione apud Platonem testimoniis recentiorum scriptorum deprensa pag. 32. ita scribit: *Theaet.* 173. D. *εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν ἐν πόλει — αὐτὸν λέληθεν. Wer würde hier ein Glossem vermuthen, wenn uns nicht Iamblichus Protrepticus dasselbe verrathen würde? Dort lesen wir nämlich ἑτέρως statt κακῶς.*" et post pauca: *„Mit Recht hat daher* Valckenaer *dieses ἑτέρως hergestellt.*"

Audi nunc quid rei sit. Editur apud Iamblichum pag. 210. *εὖ δὲ ἢ κακῶς ἢ ἑτέρως τίς τι γέγονεν ἐν πόλει*. sed Archetypus Codex, cuius Cizensis liber mendosum apographum est, hanc

Digitized by Google

scripturam servavit: *εὖ δὲ ἢ κακῶς τίς* (suprascr. *τι* eadem manu) *γέγονεν ἐν πόλει*. Lectionis *ἢ ἐτέρως* vitio natae nec vola est nec vestigium et Valckenaerii coniectura omni praesidio destituta corruit. Integra est Platonis manus: *εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν ἐν πόλει*, in quibus verbis ne poterat quidem *ἐτέρως* pro *κακῶς* substitui: nam qui *obscuro loco* natus est *κακῶς γεγονέναι* dicitur certo et frequenti usu, non *ἐτέρως*, quod perinde est vitiosum ac si quis *ἐτέρως ἀκούειν*, *λέγειν*, *ποιεῖν*, *πάσχειν*, *πράττειν*, *φρονεῖν*, sim. pro *κακῶς* vellet dicere.

Ne quis posthac simili fraude capiatur et ut hoc Platonis emendandi subsidium firmius certiusque fiat, plerasque omnes bonas lectiones et lacunarum supplementa in Florentino Codice reperta ordine expromam. Non ipse hanc Codicis partem contuli, sed utor collatione quam summa cura et diligentia confecit discipulus quondam meus, nunc fidelis amicus I. Rutgers in enucleanda Codicum scriptura apprime versatus, qui omnes intricatos et perplexos literarum ductus peritissime expedivit mihique ut suo labore fruerer permisit: *μεγάλη χάρις αὐτῷ*.

Primum Medicei Codicis scripturas memorabiles et utiles ordine enumerabo et *ὁδοῦ πάρεργον* Iamblichi locos aliquot corrigam. Deinde ecquid inde boni ad Platonis emendationem hauriri possit et ad iudicium de Codicibus Platonis ferendum et iis qui nunc sunt et qui olim fuerunt, sedulo inquiram.

Cap. II. pag. 16. *Καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὁρμητέον ὅπως πρὸς μηδεμίαν ἀγεννῆ Ψυχῆς ὕβριν ὦμεν ἔκδοτοι.* Veram lectionem *Τύχης* servavit Stobaeus, quam unusquisque facile ex loci sententia elicere potuisset.

Cap. II. pag. 16. *Ἀρετῇ μὲν θαρσητέον ὡς σώφρονι γαμετῇ, τύχῃ δ' ὡς ἀσάτῳ* ΠΙΣΤΕΤΤΕΟΝ *ἑταίρᾳ*, imo vero *Ἀπιστέον*, ut loci sententia clamat.

Ibid. *Βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ σώματι, κτήσεως δὲ τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς*. optime Codex: *τῷ τὸ σῶμα, κτήσεως δέ*.

Cap. III. pag. 28. *ὃ πρὸς μόνον τὸ καλόν*, Codex addit *προτρέπει*.

Pag. 32. *καὶ τὴν μὲν ἐπουσιώδη — ὑπόστασιν ὡς ἀλλοτρίαν ἐκτὸς μεθίησιν*. Optime Codex: *ἐπεισοδιώδη*.

Digitized by Google

Pag. 34. *εἰ μὴ τῷ τοιούτῳ δαίμονι χρήσαιτο*. rectissime Codex: *δαίμονι ἡγεμόνι χρήσαιτο*.

Pag. 50. *διὰ ταῦτα δὴ — αὐτὸν χρὴ καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ κριτήρια πάσης γνώσεως μεταΜΑθεῖν*. Codex *μεταθεῖν*, optime et verissime, id est *μεταδιώκειν*, ut pag. 46. *τὴν δὴ — τοσαῦτα ἀγαθὰ παρέχουσαν τίς οὐκ ἂν μετὰ μεγάλης σπουδῆς μεταΘΕΟΙ*; Indocti scribae ignotum sibi *μεταθεῖν* in *μεταθεῖναι* vel *μεταμαθεῖν* depravare solent. Cf. Wyttenb. *Epist. Crit.* pag. 51. Apud Libanium IV. pag. 722. legitur *καταμαθεῖν* pro *καταθεῖν depopulari*.

Pag. 52. *ὁμοῦ μὲν ὁμολογουμένως οὖσα ἀποδέδεικται*. In Codice scriptum est: *ὁμολογία οὖσα*.

Pag. 54. *ποιητικῆς τινός ἐστι καὶ πρακτικῆς ἔργον*. Codex: *πρακτικῆς ἀρετῆς ἔργον*.

Pag. 60. lacuna ex Codice expletur in hunc modum: *προτρέπων ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην (σοφώτατον καὶ παναληθέστατόν φησιν εἶναι τὸν τὴν τοιαύτην διαιρετικὴν ἔχοντα ἐπιστήμην διὰ τῶν πρώτων εἰδῶν καὶ γενῶν συνάγοντά τε αὐτὴν εἰς ἓν διὰ τῆς ὁριστικῆς ἐπιστήμης) τοῦ τε ἑνὸς ὄντα θεωρητικόν*. Fefellit scribam repetitum *ἐπιστήμην — ἐπιστήμης*.

Pag. 62. *τὰ ἐν τῇ συστοιχειώσει τοῦ θεοῦ*. Codex *συστοῖ* id est *συστοιχία*. Cf. pag. 58.

Pag. 64. *ἡ προτροπὴ διὰ πάντων ἐξελθοῦσα*. Recte codex ΔΙ*ελθοῦσα*. Frequens admodum haec confusio est. Sitne scribendum *δι* — an *ἐξ* — an *διεξ* — ratio ubique docet, non libri Mss.

Pag. 64. *πάντες ἄνθρωποι βουλόμεθα εὖ πράττειν*. Haec et quae sequuntur sumta sunt ex Platonis *Euthydemo* pag. 278. E.

Pag. 66. *δεῖ ἄρα μὴ μόνον κεκτῆσθαι — ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι αὐτοῖς Ἡ οὐδὲν ὄφελος τῆς κτήσεως γίγνεται*. Haec est ipsa Platonis manus in solo Florentino Codice servata. Vulgatur *ἢν οὐδὲν — γίγνηται*, et apud Platonem pag. 280. D. *ὡς οὐδὲν ὄφελος — γίγνεται*.

Pag. 68. *ἐάν τις χρῆται μὴ ὀρθῶς ὀτῳοῦν πράγματι*. Melior hic verborum ordo est quam in vulgata Platonis pag. 280. E. *ὀτῳοῦν μὴ ὀρθῶς πράγματι*.

Pag. 68. *καὶ περὶ τὴν χρείαν ὧν ἐλέγομεν τὸ πρῶτον ΤΩΝ ἀγαθῶν*. Iisdem verbis haec scripta sunt apud Platonem pag. 281. A. sed utrobique *τῶν* expungendum, ut verborum compo-

Digitized by Google

sitio postulat et Graecitatis usus. Mendum librorum Iamblicho vetustius est.

Pag. 68. *τί γὰρ ὄφελος κεκτῆσθαι πολλὰ καὶ πολλὰ πράττειν νοῦν μὴ ἔχοντα μᾶλλον ἢ ὀλίγα*; Plato pag. 281. B. *ἆρά γε ὀκνοῖτ' ἂν ἄνθρωπος πολλὰ κεκτημένος καὶ πολλὰ πράττων νοῦν μὴ ἔχων; ἢ μᾶλλον ὀλίγα νοῦν ἔχων*; Lux ex Iamblicho affulget. Plato enim scripserat: *ἆρά γε — πολλὰ πράττων νοῦν μὴ ἔχων μᾶλλον ἢ ὀλίγα*; Sententia enim manifesto haec est: *πότερον τῷ ἀνοήτῳ μᾶλλον συμφέρει τὸ πολλὰ πράττειν ἢ τὸ ὀλίγα*; Nihil minus Plato nunc cogitat quam inter se componere *τὸν ἀνόητον πολλὰ πράττοντα* et *τὸν Φρόνιμον πράττοντα ὀλίγα*, quae sententia prorsus a Socratis consilio abhorret. Sed res, ut opinor, perspicua est.

Habeamus igitur Iamblicho gratiam qui in tempore subvenerit, et in Codicibus Platonis *νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν*.

Pag. 68. *κινδυνεύει πάντα, ἃ τὸ πρῶτον ἔφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ περὶ τούτου αὐτοῖς ὁ λόγος εἶναι ὅπως αὐτά γε καθ'-αὐτὰ πέφυκεν ἀγαθὰ εἶναι ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ᾧδ' ἔχει.* Apud Platonem editur pag. 281. D. *οὐ περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι* et *πέφυκεν ἀγαθὰ ἀλλ' ὡς ἔοικεν.*

Pag. 70. *ἐπειδὴ τοίνυν εὐδαίμονες μὲν εἶναι προθυμούμεθα πάντες ἐφάνημεν δὲ τοιοῦτοι γενόμενοι* (Cod. *γιγνόμενοι* recte) *ἐκ τοῦ χρῆσθαί τε τοῖς πράγμασι καὶ ὀρθῶς χρῆσθαι, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ εὐτυχίαν ἐπιστήμη ἐστὶν ἢ παρέχουσα, δεῖ δὴ ὡς ἔοικεν ἐκ παντὸς τρόπου πάντα ἄνδρα παρασκευάζεσθαι ὅπως ὡς σοφώτατος ἔσται.* Iisdem verbis omnia haec leguntur apud Platonem pag. 282. A. nisi quod *ἐστίν* male abest in verbis *ἐπιστήμη ἐστὶν ἢ παρέχουσα* et frequenti errore scribitur *ἐκ 'παντὸς τρόπου "Απαντ' ἄνδρα.* ΠΑC *ἀνήρ* dicitur pro *unusquisque*, non *"Απας ἀνήρ*. Quod apud Platonem additur TOTTO *παρασκευάζεσθαι ὅπως* verum est.

Pag. 70. in verbis Iamblichi vitium est. *Τοιαύτην δεῖ οὖν ἐπιστήμην*, inquit, *ἐν ᾗ συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν καὶ τὸ ποιεῖσθαι καὶ χρῆσθαι τούτῳ ὃ ἂν ποιήσῃ.* In Codice est: *τοιαῦ οὖν δεῖ ἐπιστῇ*, id est *τοιαύτHC οὖν δεῖ ἐπιστήμHC*. Tum scribe *καὶ* TO *χρῆσθαι. Ποιεῖν καὶ ποιεῖσθαι* est *facere* (ipsum) et (per alios) *faciendum curare.* Inepte Interpres: *efficere et effici.*

Pag. 72. *ἄλλη δ' ἐστὶ περὶ αὐτῆς τοιαύτη διαίρεσις.* Pro *περὶ αὐτῆς* recte Codex exhibet: *παρὰ αὐτάς.*

Digitized by Google

Pag. 74. *οὐδὲν τῶν δεόντων πράττουσιν ὅσοι περὶ χρημάτων μὲν πᾶσαν σπουδὴν ἔχουσιν.* Recte Codex: *ὅσοι χρημάτων μὲν πέρι.* ex Platonis *Clitophonte* p. 407. B.

Pag. 76. *ὅθεν οἱ ἰατροὶ οὐχ ἑαυτοὺς γιγνώσκουσιν καθόσον ἰατροὶ οὐδὲ οἱ παιδοτρίβαι*, Codex addit *καθόσον παιδοτρίβαι*. sumta haec sunt ex Platonis *Alcibiade* I. pag. 131. A.

Pag. 78. *τὰ δ' ἡμέτερα διττά ἐϛι παντάπασι.* Codex *διττὰ πάντα ἐϛὶ πᾶσι.* Recte. vid. Platonem *de Legg.* V. pag. 726. A.

Pag. 80. *τρία τριχῇ ψυχΩN ἐν ἡμῖν εἴδη κατῴκισαι.* Codex ψῦ id est ψυχHC, ut apud Platonem in *Timaeo* pag. 89. E.

Pag. 82. *τῷ μὲν γὰρ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ περὶ Φιλονεικίας ἐσπουδακότι καὶ ταῦτα σφόδρα διαπονοῦντι (πάντα τὰ δόγματα ἀνάγκη θνητὰ ἐγγεγονέναι καὶ παντάπασι καθόσον) μάλιϛα δυνατὸν γίγνεσθαι θνητῷ τούτου μηδὲ σμικρὸν ἐλλείπειν ἅτε τὸ τοιοῦτον ἠὐξηκότι.* Sic in Codice legitur expleta lacuna, quam unusquisque ex Platonis *Timaeo* sarcire potuisset pag. 90. B.

Conspirat utrobique scriptura nisi quod pro *ἢ περὶ Φιλονεικίας ἐσπουδακότι* apud Platonem est: *ἢ Φιλονεικίας* TETETTAKOTI, sed iam Iamblichi aetate glossema *ἐσπουδακότι* priscum *τετευταπότι* expulerat. Etiam reliqua sunt Platonica ex *Timaeo* l. l. usque ad pag. 84. — *πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον.*

Φιλονεικίας pro *Φιλονικίας* pervetustum vitium est.

Pag. 82. *καθόσον δ' αὖ μετασχεῖν ἀνθρωπίνHI ΦύϛEI ἀθανασίας ἐνδέχεται.* Apud Platonem editur in *Timaeo* pag. 90. C. *ἀνθρωπίνH ΦύϛIC*, mendose et soloece. Recte enim dicitur *ὅσον ἡ Φύσις ἐνδέχεται* et sim. sed *ἡ Φύσις ἐνδέχεται μετασχεῖν* cum verbi *ἐνδέχεσθαι* natura pugnat.

Lacunam explevit Codex pag. 88. *ἕως ἂν ἐν αὐτοῖς ὥσπερ ἐν πόλει πολιτείαν καταϛήσωμεν (καὶ τὸ βέλτιϛον θεραπεύσαντες τῶν παρ' ἡμῖν τούτῳ ἀντικαταϛήσωμεν) φύλακα ὅμοιον καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ.* Vides cur ea verba exciderint. Suppleri poterant ex Platone *de Rep.* pag. 590. E. ubi est: TΩI *παρ' ἡμῖν* TOIούτῳ.

Pag. 90. *οὐκοῦν ὅ γε νοῦν ἔχων πάντα τὰ αὑτοῦ εἰς τοῦτο ξυντείνας βιώϛεται πρῶτον μὲν μαθήματα τιμῶν — ἔπειτα δὲ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ τροφὴν οὐχ ὅπως τῇ — ἡδονῇ ἐπιτρέψας ἐνταῦθα τετραμμένος* ZHCEI. Iisdem verbis apud Platonem scripta sunt *de Rep.* pag. 591. C. Futurum *ζήϛει* ab interpolatore additum est, ut alibi ostendimus. Sed pervetus interpolatio haec est et diu ante Iamblichum in libros irrepsit.

Digitized by Google

Pag. 90. *ἐάν περ μέλλῃ* TIC *ἀληθείᾳ μουσικὸς εἶναι.* Codex: *μέλλῃ τῇ ἀληθείᾳ.* Recte et sic Plato pag. 591. D.

Pag. 90. *οὐκοῦν καὶ τὴν ἐν τῇ τῶν χρημάτων κτήσει σύνταξιν* οὐκ ЄIC *ἄπειρον αὐξήσει ἀπέραντα κακὰ ἔχων.* Plato pag. 591. D. *οὐκοῦν καὶ τὴν ἐν τῇ τῶν χρημάτων κτήσει ξύνταξιν — ἄπειρον αὐξήσει.* Retrahe ex Iambiicho fugitivam praepositionem: ЄIC *ἄπειρον αὐξήσει.*

Pag. 92. *ἀλλὰ μὴν καὶ τιμάς γε εἰς ταὐτὸν ἀποβλέπων τῶν μὲν μεθέξει ἐκὼν ἃς ἂν οἴηται ἀμείνω αὐτὸν ποιήσειν, τὰς δὲ φεύξεται ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἃς ἂν ἡγῆται λύσειν τὴν ὑπάρχουσαν ἕξιν.* Plato: *ἀλλὰ μὴν — τῶν μὲν μεθέξει καὶ γεύσεται ἐκὼν ἃς ἂν ἡγῆται ἀμείνω αὐτὸν ποιήσειν, ἃς δ' ἂν λύσειν τὴν ὑπάρχουσαν ἕξιν, φεύξεται ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ.*

Pag. 98. *μόνος δὴ πασῶν — ἐπὶ τύχης δυνάμεων.* Optime Codex: *ἐπιτυχής.*

Pag. 98. *καὶ ἀπὸ τούτου — τὸ Ἀλόγιστον ἀναμετρητέον.* Codex *τὸ* ЄTλόγιστον, quod unice verum est. In Codicum scriptura *α* et *ευ* vix discernuntur.

Pag. 110. *οὐδὲ δεῖ χρημάτων ἕνεκα πλεῖν ἐφ' Ἡρακλέους στήλας — διὰ* ΔЄ *φρόνησιν μηδὲν πονεῖν.* Codex: *χρημάτων* MЄN *ἕνεκα.*

Pag. 112. *ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι*, Codex addit *νομίζω.*

Pag. 112. Codex recte: *τὸ γὰρ* MHTЄ *μισθοῦ παρὰ τῶν ἀνθρώπων γιγνομένου ταῖς φιλοσόφοις — πολύ τε προεμένοTC — ὅμως παρεληλυθέναι.* Vulgatur: *τὸ γὰρ οὐ μισθοῦ* et *προεμένοIC.*

Pag. 134. In libris est: *καὶ τοῦτο φαίνεται πολύ τι ἐὰν οὖν εἰς ταῦτα βλέπων οἴοιτο εὐδαίμων εἶναι;* Erat ΠOΛTTICAN, id est *φαίνεται πολύ. Τίς ἂν οὖν κτέ.*

Ibid. *τοῦτο γὰρ θεῖON οἱ ἀρχαιότεροι λέγουσι.* Codex: *θεῖΩC.*

Pag. 136. *ὥσπερ γὰρ τοὺς ἐν τῇ* TTPPH*νίᾳ φασὶ βασανίζειν πολλάκις τοὺς ἁλισκομένους.* Codex et apographa *τυρανν*ίᾳ. Sic solent passim in libris *οἱ Τυρρηνοί* in *τύραννοι* converti.

Pag. 138. *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός, εἴτε Ἑρμότιμος εἴτε Ἀναξαγόρας εἶπε τοῦτο καὶ ὅτι ὁ θνητὸς αἰὼν μέρος ἔχει θεοῦ τινός.* Neque Anaxagoras neque Hermotimus ea dixerunt, sed sunt poëtarum laciniae:

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. —
ὁ θνητὸς αἰὼν μέρος ἔχει θεοῦ τινός.

Digitized by Google

Notus est versiculus Menandri:

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.

in Monostich. 434. ubi vide Meinekium et Nauckium in *Tragic. Fragm.* pag. 533.

Pag. 150. Codex lacunam explevit in hiscè: γελοῖον οὖν ἤδη παντελῶς τὸ ζητεῖν ἀπὸ παντὸς ὠφέλειαν ἑτέραν παρ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα καὶ „τί οὖν ἡμῖν ὄφελος καὶ τί χρήσιμον;" ἐρωτᾶν, ὡς ἀληθῶς γὰρ, ὅπερ (ΛΕΓΟΜΕΝ, οὐδὲν ἔοικεν ὁ τοιοῦτος εἰδότι καλὸν κἀγαθὸν οὐδὲ τί αἴτιον τῷ διαγιγνώσκοντι καὶ συναίτιον. ἴδοι δ' ἄν τις ὅτι παντὸς μᾶλλον ἀληθῆ ταῦτα) ΛΕΓΟΜΕΝ κτέ. Lacunam peperit repetitum in vicinia λέγομεν.

Pag. 164. ἔστι δὲ καὶ ψυχῆς ἤτοι μόνον ἡ μάλιστα πάντων τῶν ἔργων τὸ διανοεῖσθαι. Recte Codex μάλιστα πάντων ἔργΟΝ.

Pag. 172. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν — χαλεπὸν τὸ μανθάνειν — διὰ τὴν ΘΤΦυΐαν. O absurdam sententiam! Codex 'ΑΦυΐαν.

Pag. 174. κινδυνεύουσιν ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι Φιλοσοφίας κτέ. Sumta ex Platonis *Phaedone* pag. 64. A. Codex cum Platone conspirat pag. 178. in ἡ τοῦ τοιούτου πραγματεία, et in διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων et in αὐτὴν τὴν τῆς φρονήσεως κτῆσιν. Vulgatur ἡ τούτου πραγματεία et abest ἀνθρώπων et τήν.

Pag. 180. Plato: ὅταν μηδὲν τούτων αὐτὴν παραλυπῇ, Iamblichus: ὅταν αὐτὴν τούτων μηδὲν παραλυπῇ.

Ibid. καὶ πάντα οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τὸ ὅ ἐστιν. hinc corrigendus Plato in *Phaedon.* p. 75. D. περὶ ἁπάντων οἷς ἐπισφραγιζόμεθα ΤΟΤΤΟ ὅ ἐστιν. spurium est τοῦτο et ΤΟ scribendum.

Pag. 182. διανοηθῆναι περὶ οὗ ὁ σκοπός. Codex περὶ οὗ σκοπεῖ, ut est apud Platonem. post paullo: μήτε ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων, Plato μήτε τινὰ ἄλλην. Tum Iamblichus recte τοῖς γνησίΟΙC φιλοσόφοις, non γνησίΩC, et pro τοιαῦτα λέγειν Codex servat τοιαῦτα ἅττα λέγειν. Plato recte τοιαῦτ' ἅττα.

Pag. 184. οὐ μήποτε κτησώμεθα ἱκανῶς et Plato et Iamblichus, sed κτησΟμεθα verum est. — καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησιν ἡμᾶς, apud Platonem additur πολλῆς. — διὰ τὴν τῶν χρησίμων κτῆσιν. Codex et Plato recte τῶν χρηΜΑΤων.

Pag. 186. καὶ τότε — ἡμῖν ἔσαι οὐ ἐπιθυμοῦμέν τε καὶ φαμεν ἐρασαὶ εἶναι φρόνησιC. Apud Platonem φρονήσΕΩC ab inepto correctore.

Digitized by Google

Pag. 188. — *μὴ οὐ θεμιτόν. ἡ κάθαρσις δὲ τούτῳ ξυμβαίνει — τῷ χωρίζειν.* Codex *τοῦτ᾽ ξυμβαίνει — τ᾽ χωρίζειν.* Iamblichus scripserat, ut apud Platonem est: *μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. κάθαρσις δὲ τοῦτο — τό.*

Lacunam in sqq. ex Platone expletam Codex quoque iisdem verbis expletam dedit.

Pag. 188. *ἐκλυομένην ὥσπερ ἐκ δεσμῶν ΘΚ τοῦ σώματος.* Librorum labes est Iamblicho antiquior. ΘΚ a sciolo insertum expunctum oportuit. Vid. *Var. Lectt.* pag. 165.

Pag. 190. *πλὴν οἱ φιλόσοφοι. ἄλογόν τε δέει τινὰ — ἀνδρεῖον εἶναι.* Codex: *καίτοι ἄλογον ΓΘ.* Plato: *καίτοι ἄτοπόν γε.*

Ibid. *ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονες εἶναι.* Codex *σώφρονες εἶσιν* (*sic*). Correxit prima manus *εἶναι.*

Pag. 192. *κρατουμένοις ὑΦ᾽ ἡδονῶν κρατεῖν τῶν ἄλλων ἡδονῶν.* Codex *ἄλλων* omittit; sic et Plato.

Ibid. *ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο τῷ τρόπον τινά.* Codex *ἔλεγε* (correctum *ἔλεγον*) omisso *τῷ.*

Pag. 196. *οὐκ ἄλλοι ἢ πεφιλοσοφηκότες.* Codex *ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες.* Plato: *ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς.* Ὀρθῶς non suo loco positum spurium est.

Pag. 198. *ἀναγκαζομένην δὲ ὥσπερ δι᾽ εἰργμοῦ ΔΙΑ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα.* Secunda praepositio ΔΙΑ interpolata est diu ante Iamblichi aetatem. Cf. *Var. Lectt.* pag. 165. et 533.

Ex ipsa comparationis natura in tali re secunda praepositio nullum locum habet. Emendate legitur apud ipsum Iamblichum pag. 16. *καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὁρμητέον.* Nempe sic *ipsa virtus ἄσυλον τέμενος* esse dicitur.

Pag. 200. *ἡ τοῦ ἀληθοῦς φιλοσόφου ψυχή.* Codex *τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου*, ut apud Platonem.

Ibid. *ὃ πάντων μέγιστόν τε κακΟΝ.* Codex et Plato: *κακΩΝ.*

Pag. 202. *ταῦτα δὲ μάλιστα ὁρατά.* Sic et Platonis Codices. Recte Heindorf. *μάλιστα ΤΑ ὁρατά.*

Pag. 204. *εἴπερ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἐπιμελείας δεῖται.* Codex et Plato: *ἐπιμελείας ΔΗ δεῖται.*

Pag. 206. *εἰς τὰ ὑπὸ γῆν δικαιωτήρια ἐξελθοῦσα.* Codex et Plato: *ἐλθοῦσα.*

Pag. 210. *οἱ γὰρ τοιοῦτοί που ἐκ νέου.* Codex *ἐκ νέων*, ut apud Platonem.

Digitized by Google

Ibid. εὖ δὲ ἢ κακῶς ἢ ἑτέρως τίς τι γέγονεν ἐν πόλει ἢ τί τις τῶν κακῶν ἐςὶν ἐκ προγόνων γεγονός. Codex: εὖ δὲ ἢ κακῶς τίς (suprascr. τι) γέγονεν ἐν πόλει ἢ τί τὸ κακὸν (suprascr. τίς τῶν κακῶν) ἐςὶν ἐκ προγόνων γεγονός.

Pag. 212. οὐχ ὅτι οὐκ οἶδεν οιδεν. Codex et Plato: οὐΔ' ὅτι.

Ibid. εἴς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν ἑαυτὴν συγκαθιεῖσα. Codex: εἰς τῶν ἐγγὺς οὐδέν.

Pag. 216. βουκόλον ἡγεῖται (ἀκούειν addit Codex) εὐδαιμονιζόμενον.

Ibid. πάνυ σμικρὰ δοκεῖ ἀκούειν. Codex πάνσμικρα.

Pag. 220. εἰ βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος πολὺ χρυσίον ЄIC βασιλείας πέρι — ἀθλιότητος ἐπίσκεψιν. Codex: χρυσίον ἢ βασιλείας.

Ibid. ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ σχολῇ τεθραμμένου ὃν δεῖ φιλόσοφον καλεῖν ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν. Codex: ἐν ἐλευθερίᾳ ΤЄ καὶ σχολῇ — ὃν δὴ φιλόσοφον καλεῖν ἀνεμέσητον.

Pag. 222. μήτε ὄψον ἡδῦναι ἢ θῶπας λόγους. Codex: μὴ δὲ ὄψον. et post pauca: οὐδὲ ἁρμονίαν λόγων pro οὐδέ γ' ἁρμονίαν.

Pag. 230. καὶ τοὺς δεσμώτας τοὺς ἀπόνους. Codex τοὺς ἀτόπους.

Ibid. τί δὲ τῶν παραφερομένων; οὐ ταὐτόν; Codex: οὐ ταυτὸν τούτοιμήν. voluerat: οὐ ταυτὸν τοῦτο; τί μήν;

Pag. 232. ὀρθότερον βλέπει. Codex: βλέποι.

Pag. 234. ἆρα οὐχ] ὀδυνᾶσθαί τε ἄν. Codex ἆρα οὐχ] omittit et mox νῦν in verbis: τῶν νῦν λεγομένων ἀληθῶν.

Pag. 236. εἴ τινες ἦσαν αὐτοῖς τότε ΠΑΡ' ἀλλήλων. Codex: ΠЄΡΙ ἀλλήλων.

Pag. 238. εἰς τὸν αὐτὸν θᾶκον. Codex θᾶκον.

Pag. 240. οὐχ ἁμαρτήσЄIC. barbare. Codex ἁμαρτῇ, id est ἁμαρτήσει.

Ibid. τῶν δὲ νῦν δοκούντων εἶναι περισπουδάςων τοῖς πολλοῖς ἀφεῖσθαι. Codex ἀφιεῖσθαι. Corrige ἀφίεσθαι.

Pag. 242. ςρέφειν πρὸς τὸ φαεινόν. Codex: τὸ φανόν.

Pag. 242. περιεκόπη τὰς τῆς γενέσεως ξυγγενείας. Codex ξυγγενεῖς.

Pag. 244. τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων ὀξυτα * * * περ καὶ ἐΦ' ἃ νῦν τέτραπται. „*Spatium viginti fere literarum.*" RUTGERS.

Pag. 246. οὗτος οὖν ἄριςος τρόπος τοῦ βίου τὴν δικαιοσύνην καὶ

Digitized by Google

τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. Platonis haec verba sunt in *Gorgia* pag. 227. E.

Pag. 246. *καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι τέθναμεν.* Codex *καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν· (ἤδη γάρ που ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν) καὶ τὸ μὲν σῶμα κτἑ.* Vides cur ea verba exciderint ob *τέθναμεν* repetitum.

Pag. 248. *μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω.* Codex *καί* omittit. Recte.

Pag. 250. *μή ποτε ἐποχετεύοι.* Codex *μήτε ἐπ.*

Pag. 252. *πολὺ δήπου πρότερον τὰ τῆς ψυχῆς.* Codex addit: *(καὶ εἰ ἡ νόσος τοῦ σώματος οὐ βιωτὸν ἡμῖν τὸν βίοτον ἀπεργάζεται, πολὺ δήπου πρότερον) ἡ ἀδικία νόσος οὖσα τῆς ψυχῆς κτἑ.*

Pag. 254. *εἰ τὸ σῶμα συμμέτρως διακείμενον ἀπόλαυσιν ἡμῶν τὴν τελειότητα τῆς ψυχῆς.* Emenda: *τὸ σῶμα 'Ασυμμέτρως διακείμενον ἀπόΛΑΤCΙΝ ἡμῶν τὴν τελειότητα τῆς ψυχῆς.*

Mirabile dictu est quam saepe inter se perabsurde confundantur *ἀπολαύϵι — ἀπόλλυσι, ἀπόλαυσιν — ἀπόλλυσιν* et sim. Nihil cogitant qui haec inter se permutant, tamen frequens admodum in libris hoc vitium est. Vid. Mnemos. 1873. pag. 305. In Euripidis *Helena* vs. 77 pro *ἀπώλυσ' ἵν' εἰκοῦς* felicissime Reiskius *ἀπόλαυσιν εἰκοῦς* correxit.

Pag. 256. *ἀνόητός τε οὖσα* (Codex addit *καὶ ἀκόλαστος*) *καὶ ἄδικος καὶ ἀνόσιος.*

Pag. 260. *καὶ ζώου παντὸς οὐχ οὕτως εἰκῇ κάλλιστα παραγίγνεται.* Codex: *καὶ ζώου παντὸς οὐ τῶ εἰκῇ καὶ κάλλιστα.*

Pag. 262. *παρασκευαστέον μάλιστα μὲν μὴ δεῖσθαι.* Codex: *μὲν μηδὲν δεῖσθαι.*

Pag. 264. *ὅτῳ δὲ μὴ ἔνι κοινωνία.* Codex: *ὅτῳ γὰρ μὴ ἔνι.*

Ibid. *τὸ μὲν οὖν ὅλον τῆς εὐδαιμονίας ζωῆς πέρι οὕτως ἔχει.* Codex *εὐδαίμων*, id est *εὐδαίμονος*. recte.

Pag. 266. *ἀλλ' ἁπρεπῆ καὶ ἐπιφανέστατον ποιεῖ τὸν ἔχοντα.* Codex *ἐπιφανέστερον.*

Ibid. *ὅπως ἴσον αὐτοῖς κατασήσῃ.* Codex *ὅπως εἰς ἴσον.*

Pag. 268. *εἶναι μὲν γὰρ ΤΙμὰς γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρός.* Codex: *Ἡμᾶς γονέων* et *ἐΓΓόνοις.*

Ibid. *ἀπορίᾳ ἰδίων αὐτοῦ.* Codex: *ἀπορεῖ δὲ αὐτοῦ.* et mox: *ἀΦ' ἑαυτῶν γὰρ ἄρχεσθαι,* et *πάλαι γὰρ ΔΗ τὸ μηδὲν ἄγαν,* et: *καὶ μὴ ἐν ἄλλοις (ἀνθρώποις) αἰωρεῖται.*

Digitized by Google

Pag. 270. *ἀξιοῦμεν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς* (*εἶναι* addit Codex) tum *ἐὰν Δ' ἄρα πλουτῇ.* et *μετὰ δικαιοσύνης πράττοι καὶ* Κ*ε*κτῶτο. (emenda *κεκτῆτο.*) et *Βορέην μὴ δὲ ἄλλο αὐτῷ μηδέν.*

Pag. 272. *δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος.* Codex *πλοῦτ*ΟΝ, voluit fortasse *πλουτεῖν.*

Ibid. *λέγω γὰρ σαφῶς.* Codex: *λέγω γὰρ* ΔΗ *σαφῶς.*

Pag. 274. *ὑπὸ θεῶν βίον λέγοντες φάσκοντες.* Codex: *λέγ*ΕC-ΘΑΙ *φάσκοντες.*

Ibid. *τὸ χαίρειν τῷ φιλοσοφεῖν μόνῳ συνάπτεται.* Codex rectissime *συνέπεται.*

Pag. 282. *ἡ ἀρετὴ πίστιν ἐμποιεῖ περὶ αὐτήν.* Codex: *περὶ ἑαυτῆς.*

Pag. 284 in Codice est: *ταύτην* ΔΕ *οὐχ οἷόν τε — σὺν πολλῷ χρόνῳ* ΚΑΙ *ἐπιμελείᾳ — τὸ βέβαιον καὶ* ΤΟ *ἀμετάπτωτον* ΠΑ-ΡΑ*γίγνεται — εἰ δὲ εἰς ἄδικά τε καὶ ἄνομα χρήσ*ΕΤΑΙ *τις.* Vulgo *ταύτην γε — καί* et *τό* omissa sunt — *περιγίγνεσθαι — χρήσαιτό τις.*

Pag. 286. Codex: *πῶς ἂν ἔχοι* ΤΗΝ *δόσιν ἀνέκλειπτον*: — et: *τοῦτο γὰρ τάς τε πόλεις καὶ τοὺς ἀνθρώπους τὸ συνοικίζον καὶ τὸ συνέχον εἶναι.* Vulgo *τήν* omittur et sic mendose scribitur: *ἀνθρώπους καὶ τὸ συνοικίζειν αὐτὸ συνέχον εἶναι.*

Pag. 290. *ἐπεὶ φιλοσοφία εἰς ἑαυτὴν ἀνηρτῆσθαι ποιεῖ τὰ ἀγαθὰ πάντα.* Vera lectio est in Codice haec: *εἰς ἑαυτ*ΟΝ *ἀνηρτῆσθαι ποιεῖ* ΤΩΙ *ἀγαθ*ΩΙ *πάντα.*

Pag. 294. *οὐ μὴν ὀρθῶς ὁ τοιοῦτος οἴεται.* Codex: *ὀρθῶς οὗτος οἴεται.* Post pauca: *δικαιοπραγεῖν ἄξιον ὡς τοῦ ὄντος πᾶσι τιμιωτάτου.* Codex: *ὡς τούτου ὄντος.*

Pag. 300. *ἐπιμελοῦνται τοῦ ἀηδεστάτου πράγματ*ΟC *ἀλλ' οὐκ ἔργων.* Recte Codex: *πραγμάτων*, id est *litium.*

Pag. 300. in Codice est: *καὶ ἐὰν μὴ πρόσθεν γίγνηται τότε συμβαίνει, ἔν τε πράγματι συμβαίνει καθιζάναι ἀεί.* Emenda: *ἔν τε πράγμα*CI — *καθ*Ε*ζάναι.*

Pag. 324. *οἴκου μικρότητι.* Codex recte: *ὄγκου.*

Pag. 338. *εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα πάρεχε, εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν εὐώνυμον.* Hinc certa parata est emendatio versiculo apud Zenob. III. 36.

Δεξιὸν εἰς ὑπόδη*μα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον.*

imo vero *εἰς ὑπόδη*CIN.

Pag. 350. *ὃν τρόπον καὶ αἱ κράγγαι πεφύκασιν ἐπισπᾶσθαι*

Digitized by Google

μὲν τάχος, ἧττον δὲ ἰσχύος. Interpres, *aquilum caput*. Vitul.: „*gracilitudinem suam crispat*“ Coisl.: *κατεργάζεται*, *facit*. Prima manus Coisl.: *κατασκευάζει* pro *ἀλλάττει*, et *ἀπ' ἐκτάσεως* pro *ἀπὸ ἐκτάσεως*.

Pag. 271. *ἐκτεθῆναι* δὲ τὴ manus vulgo *εἰσκεφθῆναι* vertit *mitti*, et sic Coisl.

Pag. 274. *καὶ λέγεται μετὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ τούτου ὅτι ἡ βαλὶς ἐν τῷ τετραπόδῳ χωρεῖ.* Ignotus Scaliger *ὅτι ἡ βαλὶς*. Ἀλλὰ καὶ τὸ γόμφιον ἐκ βαλὶς πεποίηκε. Et pag. 14. *ὅτι καὶ τοὺς γόμφιους ἡ βαλὶς κινεῖσθαι εἰς ἄμφω ἀναγκάζει.*

Prima manus Coisl.: *ἐκτεταμένως* recte pro *ἐκτεταμένῃ*.

Pag. ultima Coisl. recte exhibet: *ἔχω τινὰ* TO *ἀσχημότερον*, et *ἀπὸ τούτου* Διεξελήλυθεν, et *ἐντεῦθεν* KATAτεμνομεν. Vulgo *τὸ σκληρὸν ἀπὸ τούτου* διεξελήλυθεν et *ἐντεῦθεν καὶ τεμνομεν*.

Indicabo nunc primum Phaedis locos insigniores ab Iamblicho descriptos:

Phaedon. pag. 64. A. — 65. D. apud Iambl. p. 174—180. *κινδυνεύουσι ὅτι τυγχάνουσι ἰδίᾳ ἐπιτηδεύσαντες φιλοσοφίας — ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι.*

Phaedon. pag. 65. D. — 67. B. apud Iambl. pag. 180—188. *τῆς ἰδέας εἶδες — μὴ καθαρᾷ γὰρ καθαρῷ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ.*

Phaedon. pag. 67. C. — 67. D. *κάθαρσις δὲ τούτου ξυμβαίνει — λύσις καὶ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ σώματος.* apud Iambl. pag. 188.

Phaedon. pag 67. E. — 69 D. apud Iambl. pag. 188—196. *ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ἐνσωματουμένη ἀνδρεία — οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες.*

Phaedon. pag. 82. B. — 84. B. apud Iambl. pag. 196—204. *εἰς γὰρ θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι — εἰς τὸ τοιοῦτον ἀφικομένῃ ἀπηλλάχθαι τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν.*

Phaedon. pag. 107. B. — 107. D. apud Iambl. p. 204—206. *ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε διανοηθῆναι ἄξιον. — ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκεῖσε πορείας.*

Phaedon. p. 114. E. — 115. A. apud Iambl. pag. 206—208. *τούτων δὴ ἕνεκα θαρρεῖν χρὴ περὶ τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ. — ὅταν ἡ εἱμαρμένη καλῇ.*

Digitized by Google

Apolog. Socrat. pag. 30. B. *οὐ χρημάτων δεῖ ἐπιμελεῖσθαι — πάντα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ* apud Iambl. pag. 208.

Apolog. Socrat. p. 41. D. apud Iambl. pag. 208. *ἓν οὖν τι τοῦτο διανοεῖσθαι — τὰ τούτου πράγματα.*

Theaetet. pag. 173. C. — 177. B. apud Iambl. p. 210—228. *οἱ γὰρ τοιοῦτοί που ἐκ νέων — ὥστε παίδων δοκεῖν μηδὲν διαφέρειν.*

De Republ. pag. 514. A. — 517. B. *ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει — τὴν εἰς τὸν νοητὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει* apud Iambl. pag. 228—240.

De Republ. p. 518. B. — 519. B. apud Iambl. p. 240—244. *εἰ ταῦτα ἀληθῆ δεῖ νοῆσαι — ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται.*

Gorgias pag. 492. E. — 494. B apud Iambl. p. 246—252. *ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι εὐδαίμονες εἶναι. — χαραδριοῦ τινὰ βίον διαζῆν.*

Gorgias pag. 504. B. — 505. C. apud Iambl. p. 254—258. *ὥσπερ γὰρ τάξεως καὶ κόσμου. — ἄμεινόν ἐστιν ἡ ἀκολασία.*

Gorgias pag. 506. C. — 508. A. apud Iambl. p. 258—264. *τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα πρακτέον τὸ ἡδύ. — γεωμετρίας γὰρ ἀμελοῦσιν.*

Menexenus p. 246. D. — 247. B. apud Iambl. p. 264—268. *αἱρεῖσθαι μᾶλλον τελευτᾶν κτέ. — ἀπορίᾳ ἰδίων αὐτοῦ κτημάτων τε καὶ εὐδοξιῶν.*

Menexenus pag. 247. E. — 248. B. apud Iambl. pag. 268. *πάλαι γὰρ δὴ τὸ μηδὲν ἄγαν κτέ. — εἰ δεῖ τελευτᾶν ἐν τῷ παρόντι.*

De Legibus p. 660. E. — 661. C. apud Iambl. p. 270—272. *ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνήρ — χρόνον ἐπιζώῃ.*

Ex his locis unum et alterum paullo propius inspiciamus, et primum eum qui apud Iamblichum legitur pag. 210 sqq. desumtus ex Platonis *Theaeteto* pag. 173. C.

Iamblichus: *δεῖ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ βίου τῶν κορυφαίων ἐν φιλοσοφίᾳ ἀνδρῶν — ποιήσασθαι τὴν προτροπήν. οἱ γὰρ τοιοῦτοί που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον κτέ.* Plato: *λέγωμεν δή — περὶ τῶν κορυφαίων — οὗτοι δέ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον* et cet. iisdem verbis: *σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχὰς καὶ σύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσίσαται αὐτοῖς.* Nil mutant Platonis Codices, sed tamen manifesto mendosus locus est. Nescio quid de *nominativo absoluto* murmurant Interpretes. Sed *πράττειν* quid

Digitized by Google

est? Quid προσίσχαται? Neque enim σπουδὰς πράττειν, neque συνόδους neque δεῖπνα neque κώμους πράττειν aut dici aut cogitari potest: et προσίσχαται αὐτοῖς est *fastidium* vel *taedium iis parit.* Suspicor Platonis manum hanc esse: οὐδ' ὄναρ ΠΑΡίσχονται αὐτοῖς id est: *ne per somnium quidem iis istarum rerum venit in mentem.* noto et frequenti usu verbi παρίσασθαι, παρασῆναι. et mendum hoc arbitror cum aliis sexcentis ante Iamblichum in Platonis libros irrepsisse.

Sequitur: εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν ἐν πόλει ἢ τί τῳ κακόν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγενὸς ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, nam facile haec scriptura ex libri Florentini lectionibus supra expositis eruitur, et optime sic habent omnia, si praepositionem addideris: ἢ ΠΡΟC γυναικῶν.

Post pauca Iamblichus: τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα πανταχῇ πέτεται κατὰ Πίνδαρον. Eadem omnia sunt apud Platonem nisi quod per errorem φέρεται pro πέτεται substitutum est. Πέτεται est in Bodleiani margine adscriptum ab eo qui mendum a se in textu commissum correxit: sed pro incerta coniectura spretum est.

Superest in eodem loco glossema: nempe expungendum est ἀτιμάσασα, quod post verba ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν non tantum languet sed inepte absurdeque παρέλκει. Hoc quoque librorum vitium Iamblicho antiquius est.

Sequitur post pauca: καὶ πᾶσαν πάντῃ ΦύσιΝ Ἐρευνωμένη τῶν ὄντων. Fideliter conspirant Iamblichi Codices et Platonis in Φύσιν ἐρευνωμένη. Tamen soloeca haec lectio est: ἐρευνᾶν enim Graecum est non ἐρευνᾶσθαι. Leni remedio sanabile malum est. Fuerat ΦυσΙ ΔΙερευνωμένη, id est Φύσιν διερευνωμένη, et διερευνᾶσθαι legitur ubique locorum, ut statim in vicinia pag. 173. B. ζητεῖ τε καὶ πράγματ' ἔχει ΔΙερευνώμενος, et ubi non?

Sequitur: ὥσπερ δὴ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα καὶ ἀναβλέποντα πεσόντα εἰς Φρέαρ Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται. In aliquo pervetere libro haec scriptura olim fuisse videtur:

εἰσ Φρέαρ Θρᾶιττα
τισ ἐμμελὴσ καὶ χαρίεσσα. θεραπαινὶς

Plato enim popularium more Θρᾷττα dixerat pro *ancillula*,

Digitized by Google

et magister nescio quis in margine *θεραπαινίς* annotavit. Quid in Attica tritius quam *Θρᾶττα*? ut in *Pac.* 1138.

χᾶμα τὴν Θρᾷτταν Φιλῶν
τῆς γυναικὸς λουμένης.

et si quis existimat *Θρᾶττα θεραπαινίς* bene componi existimabitne idem hanc esse sanam verborum collocationem: *Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινίς*? Semel et iterum in vicinia *Θρᾶττα* recte legitur: itaque expungemus evidens glossema et notabimus mendum hoc iam in Iamblichi libris comparere. [1])

Sequitur: *τί δέ ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ τί τῇ τοιαύτῃ Φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων Ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν.* Scribendum *ἄνθρωπος* cum articulo et *ἤ* ante *ποιεῖν* Platoni reddendum.

Apud Platonem legitur pag. 174. D. *ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον πολὺ βδάλλοντα*, quod apud Iambl. additur *γάλα* otiosum est et interpolatum. Lacuna, quam supra pag. 250 in hoc loco esse ostendimus, Iamblicho antiquior est.

Vetustior interpolatio Platonem ipsum infecit in sqq. *πάππων [καὶ προγόνων] μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι.* Non aliter Iamblichus, sed quia *πάπποι* solet *ἀττικισί* dici pro *πρόγονοι*, *maiores*, fraus est manifesta. Menander in Stobaei *Floril.* 86. 6.

οἷς ἂν τῇ Φύσει
ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσόν
ἐκεῖσε καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ μνήματα
καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσίν τε τοὺς ΠΑΠΠΟΤΣ *ὅσοι.*

vel solus Platonis locus rem conficit: si *πάπποι* sunt *avi*, *uno* omnes avo erunt contenti: sin autem *maiores* sunt, quis ferat *πάππων* ΚΑΙ *προγόνων*?

In sqq. Iamblichi Codex incuria omisit *ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται τῆς σμικρολογίας· ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος* propter proxime antecedens *Ἀμφιτρύωνος*, et mox *πεντεκαιεικοσός*. Perspicuum est quorum vanitatem hic rideat Plato *ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος.* In quos enim alios haec

1) Quam vetus sit additamentum ostendit Serenus in Stobaei *Floril.* 80. 5. *Θαλῆν ἐμπεσόντα εἰς τὸ βάραθρον ἡ θεράπαινα Θρᾷττα οὖσα δίκαια παθεῖν ἔφη κτέ.* et Origenes apud Menag. ad Diog. Laërt. I. 34. *Θαλῆς εἰς φρέαρ ἐνέπεσεν, ὃν ἐγγελάσά τις θεραπαινὶς Θρᾷττα τοὔνομα κτέ.* Haec omnia ex uno Platonis loco interpolato sumta sunt. Ne nobis optimus philosophus pereat pro *εἰς τὸ βάραθρον* emenda sodes: *ἐμπεσόντα εἰς βόθρον.*

Digitized by Google

cadere possunt quam in reges Spartanorum? Herodotus (VII. 204) *τοὺς Ἀγιάδας* enumerat XXI, et *τοὺς Εὐρυπωντίδας* totidem (VIII. 131) Quum haec Plato scriberet erant XXV.

Vetus mendum obsidet libros Platonis pag. 175. C. *ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν καὶ βαρΒΑρίζων γέλωτα Θρᾴτταις μὲν οὐ παρέχει — τοῖς δὲ ἐναντίως ἢ ὡς ἀνδραπόδοις τραφεῖσιν ἅπασιν.* Nil mutat Iamblichus, sed pro absurdo *βαρβαρίζων* olim Pierson. ad Moerid. pag. 197. Platoni suum *βαρβαρίζων* reddidit.

Miror Heindorfium *βαρβαρίζων* tueri: omnibus enim locis quos attulit dicitur de iis qui male Graece loquebantur. Nemo *ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν* suae linguae usum amittit. Notabimus autem tam apertum errorem iam in libris Iamblichi reperiri.

Perantiquum item vitium latet in sqq. *ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδενὶ εἶναι.* Iamblichus quoque habet: *καὶ οὐδενὶ εἶναι*, sed constans et perpetua Graecorum omnium consuetudo postulat ut *οὐδέν* pro *οὐδενί* reponatur, ut recte in *Menexeno* legitur pag. 247. D. (et apud Iambl. pag. 268.) *ἀνδρὶ οἰομένῳ* TI *εἶναι οὐκ ἔστιν αἴσχιον οὐδέν*, et passim. vid. Mnemos. 1874. pag. 159. Mirati Graeculi *εὐήθει* et *οὐδέν* componi dativum substituerunt.

Deprensis iam tot emblematis in libris perantiquis suspicacior factus furtum huiuscemodi animadvertes pag. 175. E. *ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισαμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως.* Plato enim *ἐπιδέξια* tantum dixerat et sciolus nescio quis *ἐλευθέρως* de suo addidit. Eiusdem hominis est ad *Θρᾷττα* adscribere *θεραπαινίς* et ad *ἐπιδέξια ἐλευθέρως*. Non aliter tamen in Iamblichi libris legebatur, non aliter in Pollucis I. 159: erant enim haec emblemata aliquanto his omnibus antiquiora.

Post pauca pag. 175. A. *ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον* [*ἀληθῆ*]. Dele *ἀληθῆ*. Habet et Iamblichus, sed ante Iamblichum aliquis probans Socratis dictum in ora libri adscripserat: *ἀληθῆ*. Recte iudicat, sed inepte hoc ipsi Platoni obtruditur. Hunc ipsum Platonis locum describens Athenaeus pag. 21. B haec dedit: *πάντα δυναμένους ὀξέως τε καὶ τορῶς διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισαμένους ἐπιδέξι' ἐλευθέρως οὐδ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντα ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων εὐδαιμόνων βίον.* Recte *ἀληθῆ* omittit, sed *ἐλευθέρως* iam tum in textum irrepserat. Apud Aristophanem *Av.* 1567. nunc recte editur:

Digitized by Google

οὗτος τί δρᾷς; ἐπαρίσερ' οὕτως ἀμπέχει;
οὐ μεταβαλεῖ θοιμάτιον ὧδ' ἐπιδέξια;

Pag. 176. C. περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς καὶ οὐδενία. Iamblichus: περὶ τοῦτO et καὶ Ἡ οὐδένεια. recte utrumque.

In fine loci pag. 177. B. Codex exhibet: ἡ ῥητορικὴ ἐκείνη πῶς (non πάντως) ἀπομαραίνεται ὥςε παίδων δοκεῖν μηδὲν διαφέρειν. Recte nunc editur πως nescio quomodo.

Transeamus nunc ad locum in Platonis *Menexeno* pag. 246. D. descriptum ab Iamblicho pag. 264. sqq. cuius indicio gravem textus Platonici labem sarcire licet. Legitur apud Platonem pag. 247. A. ὧν ἕνεκα καὶ πρῶτον καὶ ὕςατον καὶ διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν ὅπως μάλιςα ΜΕΝ ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ, ΕΙ ΔΕ ΜΗ, ἴςε ὡς ἡμῖν—ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει.

Si quis hunc locum diligenter inspexerit sentiet aliquid deesse post εἰ δὲ μή. Duplex enim defunctorum filiis conditio fertur per ΜΑΛΙCΤΑ ΜΕΝ — ΕΙ ΔΕ ΜΗ frequentissimo usu, ubi μάλιςα μέν dicitur de ea re *quam potissimum cupias*, sin autem id obtineri nequeat, per εἰ δὲ μή additur alterum *quo contentus esse possis*, ut in *Theage* pag. 125. E. εὐξαίμην μὲν ἂν ἔγωγε τύραννος γενέσθαι μάλιςα μὲν πάντων ἀνθρώπων, εἰ δὲ μὴ ὡς πλείςων, sed omnia sunt plena exemplorum. Vides igitur alterum tantum poni *quod optimum sit* sed non addi *quid sit satis*. Audi nunc Iamblichum pag. 266. ὧν ἕνεκα (καὶ add.) πρῶτον καὶ ὕςατον καὶ διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθαι δεῖ ἔχειν ὅπως μάλιςα μὲν ὑπερβαλεῖταί τις τοὺς πρόσθεν προγόνους εὐκλείᾳ· εἰ δὲ μὴ ὅπως (εἰς Cod. add.) ἴσον αὐτοῖς κατας ήσῃ τὴν αὐτοῦ καλοκἀγαθίαν. ἡ μὲν γάρ κτὲ. Solet Iamblichus verba Platonis saepe ita describere ut paullo aliter orationem confirmet salva sententia.

Non hercle de suo finxit: εἰ δὲ μὴ ὅπως εἰς ἴσον αὐτοῖς κατας ήσει τὴν αὐτοῦ καλοκἀγαθίαν, namque est haec ipsa conditio deterior quam in Platonis verbis desideramus. Itaque si non ipsa verba Platonis, at sententiam certe eius nacti sumus, quae fuerat huiuscemodi: πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν ὅπως ΜΑΛΙCΤΑ ΜΕΝ ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ, ΕΙ ΔΕ ΜΗ ὅπως εἰς ἴσον κατας ήσετε. ἴςε ΓΑΡ ὡς ἡμῖν — ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει. *Summo studio*, inquiunt, *enitendum est*

Digitized by Google

μὲν τάχιστα, ἀφιέναι δὲ δυσχερῶς. Interpres, lepidum caput, vertit: „quemadmodum etiam crangae *factae sunt.*" Codex: κρεάγραι, *forcipes.* Post pauca Codex: κοινωνητέον ἀλλήλοις pro ἄλλοις, et δι' ἀντισώσεως pro δι' ἀντιδόσεως.

Pag. 370. ἀκαταφρόνητα δέ vel caecus videat εὐκαταφρόνητα verum esse, et sic Codex.

Pag. 374. μαθήματα μέτιθι μὴ παρέργως καὶ δι' αὐτῶν ὥσπερ διὰ βάθρας ἐπὶ τὸ προκείμενον χώρει. Optime Scaliger ὥσπερ διαβάθρας. Alibi in simili re γέφυρα et κλῖμαξ nominatur, ut pag. 14. οἷον διά τινος γεφύρας ἢ κλίμακος κάτωθεν εἰς ὕψος ἀνιόντες.

Post pauca Codex: ἐπισκοπουμένης recte pro ἐπισκεπτομένης.

Pag. ultima Codex recte exhibet: ἔχων πολὺ ΤΟ ἀρχαιότροπον, et διὰ πάντων ΔΙεξεληλύθαμεν, et ἐνταῦθα ΚΑΤΑπαύομεν. Vulgo τό omittitur scribiturque ἐξεληλύθαμεν et ἐνταῦθα καὶ παύομεν.

Indicabo nunc primum Platonis locos insigniores ab Iamblicho descriptos:

Phaedon. pag. 64. A. — 65. D. apud Iambl. p. 174—180. κινδυνεύουσιν ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι Φιλοσοφίας — ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι.

Phaedon. pag. 65. D. — 67. B. apud Iambl. pag. 180—188. τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες — μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ.

Phaedon. pag. 67. C. — 67. D. κάθαρσις δὲ τοῦτο ξυμβαίνει — λύσις καὶ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ σώματος. apud Iambl. pag. 188.

Phaedon. pag. 67. E. — 69 D. apud Iambl. pag. 188—196. ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία — οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες.

Phaedon. pag. 82. B. — 84. B. apud Iambl. pag. 196—204. εἰς γὰρ θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι — εἰς τὸ τοιοῦτον ἀφικομένῃ ἀπηλλάχθαι τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν.

Phaedon. pag. 107. B. — 107. D. apud Iambl. p. 204—206. ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε διανοηθῆναι ἄξιον. — ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκεῖσε πορείας.

Phaedon. p. 114. E. — 115. A. apud Iambl. pag. 206—208. τούτων δὴ ἕνεκα θαρρεῖν χρὴ περὶ τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ. — ὅταν ἡ εἱμαρμένη καλῇ.

Digitized by Google

Apolog. Socrat. pag. 30. B. *οὐ χρημάτων δεῖ ἐπιμελεῖσθαι — πάντα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ* apud Iambl. pag. 208.

Apolog. Socrat. p. 41. D. apud Iambl. pag. 208. *ἓν οὖν τι τοῦτο διανοεῖσθαι — τὰ τούτου πράγματα.*

Theaetet. pag. 173. C. — 177. B. apud Iambl. p. 210—228. *οἱ γὰρ τοιοῦτοί που ἐκ νέων — ὥςε παίδων δοκεῖν μηδὲν διαφέρειν.*

De Republ. pag. 514. A. — 517. B. *Ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει — τὴν εἰς τὸν νοητὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει* apud Iambl. pag. 228—240.

De Republ. p. 518. B. — 519. B. apud Iambl. p. 240—244. *εἰ ταῦτα ἀληθῆ δεῖ νοῆσαι — ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται.*

Gorgias pag. 492. E. — 494. B apud Iambl. p. 246—252. *ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι εὐδαίμονες εἶναι. — χαραδριοῦ τινὰ βίον διαζῆν.*

Gorgias pag. 504. B. — 505. C. apud Iambl. p. 254—258. *ὥσπερ γὰρ τάξεως καὶ κόσμου. — ἄμεινόν ἐςιν ἡ ἀκολασία.*

Gorgias pag. 506. C. — 508. A. apud Iambl. p. 258—264. *τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα πρακτέον τὸ ἡδύ. — γεωμετρίας γὰρ ἀμελοῦσιν.*

Menexenus p. 246. D. — 247. B. apud Iambl. p. 264—268. *αἱρεῖσθαι μᾶλλον τελευτᾶν κτἑ. — ἀπορίᾳ ἰδίων αὐτοῦ κτημάτων τε καὶ εὐδοξιῶν.*

Menexenus pag. 247. E. — 248. B. apud Iambl. pag. 268. *πάλαι γὰρ δὴ τὸ μηδὲν ἄγαν κτἑ. — εἰ δεῖ τελευτᾶν ἐν τῷ παρόντι.*

De Legibus p. 660. E. — 661. C. apud Iambl. p. 270—272. *ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνήρ — χρόνον ἐπιζῴη.*

Ex his locis unum et alterum paullo propius inspiciamus, et primum eum qui apud Iamblichum legitur pag. 210 sqq. desumtus ex Platonis *Theaeteto* pag. 173. C.

Iamblichus: *δεῖ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ βίου τῶν κορυφαίων ἐν Φιλοσοφίᾳ ἀνδρῶν — ποιήσασθαι τὴν προτροπήν. οἱ γὰρ τοιοῦτοί που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον κτἑ.* Plato: *λέγωμεν δὴ — περὶ τῶν κορυφαίων — οὗτοι δέ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν οὐδὲ ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον* et cet. iisdem verbis: *σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχὰς καὶ σύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσίσαται αὐτοῖς.* Nil mutant Platonis Codices, sed tamen manifesto mendosus locus est. Nescio quid de *nominativo absoluto* murmurant Interpretes. Sed *πράττειν* quid

Digitized by Google

est? Quid προσίσαται? Neque enim σπουδὰς πράττειν, neque συνόδους neque δεῖπνα neque κώμους πράττειν aut dici aut cogitari potest: et προσίσαται αὐτοῖς est *fastidium* vel *taedium iis parit.* Suspicor Platonis manum hanc esse: οὐδ' ὄναρ ΠΑΡίσανται αὐτοῖς id est: *ne per somnium quidem iis istarum rerum venit in mentem.* noto et frequenti usu verbi παρίσασθαι, παρασῆναι. et mendum hoc arbitror cum aliis sexcentis ante Iamblichum in Platonis libros irrepsisse.

Sequitur: εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν ἐν πόλει ἢ τί τῳ κακὸν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγενὸς ἢ πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, nam facile haec scriptura ex libri Florentini lectionibus supra expositis eruitur, et optime sic habent omnia, si praepositionem addideris: ἢ ΠΡΟC γυναικῶν.

Post pauca Iamblichus: τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα πανταχῇ πέτεται κατὰ Πίνδαρον. Eadem omnia sunt apud Platonem nisi quod per errorem φέρεται pro πέτεται substitutum est. Πέτεται est in Bodleiani margine adscriptum ab eo qui mendum a se in textu commissum correxit: sed pro incerta coniectura spretum est.

Superest in eodem loco glossema: nempe expungendum est ἀτιμάσασα, quod post verba ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν non tantum languet sed inepte absurdeque παρέλκει. Hoc quoque librorum vitium Iamblicho antiquius est.

Sequitur post pauca: καὶ πᾶσαν πάντη ΦύσιΝ 'Ερευνωμένη τῶν ὄντων. Fideliter conspirant Iamblichi Codices et Platonis in φύσιν ἐρευνωμένη. Tamen soloeca haec lectio est: ἐρευνᾶν enim Graecum est non ἐρευνᾶσθαι. Leni remedio sanabile malum est. Fuerat φυσΙ ΔΙερευνωμένη, id est φύσιν διερευνωμένη, et διερευνᾶσθαι legitur ubique locorum, ut statim in vicinia pag. 173. B. ζητεῖ τε καὶ πράγματ' ἔχει ΔΙερευνώμενος, et ubi non?

Sequitur: ὥσπερ δὴ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα καὶ ἀναβλέποντα πεσόντα εἰς φρέαρ Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται. In aliquo pervetere libro haec scriptura olim fuisse videtur:

εἰσ φρέαρ Θρᾶιττα
τισ ἐμμελὴσ καὶ χαρίεσσα. θεραπαινὶς

Plato enim popularium more Θρᾷττα dixerat pro *ancillula*,

Digitized by Google

et magister nescio quis in margine *θεραπαινίς* annotavit. Quid in Attica tritius quam *Θρᾶττα*? ut in *Pac.* 1138.

χᾶμα τὴν Θρᾶτταν Φιλῶν
τῆς γυναικὸς λαυμένης.

et si quis existimat *Θρᾶττα θεραπαινίς* bene componi existimabitne idem hanc esse sanam verborum collocationem: *Θρᾶττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινίς*? Semel et iterum in vicinia *Θρᾶττα* recte legitur: itaque expungemus evidens glossema et notabimus mendum hoc iam in Iamblichi libris comparere. [1])

Sequitur: *τί δέ ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ τί τῇ τοιαύτῃ Φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων Ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν.* Scribendum *ἄνθρωπος* cum articulo et *ἤ* ante *ποιεῖν* Platoni reddendum.

Apud Platonem legitur pag. 174. D. *ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον πολὺ βδάλλοντα*, quod apud Iambl. additur *γάλα* otiosum est et interpolatum. Lacuna, quam supra pag. 250 in hoc loco esse ostendimus, Iamblicho antiquior est.

Vetustior interpolatio Platonem ipsum infecit in sqq. *πάππων [καὶ προγόνων] μυριάδες ἑκάςῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι.* Non aliter Iamblichus, sed quia *πάπποι* solet *ἀττικιςί* dici pro *πρόγονοι*, *maiores*, fraus est manifesta. Menander in Stobaei *Floril.* 86. 6.

οἷς ἂν τῇ Φύσει
ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσόν
ἐκεῖσε καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ μνήματα
καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσίν τε τοὺς ΠΑΠΠΟΤΣ *ὅσοι.*

vel solus Platonis locus rem conficit: si *πάπποι* sunt *avi*, *uno* omnes avo erunt contenti: sin autem *maiores* sunt, quis ferat *πάππων* KAI *προγόνων*?

In sqq. Iamblichi Codex incuria omisit *ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται τῆς σμικρολογίας· ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος* propter proxime antecedens *Ἀμφιτρύωνος*, et mox *πεντεκαιεικοσός*. Perspicuum est quorum vanitatem hic rideat Plato *ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος.* In quos enim alios haec

1) Quam vetus sit additamentum ostendit Serenus in Stobaei *Floril.* 80. 5. *Θαλῆν ἐμπεσόντα εἰς τὸ βάραθρον ἡ θεράπαινα Θρᾶττα οὖσα δίκαια παθεῖν ἔφη κτέ.* et Origenes apud Menag. ad Diog. Laërt. I. 34. *Θαλῆς εἰς φρέαρ ἐνέπεσεν, ὃν ἐγγελῶσά τις θεραπαινὶς Θρᾶττα τοὔνομα κτέ.* Haec omnia ex uno Platonis loco interpolato sumta sunt. Ne nobis optimus philosophus pereat pro *εἰς τὸ βάραθρον* emenda sodes: *ἐμπεσόντα εἰς βόθρον.*

Digitized by Google

cadere possunt quam in reges Spartanorum? Herodotus (VII. 204) *τοὺς Ἀγιάδας* enumerat XXI, et *τοὺς Εὐρυπωντίδας* totidem (VIII. 131) Quum haec Plato scriberet erant XXV.

Vetus mendum obsidet libros Platonis pag. 175. C. *ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν καὶ βαPBAρίζων γέλωτα Θρᾴτταις μὲν οὐ παρέχει — τοῖς δὲ ἐναντίως ἢ ὡς ἀνδραπόδοις τραΦεῖσιν ἅπασιν.* Nil mutat Iamblichus, sed pro absurdo *βαρβαρίζων* olim Pierson. ad Moerid. pag. 197. Platoni suum *βαττα ρίζων* reddidit.

Miror Heindorfium *βαρβαρίζων* tueri: omnibus enim locis quos attulit dicitur de iis qui male Graece loquebantur. Nemo *ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν* suae linguae usum amittit. Notabimus autem tam apertum errorem iam in libris Iamblichi reperiri.

Perantiquum item vitium latet in sqq. *ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδενI εἶναι.* Iamblichus quoque habet: *καὶ οὐδενὶ εἶναι*, sed constans et perpetua Graecorum omnium consuetudo postulat ut *οὐδέν* pro *οὐδενί* reponatur, ut recte in *Menexeno* legitur pag. 247. D. (et apud Iambl. pag. 268.) *ἀνδρὶ οἰομένῳ TI εἶναι οὐκ ἔστιν αἴσχιον οὐδέν*, et passim. vid. Mnemos. 1874. pag. 159. Mirati Graeculi *εὐήθει* et *οὐδέν* componi dativum substituerunt.

Deprensis iam tot emblematis in libris perantiquis suspicacior factus furtum huiuscemodi animadvertes pag. 175. E. *ἀναβάλλεσθαι δὲ σὺν ἐπισαμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως.* Plato enim *ἐπιδέξια* tantum dixerat et sciolus nescio quis *ἐλευθέρως* de suo addidit. Eiusdem hominis est ad *Θρᾷττα* adscribere *θεραπαινίς* et ad *ἐπιδέξια ἐλευθέρως.* Non aliter tamen in Iamblichi libris legebatur, non aliter in Pollucis I. 159: erant enim haec emblemata aliquanto his omnibus antiquiora.

Post pauca pag. 175. A. *ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον* [*ἀληθῆ*]. Dele *ἀληθῆ*. Habet et Iamblichus, sed ante Iamblichum aliquis probans Socratis dictum in ora libri adscripserat: *ἀληθῆ*. Recte iudicat, sed inepte hoc ipsi Platoni obtruditur. Hunc ipsum Platonis locum describens Athenaeus pag. 21. B haec dedit: *πάντα δυναμένους ὀξέως τε καὶ τορῶς διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισαμένους ἐπιδέξι' ἐλευθέρως οὐδ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντα ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων εὐδαιμόνων βίον.* Recte *ἀληθῆ* omittit, sed *ἐλευθέρως* iam tum in textum irrepserat. Apud Aristophanem *Av.* 1567. nunc recte editur:

Digitized by Google

οὗτος τί δρᾷς; ἐπαρίσερ' οὕτως ἀμπέχει;
οὐ μεταβαλεῖ θοιμάτιον ὧδ' ἐπιδέξια;

Pag. 176. C. περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς καὶ οὐδενία. Iamblichus: περὶ τοῦτO et καὶ Ἡ οὐδένεια. recte utrumque.

In fine loci pag. 177. B. Codex exhibet: ἡ ῥητορικὴ ἐκείνη πῶς (non πάντως) ἀπομαραίνεται ὥςε παίδων δοκεῖν μηδὲν διαφέρειν. Recte nunc editur πως nescio quomodo.

Transeamus nunc ad locum in Platonis *Menexeno* pag. 246. D. descriptum ab Iamblicho pag. 264. sqq. cuius indicio gravem textus Platonici labem sarcire licet. Legitur apud Platonem pag. 247. A. ὧν ἕνεκα καὶ πρῶτον καὶ ὕςατον καὶ διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν ὅπως μάλιςα ΜΕΝ ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ, ΕΙ ΔΕ ΜΗ, ἴςε ὡς ἡμῖν—ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει.

Si quis hunc locum diligenter inspexerit sentiet aliquid deesse post εἰ δὲ μή. Duplex enim defunctorum filiis conditio fertur per ΜΑΛΙCΤΑ ΜΕΝ — ΕΙ ΔΕ ΜΗ frequentissimo usu, ubi μάλιςα μέν dicitur de ea re *quam potissimum cupias*, sin autem id obtineri nequeat, per εἰ δὲ μή additur alterum *quo contentus esse possis*, ut in *Theage* pag. 125. E. εὐξαίμην μὲν ἂν ἔγωγε τύραννος γενέσθαι μάλιςα μὲν πάντων ἀνθρώπων, εἰ δὲ μὴ ὡς πλείςων, sed omnia sunt plena exemplorum. Vides igitur alterum tantum poni *quod optimum sit* sed non addi *quid sit satis*. Audi nunc Iamblichum pag. 266. ὧν ἕνεκα (καὶ add.) πρῶτον καὶ ὕςατον καὶ διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθαι δεῖ ἔχειν ὅπως μάλιςα μὲν ὑπερβαλεῖταί τις τοὺς πρόσθεν προγόνους εὐκλείᾳ· εἰ δὲ μὴ ὅπως (εἰς Cod. add.) ἴσον αὐτοῖς κατασήσῃ τὴν αὐτοῦ καλοκἀγαθίαν. ἡ μὲν γάρ κτἑ. Solet Iamblichus verba Platonis saepe ita describere ut paullo aliter orationem confirmet salva sententia.

Non hercle de suo finxit: εἰ δὲ μὴ ὅπως εἰς ἴσον αὐτοῖς κατασήσει τὴν αὐτοῦ καλοκἀγαθίαν, namque est haec ipsa conditio deterior quam in Platonis verbis desideramus. Itaque si non ipsa verba Platonis, at sententiam certe eius nacti sumus, quae fuerat huiuscemodi: πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν ὅπως ΜΑΛΙCΤΑ ΜΕΝ ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ, ΕΙ ΔΕ ΜΗ ὅπως εἰς ἴσον κατασήσετε. ἴςε ΓΑΡ ὡς ἡμῖν — ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει. *Summo studio*, inquiunt, *enitendum est*

Digitized by Google

vobis MAXIME *ut nostram et maiorum gloriam superetis,* SIN MINUS *ut pares sitis: nam scitote* etc.

Si haec recte disputata sunt et lacuna in textu Platonis latet, sciendum admodum veterem hanc esse librorum corruptelam. Nempe Dionysius Halic. Tom. VI. pag. 1046 hunc locum profert iisdem plane verbis scriptum, quae in Platonis Codicibus nunc feruntur.

Multa iam vidimus menda in perantiquis Iamblichi libris inveterata, nunc unum addam ex Aristide, quo turpius vitium vix me memini videre. Aristides quum Platonis *περὶ ῥητορικῆς* sententiam in *Gorgia* expositam refutare vellet Tom. II. pag. 6. ipsa Platonis verba descripsit: *ὥσπερ οὖν* (inquit) *οἱ τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς εἰσιόντες ἀπ' αὐτῶν ὧν εἴρηκε τὴν ἀρχὴν ποιησόμεθα.*

„Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία, εἶναι ἐπιτήδευμα τεχνικὸν μὲν οὗ — — καὶ ὃ ὀψοποικὴ πρὸς ἰατρικὴν τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην."

Plato in *Gorgia* pag. 463. A. — 465. C. Excerpam tantum loci partes ubi vitium inest: *μιᾶς δὲ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας δύο μόρια λέγω τὴν μὲν γυμναστικὴν τὴν δὲ ἰατρικήν. τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντίστροφον μὲν τῇ γυμναστικῇ τὴν νομοθετικήν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικΑΙΟCΤΝΗΝ. ἐπικοινωνοῦσι μὲν δὴ ἀλλήλαις ἅτε περὶ τὸ αὐτὸ οὖσαι ἑκατέρα τούτων, ἥ τε ἰατρικὴ τῇ γυμναστικῇ καὶ ἡ δικΑΙΟCΤΝΗ τῇ νομοθετικῇ.* et in fine loci: *ἵνα οὖν μὴ μακρολογῶ ἐθέλω σοι εἰπεῖν ὥσπερ οἱ γεωμέτραι — ὅτι ὃ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικὴν τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικὴν καὶ ὃ ὀψοποικὴ πρὸς ἰατρικὴν τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικΑΙΟCΤΝΗΝ.*

Compone primum cum his locum in *Gorgia* pag. 520. B. *τῇ δὲ ἀληθείᾳ κάλλιόν ἐστι σοφιστικὴ ῥητορικῆς ὅσῳπερ νομοθετικὴ ΔΙΚΑCΤΙΚΗC καὶ γυμναστικὴ ἰατρικῆς.* Etiam hoc loco Aristides in suo Codice ΔΙΚΑΙΟCΤΝΗC pro *δικαστικῆς* legebat. Audi modo quod dicit pag. 377. *καὶ οὔπω ταῦτ' ἐστὶ τὰ κάλλιστα, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν σοφιστικὴν τῆς ῥητορικῆς ἄμεινον λέγει ὥσπερ τὴν γυμναστικὴν τῆς ἰατρικῆς καὶ τὴν νομοθετικὴν τῆς* ΔΙΚΑΙΟCΤΝΗC. Ecquid autem absurdius dici aut cogitari potest quam *ἡ νομοθετικὴ ἄμεινόν ἐστι τῆς* ΔΙΚΑΙΟCΤΝΗC! Quam esset autem absurda et illa divisio et haec comparatio nemo melius demonstravit quam Aristides ipse pag. 375. *πότερον*, inquit, *κρεῖττον ἡ νομοθετικὴ*

Digitized by Google

τῆς δικαιοσύνης ἢ μέρος; et post pauca: ἔπειτα τίθησι δύο μὲν τὰς τοῦ σώματος εἶναι θεραπείας τὴν γυμναστικὴν καὶ τὴν ἰατρικήν, δύο δ' αὖ τὰς ἐπὶ τῆς ψυχῆς τήν τε νομοθετικὴν καὶ τὴν δικΑΙΟCΤΝΗΝ. αὐτὴ δ' ἡ Φρόνησις ἡμῖν ποῦ πρὸς θεῶν; ποῦ δ' ἡ σωΦροσύνη; ποῦ δ' ἡ ἀνδρεία; ταυτὶ γὰρ δήπου τέτταρα μέρη τῆς ἀρετῆς ἔστιν ἀκούειν ἀεὶ θρυλούντων, et plura in eandem sententiam; deinde ita pergit: ἡ μὲν γυμναστικὴ καὶ ἰατρικὴ οὐκ ἀρεταὶ δήπου τοῦ σώματός εἰσιν ἀλλ' ἐπιστῆμαι περὶ τὴν τοῦ σώματος χρείαν, ἡ δὲ δικαιοσύνη τῆς περὶ τὴν ψυχὴν ἀρετῆς ἄντικρυς μόριόν ἐστιν. Recte omnia; sed quo pacto has molestias removebimus? Si quid Aristidi credimus, Socrates de industria absurda locutus est ut Polum tamquam puerum his verborum cavillationibus ludificaretur: οὐδὲν οὖν ἄλλο ἢ σοΦίζεται κατ' ἐπωνυμίαν ὥσπερ (lege ὡς πρὸς) παῖδα Σωκράτης τὸν Πῶλον. Sed dabis mihi (quod cum Aristidis pace dictum esto) hanc explicationem esse etiam absurdiorem quam quod Aristides sic excusare conatur. Scripturae mendum has turbas dedit: in Codicibus Platonis ἡ δικACTIKH a dormitante scriba saepius in ἡ δικΑΙΟCΤΝΗ mutata est, et sic omnes hae ineptiae ortae sunt. Duplex est de Socratis sententia et corporis et animi *cura* et *medicina*: in *corpore* ἡ γυμναστική arcet morbum, ἡ ἰατρική sanat: in *animo* ἡ νομοθετική prohibet ne delinquat, ubi deliquerit ἡ δικαστική malo medetur. Sunt hae quatuor τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς θεραπεῖαι ὅπως τε μὴ νοσήσει καὶ νοσοῦντα ἰαθήσεται. Substitue δικαιοσύνη pro δικαστική et stulta ac stolida exibit sententia: ἡ δικαιοσύνη νοσοῦσαν τὴν ψυχὴν ἰᾶται. Sed in re perspicua parco verbis. Inspiciamus nunc Codices. In nostris ἡ δικαστική uno loco salva et incolumis evasit in *Gorg.* pag. 520. B. in caeteris optimi omnes in δικαιοσύνην fideliter conspirant pag. 464. B. et 465. C. Tres autem soli libri τῶν εἰκαιοτέρων unice veram lectionem δικαστικήν utrobique exhibent. Unde hoc? An ex melioribus et fidelioribus testibus antiquis? Minime gentium: felix et certa emendatio est a nescio quo acuto Platonis lectore reperta, cui non imposuit vitiosa Scholiastae subtilitas haec scribentis: δικαιοσύνην ἀλλ' οὐ δικαστικήν προσεῖπεν ἵνα μὴ τὸ δικαστικὸν μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ διανεμητικὸν μᾶλλον δὲ αὐτὴν τῆς ψυχῆς εἰς ἑαυτὴν ἐνέργειαν περιλάβῃ τὸ ὄνομα. Ergo ἡ ψυχὴ νοσοῦσα καὶ ἀδικοῦσα αὐτὴ ἑαυτὴν διὰ τῆς δικαιοσύνης

Digitized by Google

θεραπεύσει, quod perinde est ac si dicas: οἱ κακοῦργοι αὐτοὶ ἑαυτοὺς διὰ τὴν δικαιοσύνην κολάσονται. Nugae! Sed reperta est vera lectio et primum (ita uti fit) spreta et reiecta nunc ab omnibus probata in veterem sedem postliminio rediit. Contra in iis libris, quibus Aristides usus est, *ubique* vera lectio δικαστική in δικαιοσύνη stulte conversa est, et aliis locis quos indicavimus et pag. 72. οὐκοῦν οὐ τεττάρων ὄντων μορίων τῆς κολακείας τοῦτό ἐστι ῥητορικὴ πρὸς δικΑΙΟCΤΝΗΝ ὅπερ ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν.

Non esse hanc novam ac recentem in libris Platonis labem argumento est locus Quintiliani I. O. II. 15. § 24. *Plerique autem dum pauca ex Gorgia Platonis a prioribus imperite excerpta legere contenti neque hoc totum neque alia eius volumina evolvunt, in maximum errorem inciderunt: creduntque eum in hac esse opinione ut rhetoricen non* artem *sed* peritiam quandam gratiae ac voluptatis *existimet: et alio loco* civilitatis particulae simulacrum *et* quartam partem adulationis: *quod duas partes* civilitatis *corpori assignet* medicinam *et quam interpretantur* exercitatricem, *duas animo* legalem *atque* IUSTITIAM: adulationem *autem* medicinae *vocet* coquorum artificium *et* exercitatricis mangonum, *qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiantur: legalis* cavillatricem, IUSTITIAE rhetoricen.

Quia nemo potest haec verba intelligere qui Platonem ipsum non legerit (quis enim assequi posset quid sit *civilitatis particulae simulacrum?*) factum est ut ne Quintilianus quidem senserit quam absurde in ea divisione IUSTITIA pro *iudiciali* poneretur. Manifestum est autem Quintilianum quoque in suis libris ubicumque δικαστική nominari debuisset reperisse δικΑΙΟCΤΝΗΝ idque bona fide vertisse IUSTITIAM.

Est etiam alius apud Platonem locus ubi δικαστική reponendum esse videatur *de Rep.* pag. 405. A. ἆρ' οὐ δικαστήριά τε καὶ ἰατρεῖα πολλὰ ἀνοίγεται καὶ δικαΝική τε καὶ ἰατρικὴ σεμνύνονται; et mox: τῆς δὲ κακῆς — παιδείας — ἆρα μή τι μεῖζον ἕξεις λαβεῖν τεκμήριον ἢ τὸ δεῖσθαι ἰατρῶν τε καὶ ΔΙΚΑCΤΩΝ ἄκρων. et pag. 409. B. οὐκοῦν καὶ ἰατρικὴν μετὰ δικαστικῆς κατὰ πόλιν νομοθετήσεις; et pag. 410. A. οἱ δὲ δὴ νέοι — εὐλαβήσονταί σοι δικαστικῆς εἰς χρείαν ἰέναι. Ergo etiam illic δικαCΤική τε καὶ ἰατρική est a Platone scriptum: non enim *causidicorum artes* sed *iudicum* et iudicandi *artem* dicit in honore haberi.

Digitized by Google

Iam vero quis mirabitur Iamblichum libris Platonis mendosis uti, quum Aristides et ante eum Quintilianus et ante Quintilianum Dionysius Halic. non habuerint multo meliores?

Itaque nunc quidem duos tantum locos ex Iamblicho addam, alias plura daturus.

In Platonis *Gorgia* pag. 493. B. manifestum si quod aliud scioli additamentum adhaesit in verbis: *καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ* [*τετρημένῳ*] *κοσκίνῳ*. At frigidum et putidum emblema non heri aut nudius tertius Platonis textum commaculat. Idem iam in suo libro Iamblichus legerat qui affert pag. 248. *καὶ φοροῖεν — ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ*. In Platonis libro VII. *de Rep.* pag. 517. A. mendose editur: *ἆρ' οὐ γέλωτ' ἂν παράσχοι* (Iambl. *παρέχοι*) *καὶ — τὸν ἐπιχειροῦντα λύειν τε καὶ ἀνάγειν εἴπως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν ἀποκτιννύναι ἄν*. Iamblichus pag. 238. non habuit meliora sed plane eadem: *λαβεῖν ἀποκτείνειν ἀποκτιννύναι ἄν*. Facile est emendare: *ἆρ' οὐ — εἴπως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν κἂν ἀποκτιννύοιεν*; Vides quam sit inveteratum mendum. Quod ex Parisino A. enotavi: *λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν ἀποκτιννύναι ἄν*, idem iam in Iamblichi Codice legebatur: mendum est evidens, emendatio perfacilis, tamen per tot saecula vitium est in libris propagatum.

Alter locus est *de Rep.* pag. 519. B. *περιεκόπη τὰ τῆς Φύσεως ξυγγενῆ ὥσπερ μολυβδίδας, αἳ δὴ ἐδωδαῖς τε καὶ τοιούτων ἡδοναῖς τε καὶ λιχνείαις προσφυεῖς γιγνόμεναι περὶ* TA *κάτω ῥέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν*. Enotavi ex Codice Parisino A. fol. 74. vers. *περὶ κάτω ῥέφουσι* et adscripsi *„dicerte scriptum περὶ κάτω."* Deterior lectio vulgata *περὶ τὰ κάτω* erat olim in Iamblichi libro, qui laudat pag. 244. haec verba sic: *περιεκόπη τὰς τῆς Φύσεως ξυγγενεῖς ὥσπερ μολυβδίδας αἳ δὴ ἐδωδαῖς — περὶ τὰ κάτω ῥέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν*. Recte quod dedit TAC — *ξυγγενϵIC* pro *τὰ ξυγγενῆ*, sed TA in *περὶ τὰ κάτω* vitio natum est. Est enim Attica locutio *περὶ κάτω τρέπειν, ῥέφειν, χωρεῖν*, cuius exempla quaedam protulimus in *Var. Lectt.* pag. 90. primum ex Photio: *Περὶ κάτω τραπήσεται ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω. οὕτω συνήθως λέγουσιν* (*οἱ Ἀττικοί*), et apud Strattidem:

δίνῳ περὶ κάτω τετραμμένῳ.

Digitized by Google

et Aristophanem:

πολλοὺς περὶ κάτω θυλακοὺς τρέψας' ἐμούς.

et in Luciani loco: περὶ κάτω χωρεῖ. Madvigius de eadem re dicens in *Advers. Crit.* I. pag. 27. Plutarchi locum indicavit *de Facie in Orbe Lunae* pag. 943. D. ἐνίας δὲ καὶ τῶν ἐκεῖ (ψυχῶν) περὶ κάτω τρεπομένας οἷον εἰς βυθὸν αὖθις ὁρῶσι καταδυομένας. Mirati Graeculi περὶ κάτω quid esset TA inserebant in Platone περὶ τὰ κάτω φρέφουσι scribentes, in Plutarcho περὶ τὰ κάτω τρεπομένας, in Luciano περὶ τὰ κάτω χωρεῖ. Quin etiam imitatur mendose scripta Damascius in vita Isidori in Photii Myriob. pag. 327. a. 39. Bekker. τὸ ὑψηλόνουν καὶ τελεσιουργὸν οὐ περὶ TA κάτω φρεφόμενον ἀλλ' εὐθὺς ἀναθρῶσκον ἐπὶ τὰ πρεσβύτατα τῶν θεαμάτων. Eodem modo Iamblichus in suo Platonis Codice legerat περὶ TA κάτω: mendum est igitur pervetustum, sed mendum tamen et manifestum quidem.

Ex his igitur satis apparere arbitror insignia quaedam et turpiora scribendi vitia apud Platonem iam in antiquissimis Mss. inolevisse, cuius rei plura exempla et in aliorum scriptis et in Platonis et Demosthenis mihi reperta alio tempore in lucem proferre animus est.

SCHOLION PLATONIS EMENDATUM.

Ad *Phaedon.* pag. 89. C. Ἐχεφυλλίδας δέ φησι τὸν Ἡρακλέα — πιόντα προσαγορεῦσαι τοῦτο ἡδὺ ὕδωρ· ὃ νῦν δείκνυται ἰόντων ἐκ Δύμης εἰς Ἦλιν καλούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων βαΘὺ ὕδωρ. Mirum est aquam quae sit *dulcis* appellari *profundam*. Scribae errorem vides. Lege βαΔὺ ὕδωρ et compara Pausaniam V. 3. 2. ὀνομάζουσι ποταμὸν τὸν ῥέοντα ἐνταῦθα ὕδωρ βαδὺ ἐπιχωρίῳ φωνῇ. Hesychius dederat ΒΑΔΤ: ἡδύ. Ἠλεῖοι, sed scribis placuit supponere Βάδηδοι: ἠχεῖοι. vera lectio olim reperta est sed ab Editore spreta. C. G. C.

SCHOLION AD PLATONEM CORRECTUM.

Ad *Phaedr.* pag. 267. C. μουσεῖα λόγων: τὰ πάρισα ὡς τό· καὶ φιλοκίνδυνον τὸν βίον κατέςησεν τῆς δὲ περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησεν. Supplendum: ὡς τό· (τοῦ μὲν ἐπίπονον) καὶ φιλοκίνδυνον κτἑ. Ex Isocratis *Helen. Encom.* p. 211. C.

C. G. C.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT C. BADHAM.

Initium faciam a loco in L. I. cap. 25. qui ineptis supplementis obscuratus est. *Corinthii Corcyraeos oderunt, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι, οὔτε* [*γὰρ*] *ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι, περιφρονοῦντες δὲ* [*αὐτοὺς*] *καὶ χρημάτων δυνάμει* [*ὄντες*] *κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὁμοῖα τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις, καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ δυνατώτεροι ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ προὔχειν ἔφιν ὅτε ἐπαιρόμενοι* [*καὶ*] *κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας κλέος ἐχόντων τὸ περὶ τὰς ναῦς.* Vide quas dapes nobis apposuerint grammatici: *γάρ* sine verbo, *ὁμοῖα ὄντες*, *δυνατώτεροι* praecedente *δυνάμει* diverso sensu, comparativus nullo memorato quo sint potentiores. Adde quod vulgata lectio Corcyraeos revera Corinthiis potentiores fuisse docet, eiusque rei ipsos Corinthios testes facit, quum contra ex *ἐπαιρόμενοι* appareat hanc fuisse Corcyraeorum de se opinionem. Haec omnia orta sunt ex falsa verbi *περιφρονοῦντες* interpretatione, tamquam idem esset quod *καταφρονοῦντες* vel *ὑπερφρονοῦντες*. Tu coniunge *περιφρονοῦντες ὁμοῖα τοῖς πλουσιωτάτοις καὶ χ. δ. καὶ τῇ ἐς π. παρασκευῇ.* Sed restat aliud mendum non grammaticis sed scribis imputandum. Quid enim sibi vult *ἔφιν ὅτε*? An aliquando resipiscebant et sanius de suis rebus iudicium ferebant? Lege *ἐς τότε*.

I. 40. *εἰ γὰρ τοὺς κακόν τι δρῶντας δεχόμενοι τιμωρήσετε, Φανεῖται καὶ ἃ τῶν ὑμετέρων οὐκ ἐλάσσω ἡμῖν πρόσεισι. Τιμωρεῖν*

Digitized by Google

τινά est *aliquem poena afficere*, quod hic ineptum esset. Fac autem esse *alicuius causam suscipere*, quoniam id non nisi post receptos in fidem Corcyraeos fieri poterat, non δεχόμενοι sed δεξάμενοι scribendum fuisset. Quin etiam vehementer displicet φανεῖται ἃ οὐκ ἐλάσσω: nam si φανεῖται ἅ eodem sensu posuit quo ἔστιν ἅ, cuius exemplum ostendi mihi pervelim, inutile est οὐκ ἐλάσσω adiicere. Reponendum arbitror: εἰ γὰρ τοὺς κακόν τι δρῶντας δεχόμενοι φανεῖσθε καὶ τῶν ὑμετέρων οὐκ ἐλάσσω ἡμῖν πρόσεισιν. Sic demum sua vis verbo φαίνεσθαι redditur: *si vos senserint homines* malorum auctores recipere" cett.

II. 65. post med. ἐτράποντο καθ' ἡδονὰς τῷ δήμῳ καὶ τὰ πράγματα ἐνδιδόναι. Post ἐτράποντο exciderunt πρὸς τό, ut in I. 5. ἐτράποντο πρὸς λῃστείαν. Mox legitur: ὁ ἐς Σικελίαν πλοῦς οὐ τοσοῦτον γνώμης ἁμάρτημα ἦν πρὸς οὓς ἐπῆσαν ὅσον οἱ ἐκπέμψαντες — τά τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀμβλύτερα ἐποίουν κτέ. Graecitas non patitur ut πρὸς οὓς ἐπῆσαν dictum putemus pro πρὸς ἐκείνους οἷς ἐπῆσαν, neque alia interpretandi ratio se offert; Thucydidem scripsisse suspicor: οὐ τοσοῦτον γνώμης ἁμάρτημα ἦν ΟΤΕΞΗΙCAN, unde natum est ΟΤC, cui grammaticus πρός de suo praeposuerit. Pro ὅσον οἱ ἐκπέμψαντες legerim ὅσον ὅτι ἐκπέμψαντες. Nempe ὅτι a sententia flagitatur, οἱ contra auctores profectionis indicat, de quibus hic non est sermo sed de universa civitate.

II. 89. εἴπερ καὶ τούτοις ἐν ἐκείνῳ. Imo εἴπερ καὶ τούτοις ἔνι ἐκεῖνο. h. e. τὸ διὰ τὴν ἐν τῷ πεζῷ ἐμπειρίαν τὰ πλείω κατορθοῦν.

II. 102. νῆσοι πυκναὶ καὶ ἀλλήλαις τῆς προσχώσεως τοῦ μὴ σκεδάννυσθαι σύνδεσμοι γίγνονται. Sic legendum pro τῷ μὴ σκ. *Prohibebant ne ἡ πρόσχωσις σκεδαννῦτο.*

III. 45. In loco quem dudum correxi (vid. annot. ad I. 5.) restat etiamnum corruptela, scilicet ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. Quoniam notio urgendi requiritur, coniicio 'ΕΝάγουσιν. cf. IV. 21. μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἐνῆγεν ὁ Κλέων.

IV. 102. ἣν Ἀμφίπολιν Ἄγνων ὠνόμασεν ὅτι ἐπ' ἀμφότερα περιρρέοντος τοῦ Στρυμόνος διὰ τὸ περιέχειν αὐτὴν τείχει μακρῷ ἀπολαβὼν ἐκ ποταμοῦ ἐς ποταμὸν περιφανῆ ἐς θάλασσάν τε καὶ ἤπειρον ᾠκισεν. Causam nominis ex ipso Thucydide discas ὅτι περιφανὴς ᾠκίσθη ἐς θάλασσάν τε καὶ ἤπειρον. Nempe *duplicem* naturam habebat ut maritimae et mediterraneae urbis. Alteram

Digitized by Google

causam διὰ τὸ περιέχειν αὐτὴν τὸν Στρυμόνα a sciolo insertam esse iure suspiceris.

IV. 126 init. Dele ὑμᾶς, lege τό, et dele καί ante πολλοί.

V. 1. αἱ μὲν ἐνιαύσιαι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων, καὶ ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ κτέ. Locum lacunosum esse ostendunt μέν sine apodosi, et verbi tempus. Lacunam hunc fere ad modum impleverim: διελέλυντο ὑπὸ χρόνου, ἡσύχαζον δὲ ἀμφότεροι μέχρι Πυθίων. Recte in illis quae sequuntur ᾖ in ἦν mutavit Reiskius. Nam ἦν a ποιῆσαι regitur. Sententia est: primo crediderant se omnia ex oraculi mente fecisse, quod sepultos exterminaverant, nunc et vivos, utpote parum castos, expellere statuunt.

V. 3. ἀπέπεμψαν ἐς τὰς Ἀθήνας· καὶ αὐτοῖς τὸ μὲν Π. ὕστερον — ἀπῆλθε, τὸ δὲ ἄλλο — ἐκομίσθη ὑπ' Ὀλυνθίων. Nihili est αὐτοῖς. Primum Athenas missi, postea *inde*, αὐτόθεν partim ex foedere redditi, partim ab Olynthiis redemti sunt.

V. 4. καὶ ὕστερον πάλιν αὐτῶν τινὲς διὰ τὸ μὴ ἀρέσκεσθαι ἀπολιπόντες ἐκ τῶν Συρακουσῶν Φωκαίας τε τῆς πόλεώς τι τῆς Λεοντίνων χωρίον καλούμενον καταλαμβάνουσι καὶ Βρικιννίας ὃν ἔρυμα ἐν τῇ Λεοντίνῃ. Si legeretur ὁρμηθέντες ἐκ τῶν Σ. nihil esset quod quisquam reprehenderet; etsi per se satis est ἐκ Συρακουσῶν sine ullo participio. In ἀπολιπόντες, quod ferri non potest, credo latere causam τοῦ μὴ ἀρέσκεσθαι, sc. ΑΠΟΛΙΔΕC ΜΟΝΤΕC. Quamquam enim ἐπὶ πολιτείᾳ admissi erant, hoc non prohibebat quin suam patriam desiderarent. Praeterea τῆς Λεοντίνων libenter deleverim. Mox supple καὶ ἐκεῖ καταςάντες.

V. 7. Lege: καὶ οἴκοθεν ὡς ἄκοντες αὐτῷ ξυνεξῆλθον αἰσθόμενος καὶ οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸν θροῦν ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι, ἀναλαβὼν ἦγεν. Optime haec antecedentibus respondent. 1. τῇ ἕδρᾳ ἄχθονται. 2. ἀναλογίζονται τὴν Κ. ἡγεμονίαν ὡς ἀνεπιςήμων γενήσοιτο. Tum inverso ordine Cleon alterum iamdudum sensisse narratur, alterum nunc intelligere. Qui vulgatam retinere volet, is viderit quo iure διὰ τὸ καθημένους dici possit pro διὰ τὸ καθῆσθαι, et cur Thucydides id de Cleone scripserit quod vel in optimum ducem cadit, οὐ βουλόμενος τοὺς ςρατιώτας βαρύνεσθαι. Cleonem sibi consulentem, non exercitui, depingere studet sed ita ut militum voluntati obtemperet. — καὶ ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ ᾧπερ καὶ ἐς τὴν Πύλον εὐτυχήσας ἐπίςευσέ τι φρονεῖν. Mox in καὶ τὴν μείζω παρασκευὴν πε-

Digitized by Google

μένειν, οὐχ ὡς τῷ ἀσφαλεῖ, ἢν ἀναγκάζηται περισχήσων, ἀλλ' ὡς κύκλῳ περιὼν βίᾳ αἱρήσων τὴν πόλιν — quoniam extrema non quid fieri deberet, sed quid Cleon in animo habuerit, declarant, non περιέμενεν sed περιμενεῖν legendum κατὰ θέαν δὲ μᾶλλον ἔφη ἀναβαίνειν τοῦ χωρίου καὶ τὴν μείζω παρασκευὴν περιμενεῖν. — Deinde quid est ἢν ἀναγκάζηται? si cogeretur, quid facere? an pugnare? Sed nec subaudiri potest μάχεσθαι, nec de una pugna, quae semel committenda erat, ἢν ἀναγκάζηται dictum oportuit, sed ἢν ἀναγκασθῇ. Contra recte dicitur περιμενεῖν ἢν ἀναγκάζηται, quoniam hoc iam fiebat et diutius durare poterat. Lege igitur περιμενεῖν ἢν ἀναγκάζηται, οὐχ ὡς τῷ ἀσφαλεῖ περισχήσων. Mox recte Bekkerus, οὐκ ἀνῆλθεν.

V. 8. Lege νομίζων ὑποδεέστερος εἶναι, et mox παρεσκευάζετο ὡς ἐπιθησόμενος. Quae sequuntur documento sint quam proni ad compendia negligenda fuerint scribae, si iam ex praecedentibus divinare sibi visi essent qualis orationis exitus futurus esset. Nempe dederunt οὐκ ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον περιγενέσθαι ἢ ἄνευ προόψεως — τε αὐτῶν καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ ὄντος καταφρονήσεως. Hic palam est προόψεως, quod optime habet, progeniem vitiosam καταφρονήσεως dedisse. Scribendum καταφρονηθείς, cuius tamen in Bekkeriano apparatu nec vola nec vestigium est. Neque vero dubito quin sexcenti idem ante me viderint; sed quid ego faciam, qui sola Bekkeri editione utar? In fine capitis absurde καὶ βουλόμενος scribitur: ξυγκαλέσας βουλόμενος παραθαρσῦναι, idem est quod ξυγκαλέσας ἐπειδὴ ἐβούλετο π.

V. 9. ἵνα μὴ τό [τε] κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κινδυνεύειν ἐνδεὲς φαινόμενον ἀτολμίαν παράσχῃ. Sic Bekkerus, qui ad calcem: „τῷ ABEF." Bene sit literis A et B et E et F, quae propemodum verae lectioni (τῳ) patrocinantur, nam παράσχῃ perincommode sine dativo aliquo ponitur. Sed recepta τῳ pro τό, nemo non videt τό etiam pro τε reponendum. ἵνα μὴ τῷ τὸ κατ' ὀλίγον — ἀτολμίαν παράσχῃ. — Ἕως οὖν ἔτι ἀπαράσκευοι θαρσοῦσι καὶ τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος, ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνονται, τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, ἐν τῷ ἀνειμένῳ αὐτῶν τῆς γνώμης καὶ πρὶν ξυνταχθῆναι μᾶλλον τὴν δόξαν, ἐγὼ μὲν ἔχων τοὺς μετ' ἐμαυτοῦ καὶ Φθάσας, ἢν δύνωμαι, προσπεσοῦμαι δρόμῳ κατὰ μέσον τὸ στράτευμα. En ἐρμαῖον illis, qui „participium nonnumquam pro infinitivo poni" docent; quod eo pluris facere eos par est,

Digitized by Google

quum aliud exemplum ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι (III. 43.) malevolus coniector dissecando perdiderit. (Quamquam et ibi Bekkerum video ἀξιοῦντι retinere, sed non est dubitandum quin verissime coniecerit quicumque primum, ἀξιοῦν τι ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦντας λέγειν.) sed hinc quodnam refugium excogitabis? Sed videamus sententiam. Brasidas ait se velle in Athenienses impetum facere, dum imparati et securi prope portas morantur, et sensim abeundi potius quam manendi consilium in animo habent. Sic enim vertamus, si placet; neque istud πλέον ἀντὶ τοῦ μᾶλλον concoquere recusemus, ne nimis captiosi videamur. Quid? an verebatur ne, mutato consilio, manerent? Ridiculum! quasi Brasidas eos adoriri posset nisi manerent. Sed ita manere volebat, ut quo iam de abeundo cogitarent, nam id ipsum temporis erat, quo imparatissimi erant futuri. Satis patere arbitror illud *„dum de abeundo cogitant"* non ita dici posse tamquam contrarium fieri posset, ut iidem de *non* abeundo cogitarent, sed cogitata perficerent. Vides igitur quam longe a Brasidae mente et a Thucydidis oratione recesserint quae hodie legimus. Neque tamen ita longe ut perdita recuperare nequeamus ἕως — τοῦ ὑπαπιέναι μέλλοντος — τὴν διάνοιαν ἔχουσιν. ΛΛ cum N confuderat librarius; supervenit Grammaticus qui τοῦ ὑπαπιέναι μέλλοντος ne speciem quidem sensus praebere vidit. Statim lacunam olfecit, ad quam adimplendam πλέον ἢ τοῦ commentus est. Idem vel eiusdem familiae fuerit necesse est qui post ξυνταχθῆναι μᾶλλον non dubitavit τὴν δόξαν infercire. Longe aberat ut *opinione* turbarentur Cleonis comites, sed ordinibus effusis huc illuc vagabantur. Cum iter Eionem versus incepissent futurum erat ut nullo spectaculo distracti arctius procederent. Quare Brasidas exire maturat πρὶν αὐτοὺς ξυναχθῆναι μᾶλλον. Infra legimus, ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου, quod plane contumeliosum est. *Incipe vir bonus fieri.* In mentem mihi venit loci Sophoclei in Oed. R. 696. ubi sanissimam lectionem Cod. Florentini primum Triclinius, deinde recentiores corruperunt.

ὅς τ' ἐμὰν γᾶν Φίλαν ἐν πόνοις ἀλύου-
σαν κατ' ὀρθὸν οὐρίσας τανῦν τ' εὖ-
πομπος εἰ δύνᾳ γενοῦ.

Extrema Triclinius ut strophico versui aequaret, εἰ δύναιο γίγνου soloece scripsit. Dindorfius Triclinium secutus est, nisi

Digitized by Google

quod γίγνου omisit. Strophicos versus apponam, ut iudicet lector utrum digni sint quorum ad normam alteri exigantur.

ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ φθίνουσα τρύχει
†ψυχὰν τάδ' εἰ κακοῖς κακὰ προσάψει,
τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῷν.

si hariolari licet, credo olim fuisse κῆρ pro ψυχάν, et transpositis secundi et tertii versus extremis partibus legendum:

κῆρ τόδ' εἰ κακοῖς κακὸν τὸ πρὸς σφῷν
τοῖς πάλαι ξυνάψετον.

V. 10. ὁ δὲ ἀκούσας ἐπῆλθε. Minime! Sed antea progressus nunc revertitur, ἐπανῆλθε.

V. 15. καὶ οὐχ ἧσσον τοῖς Λ. ἐπιθυμία τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐκ τῆς νήσου κομίσασθαι· ἦσαν γὰρ οἱ Σπαρτιᾶται αὐτῶν πρῶτοί τε καὶ ὁμοίως σφίσι ξυγγενεῖς. Ad haec Bekkerus: „an ὁμοίοις?" Recte suspicari videtur de Spartanorum optimatibus sermonem esse, sed orationi nullam medicinam attulit. Post νήσου plena distinctione posita legendum puto: κομίσασθαι γὰρ ἔμελλον οἱ Σπαρτιατῶν πρῶτοί τε καὶ ὁμοῖοι τοὺς σφίσι ξυγγενεῖς, vel simile quid.

V. 16. Ἐνθυμίαν ex hoc loco mutuatus est Dio Cassius. Scilicet hic ut in ἐποίει pro ἐπῄει, de quo supra egimus, pravam lectionem pro elegantia habuit. Pro χρῆσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ πολὺ τάδε ἀφικνουμένοις coniicio, ἐπ' οὐ τάδε. Pythia Lacedaemonios quacumque de re venissent revocandum esse Plistoanactem monere non destitit. — Veram puto esse lectionem quae hodie circumfertur διὰ τὴν — μετὰ δώρων δοκοῦσαν ἐπαναχώρησιν, et quae a Bekkero memorantur „δωκοῦσαν E., δόκησιν corr. FG., δοκοῦσαν AB. omnes addito εως tamquam fuerit δοκήσεως" ex alicuius coniectura ortas esse qui in margine scripserit δωροδοκήσεως.

V. 17. παρασκευή τε προεπανεσείσθη — ὡς ἐπὶ τειχισμόν. Quoniam non quemlibet τειχισμόν, sed ἐπιτειχισμόν formidabant Athenienses, legendum ὡς ἐς ἐπιτειχισμόν. Sed quid est προεπανεσείσθη? Πρό ante alias praepositiones non potest aliter accipi quam ut rem *prius* fieri declaret; qui sensus hic minime convenit. Contra προσείειν est *ostentare*, sive id alliciendi sive absterrendi gratia fit, ut in his: οὐκ ἄλλον τινὰ προσείοντες φόβον. Si quid video, reliquae praepositiones e dittographia ortae sunt, dittographia autem e prava interpretis sedulitate.

Digitized by Google

V. 18. Lege *βουλομένας ταύτας ἐξέσω ξυμμάχους ποιεῖσθαι τοῖς Ἀθηναίοις.*

V. 19. Nomina Lacedaemoniorum qui foedus sanciunt sunt XV, Atheniensium XVII, in societatis foedere cap. 24. utrorumque est XVII. Et quoniam ibi cautum est: *ὀμοῦνται δὲ ταῦτα οἵπερ καὶ τὰς ἄλλας σπονδὰς ὤμνυσαν ἑκατέρων*, duo nomina hinc excidisse patet. Nempe ob simile initium nominum Πλεισόλας et Πλεισοάναξ scribae oculi ab illo ad hoc aberraverunt. Restitue ergo: Λακεδαιμονίων *μὲν* Πλεισοάναξ, Ἄγις, Πλεισόλας. Mox rectius in 24. Λάφιλος vocatur qui hic Λάμφιλος, hic Ἀρισοκοίτης, qui ibi Ἀρισοκράτης.

V. 20. *σκοπείτω δέ τις κατὰ τοὺς χρόνους, καὶ μὴ τῶν ἐκσαχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ ἀπὸ τιμῆς τινὸς τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ προγεγενημένα σημαινόντων πισεύσας μᾶλλον.* Haec quemadmodum corrigenda essent indicavi in Adhortatione mea. sc. inserendo *τῷ* ante *τῶν*, *τῶν ὀνομάτων* in *τῶν ὀνομασῶν* mutando et ante *τὴν ἀπαρίθμησιν* ponendo, postremo pro *σημαινόντων* rescribendo *σημαίνοντι.* Τὴν *ἀπαρίθμησιν τῶν ἀρχόντων σημαίνειν* est *indicare quemadmodum magistratus alius alium exceperint; ἐς τὰ προγεγενημένα* hoc facit, qui singulos ad res narratas accommodat.

V. 21. Clearidas sui purgandi causa Lacedaemonem profectus simulque *βουλόμενος εἰδέναι εἰ ἔτι μετακινητὴ εἴη ἡ ὁμολογία, ἐπειδὴ εὗρε κατειλημμένας — πάλιν ἐπορεύετο.* Imo *κατειλημμένος*, postquam se *sero venisse* vidit.

V. 22. Dele *νομίσαντες* et *οὐ.* Oratio pendet a *νομίζοντες ἥκις' ἄν κτέ.*

V. 26. *τοῖς τε γὰρ ἔργοις ὡς διῄρηται ἀθρείτω.* aut oratio manca est aut *τε* perperam insertum. Quid autem est illud, quod *διῃρῆσθαι* refert? an *ξύμβασις*? Sed quid sit *ἡ ξύμβασις διῄρηται* equidem non assequor. Certe non potest dici pro *ἡ ξύμβασις διαφέρει*, quoniam nec verbum nec tempus convenit, nec *τοῦ πολέμου* subintelligi commode potest. Ad incitas redactus ne plane *ἀμαχεί* discedam coniicio *τοῖς τε γὰρ ἔργοις καὶ ὡς διήγημαι ἀθρείτω.* Mox *ἁμαρτήματα ἐγένοντο* non ita correxerim ut *ἐγένετο* rescribam, sed quoniam non de *erroribus* sed de *iniuriis* agitur pro *ἁμαρτήματα* vel *ἁμαρτίαι* vel *ἁμαρτάδες* (cf. Marcellin. in Vita) rescripserim.

Digitized by Google

V. 29. ὥςε ἄσμενοι πρὸς τοὺς Ἀργείους ἐτράποντο, πόλιν τε μεγάλην [νομίζοντες] — δημοκρατουμένην τε ὥσπερ καὶ αὐτοί. Reddatur magistellis suum νομίζοντες. Nihil eorum *opinabantur*, sed omnia penitus cognita habebant. Loci in V. 44. plane diversa ratio est.

V. 32. ὥσπερ Βοιωτοὶ εἶχον. Imo ἅσπερ.

V. 33. Lege, αὐτοὶ τὴν ξυμμαχίδα ἐφρούρουν.

V. 36. Non dubito quin plures iam ἥκις' ἂν ἀναγκασθῆναι correxerint, sed fortasse vitium quod iam indicabo Criticorum diligentiam effugit. Ἐλέσθαι γὰρ Λακεδαιμονίους et quae sequuntur de tempore intelligenda sunt quod bello Peloponnesiaco antecessit; tum causa adiicitur cur Lacedaemonii eo tempore Argivorum societatem appetiverint. Τὸ γὰρ Ἄργος ἀεὶ ἠπίσαντο καλῶς ἂν σφισι φίλιον γενέσθαι, ἡγούμενοι τὸν ἔξω Πελοποννήσου πόλεμον ῥᾴω ἂν εἶναι. „Quid?" dicet aliquis „haeccine vitiosa esse pronuntias? Nam mihi quidem sana et nitida videntur, ut nihil supra." Et mihi et omnibus; sed vitium iam sustuli. Nam in libris haec leguntur: τὸ γὰρ Ἄργος ἀεὶ ἠπίσαντο ἐπιθυμοῦντας τοὺς Λακεδαιμονίους καλῶς σφίσι φίλιον γενέσθαι. Qui haec retinere volet, bifariam poterit interpretari, ut vel Ephori hoc intellexerint, vel Lacedaemonii. Atqui si Cleobulus et Xenares de se loquuntur, quidni ἐπίσασθαι scriptum est? Deinde an ἀεὶ ἠπίσαντο? Imo, et καλῶς. Nam infelix adverbium nisi huc retuleris non habebit quo confugiat, nisi forte credis καλῶς φίλιον vehementius dici quam simplex φίλιον. Quod si quis Ephoris relictis ad Lacedaemonios recurrat, hanc sententiam extundet: οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Λακεδαιμονίους ἀεὶ ἠπίσαντο ἐπιθυμοῦντας! Neque minus turpiter interpolata sunt quae infra leguntur: τὸ μέντοι Πάνακτον ἐδέοντο Βοιωτοὺς ὅπως παραδῶσι Λακεδαιμονίοις. Animadvertat lector fere ab initio omnem orationem ad Boeotos esse conversam. Boeotis iniungitur ut cum Argivis societatem inire conentur. Boeotis datur negotium ut hos secum in Lacedaemoniorum societatem trahant. Boeotis si hoc fecerint non necesse erit foederis cum Atheniensibus participes fieri. Nihil hic de Corinthiis, quos satis erat simul cum Boeotis admonuisse ὅτι μάλιςα ταὐτὰ γιγνώσκειν (male Bekkerus cum libris ταῦτα) „*ut uno eodemque consilio uterentur*" Postremo eosdem Boeotos admonent: ὅπως τὸ Πάνακτον ἡμῖν παραδώσετε.

Digitized by Google

Dele igitur ἐδέοντο Βοιωτούς, et recipe Codd. E. G. lectionem παραδώσουσι.

V. 38. οἰόμενοι τὴν βουλὴν — οὐκ ἄλλα ψηφιεῖσθαι ἢ ἃ σφίσι προδιαγνόντες παραινοῦσιν. Optime Bekkerus σφεῖς. Sed quoniam secum sic loquebantur, οὐκ ἄλλα ψηφιοῦνται ἢ ἃ ἡμεῖς παραινέσομεν vel ἂν ἡμεῖς παραινῶμεν scribendum est, ἂν σφεῖς π. παραινῶσιν.

V. 59. Trifariam diviso exercitu Lacedaemonii eorumque socii per montes in Argivorum planitiem descendunt. Ex his Boeoti et Sicyonii equitatu praestabant; his igitur mandatum est τὴν ἐπὶ Νεμέας ὁδὸν καταβαίνειν, ᾗ οἱ Ἀργεῖοι καθῆντο, ὅπως εἰ οἱ Ἀργεῖοι ἐπὶ σφᾶς ἰόντας ἐς τὸ πεδίον βοηθοῖεν ἐφεπόμενοι τοῖς ἵπποις χρῷντο. Inepte libri ἰόντες. Argivi iam in planitie erant, et verebatur Agis ne, dum ex praerupta via in planitiem descendit, Argivi suos adoriantur. Mox inter καταβάντες, quod de Boeotis, Megarensibus et Sicyoniis dicitur, et ὡς ἐώρων — παρετάσσοντο, quod Argivis solis convenit, plura exciderint necesse est.

V. 60. καὶ οἱ μὲν ταῦτα εἰπόντες — εἶπον! Lege, καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἀΦ' ἑαυτῶν καὶ οὐ τῶν Ἀργείων τοῦ πλήθους κελεύσαντος εἶπον. καὶ ὁ μὲν Ἄγις δεξάμενος τοὺς λόγους [αὐτὸς καὶ οὐ μετὰ τῶν πλειόνων] οὐδὲ αὐτὸς [βουλευσάμενος] ἀλλ' ἢ ἐνὶ ἀνδρὶ κοινώσας κτἑ.

V. 61. καὶ πείσαντες ἐκ τῶν λόγων τοὺς ξυμμάχους εὐθὺς ἐχώρουν κτἑ. Quoniam ἐκ τῶν λόγων εὐθὺς ἀνεχώρουν arctissime cohaerent τοὺς ξυμμάχους vel insiticium est vel alieno loco positum. Sed insiticium esse arguitur quod πάντες πλὴν Ἀργείων idem est quod οἱ ξύμμαχοι. His vero concessis sequitur pro πείσαντες πεισθέντες reponi oportere. Mox supple, καὶ ὅτι ὅμηροι — κατακείμενοι. Recipe αὐτῶν τῶν Τεγεατῶν ex A.

V. 63. Dele putidum emblema, αὐτοὶ ἐνόμιζον.

V. 65. Agis consilium mutat εἴτε [καὶ] διὰ τὸ ἐπιβόημα, εἴτε καὶ αὐτῷ ἄλλο τι ἢ κατὰ τὸ αὐτὸ δόξαν —. apparet duas lectiones in unam coaluisse, quarum altera fuerit, εἴτε καὶ αὐτῷ ἄλλο τι δόξαν, altera, εἴτε κατὰ τὸ αὐτῷ δόξαν. Illa procul dubio Thucydidis est. Infra τοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου dixit propter verbum καταβιβάσαι nota in praepositionibus attractione. Sed τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους interpres adie-

Digitized by Google

cit. Mox dele *περί*. — Quae hodie leguntur, *εἶτ' ἐπειδὴ ἀναχωροῦντες ἐκεῖνοί τ' ἔκρυψαν καὶ σφεῖς ἡσύχαζον* vitiosa sunt. Nam *τε* ita positum est ut utrique *ἀναχωρῆσαι* videantur. Sed ne Lacedaemoniis quidem convenit, quoniam post *ἀναχώρησιν* iam factam ex oculis Argivorum abscedunt. — Video nunc sanissimum esse *πρὸς Ἄργει* et a me iniuria sollicitatum.

V. 66. *σχεδὸν γάρ τι πᾶν ἄρχοντες ἀρχόντων εἰσὶ καὶ τὸ ἐπιμελὲς τοῦ δρωμένου πολλοῖς προσήκει.* Nemo est hodie qui haec interpretationis egere credat. — Sed grammatico aliter visum, qui *πλὴν ὀλίγου* et *τὸ στρατόπεδον τῶν Λακεδαιμονίων* adiecit. Pro *παρὰ δ' αὐτοῖς* rescribe *παρὰ δ' αὐτούς.*

V. 68. *οὐκ ἂν ἐδυνάμην* est *non potuissem.* Ergo potest. Sed quoniam plane contrarium scribere voluit reddamus illi suum, *οὐκ ἂν δυναίμην.* Mox in *τῶν δ' αὖ διὰ τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες ἐς τὰ οἰκεῖα πλήθη ἠπίστει το*, delendum *ἐς*, ut servetur antithesis: *τὸ πλῆθος ἠγνοεῖτο, τὰ πλήθη ἠπίστει το.*

V. 69. *Λακεδαιμόνιοι δὲ — ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὧν ἠπίσαντο τὴν παρακέλευσιν τῆς μνήμης ἀγαθοῖς οὖσιν ἐποιοῦντο.* Lacedaemonii se invicem earum rerum admonent, in quibus *ἠπίσαντο ἀγαθοὶ ὄντες.* Nonne vides inter *ἠπίσαντο* et *ἀγαθοῖς οὖσι* ne literulam quidem sine orationis damno posse intercedere? Meminerimus etiam nihil in his libris saepius evenire quam ut vocabula sua de sede migrent. Velut in hoc ipso capite, in quo A B *ἀμύνασθαι* praebent pro *ἀνέχεσθαι* et vicissim *ἀνέχεσθαι* pro *ἀμύνασθαι.* Lege, *ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν παρακέλευσιν τῆς μνήμης ὧν ἠπίσαντο ἀγαθοῖς οὖσιν ἐποιοῦντο*, h. e. *τούτων ἃ ἠπίσαντο ἀ. ὀ.*

V. 71. Omnium pulcherrimam orationem una litera locupletare liceat, *καὶ περισχουσι κατὰ τὸ τῶν ἐναντίων εὐώνυμον τῷ δεξιῷ διὰ τὸ φοβουμένους προσέλλειν τὰ γυμνὰ ἕκαστον ὡς μάλιστα τῇ τοῦ ἐν δεξιᾷ παρατεταγμένου ἀσπίδι.* Scilicet ex uno hoc loco *προσέλλειν* eum in modum interpretati sunt, quem ipsa verbi compositio non patitur. Fac enim *σέλλειν* esse idem quod *τίθεσθαι*, an etiam *πρό* nonnumquam pro *ὄπισθε* ponitur? Equidem olim coniiciebam *προσίλλειν*, sed comparatis locis, ubi *προσσέλλειν* adhibetur, hanc veram lectionem esse iudico. Apud Xenophontem canum *ἰσχία προσεσαλμένα* sunt *coxae arcte adhaerentes, bene compactae*, quas qui non habet *βαρέως διαφοιτᾷ*. Hortensius apud Plutarchum in Sylla urgenti Archelai equitatui *προσεσέλ-*

Digitized by Google

λετο τοῖς ὀρεινοῖς „montuosis locis *se tegebat.*" Sed egregie falluntur qui locum in Gorgia pag. 511. D. similem notionem praebere rati sunt; nam ibi ἡ κυβερνητικὴ dicitur esse προσεσκαλμένη καὶ κοσμία, quibus opponitur contrarium, καὶ οὐ σεμνύνεται ἐσχηματισμένη. Σχηματίζεται is qui gestibus et incessu hominum oculos in se convertere conatur, qui contra modeste incedit κοσμίως βαδίζει. Sequitur ut altera vox ei propria sit ὅσις οὐ σεμνύνεται. Errant qui de *contracto vestitu* somniant, nec melius Astius *„adstrictus et sensu qui dicitur morali modestus."* Qua enim ratione *adstrictus* pro *modesto* accipi potest, aut omnino cogitari nisi simul cum re cui aliquis adstringitur? Haec me movent ut προσεσκαλμένη mendosum esse suspicer utpote quod nisi casu sequente ne intelligi quidem possit. Coniicio ὑπεσκαλμένη, *demissa.* Hic vero προσέλλειν τὰ γυμνὰ τῇ τοῦ παρατεταγμένου ἀσπίδι est latus nudum proximi militis clypeo ita *applicare ut eo tegatur.* — Δείσας δὲ Ἄγις μὴ σφῶν κυκλωθῇ τὸ εὐώνυμον καὶ νομίσας ἄγαν περιέχειν τοὺς Μαντινέας κτἑ. Iam dixerat περιέσχον οἱ Μαντινῆς πολὺ τῷ κέρᾳ τῶν Σκιριτῶν, neque erat cur idem iterum narraret. At enim causam adiicit, cur Agis veritus sit ne circumdaretur. Sed obstat καί et pro νομίσας περιέχειν scripsisset certe ὁρῶν περιέχοντας, vel potius περισχόντας. Περισχεῖν verbum Thucydideum est pro quo in re simili Xenophon ὑπερέχειν habet. cf. V. 7. περισχήσων et 71. περισχουσι. Infra 73. τῷ περισχοντι scripserim. Mox legitur παρήγγελλεν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως δύο λόχους τῶν πολεμάρχων Ἱπποναίδᾳ καὶ Ἀριστοκλεῖ ἔχουσι παρελθεῖν κτἑ. Si sana est lectio τῶν πολεμάρχων Ἱπποναίδᾳ καὶ Ἀριστοκλεῖ vertendum erit „Hipponoidae et Aristocli *qui ex numero* τῶν πολεμάρχων *erant.*" Sed quid duo polemarchi in dextro cornu agebant ubi pauci tantum Lacedaemoniorum stetisse narrantur? et cur dimidio unius morae duos viros praeficeret, quorum uterque suam moram ducebat? An nomen morae, ad quam duo lochi pertinebant, primum a scriba negligentius descriptum, deinde in πολεμάρχων mutatum est?

V. 72. Perversa distinctione effectum est ut oratio per se perspicua lectorem ludificetur.

Sensus hic est: καὶ κελεύσαντος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκιρίτας (h. e. πέμψαντος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκιρίτας τὸν κελεύσοντα) πάλιν αὖ

Digitized by Google

σφίσι προσμῖξαι — his inseruit causam mandati, ὡς οὐ παρῆλθον οἱ λόχοι — (ξυνέβη) μὴ δυνηθῆναι ἔτι μηδὲ τούτους ξυγκλῆσαι. Ne Sciritae quidem vacuum in acie locum implere potuerunt, quod οἱ δύο λόχοι facere neglexerant. — Ἔτρεψαν οὐδὲ ἐς χεῖρας τοὺς πολλοὺς ὑπομείναντας, ἀλλ' ὡς ἐπῆσαν οἱ Λ. εὐθὺς ἐνδόντας καὶ ἔξιν οὓς καὶ καταπατηθέντας τοῦ μὴ — φθῆναι τὴν ἐγκατάληψιν. Φθῆναι τ. ἐ. est *fugere antequam ab hoste opprimerentur.* Τοῦ et τοῦ μή ubique consilium indicant. Ergo τοῦ μὴ φθῆναι τ. ἐ. erit „*eo consilio ut ne fugerent.*" quod aperte falsum. Quod si sic capiamus ut τοῦ τὴν ἐγκατάληψιν μὴ φθῆναι σφᾶς φεύγοντας vel φθῆναι γενομένην, sensus quidem erit is quem desideramus, sed vereor ut φθῆναι sic nude positum ferri possit. Praestat, nisi fallor, μή sublato, τοῦ φθῆναι legere.

In Doricis foederibus 77 et 79 vix quidquam mihi videre contigit quod confidenter proponam. Pro παῖδα ἔχωντι malim π. ἔχοντι et mox περὶ δὲ τῶ τῶ σιῶ σύματος αἰ μὲν λῇ τις, τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον δόμεν αὐτὼς δὲ ὀμόσαι· pro κρίναντας κρίνωντι. pro διακριθῆμεν δίκᾳ κριθῆμεν pro ἄντινα ἴσαν δοκείοι, ἄντινά κα δοκέῃ. Scilicet ex KA factum est ICA et ex ICA propter ἄντινα factum est ICAN.

V. 83. Dele ἐκ τοῦ Ἄργους quae interpretatio est τοῦ αὐτόθεν. Mox pro κατέκλῃσαν lege ἀπέκλῃσαν.

V. 89. λόγων μῆκος ἄπιστον. Iam pridem convenerat ut neutri longa oratione uterentur; nec τὸ μῆκος incredibile futurum erat, sed αὐτὸς ὁ λόγος. Delendum igitur μῆκος et λόγον ἄπιστον scribendum.

V. 90. Ἡμεῖς δὴ νομίζομέν γε χρήσιμον — sic Bekkerus coniectura parum probabili; nam particulae γε nulla vis inest, nisi ad pronomen pertinet, quod tum statim excipere debet ἡμεῖς γε δή. Sed et pronomen inutile est ubi Meliorum sententiae nulla alia opponitur. Ipse olim corrigebam Ἴσμεν δὴ νομίζομέν τε: quam coniecturam eo magis magisque amplector, quia quocumque modo librorum lectiones mutaveris (ᾗ μὲν B. ἧιμεν F. ηἰ μὲν E. ἦ μὲν AG.) numquam quidquam ex δὴ — γε efficies. — Mox antiquum obtinuit ut aliquot vocibus primum omissis deinde non suam in sedem repositis oratio laboraret. Lege, ἀνάγκη γὰρ οὕτω παρὰ τὸ δίκαιον τὸ ξυμφέρον λέγειν, ἐπειδὴ ὑμεῖς ὑπέθεσθε. — ὅσῳ ἐπὶ μεγίστῃ τιμωρίᾳ σφαλέντες ἂν τοῖς ἄλλοις γένοισθε. Haec satis perspicua sunt, sed nescio quis, quum non

Digitized by Google

intelligeret quid esset γίγνεσθαί τινι ἐπὶ τιμωρίᾳ, παράδειγμα in orationem intulit. παράδειγμα ἐπὶ τιμωρίᾳ sine temporum confusione dici non potest, quia homines *ante supplicium* ἐπὶ τιμωρίᾳ sunt, *supplicio iam affecti* παράδειγμα fiunt.

V. 91. Malim, οὐ γὰρ οἱ ἄρχοντες ἄλλων ὡ. καὶ Λ. οὕτω δεινοὶ τοῖς νικηθεῖσιν.

V. 96. Σκοποῦσι δ' ὑμῶν οὕτως οἱ ὑπήκοοι τὸ εἰκός —. τὸ εἰκός si abesset nemo desideraret. Pro *similitudine* accipi oportet, sed ipsi inter se et Atheniensium colonias nullam esse similitudinem contendunt.

V. 97. ἄλλως τε καὶ νησιῶται ναυκρατόρων καὶ ἀσθενέσεροι ἑτέρων ὄντες εἰ μὴ περιγένοισθε. Misere corruptus locus perspecto quid dici oporteat satis certo corrigetur, ἄλλως τε καὶ ναυκράτορες, οὐκ ἀσθενέσεροι ἑτέρων ὄντες. Sic demum ὄντες a νησιῶται non distrahitur, neque ναυκρατόρων ibi dicitur ubi nemo sanus quidquam praeter ἡμῶν dixisset et via reperta est qua illa, ἀσθενέσεροι ἑτέρων ex tenebris in lucem emergant.

V. 99. ὅσοι ἠπειρῶταί που ὄντες τῷ ἐλευθέρῳ πολλὴν τὴν διαμέλλησιν τῆς πρὸς ὑμᾶς Φυλακῆς ποιήσονται. Τῷ ἐλευθέρῳ vel idem est quod διὰ τὸ ἐλεύθερον, vel dativus est quod vocant instrumenti. Sed neutrum hic convenit; nam libertas non est causa, cur nonnullae civitates a bello Atheniensium abstinuerint, neque hanc abstinentiam faciliorem iis reddebat. Sermo est de illis, ὅσοι νῦν μηδετέροις ξυμμαχοῦσιν, qui etiam οἱ ἐλεύθεροι dici possunt. Hos in duo genera dividunt; ὅσοι ἠπειρῶταί που ὄντες τῶν ἐλευθέρων, et νησιῶται, tum iterum νησιώτας in ἀνάρκτους et ἀρχῇ παροξυνομένους.

V. 102. ἔτι καὶ σῆναι ἐλπὶς ὀρθῶς. Graecitati consules legendo, ἔτι κἂν σῆναι ἐλπὶς ὀρθοῖς, nisi credis, ὁ ἵππος ὀρθῶς οὗς ἵςησι „*ferri posse.*"

V. 103. ἐλπὶς δὲ κινδύνῳ παραμύθιον οὖσα. Imo κινδύνου vel κινδύνων. mox in τοῖς δ' ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναρριπτοῦσα, δάπανος γὰρ Φύσει, nonnihil haereo. Ἀναρριπτεῖν verbum activum esse constat; si igitur accusativum intelligi putandum est, is non potest esse alius quam ἐλπίδα. Ex his sequeretur homines non τὸ ὑπάρχον ἐς τὴν ἐλπίδα ἀναρριπτεῖν, sed τὴν ἐλπίδα ἐς τὸ ὑπάρχον, quod si fieri possit non video quo iure δάπανος Φύσει dicatur, quippe quae non *perdat* sed *pereat.* Tantasne turbas ex

Digitized by Google

unius hominis negligentia oriri, qui quum ob oculos haberet, *τοῖς δ' ἐς ἑαυτὴν ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναρριπτοῦσι, δάπανος γὰρ φύσει* — vocem maxime necessariam omisit.

V. 105. *τῆς δὲ ἐς Λακεδαιμονίους δόξης, ἣν διὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοηθήσειν ὑμῖν πιστεύετε αὐτούς κτἑ.* Si *δόξα ἣν πιστεύετε αὐτοὺς βοηθήσειν* Graecum est, idem erit dicendum de *πιστεύω δόξαν αὐτοὺς βοηθήσειν*. Quod qui non probat is mecum *ἢ — πιστεύετε* rescribet. Sed hoc semel facto sponte concident quae maleferiatus grammaticus inseruit *διὰ τὸ αἰσχρόν*, tamquam idem esset *αἰσχρόν* et *αἰσχύνη*! Quod Melii plene effati erant *τὴν Λ. ἡμῖν ξυμμαχίαν προσέσεσθαι ἀνάγκην ἔχουσαν καὶ εἰ μή του ἄλλου τῆς γε ξυγγενείας ἕνεκα (καὶ!) αἰσχύνῃ βοηθεῖν*, idem Athenienses brevius efferunt per *ἡ ἐς Λακεδαιμονίους δόξα ἢ — πιστεύετε κτἑ. — καίτοι οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας νῦν ἀλόγου σωτηρίας ἡ τοιαύτη διάνοια*. Salus ipsa numquam, sed interdum spes salutis *ἄλογος* videtur; itaque ferri nequit *ἀλόγου*, sed delendumne sit an corrigendum et quomodo hoc faciendum sit hucusque me nescire confiteor.

V. 108. *Ἀλλὰ καὶ τοὺς κινδύνους τε ἡμῶν ἕνεκα μᾶλλον ἡγούμεθ' ἂν ἐγχειρίσασθαι αὐτοὺς καὶ βεβαιοτέρους ἢ ἐς ἄλλους νομιεῖν*. Qui sunt illi quos *firmiores* existimaturi sunt? an semet ipsos? At praeterquam quod *σφᾶς* abesse non possit, ineptum esset *νομίζειν* in re cognita et perspecta. an Melios? Sed obstat *ἐς ἄλλους*. an *τοὺς κινδύνους*? Sed *κίνδυνοι* non possunt dici *βεβαιότεροι*. Nullo modo te ex his turbis evolves nisi *νομιεῖν* in *μενεῖν* mutato.

V. 111. Lege, *γένοιτο ἡμῖν καὶ ὑμῖν οὐκ ἀνεπισήμοσιν* — *et* nos *haec iam experti sumus et* vos *nostis*. — *οὐ γὰρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖσα διαφθείρουσαν ἀνθρώπους αἰσχύνην τρέψεσθε. πολλοῖς γὰρ προορωμένοις ἔτι ἐς οἷα φέρονται [τὸ αἰσχρὸν κακούμενον] ὀνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει ἐπεσπάσατο [ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥήματος] ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἑκόντας περιπεσεῖν, καὶ αἰσχύνην αἰσχίω μετ' ἀνοίας ἢ τύχης προσλαβεῖν*. Ergo *αἰσχρόν* est *ὄνομα ἐπαγωγόν*! et *τὸ λεγόμενον αἰσχρόν* h. e. *res ipsa nomine suo* homines ad se trahit. Sed non satis est hos nomine trahi, etiam *verbo capiuntur*, *ἡττῶνται ῥήματος*. En pulcram varietatem! Exime quantocyus sophistarum spuria ornamenta et intellige *αἰσχύνην* esse quae haec faciat. Tum si *πολ-*

Digitized by Google

λοὺς προορωμένους scripseris, videbis omnia recte atque ordine procedere. — ὅτι περὶ πατρίδος βουλεύεσθε, ἣν μιᾶς [περὶ] καὶ ἐς μίαν βουλὴν τυχοῦσάν τε καὶ μὴ — — — κατορθώσασαν ἔξαι. Posui hiatum unde excidisse coniicio aliquid huiuscemodi: (ἢ ἀπολέσαι ὑμῖν, ἢ ἰδεῖν s. οἰκεῖν). Pro περὶ legendum puto vel ψήφου vel γνώμης.

V. 112. Dele importunum emblema, φίλοι μὲν εἶναι. πολέμιοι δὲ μηδετέρις, quae antithesis Thucydide prorsus indigna orationis compositionem turbat, προκαλούμεθα δὲ ὑμᾶς ἐκ τῆς γῆς ἀναχωρῆσαι. — Bis in hoc capite καί intruserunt interpretes. Etenim τῇ σωζούσῃ τύχῃ ἐκ τοῦ θείου opponitur τῇ Λακεδαιμονίων τιμωρίᾳ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Deinde insertum est hic, ut emblema quod eiecimus cum sequentibus coniungeretur.

V. 116. Video quod moniturus eram de glossemate post διαβατήρια addito ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις iam a Cobeto esse occupatum. In multis aliis praeterea me actum egisse intellexi. Sed piget has plagulas eam ob rem iterum perlustrare ut in singulis locis sua cuique reddam; praesertim cum non nisi ex parte hoc facere queam, quippe qui Madvigii librum nondum viderim, nec ullam editionem praeter Bekkerianam consulere potuerim. Quod ad Cobetum attinet non vereor ne me plagii accuset aut aegre ferat quod nonnumquam in idem quod ipse inciderim.

V. 116. Lege, (τὸ) καθ' ἕτερόν τι τοῦ περιτειχίσματος.

Libri quinti hic finis esto.

ΆΤΑΚΤΑ.

SCRIPSIT C. BADHAM.

Scholium ad Andromachae v. 103, quod edidit Cobetus, sic legendum:

Ἰλίῳ αἰπεινᾷ: μονῳδία ἐστὶ τὸ δι' ἑνὸς προσώπου θρηνοῦντος. ὥστε τὸ „Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα" (οὐ) μονῳδία ἐστί. τραγῳδεῖ γὰρ καὶ οὐκ ᾄδει· οὔτε τὰ ἐν ΘεοΦορουμένῃ ᾀδόμενα, οὐ θρηνεῖ γάρ. Vulgo deest οὐ legiturque τραγῳδία γὰρ καὶ οὐκ ἔδει.

Ad Rhesum v. 307. Aristotelis fragmentum sic constituendum διελὼν δὲ τὴν πόλιν Ἀλεύας ἔταξε κατὰ τὸν κλῆρον παρέχειν

Digitized by Google

ἑκάσους ἱππέας μὲν τεσσαράκοντα, πελτασὰς δὲ ὀγδοήκοντα. ἦν δὲ ἡ πέλτη ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα ἐπίχαλκον, αἰγὸς δέρματι παρατεταμένη. Καὶ τρὶ' ἀκόντια ἢ μακρὸν δόρυ πάντες ἐφόρουν, ὃ σχέδιον ἐκαλεῖτο.

Ibid. ad v. 248. alterum fragmentum Menandri, εἰ μὴ γαμεῖς γὰρ ἔσχατον νόμιζέ με Φρυγῶν Μυσῶν sic corrigendum: ἔσχατον νόμιζέ με Φρύγ' ὄντα Μυσῶν. Servus de gente sua iocatur dum herili filio promittit se puellae quam amat copiam illi facturum.

Ad Medeae v. 738. κεῖται οὖν ἡ λέξις (ἐπικηρυκεύματα) ἀντὶ τοῦ τῆς φιλίας. τῇ δὲ εὐθείᾳ ἀντὶ δοτικῆς κέχρηται. ἔδει γὰρ εἰπεῖν· καὶ τοῖς ἐπικηρυκεύμασιν οὐκ ἂν πίθοιο. Δίδυμος δέ φησιν ἐλλείπειν τὴν διά, διὰ τὰ ἐπικηρυκεύματα. „*Paullo ante legitur*, inquit Elmsleius, μὴ ὀμόσας δὲ Φίλος γένοιο αὐτοῖς διὰ τοῦ ἐπικηρυκεύματος. θέλει εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ ἐπικηρυκεύμασιν. λείπει ἡ διά. *Latet hic aliquid quod extricare nequeo.*" Hoc saltem non latet, quod et Elmsleius vidit, κἀπικηρυκεύμασι non esse antiquam lectionem eamque, quaecumque fuerit, a grammaticis quibusdam, fortasse etiam a Didymo, non ad οὐκ ἂν πίθοιο sed ad Φίλος γένοι' ἄν pertinere creditam. Quod fieri non potuisset si καί ibi legissent. Restat igitur ut τἀπικηρυκεύματα legerint. Sed hoc concesso οὐκ ἂν πίθοιο sedem antiquam mutaverit necesse est. Si, quae illa fuerit, diligenter quaeres, mirabor nisi in eundem versuum ordinem incides quem nunc proponam.

πέποιθα. Πελίου δ' ἐχθρός ἐσί μοι δόμος
Κρέων τε. τούτοις δ' ὀρκίοισι μὲν ζυγείς
οὐκ ἂν πίθοιο τἀπικηρυκεύματα.
λόγοις δὲ συμβὰς καὶ θεῶν ἀνώμοτος
Φίλος γένοι' ἄν. τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ,
τοῖς δ' ὄλβος ἐσὶ καὶ δόμος τυραννικός.

vides his receptis nihil opus fore Didymi caeterorumque commentis, quoniam πιθέσθαι τινί τι vel pueris notum; deinde Euripidem tandem aliquando pingui munere liberatum esse, quod illi homo ingeniosus, postquam οὐκ ἂν πίθοιο et Φίλος γένοι' ἄν suas inter se sedes permutare coacta sunt, quum sententiam hiare videret, de suo largitus est:

ἄγουσιν οὐ μεθεῖς ἂν ἐκ γαίας ἐμέ.

Scilicet credebat si μεθεῖτε dici poterat pro μεθείητε, nihil

Digitized by Google

obstare quo minus *μεθείης* eandem contractionem subiret. Si *μεθεῖ' ἄν* scripsisset (nam de *μεθεῖο ἄν* non cogitandum) parum veri simile est hoc quemquam in *μεθεῖς ἄν* depravaturum fuisse.

In Medea v. 781. mirum est etiam nunc legi:

οὐχ ὡς λιποῦσα πολεμίας ἐπὶ χθονός.

tamquam *λιποῦσα* pro *λείψουσα* dici posset. Lege, *οὐχ ὡς λιποῦσ' ἄν.*

Ion. 1355—1357.

Π. *λαβών νυν αὐτὰ τὴν τεκοῦσαν ἐκπόνει.*
Ι. *πᾶσαν δ' ἐπελθὼν Ἀσιάδ' Εὐρώπης θ' ὅρους;*
Π. *γνώσει τάδ' αὐτός.*

Recte personas distribuit Kirchoffius; sed in corrigendo altero versu neque ego neque ille aliquid vidimus. Quoniam *in his terris obeundis* matrem quaerere iubetur non *ἐπελθών* sed *ἐπιών* dicendum erat. Lege:

Ἀσιάδ' ἐπέλθω πᾶσαν Εὐρώπης θ' ὅρους;

In Xenophonte de Vectigal. pauca animadverti quae fortasse operae pretium erit cum Mnemosynes lectoribus communicare.

Cap. II. 2. *τὸ ἀπὸ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν οἰκιῶν ἀπεῖναι.* pro *οἰκιῶν* lege *οὐσιῶν.*

Cap. III. 5. *ὅσῳ γε μὴν πλείονες εἰσοικίζοιντό τε καὶ ἀφικνοῖντο δῆλον ὅτι τοσούτῳ ἂν πλεῖον καὶ εἰσάγοιτο* [*καὶ ἐξάγοιτο καὶ ἐκπέμποιτο*] *καὶ πωλοῖτο καὶ μισθοφοροῖτο.* Dele *καὶ ἐξάγοιτο καὶ ἐκπέμποιτο.* Uterque foetus est lectorum certatim supplentium quod post *ἐξάγοιτο* deesse credebant. Sed quo maior erat numerus eorum qui Athenas vel commorandi vel visendi causa adibant (hoc enim discriminis est inter *ἐσοικίζεσθαι* et *ἀφικνεῖσθαι*) maior futura erat mercium *importatarum* copia, non *exportatarum.*

III. 10. *οἱ γὰρ μνᾶν προτελέσαντες ἐγγὺς δυοῖν μναῖν πρόσοδον ἕξουσι καὶ ταῦτα ἐν πόλει, ὃ δοκεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἀσφαλέστατόν τε καὶ πολυχρονιώτατον εἶναι.* Imo *ἐμπολῇ.*

Cap. IV. 2. pro *ἐπεχειρήθη* malim *ἐνεχειρίσθη.*

IV. 4. *τοῖς ἐπισκευαζομένοις.* Imo, *τοῖς ἐπικατασκευαζομένοις.*

IV. 22. optime Schneiderus *οὐ πολλοί.* Sed *τὰ ὑπάρχοντα* male accepit Weiskius. Lege, *πολλὰ γὰρ ἔσται τὰ ὑπάρχοντα*, et intellige multam fore pecuniam ex aucto in argentifodinis

Digitized by Google

operarum numero, qua pecunia ad novos publicos servos conducendos usuri erant.

IV. 38. ἡ ὑπάρξουσα πρόσοδος τὸ ἐπιτήδειον συγκατασκευάζει ἄν. Lege, ἡ ὑπάρξασα πρόσοδος τὸ ἔτι ἐλλεῖπον σ.

IV. 40. Male Editores εὕρισκε. Recte Paris. B. εὑρίσκει h. e. tum ipsum, ante pacem quam iam exspectabant. διὰ τὸ εἰρήνην εἶναι non magis arguit pacem tum factam esse quam διὰ τὸ θεραπεύεσθαι μετοίκους καὶ ἐμπόρους Athenienses id iam fecisse quod Xenophon suadebat. Cf. quae hic dicuntur ἐν τῷ νῦν πολέμῳ et vid. cap. V. 12. Schneiderus qui simul pacem et bellum fuisse, hoc terrestre, illam maritimam, arbitratus est verba ἐπεὶ δὲ εἰρήνη κατὰ θάλατταν γεγένηται perperam accepit. Verte „quotiescumque pax sit". Mox lege, διὰ τὸ τὰ ἐλλιμένια καὶ τὰς ἀγορὰς αὐξάνεσθαι.

IV. 44. εἰ οὖν ἐν μέσῳ τούτων γένοιτο ἐπὶ τῷ ὑψηλοτάτῳ Βήτης τρίτον ἕρυμα, συνήκοι τ' ἂν τὰ ἔργα εἰς ἓν ἐξ ἁπάντων τειχῶν κτέ. Lege συγκλήοιτ' ἂν τὰ ἔργα εἰς ἓν ἐξ ἁπάντων τῶν τειχῶν.

IV. 50. Lege ἰσχυρῶς γὰρ κἂν αὐτὴ πολυάνθρωπος γένοιτο ἡ πόλις — καὶ οἵ γε χῶροι.

IV. 51. ξύμφημι ἐγώ reddendum lectori, qui in margine auctori assensus est.

Cap. V. 1. Lege, πολὺ γὰρ ἂν καὶ αὕτη [αἱρεθεῖσα] ἡ ἀρχὴ προσφιλεστέραν καὶ πολὺ κοινοτέραν εἰσαφικνεῖσθαι — ποιήσειε τὴν πόλιν. vulgo καὶ πυκνοτέραν.

V. 3. οἱ δὲ γνώμῃ καὶ ἀργυρίῳ δυνάμενοι χρηματίζεσθαι. ad haec vide incredibilem Schneideri notam. Lege, οἱ δὲ τῇ ὠνῇ τοῦ ἀργυρίου δ. χ. vid. cap. III. 2.

V. 13. πολὺ μᾶλλον ἂν τιμωροίμεθα αὐτοὺς εἰ μηδένα παρέχοιμεν ἀδικοῦντα. Imo, εἰ μηδένα ὑπάρχοιμεν ἀδικοῦντες.

In Timaeo pag. 41. A. corruptissimus est locus, quem emendatiorem dabo quam legebatur in exemplo, quo Cicero usus est. Hic enim fere idem quod hodie editur legisse videtur sc. Θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. Quoniam planetas alloquitur, qui ab ipso geniti feruntur, θεοὶ θεῶν aperte falsum. Lege, θεοί, ΩΝ ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἅτε δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος.

Digitized by Google

In Thucyd. IV. 27. Athenienses de exercitu, qui in Pylo erat, solliciti fuisse narrantur, *ὁρῶντες τῶν τε ἐπιτηδείων τὴν περὶ τὴν Πελοπόννησον κομιδὴν ἀδύνατον ἐσομένην ἅμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ, καὶ οὐδ' ἐν θέρει οἷοί τε ὄντες ἱκανὰ περιπέμπειν*. Atqui *κομίζειν* dici non potest pro *πέμπειν*, itaque *κομιδή* non ab ipsis pendebat, sed a Demosthenis copiis, quae sibi victum *κομίζεσθαι* cogerentur. Adde quod locus desertus non Athenienses prohibebat ne commeatus mitterent, sed ipse praesidio victum suppeditare non poterat. Deletis *περὶ τὴν Πελοπόνησον* et *ἅμα* ante *ἀδύνατον* posito omnia planissima fiunt. Videbant primum fieri non posse ut praesidium in tali loco ex populationibus aleretur, deinde se ne aestate quidem quod satis esset subvecturos.

(Continuabitur)

SIDNEY
m. Febr. 1874.

Φιλόνικος non Φιλόνεικος.

Saepius ostendimus *φιλόνικος*, *φιλονικία*, *φιλονικεῖν* ubique esse scribendum et *φιλόνεικος* natum ex consuetudine eorum qui I longum per ΕΙ scribebant. Audi nunc Scholiastam ad Platonis *Alcibiadem* pag. 122. C. *σημείωσαι φιλονικίαν διὰ τοῦ Ι τὴν φιλίαν τῆς νίκης*.

C. G. C.

Galenus correctus.

Editur apud Galenum *περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν* Tom. IV pag. 778. Kühn. *καὶ ἀλλαχόθι περὶ αὐτοῦ φησι Νηλέως· ὅς' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι*. Interpres: *et alibi de ipso Neleo sic canit*. Abeat Neleus et ita scribatur: *περὶ αὐτοῦ φησιν· (οἶνος γὰρ ἀνώγει) ἠλεός, ὅς' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι* ex Odyssea ξ. 464.

C. G. C.

Digitized by Google

AD ANTHOLOGIAM PALATINAM.

SCRIPSIT H. VAN HERWERDEN.

EPIGRAMMATUM ANTHOLOGIA PALATINA cett.
edidit FREDERICUS DUEBNER Parisiis ap. Firmin Didot. 1864—1872.

Cap. III, epigr. 6.

Γηγενέα Πυθῶνα, μεμιγμένον ἑρπετοῦ ὀλκοῖς
ἐκνεύει Λατώ, πάγχυ μυσαττομένη·
σκυλᾶν γὰρ ἐθέλει πινυτὰν θεόν· ἀλλά γε τόξῳ
θῆρα καθαιμάσσει Φοῖβος ἀπὸ σκοπιῆς
Δελφῶν, οὗ θήσει τρίπον ἔνθεον· ἐκ δ' ὀδ' ὀδόντων
πικρὸν ἀποπνεύσει ῥοῖζον ὀδυρόμενος.

Iniuria recepta est Chardoni correctio σκυλᾶν pro codicis lectione σκύλαν. Graecum enim verbum est non σκυλᾶν, sed σκυλεύειν, cuius notio praeterea hic non satis apta videtur. Non magis convenit συλᾶν, sed latere suspicor:

σκύλλειν γὰρ πινυτὰν ἐθέλει θεόν κτέ.

simul admissa quam metri causa proposuit Jacobsius verborum transpositionem. Nota sunt Aeschyli verba Pers. 577 κναπτόμενοι δ' ἁλὶ δεινὰ σκύλλονται πρὸς ἀναύδων παίδων τᾶς ἀμιάντου.

Cap. IV.

MELEAGRI *coronae*, in qua singulorum poetarum carmina floribus et arborum ramis atque coronis comparantur, sic eduntur vss. 14 sqq.

Digitized by Google

καὶ Σαμίου δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον·
ἐν δὲ Λεωνίδεω θαλεροὺς κισσοῖο κορύμβους
Μνασάλκου τε κόμας ὀξυτόρου πίτυος
βλαισήν τε πλατάνιστον ἀπέθρισε Παμφίλου οἴμης
σύμπλεκτον καρύης ἔρνεσι παγκράτεος κτὲ.

In βλαισήν, quod de platano dici nequeat (quam recte βλωθρήν appellat Erycius VII, 174) iure quum haereant omnes, mireris criticos alibi quaesivisse vitium, quam in ipso illo importuno vocabulo neque animadvertisse cum absurde dictum esse ἀποθρίζειν de tota arbore, tum omnes reliquos quos ascripsi versus, ut de sequentibus taceam, tantum non clamare Meleagro certa emendatione reddendum esse:

βλαστήν τε πλατανίστου ἀπέθρισε κτὲ.

Cap. V, ep. 2.

Τὴν καταφλεξίπολιν Σθενελαΐδα, τὴν βαρύμισθον,
τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσοῦ ἐρεττομένην,
γυμνήν μοι διὰ νυκτὸς ὅλης παρέκλινεν ὄνειρος
ἄχρι φίλης ἠοῦς προῖκα χαριζομένην. κτὲ.

Epigramma nondum est perpurgatum; nam ineptissimum est vs. quarto φίλης, si quidem nulli amatori amorum terminus aurora grata dici potest. Quanto vero rectius eadem ep. III, vs. 2 φθονερή vocatur et ep. 172 ac 173 δυσέρωτος, ad quorum locorum exemplum exspectes:

ἄχρι πικρῆς ἠοῦς κτὲ.

Obstat tamen huic coniecturae remedii violentia. Quid si sumimus poetam ipsam alloqui Sthenelaidem? Ita literis aliter diremtis scribi possit:

ἄχρι, φίλη, σ' ἠοῦς προῖκα χαριζομένην.

prorsus ut infra ep. 22, 5: ἄχρι, φίλη, πολιῆς.

Ep. 9, 3 sq.

Οὐκέτι βασάζω, μὰ τὰ σ' ὄμματα, τὴν φιλέρημον
καὶ τὴν μουνολεχῆ σεῖο διαζυγίην.

Haereo tam in articulo perperam repetito quam in eo quod perabsurde διαζυγίη ab amico dicitur *solitudinis amans*. Ut apparet e verbis sequentibus vs. 7

αὔριον ἀλλὰ πάτρη με δεδέξεται,

Digitized by Google

qui hic loquitur amator peregre profectus fuerat, quocirca una mutata litera T in Λ corrigo:

οὐκέτι βασάζω, μὰ τὰ σ' ὄμματ', ἄλην Φιλέρημον
καὶ τὴν μουνολεχῆ σεῖο διαζυγίην.

Ad substantivum ἄλη cf. VI, 90, 8.

Ep. 30.

Πάντα καλῶς, τό γε μήν, χρυσῆν ὅτι τὴν Ἀφροδίτην
ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ Μαιονίδης.
Ἦν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς, Φίλος, οὔτε θυρωρὸς
ἐν ποσίν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.
ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος. Ὦ πλεονέκται,
οἱ πλούτοι, πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνον.

Caeteris quidem omnibus coniecturis praestat quam in textum admisit Dübnerus praeeunte Jacobsio scribens:

οὐ πλοῦτον, πενίην (δ') ὡς ἀδικεῖτε μόνον.

At ut taceam impeditiorem verborum structuram, vide quaeso quam sit exilis sententia, qua nihil addatur praecedentibus novi, et languide repetatur eadem cogitatio, longe facetius expressa in superioribus. — Verba sunt pauperis amatoris (cf. ep. 50 et 113) exclusi foribus ab amica avara. Quem quid magis decet hac, quam a poeta profectam suspicor, exclamatione:

πλουτοίην, πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνην.

i. e. *dives utinam fiam, quando solam paupertatem* (i. e. solos pauperes) *iniuria afficitis!* Nota tachygraphica syllabae $\overline{\eta\nu}$ casu perierat, quo facto corrector πλουτοι substantivum ratus de suo addidit articulum, quo commode versum expleret scilicet. Insuper vs. 4_{to} admodum suspecta mihi est lectio ΔΕΔΕΤΑΙ. Non enim video quid habeat formidolosi canis *vinctus*. Nonne potius expectatur ipsum contrarium ΛΕΛΥΤΑΙ, i. e. λέλυται?

Ceterum cum hoc epigrammate dignus est qui conferatur Apollodori comici locus apud Athen. I, p. 3 c.

εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλου,
ἔσιν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ φίλου
εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντα τὰς θύρας.
ὁ θυρωρὸς ἱλαρός πρῶτόν ἐστιν, ἡ κύων
ἔσκυνε καὶ προσῆλθεν, ὑπαντήσας δέ τις
δίφρον εὐθέως ἔθηκε, κἂν μηδεὶς λέγῃ
μηδέν.

Digitized by Google

Ep. 34.

Ὁ Ζεὺς τὴν Δανάην χρυσοῦ, κἀγὼ δὲ σὲ χρυσοῦ.

Praeteriisse videtur interpretes huius lusus ratio, quam aperit ep. 31 extrema pars:

Δοκέω δ' ὅτι καὶ Δανάῃ Ζεὺς
οὐ χρυσός, χρυσοῦς δ' ἦλθε φέρων ἑκατόν.

Nempe prius χρυσοῦ est genetivus substantivi χρυσός, posterius nominis χρυσοῦς, i. e. *aureus* sc. *nummus*.

Epigr. 39.

Οὐκ ἀποθνήσκειν δεῖ με; τί μοι μέλει, ἤν τε ποδαγρὸς
ἤν τε δρομεὺς γεγονὼς εἰς Ἀΐδην ὑπάγω;
πολλοί γάρ μ' ἀροῦσιν. Ἕα χωλόν με γενέσθαι·
τῶν δ' ἕνεκεν γὰρ ἴδ' ὡς οὔποτ' ἐῶ θιάσους.

Recte Duebnerus sprevit Ungeri commentum πῶλοι (i. e. ἑταῖραι) suspicantiš. Nec tamen probaverim quae ipse addit, ignorari fortasse hodie ipsam rem, quae salem olim huic Nicarchi epigrammati aspergeret.

Rescribas modo facili coniectura:

ἄλλοι γάρ μ' ἀροῦσιν. κτἑ.

nec te latebit, opinor, aculeus. *Parum refert*, ait poeta, *utrum podagricus an cursor* (pedibus sanis) *ad inferos pergam.* Alii *enim mortuum me tollent atque efferent*, neque ipsi ad rogum sepulcrumque pedibusque meis erit gradiendum. *Quare sine claudum me fieri* cett.

Epigr. 52.

Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν· ὅρκος ὁ πιστὴν
Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ Φιλίην.
Ἀλλ' ἡ μὲν ψευδὴς κενά θ' ὅρκια, τῷ δ' ἐφυλάχθη
ἵμερος· ἡ δὲ θεῶν οὐ φανερὴ δύναμις κτἑ.

Iota Dativi elisum in hoc poeseos genere non sollicitaverim, sed prorsus obscurum quid sibi velit *iuramentum Amori dedicare.* Aut igitur nihil horum intellego, aut una litera leniter immutata (M pro N) corrigendum:

Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτα μεθήκαμεν κτἑ.

i. e. *commune iuramentum, Amorem, missum fecimus* docti exemplo Sosipatri, qui ab amica sua Arsinoe quamvis iurata, desertus est. Praeterea in mentem venit ὅρκον κενόν, i. e. *vanum*, qua tamen mutatione opus non esse iudico.

Digitized by Google

Epigr. 60, 3.

πυγαὶ δ' ἀλλήλαις περιηγέες εἰλίσσοντο.

Cum Duebnero non expedio ἀλλήλαις. An forte:

πυγαὶ δ' ἀρπαλέαι κτέ. ?

Epigr. 61.

Τῇ κυανοβλεφάρῳ παίζων κόνδακα Φιλίππῃ
ἐξ αὐτῆς κραδίης ἡδὺ γελᾶν ἐπόουν.

Sine exemplo dictum παίζειν τινί pro συμπαίζειν τινι rive παίζειν σύν τινι. Quare aut deleto articulo non prorsus necessario (vide v. c. infra 158, 1) substituam σύν, aut corrigam:

τὴν κυανοβλέφαρον παίζων κόνδακα Φιλίππην

ut Accusativi suspensi sint e verbis γελᾶν ἐπόουν.

Epigr. 63. Verborum lusum in Αἰτωλή MARCUS ARGENTARIUS debet Aristophani Equit. 79, quae res fugisse videtur interpretes. Σικελή, quasi σϊϊκέλη, i. e. θεοείκελος, quin bene explicatum sit a Bothio non fuerat dubitandum.

Epigr. 75.

Γείτονα παρθένον εἶχον Ἀμυμώνην, Ἀφροδίτη,
ἥ μου τὴν ψυχὴν ἔφλεγεν οὐκ ὀλίγον.
Αὕτη μοι προσέπαιξε, καί, εἴ ποτε καιρός, ἐτόλμων·
ἠρυθρία. Τί πλέον; τὸν πόνον ᾐσθάνετο·
ἤνυσα πολλὰ καμών. κτέ.

Annotat Duebnerus „τὸν πόνον Grotius et Jacobsius de amore accipiunt, quem puella sentiebat. Equidem intellegam, quod statim sequitur, πολλὰ καμών."

Non intellexisset vir optimus, si satis attendisset ad vim formulae τί πλέον; quae non significat quod scripsit aut certe scriptum reliquit in interpretatione Latina, *quid multa?* sed *quid proderat?* i. e. *frustra fuit.* Vide v. c. supra 10, 3, ubi male iterum interpres Latinus *quid porro?* infra 85, 1; 176, 1; VII, 155, 3 et ita constanter apud omnes. Unde apparet verum vidisse Grotium et Jacobsium. Simili sententia sed elegantius scriptum est infra ep. 111, 4:

ἐγὼ δὲ πάλαι τραύματος ᾐσθανόμην.

Utroque vocabulo ASCLEPIADES utitur ep. 162, 1 sq.

ἡ λαμυρή μ' ἔτρωσε Φιλαίνιον· εἰ δὲ τὸ τραῦμα
μὴ σαφές, ἀλλ' ὁ πόνος δύεται εἰς ὄνυχα.
Οἴχομ' Ἔρωτες, ὄλωλα, διοίχομαι· κτέ.

Digitized by Google

ubi elegantius scripsisset:

Οἴμοι, Ἔρωτες, ὄλωλα, διοίχομαι.

Nam οἴχομ' ob interpositum ὄλωλα suspectum est.

Epigr. 86.

Ἴλαθί μοι, Φίλε Φοῖβε· σὺ γὰρ θοὰ τόξα τιταίνων
ἐβλήθης ὑπ' Ἔρωτος ὑπ' ὠκυπόροισιν ὀϊστοῖς.

Conieci: ἐβλήθης ποτ' Ἔρωτος κτἑ.

Epigr. 94, 4.

ἀθάνατος δ' ὁ γαμῶν.

Interpres Latinus: *immortalis, qui te ducit uxorem.* Quanto melius Grotius: (semideum faciunt oscula) *noxque deum!* Verbum γαμεῖν hic, ut saepe, verecunde usurpatur pro βινεῖν.

Epigr. 112, 5 sq.

καὶ παίζειν ὅτε καιρός, ἐπαίξαμεν· ἡνίκα καὶ νῦν
οὐκέτι, λωιτέρης Φροντίδος ἀψόμεθα.

Praeëunte Jacobsio viri docti interpretantur quasi legatur: καὶ νῦν ἡνίκα οὐκέτι (καιρός). At tam absurdum hyperbaton omnem fidem superat, neque igitur dubito quin in mendo cubent vocabula καὶ νῦν. An forte:

ἡνίκα καιρὸς
οὐκέτι, κτἑ.

Quae suspicio si vera est, ut veram esse arbitror, totum distichon in hunc modum constitutum iunxerim cum praegressis:

Οἵ, παίζειν ὅτε καιρός, ἐπαίξαμεν, ἡνίκα καιρὸς
οὐκέτι, λωιτέρης Φροντίδος ἀψόμεθα.

Nos, qui ludendi ubi tempus erat lusimus, nunc quum non amplius sit opportunum, meliorem curam amplectemur. Comparetur Horatianum illud:

Non lusisse pudet, sed non incidere ludum.

Epigr. 120.

Καὶ νυκτὸς μεσάτης τὸν ἐμὸν κλέψασα σύνευνον
ἦλθον, καὶ πυκινῇ τεγγομένη ψακάδι.
τοὕνεκ' ἐν (l. ἐπ' cum Heckero) ἀπρήκτοισι καθήμεθα, κοὐχὶ [λαλεῦντες
εὕδομεν, ὡς εὕδειν τοῖς Φιλέουσι θέμις;

Pro corrupto verbo λαλεῦντες viri docti alius aliud substituunt, nemo id quod mihi unice verum videtur:

Digitized by Google

κοὐχὶ φιλεῦντες
εὕδομεν, ὡς εὕδειν τοῖς φιλέουσι θέμις;

ut PHILODEMUS eleganter ludat in duplici potestate verbi φιλεῖν, *osculandi* et *amandi*, quo modo lusit et AMMIANUS XI, 219 et NICARCHUS XI, 252.

Epigr. 129, 1 sq.

Τὴν ἀπὸ τῆς Ἀσίης ὀρχηςρίδα, τὴν κακοτέχνοις
σχήμασιν ἐξ ἀπαλῶν κινυμένην ὀνύχων.

Cf. Horat. Carm. III, 6, 21 sqq. *Motus doceri gaudet Ionicos matura virgo et fingitur artibus iam nunc et furtivos amores de tenero meditatur ungui.*

Epigr. 148, 2.

Pro νικάσειν rescribendum accentu Dorico νικασεῖν.

Epigr. 152, 8.

καὶ δώσω χειρὶ φέρειν ῥόπαλον.

Imo φορεῖν.

Epigr. 155.

ἐντὸς ἐμῆς κραδίης τὴν εὔλαλον Ἡλιοδώραν
ψυχὴν τῆς ψυχῆς αὐτὸς ἔπλασσεν Ἔρως.

Perperam nuper Dilthey in *Museo Rhenano* pro αὐτός requirebat ἐντός, *quod αὐτός omni vi careat* scilicet. Secus esse probabunt e pluribus locis epigrammata 194 et 278. Tum inani voculae ἐντός repetitione aliquanto pulchrius est ex mea quidem sententia illud ψυχὴν τὴς ψυχῆς, *animae meae animam*. In omnibus quae ibidem proposuit nihil est, quod vel levissimam umbram praebeat veritatis.

Epigr. 161.

Εὐφρὼ καὶ Θαῖς καὶ Βοίδιον, αἱ Δισμήδους
γραῖαι, ναυκληρῶν ὀλκάδες εἰκοσόροι,
Ἄγιν καὶ Κλεοφῶντα καὶ Ἀνταγόρην. ἓν ἑκάςῃ,
γυμνούς, ναυηγῶν ἥσσονας, ἐξέβαλεν.

„Lepide sane" ait Duebnerus „appellatio meretricum in emporio negotiantium ναυκληρῶν ὀλκάδες, ut poetae mentem pervertere videatur Heckerus qui scribit ναυκλήρους ὀλκάδος εἰκοσόρου." Merito impugnat Heckeri coniecturam vel eo nomine falsam, quod ita requireretur numerus pluralis ὀλκάδων εἰκοσόρων, sed tamen dubito num ipse iocosae appellationis rationem satis perspexerit. Apparet enim ex addito ναυκληρῶν poetam simul ludere in no-

Digitized by Google

mine ὁλκάς ducto a verbo ἕλκειν, ut lector cogitet de illecebris meretriciis, quibus istae mulierculae naucleros ad se traherent. Ad εἰκοσόροι cf. MELEAGER V, 204, 10:

Δύσανός γ' ὃς ζωὸς ἔτ' ὢν Ἀχερουσίδα λίμνην
πλεύσεθ' ἅνωθ' ἐπιβὰς γραὸς ἐπ' εἰκοσόρῳ.

Navibus suis, i. e. corporibus, vectores tollunt naucleros (cf. V, 44 et 159, IX, 415 et 416), sed mox eiciunt ipsis naufragis miseriores, ναυηγῶν ἥσσονας. Permire tamen ἥσσων, *inferior*, h. l. notionem induit eius quod est *miserior*, et parum eleganter poeta eos qui in hoc figurato sermone ipsi naufragi dicendi erant, naufragis vocat miseriores. Quibus de causis vehementer dubito de horum vocabulorum sanitate. Exspectabam:

γυμνοὺς ναυηγοὺς — ἐξέβαλεν.

Sed quid lateat in ἥσσονας, nondum reperio. Nam quod literis vicinum est ᾐόνας aut ᾐόναδ' ut sufficiat valde vereor. Interea conferas VII, 501.

Εὔρου χειμέριαί σε καταιγίδες ἐξεκύλισαν,
Φίλλι, πολυκλύστῳ γυμνὸν ἐπ' ἠιόνι.

Epigr. 171, 3 sq.

εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χείλεσι χείλεα θεῖσα
ἀπνευσὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

Imo ἐπ' — θεῖσα.

Epigr. 174.

Εὔδεις, Ζηνοφίλα, τρυφερὸν θάλος. Εἴθ' ἐπὶ σοὶ νῦν
ἄπτερος εἰσήειν Ὕπνος ἐπὶ βλεφάροις.
ὡς ἐπὶ σοὶ μηδ' οὗτος ὁ καὶ Διὸς ὄμματα θέλγων
φοιτήσαι, κατέχον δ' αὐτὸς ἐγώ σε μόνος.

Vs. quarto soloecus est optativus, neque ipsius poetae errorem esse apparet e sequenti Indicativo, qui certa lege sequitur post votum non expletum. Quantocius reponendum:

φοίτησεν, κατέχον δ' αὐτὸς ἐγώ σε μόνος.

Similiter supra ep. 84, 2 sermonis ratio postulat: εἴθε — γενόμην — ὄφρα — χαρίσω pro χαρίσῃ.

Epigr. 180, 6.

Codex: γενέτας δ' οὔτε τις οὔτε τινός.

Non recipienda fuerat Jacobsii correctio οὔτε τίς οὔτε τίνος, nam inaudita est ellipsis τοῦ ἴσμεν. Nisi fallor, poetae mens

Digitized by Google

haec fuit: de patre Amoris aut prole non loquor; neutros enim habuit. Quae sententia si vera est, scripsit:

γενέτας δ' οὔτε τις οὔτε γένος.

Epigr. 184.

arcte cohaerere videtur cum epigrammate 182. Loquitur enim, nisi fallor, idem qui illic ad servam, hic ad eius dominam, infidam sibi puellam. Unde factum, ut hic non appareat puellae nomen.

Epigr. 193. 4.

σύμπλουν σύν με λαβὼν ἀγέτω.

Supra 53, 4 editur σύμ με λαβών. Loco VII, 89, 5 iterum σύν μοι βούλευσον, etsi codex habet σύμ μοι βούλευσον, contra VII, 172. 8 τοὐμ ποσίν. Utraque scribendi ratio proba est et antiqua, sed non laudanda est editoris inconstantia, qui modo codicis scripturam repraesentaverit, modo vulgatiorem scribendi morem secutus sit.

Epigr. 195, 4.

ἃ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος.

Eleganter Heckerus:

ἃ δ' ὁάροις τὸ γλυκύθυμον ἔπος.

At verbo γλυκυμυθεῖν usus est idem Meleager XII, 122, et fortasse de industria in synonymis lusisse putandus est, quod non abhorrere videtur a grammatico istius aevi poetarum ingenio. Quorum carmina corrigentibus diligenter cavendum ne invitis istis obtrudamus nostrum pulchri sensum atque decori. Quid, ut hoc utar, ad nostrum sensum minus elegans, quam quod idem poeta scribit in

Epigr. 197, 5 sq.

βαιὸν ἔχω τό γε λειφθέν, Ἔρως, ἐπὶ χείλεσι πνεῦμα
εἰ δ' ἐθέλεις καὶ τοῦτ', εἰπέ, καὶ ἐκπτύσομαι.

pro ἐκπνεύσομαι, quod metro excludebatur?

Depravata autem procul dubio quae ibidem sic scripta praecedunt:

ναὶ πάλιν Ἰλιάδος φίλα παίγνια, ναὶ φιλάγρυπνον
λύχνον, ἐμῶν κώμων πολλὰ πιόντα μέλη.

Fac enim πίνειν recte dici pro ἀκούειν, quod tamen (non addito τοῖς ὠσίν) valde dubium est, sed fac recte dici, permire tamen lucernae tribuitur audiendi facultas, cui visum tribui a poetis

Digitized by Google

nil sane est quod miremur. Sed, quod rem conficit, manifesto hic agitur non de poti adulescentis cantilenis sed *de ipsis amoris mysteriis, quorum est lucerna testis*, quae cogitatio quam frequenter in eroticis Graecorum carminibus occurrat, norunt omnes qui hanc literarum partem attigerunt. Hinc Meleagro reddiderim:

καὶ Φιλάγρυπνον
λύχνον ἐμῶν κώμων πόλλ' ἐπιδόντα τέλη.

Cf. 191, ubi lucerna vocatur ab eodem poeta ὁ μύστης τῶν (Veneris) κώμων, VI. 162, ubi eandem vocat μύστην τῶν παννυχίδων, VII. 219. 6 μύστην λύχνον. Vide infra quoque 200, 4.

Epigr. 198, 5 sq. Suppleverim:

οὐκέτι σοί (γ' ἑτέρους) Φαρέτρη πτερόεντας ὀϊστοὺς
κρύπτει, Ἔρως· ἐν ἐμοὶ πάντα γάρ ἐστι βέλη.

Causa cur ἑτέρους tachygraphice scriptum elapsum sit fuisse videtur ductuum similitudo, qui apparent in sequentis vocabuli syllabis posterioribus. Ad sententiam cf. V, 58.

Epigr. 200, 1.

ὁ κρόκος οἵ τε μύροισιν ἔτι πνείοντες Ἀλεξοῦς.

Heckerus scribit μύροιο, *hiatum ab aliis commoda emendatione sublatum iri sperans*. Hoc vero est quod Graeci dicunt κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι! Ipse hiatus demonstrat sanum esse μύροισιν. Itaque, nisi putamus poetam contra constantem omnium usum Dativo coniunxisse verbum πνεῖν, necessario depravatum est πνείοντες. Quod participium aut est glossatoris interpretamentum verbi minus vulgaris quale est μυδῶντες, ut canit Hedylus ep. 199, 3:

μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα.

aut describentis errore confusum est ΕΤΙΡΕΙΟΝΤΕϹ (ἔτι ῥείοντες) cum eo quod hodie legimus ΕΤΙΠΕΙΟΝΤΕϹ (ἔτι πνείοντες).

Epigr. 225, 5.

Τήλεφός εἰμι, κόρη, σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς.

Quid sibi velit in hac sententia πιστός frustra quaesivi, nec reperio quid certa coniectura substituatur. Aptum foret σὺ δὲ γίνεο, λίσσομ', Ἀχιλλεύς.

Epigr. 231. 3.

Συλεύεις βλεφάρων Φάος ὀμμάτων, οὗας ἀοιδῇ.

Imo σκυλεύεις, ut rectissime habet Planudes. Συλεύειν pro συλᾶν

Digitized by Google

non magis Graecum videtur quam σκυλᾶν pro σκυλεύειν, de quo supra vidimus ad III, 6.

Epigr. 252.

Ῥίψωμεν, χαρίεσσα, τὰ Φάρεα, γυμνὰ δὲ γυμνοῖς
ἐμπελάσει γυίοις γυῖα περιπλοπάδην·
μηδὲν ἔοι τὸ μεταξύ.

Requiro Optativum ἐμπελάσαι.

Epigr. 282.

Ἡ ῥαδινὴ Μελίτη ταναοῦ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
τὴν ἀπὸ τῆς ἥβης οὐκ ἀπέθηκε χάριν,
ἀλλ' ἔτι μαρμαίρουσι παρηῖδες, ὄμμα δὲ θέλγειν
οὐ λάθε· τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη.

Prorsus inauditum est λανθάνειν pro λανθάνεσθαι. Potius crediderim AGATHIAM non optime quidem, ita tamen ut facile istius aevi poetae condonemus, dixisse ὧν δ' ἐτέων i. e. *suorum annorum* pro *eius annorum*, et genuinam scripturam esse hanc:

ὄμμα δὲ θέλγειν
οὐ λάθετ' *(non oblita est)* ὧν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη.

Epigr. 286, 1 sq.

ὁππότε δοιοὺς
λαβρὸν ἐπαιγίζων ἶσος ἔρως κλονέει.

Usus Homericus, quem PAULUS SILENTARIUS imitatur, postulat λαβρὸς ἐπαιγίζων. Cf. Il. B. 148. Fieri quidem potest, ut ipsum poetam in errorem induxerit locus Odysseae ο, 293:

οὖρον
λαβρὸν ἐπαιγίζοντα δι' αἰθέρος

ibique λαβρόν adverbialiter esse positum male crediderit, sed fortasse probabilius error tribuetur librariis compendiosam scripturam λαβ̄ male interpretantibus. Videatur Bastii comm. Pal. pag. 770.

Epigr. 287.

Σπεύδων εἰ Φιλέει με μαθεῖν εὐῶπις Ἐρευθώ,
πείραζον κραδίην πλάσματι κερδαλέῳ·
„βήσομαι ἐς ξείνην τινά που (l. ποι) χθόνα· μίμνε δὲ κούρη,
ἀρτίπος, ἡμετέρου μνῆσιν ἔχουσα πόθου."
Ἡ δὲ μέγα σονάχησε καὶ ἤλατο, καὶ τὸ πρόσωπον
πλῆξε, καὶ εὐπλέκτου βότρυν ἔρηξε κόμης,
καί με μένειν ἱκέτευεν· ἐγὼ δέ τις ὡς βραδυπειθής

Digitized by Google

ὄμματι θρυπτομένῳ συγκατένευσα μόνον.
Ὄλβιος ἐς πόθον εἰμί· τὸ γὰρ μενέαινον ἀνύσσαι,
πάντως εἰς μεγάλην τοῦτο δέδωκα χάριν.

Nemo monitus non sentiet in paenultimo disticho corrigendum esse μόλις pro μόνον, et versu ultimo ὡς μεγάλην — χάριν, UT *magnam gratiam*. Tandem vs. 5to absurdum est ἤλατο. Vide an scribendum sit:

Ἡ δὲ μέγα σπαράχησε καὶ ἤλυε κτέ.

Epigr. 289, 3 sq.

ἄγριον ἦτορ ἔχει, καὶ θέλγεται οὔτ' ἐπὶ χρυσῷ
οὔτε ζωροτέρῳ μείζονι κοσσυβίῳ.

Imo vero: οὔτε τι χρυσῷ.

Ibidem 9:

εἰ δ' ἑτεὸν τὸν Ἄδωνιν ἐφίλαο, Περσεφόνεια,

Haec fabula nata videtur cum e duorum similium nominum (Ἀϊδωνεύς et Ἄδωνις) confusione, tum inde quod progrediente tempore Venus et Persephone habere coeperunt quaedam communia. Cf. PRELLER *Myth. Graec.* I. pag. 662.

Epigr. 297, 5 sq.

καὶ κατ' ἀγυιὰς
πλάζονται γραφίδων χρώμασι ῥεμβόμενοι.

Absurde sic coeunt verba ἰσοδυναμοῦντα. Nihil novi melius quam:

πλάζονται γραφίδων χρώμασι τερπόμενοι.

Epigr. 299, 3 sq.

καὶ ψυχὴν δοκέεσκον ὅλην ἐπὶ χερσὶν ἐμεῖο
κεῖσθαι τῆς κούρης τῆς τάχα κερδαλέης·

Absurde interpres Latinus: FORSITAN *callide simulatam*. Non enim potuit Agathias puellam, cuius calliditatem, ut apparet e sequentibus, probe cognoverat, hic vocare *fortasse simulatam*. Cave tamen corrigas τῆς μάλα κερδαλέης. Nam vocula τάχα apud hosce versificatores subinde valet *utique*. Cf. IX. 665; XVI. 337. 2; 357. 3, alibi.

Epigr. 302.

ποίην τις πρὸς ἔρωτας ἔοι τρίβον;

Imo: ἴῃ.

Finem hisce in caput quintum Anthologiae annotationibus imponam corrigendo obscurissimo carmine, quod legitur supra 46:

Digitized by Google

A. χαῖρε σύ. B. καὶ σύγε χαῖρε. A. τί δεῖ σε καλεῖν; B. σὲ δέ; A. μήπω τοῦτο Φιλόσπουδος. B. μή γε σύ. A. μή τιν' ἔχεις; B. ἀεὶ τὸν Φιλέοντα, κτέ.

Colloquium est inter virum nescio quem et meretriculam, in quo non apparet, quid sibi velint illius verba *μήπω τοῦτο*, si quidem nulla est causa, cur mulierculam is vetet suum se rogare nomen. — Perperam me iudice Heckerus vitii sedem quaesivit in *Φιλόσπουδος*, quod est sanissimum, modo intellegamus *seriorum amans*, ut mox videbimus. Dederat enim, si quid video, non illepidus poeta PHILODEMUS:

A. χαῖρε σύ. B. καὶ σύ γε χαῖρε. A. τί δεῖ σε καλεῖν; B. σὲ δ' ἔμ'; A. εἶπω τοῦτο; Φιλόσπουδος. B. μή γε σύ. κτέ.

Quae verba sic interpretor: Rogat homo meretricis nomen, quae, ut est istarum mos, *ἀκκιζομένη* non respondet, sed vicissim illum interrogat, quo nomine ipsa illum debeat appellare. Lepide iocans huius deliciis ille respondet: *Dicamne hoc? Seriorum amantem.* Quo audito scortillum, quae *Φιλογέλωτα* mavult et *Φιλοπαίσμονα*, unde lucrum facere possit, exterrita clamat: Μή γε σύ (sc. εἴπῃς). Ita omnia optime, credo, procedunt. Vides librarios ex antiqua lectione ϹϵΔϵΜϵΙΠΩ fecisse ϹϵΔϵ-ΜΗΠΩ et literas male dirempsisse.

Caput VI.

Epigr. 17.

Αἱ τρισσαί τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης·
ὧν ἀπὸ μὲν πυγῆς Εὐφρὼ τάδε, ταῦτα δὲ Κλειὼ
ὡς θέμις, ἡ τριτάτη δ' Ἀτθὶς ἀπ' οὐρανίων.

Sententiae ratio postulare videtur *ὧν θέμις*, i. e. *ἀπὸ τῶν ἃ θέμις ἐστίν*.

Epigr. 42.

Ἀλκιμένης ὁ πενιχρὸς ἐπὶ σμικρῷ τινι κήπῳ
τοῦ Φιλοκαρποφόρου γευσάμενος θέρεος
ἰσχάδα καὶ μῆλον καὶ ὕδωρ γέρα Πανὶ κομίζων,
εἶπε· „Σύ μοι βιότου τῶν ἀγαθῶν ταμίας·

Digitized by Google

„ὧν τὰ μὲν ἐκ κήποιο, τὰ δ' ὑμετέρης ἀπὸ πέτρης
δέξο, καὶ ἀντιδιδοὺς δὸς πλέον ὧν ἔλαβες.

Putido errore libera vs. quintum corrigendo τὸ pro altero τά.

Epigr. 43. 2 sq.

βάτραχον
χαλκῷ μορφώσας τις ὁδοιπόρος εὐχος ἔθηκε

Quia sermo est de rana *ex aere facta* (lemma habet εἰς βάτραχον χαλκοῦν κτέ), sermonis ratio postulat Genetivum materiei, χαλκοῦ. Recepta est superscripta lectio μορφώσας pro eo quod codex habet in textu τυπώσας metro inimicum. Quod opposuit Heckerus μορφώσας esse novitium, idem dici potest de ipsius coniectura χαλκοτυπησάμενος, cuius verbi forma Activa reperitur apud neminem Plutarcho antiquiorem, dum mediae exemplum, quod sciam, nullum exstat. Sed nescio an epigramma, quod in Planudea est ἀδέσποτον, a Platone (philosopho certe), a cuius aevo huiuscemodi lusus alienissimi, sit abiudicandum. Quanta autem levitate veteribus epigrammata tribuerint seri Graecorum nepotes, luculentum exemplum praebet epigr. 145, quo Anacreon scilicet celebrat aram exstructam a Sophocle tragico.

Epigr. 95. 3 sq.

γαμψόν τε δρέπανον ϛαχυητόμον, ὅπλον ἀρούρης,
καὶ παλιουρόφορον, χεῖρα θέρευς, τρίνακα
καὶ τρητοὺς ποδεῶνας ὁ γατόμος ἄνθετο Δηοῖ
Πάρμις κτέ.

Agricolae in Anthologia audiunt ἀρουροπόνοι, γεωπόνοι, γειοπόνοι, γαπόνοι, γειομόροι, γειαρόται, ἀγρονόμοι, sed sine exemplo Parmis h. l. vocatur γατόμος. quemadmodum Aeschylus rectissime, sed solus, quod sciam, dixit ligonem in *Prometheo soluto* ap. Steph. Byz. i. v. Ἄβιοι

ἵν' οὔτ' ἄροτρον οὔτε γατόμος
τέμνει δίκελλ' ἄρουραν.

Lectio hic eo suspectior, quod paenultimo versu praegreditur ϛαχυητόμον. Quare non fere dubito quin reponendum sit quod auribus quoque gratius:

καὶ τρητοὺς ποδεῶνας ὁ γαπόνος ἄνθετο Δηοῖ.

Vs. praegresso pro παλιουρόφορον, de cuius vocabuli corruptela nemo dubitat, fortasse substituendum ποτιουροφόρον, i. e. φέρον πρὸς τὸν ἄνεμον τὰ ἄχυρα, aptum sane *ventilabri* epitheton.

Digitized by Google

Epigr. 101. 7 sq.

βραδυσκελὴς Ἥφαιστε, σοὶ Τιμασίων
ἔθηκεν, ἀκμῆς γυῖον ὠρφανωμένος.

An γυῖ' ἀπωρφανωμένος? Cf. 102. 8; 103. 8; 104. 8; 107. 7.

Epigr. 124, 1.

Ἀσπὶς ἀπὸ βροτέων (βριαρῶν Iacobs.) ὤμων Τιμάνορος ἄμμι ναῷ ὑπωροφία Παλλάδος ἀλκιμάχας.

Recepit editor tamquam certissimam hanc Heckeri emendationem pro codicis scriptura ἄημαι. Habet tamen ea correctio hoc incommodi, quod periculum est ne lector iungat ἀπὸ — ὤμων — ἄμμαι contra mentem poetae. Deinde iniuria negatum est, ἧσθαι de clipeo recte dici. Contrarium enim apparet e MNASALCAE epigrammate 128: ἧσο κατ' ἠγαθέον τόδ' ἀσπὶ Φαεινά, ubi bene (cf. ep. 52, 2) interpretantur *de quiete a belli laboribus*. Similiter hic reposuerim ἧμαι. Codicis lectio nata videtur ex hac: ἥμαι. Nimirum vocalem α superscripsit is qui Doriensium dialectum non satis callens pro omni ἧτα literam ἄλφα requiri putabat.

Epigr. 166. 4.

Ἕσω καὶ κήλης ἔν τισιν εὐτυχίη.

Minus recte Iacobsius ἔς' οὖν. Nam particulae οὖν non est huius loci. Melius conicias: ἔς' ἄρα. In versu praecedenti

τοῖς μηροῖς αὐτὴν γὰρ ὑπερδήσας ἐκολύμβα

cum Heckero requiro τοῖν μηροῖν.

Epigr. 200. 3.

ἐν ᾧ, quod habet codex, recte iam explicuit Iacobsius. Pessime de coniectura receptum est ἐΦ' ᾧ, i. e. *ea conditione ut*, quod hic absurdum.

Epigr. 206. 6.

ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον.

Ἰσόμορος dici potuisse pro ἶσος, *par*, non facile adducar ut credam. Aptum foret ἰσόμιτον vel ἰσόπονον. Vs. 10 pro αἱ γυάλων ex apographis recipiendum fuerat, quod coniectura assecutus sum, αἰγιαλῶν. Quae enim sint Naucratidis *valles* prorsus obscurum.

Epigr. 209.

Βιθυνὶς Κυθέρη με τεῆς ἀνεθήκατο, Κύπρι,

Digitized by Google

μορφῆς εἴδωλον λύγδινον, εὐξαμένη.
Ἀλλὰ σὺ τῇ μικκῇ μεγάλην χάριν ἀντιμερίζου
ὡς ἔθος· ἀρκεῖται δ' ἀνδρὸς ὁμοφροσύνῃ.

Duabus literulis transpositis corrigam ὡς θεός pro codicum lectione, quae vel si supplere liceat ὡς ἔθος (σοί ἐστιν) me iudice misere languet. Insuper pro absurdo ἀντιμερίζου requiro ἀντιμέριζε. Nam μερίζεσθαι est *partiri* vel *partem sibi sumere*, μερίζειν *tribuere*.

Epigr. 247, 3.

δακτυλότριπτον ἄτρακτον
σφονδυλοδινήτῳ νήματι νηχόμενον.

Nihili est *fusus stamine natans*. Corrigo πληθόμενον. Prima syllaba praecedentis vocabuli causa fuit, cur primum scriberetur νηθόμενον, deinde corrigeretur scilicet νηχόμενον.

Epigr. 264.

Ἀσπὶς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φυλλέος ἱερὸν ἄδε
δῶρον Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῳ δέδομαι,
γηραλέα μὲν ἴτυν πολέμων ὕπο, γηραλέα δὲ
ὀμφαλόν· ἀλλ' ἀρετᾷ λάμπομαι, ἂν ἔκιχον.

Per se quidem γηραλέα ἀσπίς nihil habet quod offendat (cf. 178. 3), sed ut taceam mire dici *senex per bella clipeus* prorsus ridiculum est clipeus *tam ambitu quam umbone vetustus*, quia res non magis quam homo *partim* senescit. Hinc verum esse suspicor:

ῥωγαλέα μὲν — ῥωγαλέα δὲ κτέ.

Sermo est de clipeo, qualis describitur supra VI, 84.

Epigr. 299, 3.

Inter bellaria Mercurio apposita memoratur:

σῦκόν τε μελαντραγές κτέ.

Permirum hercle, imo absurdum, epitheton *esu nigrum*. Latere puto μελαμφαές, unde primum crebra confusione literarum φ et τρ factum esse μελαντραές, deinde stolide correctum, ut vides. Ibidem vs. 7. notetur absurda constructio τοῖσιν ἄδοι καὶ Κύπρις ἐμὰ θεός pro τὰ ἄδοι καὶ Κύπριδι. Verba vix sana; sed quid lateat non reperio.

Epigr. 306. 8.

καὶ τοῦτον δικάρανον ἀλοτρίβα, σὺν δὲ θυείαν.

Vocabulum ἀλοτρίψ natum suspicor e librarii errore a substan-

Digitized by Google

tivo quod est ἄλς perperam derivantis id quod ARISTO scripserat ἀλετρίβα, usus forma breviore pro vulgari ἀλετρίβανον, i. e. *pistillum*.

Epigr. 322.

τήνδε Λεωνίδεω θαλερὴν πάλι δέρκεο Μοῦσαν,
δίσιχον εὐθίκτου παίγνιον εὐεπίης.

Quamvis hi versus debeant esse ἰσόψηφοι, tamen posterioris summa priore maior est octoginta monadibus, ut vidit Boissonade. Nec tamen ulla subesse videtur corruptela, nam sine ulla veri specie de εὐθίκτου, vocabuli aptissimi, sanitate dubitavit. Est igitur ipsius LEONIDAE in computando error, qui fortasse literam P in verbo δέρκεο bis posuerat, neglecta sequenti litera K.

Epigr. 333.

Ἤδη φίλτατε λύχνε, τρὶς ἕπταρες· ἦ τάχα τερπνὴν
εἰς θαλάμους ἥξειν Ἀντιγόνην προλέγεις;
εἰ γάρ, ἄναξ, εἴη τόδ' ἐτήτυμον, οἷος Ἀπόλλων
θνητοῖς μάντις ἔσῃ καὶ σὺ παρὰ τρίποδι.

Non potest lucerna esse *vates apud cortinam*, ut erat Apollo, itaque procul dubio monstrum hic alitur. Procul dubio sententia postulat *sine cortina*. Ipsa verba restituere difficilius. Nec tamen male conicias:

θνητοῖς μάντις ἔσῃ, κεἰ σύ περ ἄτριπος εἶ.

i. e. *qualis Apollo mortalibus vates eris, eliamsi tripode careas!*

Caput VII.

Epigr. 31, 5 sq.

αὐτόματαί τοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἀκρήτου
κἠκ μακάρων προχοαὶ νέκταρος ἀμβροσίου.

Imo κὴν μακάρων. Cf. infra 520, 4 ἐν εὐσεβέων.

Epigr. 49, 3.

Τρὶς γὰρ ἐπασράψας, Εὐριπίδη, ἐκ Διὸς αἰθὴρ
ἤγνισε τὰν θνατὰν σήματος ἱστορίαν.

Ultimum vocabulum sanam interpretationem non admittit. Hoc videre mihi videor tres ultimas syllabas continere σποδιάν, *cinerem*. Reliquam emendationem aliis committere malo, si quidem neque σήματος ἐκ σποδιάν, neque σήματος εὖ σποδιάν mihi quidem prorsus satisfacit.

Digitized by Google

Epigr. 58.

Εἰ καὶ ἀμειδήτων νεκύων ὑπὸ γαῖαν ἀνάσσεις,
Βερσεφόνη, ψυχὴν δέχνυσο Δημοκρίτου
εὐμενέως γελόωσαν, ἐπεὶ καὶ σεῖο τεκοῦσαν
ἀχνυμένην ἐπὶ σοὶ μοῦνος ἔκαμψε γέλως.

Dolor et *mala* mortales κάμπτουσι, non *risus*, ut opinor. Possis:

ἀχνυμένην ἐπὶ σοὶ μοῦνος ἔθαλψε γέλως

sed fortasse praestat:

ἀχνυμένην ἐπὶ σοὶ μοῦνος ἔλαμψε γέλως.

eleganti metaphora, qua intransitive quoque λάμπειν dicitur gaudentium vultus. Cf. Arist. Eq. 550. Λάμπειν et κάμπτειν alibi confusa esse constat, velut ap. EURIPIDEM in *Ione* 83, ubi pro λάμπει rectissime emendatum est κάμπτει.

Epigr. 79, 5 sqq.

A. σὺκ ἀπ' ἐμεῦ; B. μὴ τρηχύς. A. ἐπεὶ τάχα καὶ σύ τι πεύσῃ
τρηχύτερον πάτρας. B. χαῖρε σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

Pars est colloquii, quod a nescio quo cum Heraclito Ephesio habitum esse fingitur, cuius interpretationem vide apud Dübnerum. Ultima verba sensu cassa sunt: nam quod vertunt: *vale vero tu oriunde Ephese* nec sic Graece dici potest nec, si posset, non foret ineptissime dictum. Si uni haec verba tribuenda, coniecerim:

χαῖρε σὺ δηξέφεσε.

i. e. *vale tu Ephesi morsor*, i. e. qui mordicitus tuos cives soles corripere. Vocabulum formatum ad analogiam vocabuli δηξίθυμος. Ita Solon Athenienses vocavit σαλαμιναφέτας. Sed fieri potest, ut haec verba interlocutoribus ita distribuenda sint, ut scribatur:

B. χαῖρε. A. σὺ δ' ἐξ Ἐφέσου.

scil. ἄπερρε, ἀποφθείρου, omisso verbo ut versu praegresso οὐκ ἀπ' ἐμεῦ; dixit. Illam tamen rationem ut lepidiorem praetulerim.

Epigr. 99. Hoc quoque carmen mentitur Platonis philosophi nomen. Quisquis panxit, non scripsit:

σοὶ δέ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων
δαίμονες ΕΤΡΕΙΑC ἐλπίδας ἐξέχεαν.

Nam εὐρεῖα ἐλπίς pro μεγάλη ἐλπίς Graecum non est. Sed procul dubio verum est:

Digitized by Google

δαίμονες ЄΤΡΟΙΑϹ ἐλπίδας ἐξέχεαν.

i. e. *secundae fortunae spem.*

Epigr. 144, 2. τριγέρων nimium erudite, sed prorsus inepte interpres Latinus vertit *trisaeclisenex*, ut Ennius propter notissimum Homeri locum appellavit Nestorem. Verte *oppido senex*, ut infra 295, et compara τρίδουλος, τριπάλαι, τριπόθητος, similia.

Epigr. 164. 9.

ἔλθοι ἐς ὀλβιϛὴν ἱερὴν τρίχα

Verum esse suspicor γεραρήν. Nam φιερήν, quod coniecit Heckerus, de *canis* dici posse non crediderim.

Epigr. 201, 3 sq.

ἀλλά σε γηρύοντα κατήναρεν, ἠχέτα τέττιξ,
παιδὸϛ ΑΠΗΙΘЄΟΤ (ἀπ' ἠιθέου) χεὶρ ἀναπεπταμένα.

Conieci: παιδὸϛ ΑΠΗΝΟΝΟΟΤ, i. e. ἀπηνονόου, *saevi pueri.*

Epigr. 205, 3 sq.

Οὔ σε φίλη πέρδιξ, ΦΘιμένην ἀγέρασον ἐάσω
ἀλλ' ἐπὶ σοὶ κτείνω τὴν σέθεν ἀντιβίην.

Imo κτενέω. Simili vitio laborat epigr. 215, ubi aut vs. 2 ἀναρρίπτω pro ἀναρρίψω, aut, quod longe probabilius, ποιφύξω pro ποιφύσσω corrigendum est.

Epigr. 222.

Ἐνθάδε τῆϛ Τρυφέρηϛ μαλακὸν ῥέθοϛ, ἐνθάδε κεῖται
τρυγόνιον, σαβακῶν ἄνθεμα σαλμακίδων·
ἣ καλύβῃ καὶ δοῦπος ἐνέπρεπεν, ἣ φιλοπαίγμων
ϛωμυλίῃ, Μήτηρ ἣν ἐφίλησε θεῶν·
ἡ μούνη ϛέρξασα τὰ Κύπριδοϛ ἀμΦὶ γυναικῶν
ὄργια. κτέ.

Vs. 5 depravata esse verba ἀμΦὶ γυναικῶν bene animadvertit editor. Nisi forte latet notum Veneris epitheton ἀφρογενείηϛ, propter magnae matris et καλύβηϛ atque δούπου (δοῦπος enim pro δοῦμοϛ non improbabilis est Scaligeri correctio) mentionem haud absurde de Gallorum libidinibus sermonem esse conieceris, ut scribendum sit ἡμιγυναίκων. Videant alii!

Epigr. 238.

Ἡμαθίην ὃϛ πρῶτοϛ ἐϛ Ἄρεα βῆϛα Φίλιππος
Αἰγαίην κεῖμαι βῶλον ἐΦεσσάμενοϛ,
ῥέξαϛ οἷ' οὔπω βαϛιλεὺϛ τὸ πρίν· εἰ δέ τιϛ αὐχεῖ
μεῖζον ἐμεῦ, καὶ τοῦΘ' αἵματοϛ ἡμετέρου.

Digitized by Google

Bene de hoc epigrammate meruit nuper Bergkius, qui in Philologo a. 1873 pag. 681 pro ΑΔΔΑΙΟΥ, cui in codice tribuitur, substituens ΑΛΚΑΙΟΥ intellexit ultima verba spectare non Alexandrum magnum, ut hucusque putaverant eruditi, sed Philippum quintum. Ultimo versu suspecta mihi est lectio *καὶ τοῦϑ'*, sub qua vide an forte delitescat *κοινοῦϑ'*, i. e. *κοινοῦται, particeps est.*

Epigr. 261.

τί πλέον εἰς ὠδῖνα πονεῖν, τί δὲ τέκνα τεκέσθαι;

Suspicor: *ἐξ ὠδῖνα πονεῖν*, per tmesin pro *ἐκπονεῖν ὠδῖνα*, ut dicitur *ἄϑλους ἐκπονεῖν*, similia.

Epigr. 275.

Ἀ Πέλοπος νᾶσος καὶ δύσπλοος ὤλεσε Κρήτα
καὶ Μαλέου τυφλαὶ καμπτομένου σπιλάδες
Δάμιδος Ἀσυδάμαντα Κυδώνιον. κτἑ.

Neque insula recte *δύσπλοος* dicitur, neque Creta perniciosa esse potuit ei qui fecit naufragium in Maleae scopulis. Nisi egregrie fallor, hic novum habemus exemplum loci per glossema corrupti. Dederat poeta:

Ἀ Πέλοπος νᾶσος καὶ δύσπλοος ὤλεσε πόντος.

Magistellus nescio qui mare, de quo sermo est, Cretense dici memor supra *πόντος* scripsit *Κρηταῖος*, quod mox, ut fit, eius locum occupavit. Supervenit corrector metricus, qui de sententia securus tres ultimas literas abiecit.

Epigr. 289, 3.

μούνιος ἐκ ϑάμνοιο ϑορὼν λύκος ἄσκοπον ἄνδρα
ἔκτανεν.

Collato sequenti epigrammate, cuius simile est argumentum: *γυμνὸν — ἔκτανε λυγρὸς ἔχις*, intelleges poetam scripsisse:

μούνιος ἐκ ϑάμνοιο ϑορὼν λύκος ἄσκεπον ἄνδρα
ἔκτανεν κτἑ.

hominem nudum atque inermem.

Epigr. 337.

Μή με ϑοῶς, κύδισε, παρέρχεο τύμβον, ὁδῖτα,
σοῖσιν ἀκοιμήτοις ποσσὶ κελευϑοπορῶν.

Non diffiteor mihi probabilius videri:

σοῖσιν ἀκμήτοισιν ποσσί.

sed ut dem illo modo quamvis mirabili scribere fortasse pla-

Digitized by Google

cuisse incerto huius epigrammatis auctori, scribere certe non potuit, quale hodie editur, tertium distichon:

πάντα γάρ, ὅσσα βροτοῖσι φέρει κλέος, ἦεν ἰδέσθαι
εὐγενίην ἐρατήν, ἤθεα, σωφροσύνην.

qui Accusativi nullam admittunt interpretationem. Ac primum quidem haud dubie requiritur ἦν ἐνιδέσθαι, *erat videre in Harmonia*, in cuius honorem factum est epigramma, deinde scribendum suspicor:

εὐγενίη, ἐρατείν' ἤθεα, σωφροσύνη.

admisso hiatu, qualem seriores poetae interdum ad Homeri exemplum sibi permiserunt, quique ipse corruptelae ansam videtur dedisse.

Epigr. 351, 5 sqq.

Ἀλλὰ καθ' ἡμετέρης γενεῆς βιγηλὸν ὄνειδος
Φήμην τε συγερὴν ἔβλυσεν Ἀρχίλοχος.
Ἀρχίλοχον, μὰ θεοὺς καὶ δαίμονας, οὔτ' ἐν ἀγυιαῖς
εἴδομεν οὔθ' Ἥρης ἐν μεγάλῳ τεμένει.

„His igitur in locis" ait Jacobsius „turpia a puellis illis (Lycambi filiabus) admissa fuisse dixerat Archilochus." Facile credimus, sed permira tamen est puellārum defensio, quod ipsae Archilochum non viderint: sufficiebat enim, opinor, ut illas turpia patrantes Archilochus conspexerit non conspectus ab illis. Nihilominus fortasse salva res est, modo accipiamus verbum ὁρᾶν verecunde dictum de *concubitu*, qua potestate et alibi usurpatum reperitur. Cf. VI, 102 et 233 et vide quae attuli *Stud. Crit. in poet. Scen. Graec.* pag. 88. Quae si est hic quoque vocabuli vis, sequitur Archilochum ultum esse Lycambi iniuriam narrando in iambis suis, se ipsum rem habuisse cum eius filiabus tamquam cum scortis diabolariis, per tenebras puta, in viis publicis inque luco Iunonis. Tam atroces igitur calumnias puellae eiurant dicentes:

Ἀρχίλοχον μὰ θεοὺς κτέ.
Εἰ δ' ἦμεν μάχλοι καὶ ἀτάσθαλοι, οὐκ ἂν ἐκεῖνος
ἤθελεν ἐξ ἡμέων γνήσια τέκνα τεκεῖν.

Epigr. 370.

Βάκχῳ καὶ Μούσῃσι μεμηλότα, τὸν Διοπείθους,
Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοί, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω,
ἐν πυρὶ τὴν ὀλίγην ὃς ἔχει κόνιν· εἰ δὲ Μένανδρον
δίζηαι, δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων·

Digitized by Google

Clamat sententia verborum misere habitorum a librariis hanc fere fuisse pristinam conditionem:

εἴπερ τὴν ὀλίγην ζητεῖς κόνιν· εἰ δέ μιν αὐτόν
δίζηαι, δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων.

Haud me latet, si proponerem σὺ λέγεις pro ὃς ἔχει me pressius institurum fuisse librorum scripturae, sed ζητεῖς procul dubio est aptius. In μιν αὐτόν iam ante me incidisse video Jacobsium.

Epigr. 387.

Θειονόης ἔκλαιον ἐμῆς μόρον, ἀλλ' ἐπὶ παιδὸς
ἐλπίσι κουφοτέρας ἔσενον εἰς ὀδύνας.

Imo ἐξ ὀδύνας.

Epigr. 393, 5 sq.

Χέρσῳ ἐπεκβαίνειν εἰ ἐμεῦ χάριν ὕδατι θυμός,
παρκεῖμαι σαθερῇ μιμνέμεν ὡς ἄταφος.

Egregie Jacobsius correxit ἀρκεῦμαι, sed praeterea requiro: μιμνέμεν ὣς ἄταφος; i. e. *sic* (ut sum) *insepultus*.

Epigr. 411, 3 sq.

dicitur Aeschylus

ὁ μὴ σμιλευτὰ χαράξας
γράμματα, χειμάρρῳ δ' οἷα καταρδόμενα.

Verum esse suspicor:

χειμάρρῳ δ' ἴσα κατερχόμενα.

Ad σμιλευτά cf. Aristoph. Ran. 819.

Epigr. 412.

πᾶσά τοι οἰχομένῳ, Πυλάδη, κωκύεται Ἑλλάς,
ἄπλεκτον χαιτὰν ἐν χροῒ κειραμένα.

Sine ulla controversia ALCAEUS dederat εὔπλεκτον. Cf. V, 287, 6 εὐπλέκτου βότρυν ἔρηξε κόμης, VI, 61, ᾧ πλοκαμῖδας κειραμένη πλεκτὰς ἄνθετο Παμφίλιον et Nonnus Dionys. XIII, 200. Ad notam confusionem diphthongi ευ et vocalis α hic eo propensiores fuere librarii quod sequitur: αὐτὸς δ' ἀτμήτοισι κόμας ἀπεθήκατο δάφνας, rectissime de *intonso* Apolline.

Epigr. 419, 7 sq.

ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐσσι, σάλαμ· εἰ δ' οὖν σύγε Φοῖνιξ
ναίδιος· εἰ δ' Ἕλλην, χαῖρε· τὸ δ' αὐτὸ φράσον.

Manifesto corrigendum:

τὸ δ' αὐτὸ φράσεις.

Digitized by Google

i. e. tribus autem illis rationibus idem significabis. Pro *ναίδιος* Scaliger coniecit *αὐδονίς*. Lingua Phoenicum vel *αὐδονι* vel *αὐδονί* valet *salve domine!* Cf. SCHROEDERI opus *die Phoenicische Sprache*, Halle 1869, pag. 18 n. 5, quo consulentem me relegavit collega coniunctissimus P. DE JONG, literarum Orientalium apud Traiectinos professor. Formae aspiratae hic favere videtur codicum lectio ΝΑΤΔΙΟC in qua N ex H fieri potuit. Eadem exstat apud Plautum Poenul. V, 3, 22. Graecum hominem hiatus vitandi causa Σ addidisse nihil est quod miremur, quia quaedam vocabula Graeca habent Σ mobile.

Epigr. 431, 5.

ἄρσενι δ' Ὀθρυάδαο φόνῳ κεκαλυμμένον ὅπλον.

E multis coniecturis recipienda fuerat certissima Meinekii emendatio *πεπαλαγμένον*.

Epigr. 435, 3 sq.

ὁ δ' ἕβδομος ἄμμε Γύλιππος
ἐν πυρὶ θεὶς μεγάλαν ἦλθε φέρων σποδιάν.

Suspectum *μεγάλαν σποδιάν*, ubi ipsum contrarium *βαιάν*, ut in tali re poetae solent, aut aliquid eiusmodi exspectari poterat. Conieci:

ἐν πυρὶ θεὶς μεγάροις ἦλθε φέρων σποδιάν.

Epigr. 439, 3.

A Planude accipiendum *ἐπισσεύασα* pro codicis scriptura plane barbara *ἐπισσεύσασα*.

Epigr. 444.

Χείματος οἰνωθέντα τὸν Ἀνταγόρεω μέγαν οἶκον
ἐκ νυκτῶν ἔλαθεν πῦρ ὑπονειμάμενον.
ὀγδώκοντα δ' ἀριθμὸν ἐλεύθεροι ἄμμιγα δούλοις
τῆς ἐχθρῆς ταύτης πυρκαϊῆς ἔτυχον.

Iure Scaliger, licet dissentiat doctus editor, addubitavit codicis lectionem *οἰνωθέντα*, sed ferri nequit quod leniter sane substituebat *οἰωθέντα*, si quidem sic tantum recte dicerentur aedes ab habitantibus relictae. At *somno sepulta* iacebat, opinor, illa domus, quocirca reponam:

Χείματος εὐνηθέντα κτέ.

Appotos fuisse omnes illos *octoginta* tam liberos quam servos, tam infantes quam pueros et adultos, tam mulieres quam viros parum est me iudice veri simile. Et fac fuisse, quid quaeso

Digitized by Google

ad rem? Num poetam id putas memoraturum fuisse? *Noctu* ortum est incendium, *dormiebant* omnes; nemo effugit calamitatem!

Epigr. 479.

Πέτρος ἐγὼ τὸ πάλαι γυρὴ καὶ ἄτριπτος ἐπιβλὴς
τὴν Ἡρακλείτου ἔνδον ἔχω κεφαλήν.
αἰών μ' ἔτριψεν κροκάλαις ἴσον· ἐν γὰρ ἀμάξῃ
παμφόρῳ αἰζηῶν εἰνοδίη τέταμαι.

THEODORIDAM usurpare potuisse ἅμαξα pro ἀμαξιτός prorsus incredibile. Venit in mentem:

ἦ γὰρ ἀμάξαις
πάμφθορος αἰζηῶν εἰνοδίη τέταμαι.

i. e. *profecto enim hominum* (praetervehentium) *plostris plane obtritus iaceo in via.*

Epigr. 488.

Αἰαῖ Ἀριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν εἰς Ἀχέροντα
οἴχεαι ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου·
μητρὶ δὲ δάκρυα σᾷ καταλείπεται, ἅ σ' ἐπὶ τύμβῳ
πολλάκι κεκλιμένα κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

Hermanni coniectura κεκλομένα refellitur sequenti ἐκ κεφαλᾶς, unde manifesto apparet sermonem fuisse de *crinibus capiti evulsis*, quod in luctu fieri solitum esse nemo ignorat. Vide v. c. VII. 241 vs. 2 et 5. Hinc corrigo:

ἅ σ' ἐπὶ τύμβῳ
πολλὰ τρίχ' ἑλκομένα κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

Iunge: πολλὰ κωκύει τρ. ἑλ. ἐ. κεφ. Saepe autem collective usurpari singulari numero vocem θρίξ vix est quod moneam. In hisce carminibus vide v. c. VI, 156, 1. Errori ansam dedit κεκλιμένα in versu paenultimo et πολλά explicitum per πολλάκι.

Epigr. 506, 5.

αὐτὸς δὲ μετάτροπος ἐκ βυθοῦ ἔρρων.

Verbum ἔρρειν usurpatur de iis qui in suam perniciem aliquo abeunt. Sed qui hic fatum suum narrat Charmides, *ut salvus esset*, navem, quam ancorae expediendae causa reliquerat, iterum conscendere conatur tristine an fausto successu, nihil ad rem, ut opinor. Quare corrigendum ἔρπων. Ibidem vs. 1 lege κὴν γῇ κὴν (pro καὶ) πόντῳ et vs. 8 ἦλθε, κατέβροξεν pro ἦλθεν, ἀπέβροξεν, quod nauci est; nisi forte recipienda Planudea lectio:

Digitized by Google

ἦλθεν, ἀπέβυξεν δ' ἄχρις ἐπ' ὀμφαλίου. Infra 624, 6 utique admittenda fuerat Lobeckii emendatio βράξας pro βρύξας.

Epigr. 542, 7 sq.

μυρομένη δὲ τάλαινα „Τέκος, τέκος" εἶπε „τὸ μέν σευ
πυρκαϊή, τὸ δέ σευ πικρὸν ἔδαψεν ὕδωρ.

Si *unda* corporis partem sepelire dici potest, certe *rogus* non potest. Muta in verbo δάπτειν primam literam, et aptum utrique verbum emicabit. Dederat FLACCUS

τὸ μέν σευ
πυρκαϊή, τὸ δέ σευ πικρὸν ἔδαψεν ὕδωρ.

partem tui rogus, partem tristis unda voravit. Matris sunt querelae de puero, cui rupta in Hebro glacies cervices amputaverat, cuiusque reliquum corpus rogo imposuit. De δάπτω, quod proprie de feris dicitur, sic usurpato Cf. Il. XXIII, 183 et Anth. VIII, 213.

Epigr. 543.

πάντα τις ἀρήσαιτο φυγεῖν πλόον ὀππότε καὶ σύ,
Θεύγενες, ἐν Λιβυκῷ τύμβον ἔθευ πελάγει,
ἡνίκα σοι κεκμηὼς ἐπέπτατο φορτίδι νηῒ
σῦλον ἀνηρίθμων κεῖνο νέφος γεράνων.

In nota historia optime haberet κεῖνο. Nunc necessarium puto κεῖθι, referendum ad superiora ἐν Λιβυκῷ πελάγει.

Epigr. 564. 3 sq.

Σῆμα δ' ἀμαλδύνοντος ἀνωίστοιο χρόνοιο
Μάξιμος ἐκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος, κτέ.

Pro vocabulo merito suspecto reposuerim ἀνοικτοτάτοιο. Tempus enim ne sepulcris quidem parcens optime dicitur *ab omni misericordia alienum.* Ad superlativi usum cf. VI, 63, 3.

Epigr. 574. sq.

ἃ δὲ κόμην τίλλουσα γόῳ πληκτίζετο μήτηρ,
αἰαῖ, τὸν λαγόνων μόχθον ἐπισχαμένη.

Absurde interpretantur: *sui uteri laborem* SCIENS. Dubium non est quin AGATHIAS iunxerit πληκτίζετο τὸν λαγόνων μόχθον *plangebat uteri sui laborem*, ut κόπτεσθαι iungitur cum Accusativo eius quem plangimus. Iam quid sibi vult istud ἐπισχαμένη? Nihil aliud me iudice sententia admittit quam *adstans* (scil. sepulcro). Quod si ita est, alterutrum necessario statuimus, aut corrigendum esse ἐφισταμένη aut eam esse Byzantini poetae

Digitized by Google

barbariem, ut ἐπισταμένη dixerit pro ἐπιστᾶσα. Hanc autem opinionem ut prae illa amplectar facit aliud eiusdem carmen, epigr. 567, 3 sq. ubi haec habes de Candaulae uxore:

ἤθελε γὰρ δισσοῖσιν ὑπ' ἀνδράσι μηδὲ φανῆναι
ἀλλ' ἢ τὸν πρὶν ἔχειν ἢ τὸν ἐπιστάμενον.

ubi Grotius vertit: *sed vel habere suum vel cui visa fuit*, Duebnerus: *sed aut priorem habere eam aut praesentem*, ita ut de neutro satis appareat, quomodo intellexerint illud ἐπιστάμενον. Dubium tamen non est quid voluerit Agathias, qui sine controversia respexit Herodoti verba I, 9: ἐγώ σε ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης σήσω, itaque vertendum *aut eum qui adstitit* (exuenti sc. vestem). Hic tamen vix satis apte reponas participium Praesentis ἐφιστάμενον; quocirca satius erit utroque loco retinere traditam scripturam, adhibita tamen quam dixi interpretatione.

Epigr. 583. 7.

Alloquitur Agathias puerum exstinctum in utero matris:

κούφη σοι τελέθει γαστήρ, τέκος, ἀντὶ κονίης.

Imo vero τελέθοι, ut solebant defunctis apprecari: SIT *tibi terra levis!* Eurip. Alc. κούφα σοι χθὼν ἐπάνωθε πέσοι.

Epigr. 660. 3.

ἀντὶ δὲ πολλῆς
πατρίδος ὀθνείαν κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

Apta, sed incerta, coniectura possis βώλου, cl. 656, 1.

Epigr. 667. 3.

Λῆγε γόων καὶ παῦε, πόσις, καὶ παῖδες ἐμεῖο
χαίρετε, καὶ μνήμην σώζετ' Ἀμαζονίης.

Deleto glossemate παῦε, quod olim magistellus adscripsit ad λῆγε, restitue verbum *necessarium* legendo:

Λῆγε γόων καὶ χαῖρε, πόσις, κτέ.

Epigr. 678.

πληρώσας στρατιὴν Σωτήριχον ἐνθάδε κεῖμαι, κτέ.

Auctore Boissonadio vertunt: *functus munere conscribendi exercitus.* Nisi potius pessimus Graecitatis auctor (vide imprimis vs. 4) voluit, *perfunctus militia*, qualis interpretatio nescio an aptior sit propter sequentia. Quanta sit hominis ignorantia apparet e vs. 3tio:

ἦρξα δ' ἐν ἱππήεσσι, Γερήνιος οἷά τε Νέστωρ.

Digitized by Google

quasi vero ἱππῆες Homerici quicquam commune habeant cum *equitibus*.

Epigr. 683. 8.

Γέσσιος οὐδὲ χέσειν εὔτονον ἦπαρ ἔχων.

Pessime Bothius χέσαι γ', quod miror probari a Duebnero. Procul dubio reponendus Aoristus II χεσεῖν. Cf. Arist. Thesmoph. 570 ibique Fritschius.

Epigr. 686. 6.

τὸν δέ μέγ' ὀχθήσας προσέφη καὶ Γέσσιος εὐθύς.

Scribendum esse αὖθις, vel potius αὖτις, docet manifesta imitatio Homeri, qui ignorat adverbium εὐθύς.

Epigr. 700.

Ἴσω νυκτὸς ἐμῆς, ἥ μ' ἔκρυφεν, οἰκία ταῦτα
λάινα, Κωκυτοῦ τ' ἀμφιγόητον ὕδωρ κτέ.

Corrigo:

Ἴσω νυκτὸς ἐρέμν', ἥ μ' ἔκρυφεν, οἰκία τ' αὐτὰ
λάινα κτέ.

Testes mi noctis tenebraeque ipsumque sepulcrum. Νυκτὸς ἐρεμνά dixit, ut Euripides Phoen. 1500 ἀβρὰ παρηίδος et Sophocles Antig. 1209 ἄσημα βοῆς. Tres mulier, quam fama ferebat a marito suo necatam esse, invocat sibi testes, falsum esse istum rumorem, noctem, qua obiit, sepulcrum et inferos.

Epigr. 723. 3.

οἰωνοὶ δὲ κατὰ χθονὸς οἰκία θέντες.

Non *sub* terra sed *in* terra aves nidos suos aedificant. Incertus huius epigrammatis auctor ad veterum epicorum exemplum cum hiatu, ut posteris Aeolicam literam ignorantibus visum est, scripserat:

οἰωνοὶ δὲ κατὰ χθόνα οἰκία θέντες.

Cf. V. 45, 1 τὰ ἃ κέρματα, 96 καὶ οἱ, 115 οὔ οἱ, 118 δεξιτέρῃ οἱ, 219, 3 δέ οἱ, VI. 80 ἵνα οἱ. Alia hiatus exempla sunt VI. 57, 6 ᾗ ἔπι, 84, 1 ᾧ ἔπι, 332, 6 ᾧ ὕπο, VII, 218 et 279, 3 ᾗ ἔπι, VI. 36 ὁδῷ ἔπι (ut Homerus). Initio hexametri VI. 243 εἰ ὅσιοι, VII. 519. τᾷ ἑτέρᾳ cett.

Eodem vitii genere libera X. 84, 4, ubi pro κατὰ γῆς sententia postulat κατὰ γῆν et XI, 133, 1 ubi pro κατὰ γαίας requiro κατὰ γαῖαν.

Digitized by Google

Epigr. 735. 2.

Absurde DAMAGETAS Homericum epitheton *maris* et *aetheris* ἀτρύγετον, cuius ratio eum fugiebat, ad *noctem* transtulit. Ὀρφναίην vel ἀμβροσίην scribere debuerat. In hoc argumento lectu sunt dignissima quae olim disputavit Cobetus in praeclara commentatione *de oratione artificiali Graeca a populari distinguenda*, edita Amstelodami ap. Ioh. Muellerum a. 1852. Cf. quoque ἀμαιμακέτου κρατός VI. 115, 6.

A capite, quod continet GREGORII Theologi epigrammata, manus abstineo. Cuius hominis pietati et sanctitati nihil derogo, sed ita pessimus est omnium poeta, ut otio et meo et lectorum abuti mihi viderer, si menda librariorum si quae insunt ab ipsius maculis quam plurimis separare et distinguere conarer. Hoc tamen vel huic debemus, ut ne coniecturis nostris peiora reddamus quae ipse scripsit. Quod commisit Dilthey in epigrammate 97, ubi quum theologus recte et ordine scripsisset:

εἴ τινα δένδρον ἔθηκε γόος καὶ εἴ τινα πέτρην κτέ.

substituit, si Dis musisque placet:

εἴ τινα δένδρη ἐφῆκε γόος κτέ.

quod quid sibi velit, ipse viderit. Verum satis et de hoc et de theologo. Transeamus ad

Caput IX.

Epigr. 15.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενος.

Pro absurdo Futuro reponatur aut καίειν aut καῦσαι.

Epigr. 20.

πῶλος, ὁ πρὶν πτηνοῖς ἴσα δραμὼν ἀνέμοις
νῦν ὅτε γηραιός, γυροδρόμον ἡνίδε πέτρον
δινεύω, σεφέων ὕβρις, ἐλαυνόμενος.

Ambigunt eruditi, utrum ita scribendum sit, an recipienda Planudea lectio ὕβριν, quam tuentur duo libri Parisienses. At quoniam ipse equus, olim saepe victor, dici non potuit *coronarum ignominia*, sed haec vocabula continent oppositionem verborum πέτρον δινεύω — ἐλαυνόμενος absque omni controversia iubente certa lege grammatica, recipiendum fuerat ὕβριν. Editor nimium tribuens codici Palatino non raro male sprevit scripturas

Digitized by Google

Planudeas unice veras, velut epigr. 130, 4 sq. ἄρατε τοὺς βότρυας ubi αἴρετε bene servat Planudea.

Epigr. 22.

Narrat huius poematii auctor PHILIPPUS *Thessalonicensis* gravidam iuvencam, in eo quum esset ut Dianae immolaretur parturiisse, quo animadverso *partubus praesidem deam fas non duxisse parientes interficere, quas miserari didicerit.* Ultima autem, ut hodie scribuntur, sana non esse puto. Editur enim:

ἡ θεός, ὠδίνων γὰρ ἐπίσκοπος, οὐδ' ἐδίκαζεν
τικτούσας κτείνειν, ἃς ἐλεεῖν ἔμαθεν.

Sed dederat, nisi fallor, Philippus:

οὐκ ἐδικαίου κτέ.

Epigr. 26.

Ἐννέα μὲν Μούσας μέγας Οὐρανός, ἐννέα δ' αὐτὰς
Γαῖα τέκεν κτέ.

Oratio Graeca erit, si scripseris: ἐννέα δ' αὖτις.

Epigr. 72.

Εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γάλακτι
χαίρων καὶ δρυΐνῳ σπενδομένοις μέλιτι.

Dubito num bene recepta sit Heckeri haec emendatio pro librorum lectione σπενδόμενος. Ipse male sine dubio σπένδεσθαι pro σπένδειν acceptum voluit, sed vel si cum Duebnero habeatur, ut est, pro passivo, non caret offensione participium, ad γάλακτι et μέλιτι simul pertinens, isto loco positum. Nec vero ab ingenio Graeci sermonis prorsus alienum videtur σπένδομαι dictum pro σπένδεταί μοι, quia ab optimis scriptoribus φθονοῦμαι dicitur pro φθονεῖταί μοι, κατηγοροῦμαι (apud sequiores) pro κατηγορεῖταί μου. Similis est usus Passivorum ἀμελεῖσθαι, ἐπιβουλεύεσθαι, πιστεύεσθαι, ἐπᾴδεσθαι, aliorum, de quibus vide Matthiae § 490 gramm. Gr., ita ut non sit mirandum sero viventem poetam dicere sibi permisisse quod est in codicibus. Non minus durum esse puto quod legimus XVI. 36. 2:

εἰκόνας ἰλήκοις δηρὸν ὀφειλόμενος.

Contra corrigendum puto:

ἔν τε γάλακτι
χαίρων καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι.

Epigr. 139, 4 sqq.

Ἡλεμάτοις ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὐγή·

Digitized by Google

ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραφεν ἄχροος αἰδὼς
ἀγλαΐῃ σέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα.

Sermo est de meretricula os fuco interpolanti. Vs. quintum sic vertunt: *ac mentitum ruborem illevit pudor*, incolorem pudorem impudentiam scilicet interpretati. At meum quidem captum superare confiteor qui possit res incolor illinere colorem, nec fero Imperfectum κατέγραφεν pro Aoristo. Emendaverim:

ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραψεν χροὸς αἰδῶ.

Verborum ordo: ἐρύθημα κατέγραψεν — αἰδῶ ψευδόμενον i. e. *et fictum pudorem cuti eius illevit rubor* (artificialis).

Epigr. 142.

κρημνοβάταν, δικέρων, Νυμφῶν ἡγήτορα Πᾶνα
ἀζόμεθ', ὃς πέτρινον τόνδε κέκευθε δόμον,
ἵλαον ἔμμεναι ἄμμιν ὅσοι λίβα τήνδε μολόντες
ἀενάου πόματος, δίψαν ἀπωσάμεθα.

Versum secundum frustra tentarunt Brunckius et Iacobsius, quorum hic γέγηθε, ille λέλογχε coniecit. Verbum non erat sollicitandum, sed vitiosum est δόμον, pro quo requiro ῥόον. Suspicor enim signum sive sigillum, de quo hic sermo est, ut non raro apud veteres, fungi vice *orificii* per quod aqua fontis manaret. Πέτρινος ῥόος dictum ut πετρίνα πιδακόεσσα λιβάς apud Euripidem Androm. 116.

Epigr. 156, 3 sq.

τεκταίνει μὲν Ἐπειός, Ἀθηναίη δὲ κελεύει
ἔργον· ὑπὲκ νώτου δ' Ἑλλὰς ὅλα δύεται.

Ultima verba significant: *et sub dorso* (i. e. ex alvo) *equi Hellas tota se promit*, non *se condit*, ut vertit interpres Latinus.

Epigr. 174.

Ἐνθάδε παιδεύουσιν ὅσοις κεχόλωτο Σέραπις,
τοῖσιν ἀπ' „οὐλομένης μήνιδος (μήνιος?)" ἀρχομένοις,
ἔνθα τροφὸς κατὰ μῆνα φέρει μισθὸν μετ' ἀνάγκης
βύβλῳ καὶ χάρτῃ δησαμένη πενίην·
ὡς δὲ κάπνισμα τιθεῖ παρὰ τὸν θρόνον, ὡς παρὰ τύμβον
τὸν μικρὸν χάρτην, τὸν παραριπτόμενον.
κλέπτει δ' ἐξ ὀλίγου μισθόν, καὶ χαλκὸν ἀμείβει
καὶ μόλιβον μίσγει, καὶ τὸ ἔθος δέχεται·
Εἰ δέ τις εἰς ἐνιαυτὸν ἄγοι χρυσοῖο νόμισμα,
ἐνδεκάτῳ μηνί, πρὶν προφέρειν, μετέβη,

Digitized by Google

ἀγνώμων τε φανείς, καὶ τὸν πρότερον διασύρας
γραμματικὸν ϛερέσας μισθὸν ὅλου ἔτεος.

In carmine obscuro et multifariam corrupto diductis literis significavi, quae labem suscepisse videntur. A reliquis manum abstineo, sed hoc videor iure mihi contendere primum vs. tertio pro τροφός corrigendum esse τροφή, collective dictum de *alumnis*. Hos enim, non *nutricem* aliquam ferre magistro menstruam mercedem praeter rei naturam demonstrant, quae infra leguntur vs. 9 sqq., ubi de puero mercede fraudanti magistrum sermo est. Deinde dubium non est, quin vs. 7 requiratur ἐξ ὀλίγου μισθοῦ, et tandem vs. 12 pro ϛερέσας cum Boissonadio rescriptum oporteat ϛέρεσεν. Praeterea vide ne ipsa verborum structura postulet ϛέρεσεν μισθοῦ ὅλου ἔτεος.

Epigr. 169, 3 sq.

εἶθε δὲ σὺν Δαναοῖς με κατέκτανε μῆνις ἐκείνη,
πρὶν χαλεπὸς λιμὸς γραμματικῆς ὀλέσει.

Imo vero ὄλεσεν. Planudes ὀλέσῃ.

Epigr. 183.

Καὶ σὺ Τύχη λοιπὸν μεταβαλλομένη καταπαίζου
μηδὲ τύχης τῆς σῆς ὕϛατα φεισαμένη·
ἣ πρὶν νηὸν ἔχουσα καπηλεύεις μετὰ γῆρας
θερμοδότις μερόπων νῦν ἀναφαινομένη.

Epigramma scriptum in Fortunae aedem mutatam in cauponam. Sed quid sibi velit *cauponaris* POST *senectutem* non intellego, siquidem senectutem mors excipit, et agitur hic de viva. Quare procul dubio verum est κατὰ γῆρας. Frequens utriusque praepositionis confusio hic minus etiam miranda propter praegressum μεταβαλλομένη.

Epigr. 221.

Φρίσσω τὸν βροτολοιγόν· ὁ γὰρ καὶ θῆρα (leonem) δαμάζων
ἄγριον, οὐδ' ὀλίγων φείσεται ἀμερίων.

Lepide interpres Latinus: *ne paucis quidem parcet mortalibus.* Ubi *robusto leoni* homines opponuntur, hi non *pauci* dicendi sunt, sed *debiles*. Itaque ὀλίγων MARCUS ARGENTARIUS dixisse videtur pro ἀσθενῶν. Sed fortasse praeferenda Planudea lectio οὐδ' ὀλίγον i. e. οὐδὲ μικρόν = οὐδέν.

Epigr. 226.

Αἱ δ' ἄγετε ξουθαὶ σιμβληίδες ἄκρα μέλισσαι

Digitized by Google

Φέρβεσθ' ἢ θυμέων ῥικνὰ περικνίδια,
ἢ πετάλας μάκωνας κτέ.

Vs. secundo vere Brunckius correxit ἠὲ θύμων, sed non saniorem esse vs. primum inde apparet, quod ἄκρα non habet quo referatur. Dubium non est quin plantae nomen perierit pro μέλισσαι, quod olim adscripsisse suspicor magistellum, quum ipse poeta voce σιμβληίδες substantive usus esset ad significandas *apes*. Haud inepte suspiceris:

ἄκρα σέλινα
Φέρβεσθ' ἠὲ θύμων κτέ.

Quam opportuna sit in re quae hic agitur *apii* mentio, cui ab ipsis apibus nomen est, non est quod pluribus ostendam. Quid lateat in περικνίδια alius fortasse reperiet.

Epigr. 279, 5 sq.

νῦν γε μόθου κορέσασθε, καὶ εἰς ἐμὸν ἀμπαύσασθε
ὕπνον, ἀνικάτου δῆμος Ἐνυαλίου.

His verbis trecentos illos Spartanos, qui Thermopylis occubuerunt, descendentes ad inferos compellat Pluto. Interim tu Basso quaeso reddas:

καὶ αἴσιμον ἀμπαύσασθε
ὕπνον κτέ.

pro absurda codicum scriptura, quam tamdiu patienter sine vitii suspicione tulisse editores impense miror.

Epigr. 283, 5 sq.

Οἱ δ' ἄρα δουπήθησαν ἀολλέες· εἶπε δ' Ἐνυὼ
Ἄρεϊ „Τοιαύταις χερσὶν ὀφειλόμεθα.

Exemplo caret passivum δουπεῖσθαι. Scripsit Crinagoras:

Οἱ δ' ἄρα δούπησαν μὲν ἀολλέες κτέ.

Epigr. 287.

Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις.

Verius videtur ἀνέμφατος, *qui non apparuit*.

Epigr. 290, 4.

ἰσὸς δὲ πᾶς ὤλισθεν εἰς ἅλα πτύσας.

Nihil novi melius quam κτυπῶν.

Epigr. 297.

Στέλλευ ἐπ' Εὐφρήτην, Ζηνὸς τέκος· εἰς σὲ γὰρ ἤδη
ἠῷοι Πάρθων αὐτομολοῦσι πόδες.

Digitized by Google

Στέλλευ, ἄναξ, δήεις δὲ Φόβῳ κεχαλασμένα τόξα,
Καῖσαρ· πατρῴων δ' ἄρξαι ἀπ' ἀντολέων.

Annotat Duebnerus „Ad Troianam ab Aenea et Julo originem fortasse respicitur; sed quid sibi vult ἄρξαι?" Nil sane, sed ANTIPATER procul dubio scripserat:

πατρῴων δ' ἄρξον ἀπ' ἀντολέων, (pro ·)
Ῥώμην τ' (pro δ'), ὠκεανῷ περιτέρμονα πάντοθεν, αὐτὸς
πρῶτος ἀνερχομένῳ σφράγισαι ἠελίῳ.

patrio vero REGNA (inde) *ab ortu* cett. Librarii, σφράγισαι confundentes cum Infinitivo σφραγίσαι, pro ἄρξον dederunt ἄρξαι.

Epigr. 301, 3.

ἢ οὐχ ἅλις, ὅττι μύλοιο περίδρομον ἄχθος ἀνάγκης
σπειρηδὸν σκοτόεις κυκλοδίωκτος ἔχω.

Imo ἀνάγκῃ, i. e. *necessario*. Finale I cum C saepe confundi notum est.

Epigr. 307, 3.

Λητοΐδην γὰρ
ἐχθήρασα θέλει Ζῆνα τὸν Αἰνεάδην.

Ipsa oppositio declarat verum esse φιλεῖ (ΦΙΛΕΙ pro ΘΕΛΕΙ), idque ipsum servasse video Planudem, sed de more editores spreverunt optimam lectionem.

Epigr. 333.

Στῶμεν ἁλιρράντοιο παρὰ χθαμαλὰν χθόνα πόντου.

Lacunam statuerim absurde expletam a scribis.

In vetusto libro supererat:

Στῶμεν ἁλιρράντοιο παρὰ χθαμαλὰν χθον***

Equidem suppleverim: χθο(νὸς ἀκτάν).

Epigr. 359, 5 sq.

ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
ἔσσεαι, οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.

Imo vero ζήσει, quod totidem literis exhibent Stobaei codices. Requiritur enim Futurum et ἔτι est supervacaneum. Idem error eodem modo castigandus in epigr. 360, 5 sq.

Epigr. 363, 14 sq.

καὶ σίμβλῳ ἐφήμεναι ἐργάζονται
λευκὰ πολυτρήτοιο νεόρρυτα κάλλεα κηροῦ.

Imo vero ἐνήμεναι.

Digitized by Google

Epigr. 382, 3.

Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκει,
ναίει ἐυπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα.

Imo πέφυκεν.

Epigr. 384.

Ἐξ ἐμέθεν λυκάβαντος ὑπηελίοιο θύρετρα
Αὐσονίοις ὕψος δέρκεται Ἥλιος.

Verba sunt mensis Ianuarii, in quibus hoc video corrigendum esse ὑπ' ἡλιακοῖο; nam sermo est de anno *solari*. Reliqua emendatio incertior. Conieci ἀψῖδ' ἔρχεται, ut sit sententia: *Inde a me anni solaris ianuam subiens Ausoniis Sol adscendit coeli convexa* vel ὑποβὰς ἔρχεται, quod fortasse praestat. Vulgo absque sensu scribitur ὕψος δ' ἔρχεται, posita virgula post Αὐσονίοις.

Epigr. 443.

Μήποτε κοιλήνῃς Παφίῃ νόον· ἀντιτύπου γὰρ
εὐθὺς ἀποθρώσκει κοῦφος Ἔρως κραδίης.
Οἶστρος ὀλισθήεσσαν ἔχει φύσιν· ἤν τις ὀιστοῦ
ἄκρον ἕλῃ φλογεροῦ, δύεται ἐντὸς ὅλος.

Obscurum et procul dubio corruptum κοιλήνῃς viri docti alius aliter interpretantur. Candide autem fatetur Duebnerus sibi neque sententiam apricam esse neque nexum distichorum. Quo magis miror virum eximium non vidisse Paulum Silentarium scripsisse:

Μήποτε κυμήνῃς Παφίῃ νόον.

Cave ne umquam Veneris fluctibus agites sive turbes mentem tuam, vel intransitive, *mentem aestues*. Verbi κυμαίνειν et κυμαίνεσθαι hic usus metaphoricus notior est quam quem exemplis collustrem. Unum tamen, quia facit ad sententiarum nexum, ascribam ex Anthol. Planud. XVI, 596, 5 sq.

Ἦ ῥα μάτην ἐπόνησε λιθοξόος, ὅς σε τὸν οἶστρῳ
κυμήναντα θεούς, τῇδ' ἐνέδησε πάγῃ.

quod Alcaei epigramma factum εἰς ἄγαλμα Ἔρωτος δεδεμένου.

Epigr. 540.

Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἵλεε βίβλον
τοὐφεσίου· μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός.
Ὀρφνὴ καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον, ἤν δέ σε μύσης
εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

Huius loci non est φανεροῦ, i. e. *aperti, manifesti, luculenti*, sed φανοῦ, i. e. *lucentis, splendentis*.

Digitized by Google

Epigr. 556.

Νύμφαι ἐποχθίδιαι Νηρηΐδες, εἴδετε Δάφνιν
χθιζόν, ἐπαχνιδίαν ὡς ἀπέλουσε κόνιν, κτέ.

Duebnerus „pulvis ceu ἄχνη corpori inspersus et haerens. Cogitandum de lanugine pomorum, ut mali cydonii. Cf. VI, 101. 3." Equidem num vocabulum nusquam lectum et mirae formationis sanum sit vehementer dubito. Nescio an Zonas dederit:

ἐπωμιδίαν ὡς ἀπέλουσε κόνιν,

collato epigrammate 588, 5:

τὸ τρίτον οὐκ ἐκόνισεν ἐπωμίδας, κτέ.

Epigr. 562, 5 sq. Psittacus, qui *„ave Caesar"* loqui didicerat, relicta cavea in silvam redux identidem nomen illud repetebat.

ἔδραμε δ' ὠκυδίδακτος ἅπας οἰωνός, ἐρίζων
τίς Φθῆναι δύναται δαίμονι χαῖρ' ἐνέπειν.

In corrupto verbo ἔδραμε nihil reconditius latere arbitror quam ἔκμαθε. *Vocem edidicit celeriter omnis avis* cett.

Epigr. 618, 6 sqq.

τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῇς
ἕσας' ἐνθάδε χάλκεον ποήσας
πολλοῖς μησὶν ὄπισθε κηνιαυτοῖς.

Infeliciter Heckerus proposuit ποιητάν. Cur viro magno statuam ponit populus? Eius *desiderio* commotus, ut opinor. Et hoc dixerat Theocritus. Librarius ΠΟΗCAC prono errore dedit pro ΠΟΘΗCAC. Populus Pisandrum

ἕσας' ἐνθάδε χάλκεον ποθήσας κτέ.

Epigr. 640.

Ἀθάνατοι λούονται ἀνοιγομένου βαλανείου
πέμπτῃ δ' ἡμίθεοι, μετέπειτα δὲ πήματα πάντα.

Sic codex; ἤματα Planudes. Expectabam λύματα, *sordes*, i. e. infimum vulgus.

Epigr. 642, 7 sq.

Ὀψὲ δὲ γινώσκει τις, ὅτ' ἄφρονα μῆτιν ἀείρων
χρυσοῦ τοσσατίου τὴν κόνιν ἐπρίατο.

Sermo est de *faecibus*, non de *pulvere*, quare requiro:

τὴν κόπρον ἐπρίατο.

Epigr. 644, 5 sq.

ἐνθάδε βαιὰ καθεσθεὶς
αὐτίκα γαστέρα σὴν θῆκας ἐλαφροτάτην.

Digitized by Google

Aptior est comparativus ἐλαφροτέρην.

Epigr. 645, 5 sq.

Αὐτὴ καὶ Βρομίῳ γενόμην τροφός· ἐν δὲ κεραυνῷ
ἕδρακον εὐρυτέρῳ φωτὶ φαεινόμενον.

Quid sit hac in re *lumen latius* non intellego. Exspectes Bacchum dici apparuisse in fulmine splendentem lumine *candidiore* quam est ipsum fulmen. Quum autem Homerus dixerit ἀργῆτα κεραυνόν, quod adiectivum non nisi forma diversum est ab eo quod est ἀργός, mihi vera lectio haece videtur:

ἐν δὲ κεραυνῷ
ἕδρακον ἀργοτέρῳ φωτὶ φαεινόμενον.

Epigr. 746 (εἰς δακτύλιον).

Ἑπτὰ βοῶν σφραγῖδα βραχὺς λίθος εἶχεν ἴασπις,
ὡς μίαν, ὡς πάσας ἔμπνοα δερκομένας.

Conieci:

ὡς ἅμα δὴ πάσας ἔμπνοα φερβομένας.

collato sequenti de eadem re epigrammate:

ὡς ἤδη πάσας ἔμπνοα βοσκομένας.

Caput. X.

Epigr. 9, 3 sq.

πολὺν δ' ἁλινηχέα βῶκα
καὶ σκάρον, οὐ θρίσσης νόσφιν, ἀρυσσάμενοι.

Absurde dictum de piscibus ἀρυσσάμενοι. Emendo ἐρυσσάμενοι, i. e. σπασάμενοι.

Epigr. 87.

Ἂν μὴ γελῶμεν τὸν βίον τὸν δραπέτην,
Τύχην τε πόρνης ῥεύμασιν κινουμένην,
ὀδύνην ἑαυτοῖς προξενοῦμεν πάντοτε,
ἀναξίους ὁρῶντες εὐτυχεστέρους.

Vs. 2 suspicor πόρνην, i. e. *ceu scortum*, nam quae sint πόρνης ῥεύματα ignoro.

Caput XI.

Epigr. 4.

Αὐτῷ τις γήμας πιθανὴν τῷ γείτονι, ῥέγχει
καὶ τρέφεται.

Solet in huiuscemodi fabulis τῆς ἐναργείας χάριν pro nomine

Digitized by Google

indefinito apparere nomen aliquod proprium, nec αὐτῷ, vel si pro μόνῳ dictum accipiatur, satis aptum videtur. Fuit fortasse:

Αὐτὸς (κρᾶ), τὴς γήμας κτέ.

Epigr. 7.

Οὐδεὶς τὴν ἰδίην συνεχῶς, Χαρίδημε, γυναῖκα
κινεῖν ἐκ ψυχῆς τερπόμενος δύναται.

Corrige tralaticium errorem scribendo βινεῖν. In praecedenti epigrammate editum oportuit ζαμία pro ζημία, in sequenti vs. 2 βρέξῃς (pro φλέξῃς), quod iam alios ante me repperisse nunc video.

Epigr. 14.

Ἐχθὲς ἐπὶ ξενίαν κληθεὶς κτέ.

Librariis potius quam AMMIANO tribuerim tralaticium errorem, qui vel optimi cuiusque scriptoris libros invasit ἐπὶ ξενίαν pro ἐπὶ ξένια, quod ei reddas.

Epigr. 17.

Ἦν Στέφανος πτωχὸς κηπεύς θ' ἅμα· νῦν δὲ προκύψας
πλουτεῖ, καὶ γεγένητ' εὐθὺ Φιλοξένους,
τέσσαρα τῷ πρώτῳ Στεφάνῳ καλὰ γράμματα προσθείς·
ἕξαι δ' εἰς ὥρας Ἱπποκρατιππιάδης,
ἢ διὰ τὴν σπατάλην Διονυσιοπηγανόδωρος
ἐν δ' ἀγορανομίῳ παντὶ μένει Στέφανος.

Lepidum sane poemation et facillimum ad intellegendum praeter vs. quintum, ubi nemo facile dixerit quae sint πηγάνου, i. e. rutae, partes in nomine Dionysiopeganodoro, quo significanda est hominis luxuries. Emendatione tamen nihil est aut certius aut facilius; nam mutata litera Π in Τ exibit optima scriptura haece:

ἢ διὰ τὴν σπατάλην Διονυσιοτηγανόδωρος.

quae nullo indigebit interprete.

Epigr. 23, 5 sq.

πίνωμεν· καὶ δὴ γὰρ ἐτήτυμον, εἰς ὁδὸν ἵππος
οἶνος, ἐπεὶ πεζοῖς ἁτραπὸς εἰς ἀΐδην.

Docet perobscura et prava oppositio aliud dedisse ANTIPATRUM, qui dixisse videtur, *vini potores quasi equo, aquae potores pedibus suis in Orcum descendere.* Unde conieci:

πεζεύει δ' ὑδροπότης ἀΐδην.

Omissa praepositione εἰς ut 28 extr., 274 init. et saepe.

Digitized by Google

Epigr. 37, 5 sq.

Σοὶ δ' οὔτε χλαίνης θέρμη κροκύς, οὔτε χιτῶνος
ἔνδον·

Laenae est *calidus floccus*, non *tunicae*, ut opinor. Procul dubio corrigendum: οὔτε χιτῶνες.

Epigr. 41.

Ἑπτὰ τριηκόντεσσιν ἐπέρχονται λυκάβαντες,
ἤδη μοι βιότου σχιζόμεναι σελίδες.

Vertunt: *iam mihi tot vitae avulsae paginae.* Ad verbum poeta dicit: *iam mihi vitae scinduntur paginae:* significaturus, opinor, dimidiam fere vitae humanae partem sibi praeteriisse, quemadmodum ALIGHIERUS annos natus XXXV cecinit illa: *In mezzo del camin di nostra vita* cett.

Epigr. 45, 3 sq.

τὸν μὲν γὰρ γαίη προχέει κρύφα· τὸν δ' ὑπὸ γαίῃ
πολλάκι πρὸς Λήθης ἤγαγε πικρὸν ὕδωρ.

Sententia postulat ὑπὸ γαῖαν, vel potius, nam ita quamvis prave subinde scribunt sequiores, ὑπὸ γαίην. Epigr. 51 obiter pro ὥρας repone ὦρης, ut scribendum apparet ex usu formae τρηχύν.

Epigr. 68.

Τὰς τρίχας, ὦ Νίκυλλα, τινὲς βάπτειν σε λέγουσι,
ἃς σὺ μελαινοτάτας ἐξ ἀγορᾶς ἐπρίω.

Barbarismum tam immanem non commisit LUCILLIUS. Dedit κελαινοτάτας.

Epigr. 129.

Ποιητὴς ἐλθὼν εἰς Ἴσθμια πρὸς τὸν ἀγῶνα
εὑρὼν ποιητάς, εἶπε παρίσθμι' ἔχειν.

Utrum ποιητάς interpretari licet *veros poetas*, an ποιητάς est glossema, quo expulso scribendum:

εὑρὼν οὐ κρείσσους κτὲ.?

Epigr. 161, 3.

„Ναί" φησὶν „ἐὰν ἤδη καταλύσῃς·
ἂν δέ γε πυκτεύῃς, ὠροθετεῖ σε Κρόνος."

Nullus est hic locus particulae γε, est voculae ἔτι. Corrige sodes:

ἂν δ' ἔτι πυκτεύῃς, κτὲ.

Digitized by Google

Epigr. 162, 1.

Εἰς Ῥόδον εἰ πλεύσει τις Ὀλυμπικὸν ἦλθεν ἐρωτῶν
τὸν μάντιν, καὶ πῶς πλεύσεται ἀσφαλέως.

Pro semibarbaro Futuro πλεύσει, quamvis eo usus sit Lucillius infra 245, 5, requiro subiunctivum dubitativum πλεύσῃ.

Epigr. 164.

Εἶπεν ἐληλυθέναι τὸ πεπρωμένον, αὐτὸς ἑαυτοῦ
τὴν γένεσιν διαθεὶς Αὖλος ὁ ἀστρολόγος.

Imo εὗρεν, *comperit*.

Epigr. 169, 5 sq.

Τοῦτο φιλαργυρίας δεινῆς ὅρος.

Hoc sensu, ut sit *summum culmen*, nusquam adhibitum repperi ὅρος, saepe πέρας.

Epigr. 171.

Θνήσκων Ἑρμοκράτης ὁ φιλάργυρος ἐν διαθήκαις
αὐτὸν τῶν ἰδίων ἔγραφε κληρονόμον.
ψηφίζων δ' ἀνέκειτο πόσον δώσει διεγερθεὶς
ἰητροῖς μισθοῦ καὶ τί νοσῶν δαπανᾷ·
ὡς δ' εὗρε πλείω δραχμὴν μίαν, ἣν διασωθῇ
„Λυσιτελεῖ θνήσκειν" εἶπε καὶ ἐξετάθη.

Obscurum ut nunc scribitur, epigramma. Sed hoc voluit, nisi fallor, Lucillius avarum, quum se suum scriberet heredem, subduxisse rationes, plurisne constatura esset medicorum merces an sepultura. Quare scribendum suspicor:

ψηφίζων δ' ἄρ' ἔκειτο πόσον δώσει διεγερθεὶς
ἰητροῖς μισθὸν (cum Scaligero), καὶ τί σορῷ δαπανᾷ.

Cf. epigr. 170:

Δακρύει Φείδων ὁ φιλάργυρος οὐχ ὅτι θνήσκει,
ἀλλ' ὅτι πέντε μνῶν τὴν σορὸν ἐπρίατο.

Quod reposui δ' ἄρ' ἔκειτο, verbum ἀνακεῖσθαι usurpatur quidem subinde quamvis non optime de *accumbendo*, non vero, quod sciam, de *cubando*.

Epigr. 185.

Ἑλλήνων ἀπέλυε πόλιν ποτὲ, δεσπότα Καῖσαρ,
εἰσελθὼν ᾄσαι Ναύπλιον Ἡγέλοχος.
Ναύπλιος Ἑλλήνεσσιν ἀεὶ κακόν· ἢ μέγα κῦμα
(νηυσὶν ἐπεμβάλλων) ἢ κιθαρῳδὸν ἔχων.

Nihil eorum, quae pro ἀπέλυε coniecta sunt (ἀπόλυε (sic),

Digitized by Google

ἀπάμυνε, ἀπέκλυσε) satis aptum videtur. Aptius sane foret:

Ἑλλήνων ἀπέκναιε πόλιν κτέ.

sed ridiculi gratia Lucillium suspicor usum esse verbo longe vehementiore κατέλυε, quo sensu usurpat Homerus Il. B. 117, alibi.

Epigr. 196.

Ῥύγχος ἔχουσα Βιτὼ τριπιθήκινον, οἷον ἰδοῦσαν
τὴν Ἑκατὴν αὐτὴν οἴομ' ἀπαγχονίσαι.

Corrigam aut ἂν ἀγχονίσαι aut ἀπαγχονίσειν, ut isti solent pro ἀπαγχονιεῖν.

Epigr. 204.

Ῥήτορα Μαῦρον ἰδὼν ἐτεθήπεα ῥυγχελέφαντα,
χείλεσι λιτραίοις φθογγὸν ἱέντα φόνον.

Nihil lucramur Boissonadii coniectura φόβον reponentis pro φόνον. Longe aliud expectatur post illas ῥυγχελέφαντα et χείλεσι λιτραίοις, nempe:

φθογγὸν ἱένθ' ἅτ' ὄνον.

i. e. *asini ad instar rudentem.*

Ex ΙϵΝΘΑΤΟΝΟΝ factum videtur ΙϵΝΤΑΘΟΝΟΝ, inde vero ΙϵΝΤΑΦΟΝΟΝ.

Epigr. 252.

Εἴ με φιλεῖς, μισεῖς με· καὶ εἰ μισεῖς, σὺ φιλεῖς με·
εἰ δέ με μὴ μισεῖς, φίλτατε, μή με φίλει.

Si genuinum est σύ, certe interpungendum: καὶ εἰ μισεῖς σύ, φιλεῖς με. Sed longe malim:

καὶ εἰ μισεῖς με, φιλεῖς με.

Epigr. 262.

Αἰθερίην διὰ νύκτα νέοι κατάγουσι Σελήνην.

In viam devocant interpretatur Jacobsius. Nisi potius comparandum verbum *deducere* apud Iuvenalem I, 3, 135

Cum tibi *vestiti* (l. *festivi*) facies scorti placet, haeres
et dubitas *alta* Chionem *deducere sella*.

Ludi autem in ambiguitate locutionis κατάγειν (τὴν) σελήνην, bene iam animadversum est.

Epigr. 265.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀττελάβους ἄγεται στρατὸς ἢ κυνομυίας
ἢ μύας ἢ ψυλλῶν ἱππικὸν ἢ βατράχων,
Γάιε καὶ σὺ φοβοῦ μὴ κλὶ σέ τις ἐγκαταλέξῃ
ὡς ἂν τῆς τούτων ἄξιον ὄντα μάχης.

Digitized by Google

Εἰ δ' ἀρετῆς ἀνδρῶν ἄγεται κρατός, ἄλλο τι παῖζε,
Ῥωμαίοις δ' οὐδεὶς πρὸς γεράνους πόλεμος.

Oppositionis ratio postulare videtur ut vs. quinto scribatur

Εἰ δ' ἐπ' ἄρην ἀνδρῶν κτέ.

Deinde non expedio verba ἄλλο τι παῖζε, quae e solo codice Palatino sumta sunt, nam Planudei libri omittunt. Aliquanto aptius foret quod in margine codicis e coniectura, ut videtur, ascripsit Ianus Lascaris ἄτρομος ἴσθι. An forte ἄλλο τι πρᾶγμα *alia res est?*

Epigr. 346. 2.

Μέχρι τίνος, Πολύκαρπε, κενῆς παράσιτε τραπέζης,
λήσῃ περματίοις χρώμενος ἀλλοτρίοις;

Receptam oportuit Planudeam lectionem λήσεις *latebis*. Sequuntur haec:

οὐ γὰρ ἔτ' εἶν ἀγορῇ σε βλέπω πολύν· ἀλλ' ὑποκάμπτεις
ἤδη, καὶ ζητεῖς ποῖ σε φέρωσι πόδες.
πᾶσιν ἐπαγγέλλῃ· „Κομίσαι τὸ σὸν αὔριον· ἔρχου
καὶ λαβέ" κοὐδ' ὀμόσας, οὐκέτι πίστιν ἔχεις.

Male interpres Latinus: *Affer tuum chirographum cras.* Aliud enim est κομίζεσθαι, aliud κομίζειν. Verte: *pete tuum cras.*

Epigr. 374.

Τῷ ψιμύθῳ μὲν ἀεὶ λιποσαρκία τεῖνε παρειήν,

Cf. infra 408, 2:

οὐδὲ παρειάων ἐκτανύσεις ῥυτίδας.

Hinc corrigendus Tibullus I, 8, 45, ubi absurde scriptum legitur:

Tollere tum curast alboe a stirpe capillos,
et faciem *dempta* pelle referre novam.

Procul dubio verum est *tenta*, quod *tempta* scriptum in *dempta* abiisse nemo mirabitur.

Epigr. 388, 5 sq.

Ἔξεις, Νουμήνιε, τέκνα
χαλκὸν ἔχων· πτωχὸς δ' οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

Ratio postulat, ut rescribatur:

πτωχὸν δ' οὐδὲ τὰ τέκνα φιλεῖ.

Sententia enim haec est: *Caelibi diviti non deerunt liberi* (scil. heredipetae): *pauperem ne liberi quidem diligunt.*

Digitized by Google

Epigr. 433.

Ζώγραφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον· οὐ δύνασαι δὲ
φωνὴν συλῆσαι χρώματι πειθόμενος.

Explicant: *colori confidens.* Sed quando aut ubi πειθόμενος positum pro πιστεύων sive πεποιθώς? Rectissime Planudes πειθομένην, (vocem colori) *obsequentem.*

Caput XII.

Epigr. 66, 6.

Μηκέτι πρὸς τὸ καλὸν καὶ σὺ μάταια φέρῃ.

Codex μημέτι. Scribendum puto:

Μήποτε κτἑ. *Vide ne quando tu quoque, ut ego nunc, ad pulchritudinem frustra feraris!* Verba sunt poetae ad Dorotheum ipsum spernentem. Cf. Duebneri annotatio.

Epigr. 67, 3 sq.

Αἰετέ, τὸν χαρίεντα ποτὶ πτερὰ πυκνὰ τινάξας,
πῶς ἔφερες; μὴ πού νισμαt' ὄνυξιν ἔχει;

Quid sit τινάσσειν ποτὶ πτέρα nemo facile dixerit. Scripserim:

Αἰετέ, τὸν χαρίεντα ποσί, πτερὰ πυκνὰ τινάξας,
πῶς ἔφερες; κτἑ.

Minus lenis correctio foret: χαρίεντ', ὠκύπτερα κτἑ.

Epigr. 71. 5 sq.

Ἔγνων, Εὐξίθεός σε συνήρπασε· καὶ σὺ γὰρ ἐλθὼν
τὸν καλόν, ὦ μοχθήρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

Vertunt „*tu ubi veneras.*" Quo? aut unde? Videne ἐλθών labem conceperit. Suspicor:

καὶ σὺ γὰρ ἐχθὲς κτἑ.

Epigr. 159.

Ἐν σοὶ τἀμά, Μυῖσκε, βίου πρυμνήσι' ἀνῆπται·
ἐν σοὶ καὶ ψυχῆς πνεῦμα τὸ λειφθὲν ἔτι.

Alterius versus initium fefellit librarium quum praecedentem exararet. Nam procul dubio scriptum fuit:

Ἐκ σοῦ — ἀνῆπται·

ut est in noto versu Euripideo, qui Stratoni fortasse obversabatur, ex Medea 770:

ἐκ τοῦ δ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων.

Epigr. 178.

Ἐξεφλέγην, ὅτε Θεῦδις ἐλάμπετο παισὶν ἐν ἄλλοις

Digitized by Google

οἷος ἐπαντέλλων ἀσράσιν ἠέλιος.
Τοὔνεκ' ἔτι φλέγομαι καὶ νῦν, ὅτε νυκτὶ λαχνοῦται·
δυόμενος γὰρ ὅμως ἥλιός ἐσιν ἔτι.

Pro absurdo νυκτί nescio an Strato dederit τυτθά.

Epigr. 200.

Μισῶ δυσπερίληπτα φιλήματα κτέ.

Imo vero δυσπαράληπτα.

Caput XIV.

Epigr. 109. 3.

ὁ κτείνας ναυηγός κτέ.

Significatur a griphi auctore Ulysses, sed male interpretantur, *qui interfecit naufragus*. Quum enim in Siciliam delatus Ulysses Cyclopem interficeret, navem non fregerat. Poeta procul dubio voluit significare *navis ducem*. Helladius apud Photium Bibl. pag. 532 ed. Bekk.: Παρὰ Εὐφορίωνι — κακοζήλους ἔσιν εὑρεῖν λέξεις, καὶ γὰρ τὸν Ἰάσονα ναυαγόν εἶπεν, ὅπερ (l. ὥπερ) οὐ νεναυαγηκότα μᾶλλον τὸν δὲ ναῦν ἄγοντα δηλοῖ. Cf. Meinekii *Anal. Alex.* p. 135 sqq. Aenigmatis auctor fortasse de industria posuit vocabulum ambiguum, quo difficiliorem redderet solutionem.

Caput XV.

Epigr. 30, 2.

ὥσε γὰρ ἠελίου
τοῦδέ γ' ἀπασράπτουσιν ἀριπρεπέες λόγοι αἴγλῃ

Requiritur Accusativus αἴγλην. Cf. XII, 161, 3; IX. 283.

Caput XVI.

Epigr. 12.

Ἔρχευ, καὶ κατ' ἐμὰν ἴζευ πίτυν, κτέ.

Versus non pessimos ridiculos reddit absurda praepositio. Corrige παρ', ut recte legitur in sequenti epigrammate, quod Platonis nomen mentitur:

Ὑψίκομον παρὰ τάνδε καθίζεο Φωνήεσσαν — κῶνον.

Epigr. 73. 3.

χρύσεος ἔσηκεν Αὐρηλιανός· τὸ δὲ ἔργον κτέ.

Digitized by Google

Vocalis paenultima in hoc nomine proprio correpta, ut in Ἰουσινιανός aliisque similibus, nihil habet apud hosce poetastros insoliti, nec fortasse sollicitandum in pessimo versificatore vitium metricum in ultima syllaba verbi ἔσηκεν, quod tamen facillime evitare potuerit scribendo:

ἔσηκεν χρυσοῦς Αὐρηλιανός κτέ.

Epigr. 106. 3 sq.

Corrige:

Αἴδετο γάρ ῥα
κἂν (pro καὶ) σκηπτὸς Κρονίδου τοῖον ἐλεῖν πρόμαχον.

Epigr. 111.

Καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω
τόνδε Φιλοκτήτην ἔγραφε Παρράσιος·
ἔν τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ὑποικεῖ
δάκρυ, καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεσι πόνος. κτέ.

Quid in ipso carminis initio scribendum sit, docet epigr. 179:

Αὐτὰν ἐκ πόντοιο τιθηνητῆρος Ἀπελλῆς
τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε λοχευομέναν
καὶ τοίαν ἐτύπωσε κτέ.

Similiter hic sententia requiritur αὐτόν, aut, si forte hoc Glauci epigramma cum aliis similis argumenti olim cohaerebat, proprius etiam ad traditam scripturam καὐτόν.

Epigr. 169, 3 sq.

Ἀτθίδα δερκόμενος πάλι Παλλάδα, τοῦτο βοήσεις,
ὡς βούτης ὁ Πάρις τήνδε παρετρόχασεν.

Interpres Latinus, *quod bubulcus* cett. Voluit opinor poeta: *quam bubulcus Paris hance praeteriit!* i. e. quam fuit Paris agrestis, qui hanc spernere potuerit!

Epigr. 206.

Θεσπιέες τὸν Ἔρωτα μόνον θεὸν ἐκ Κυθερείης
ἄζοντ', οὐχ ἑτέρου γαπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου,
ἀλλ' ὃν Πραξιτέλης ἔγνω θεόν.

Necessarium puto:

οὐχ ἑτέρου γλυπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου, κτέ.

Epigr. 262, 3.

Λύγδινα πάντα καὶ ἄκρα σοφαὶ χέρες.

Malim ἀκρόσοφοι χέρες.

Digitized by Google

Epigr. 352, 2.

Ὤμοσεν εὐόρκοις ὑπὸ χείλεσι·

Quid hoc sit, non intellego. Substituendum τόδε.

Epigr. 361, 5 sq.

Μοῦνος δὴ νίκης γέρας ἄρνυσαι. Ἣ παρὰ πᾶσι
δόξαν ἔχεις ἀέθλων ἄθλα λιπεῖν ἑτέροις.

Oppositis frontibus haec pugnant inter sese. Procul dubio mendosum est ἄθλα. Praedicat poeta Calliopae summam artem et *facilitatem*, qua ceteros aurigas superans praemia soleat reportare. Nempe haec praecedunt:

Οὔτε γὰρ ἡνίοχός σε παρήπαφεν, οὔτε χαλινοῖς
δύσομος ἵππειη σοῖς ἀπίθησε γένυς.

Solus reportat victoriam et praemia, ceteris, ut fert hominum opinio, relinquens laborem aerumnas sudorem. Huiuscemodi autem sententiam facili nanciscimur corrigendo:

Ἣ παρὰ πᾶσι
δόξαν ἔχεις ἀέθλων ἄσθμα λιπεῖν ἑτέροις.

i. e. *anhelitum*, quod quam sit aptum de aurigis velocissimo cursu certantibus fugiet neminem.

IULIANI LOCUS CORRECTUS.

Iulianus in Epistola ad Themistium pag. 265. *si quis*, inquit, *veras opiniones de Diis mente comprehendit* ἐπισήσειεν ἄν τις εἰκότως πότερον χρὴ τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἢ ΘΕΟΝ καλεῖν· εἰ γὰρ ὀρθῶς ἔχει τὸ λεγόμενον ὅτι πέφυκεν ἕκαστον ὑπὸ τῶν οἰκείων γνωρίζεσθαι τὴν θείαν οὐσίαν ὁ γνωρίσας ΝΟΤΣ τις ἂν εἰκότως νομίζοιτο. Praeter Anaxagoram nemo hominum νοῦς appellari potuit, sed ex Juliani argumentatione liquido apparet non ΝΟΤΣ sed ΘΕΟC ab eo esse scriptum.

C. G. C.

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT C. G. COBET.

XII.

VERSUS APUD HOMERUM INTERPOLATUS.

Reprehendit nuperrimus Homeri Editor LA ROCHE in Praefatione eos, qui *„versibus quam plurimis damnatis omnes discrepantias in his carminibus amoveri posse sibi persuasum habent,"* narratque esse qui haec carmina ita quaerant constituere *„qualia fuisse ante Solonis vel Lycurgi tempora sibi fingant."* Est aliquid inter Solonem et Lycurgum, quem ioco nominasse videtur quo sit res absurda etiam aliquanto absurdior. Equidem in antiquis carminibus Ionicis, quae Homeri nomen gerunt, multa iam ante Solonis aetatem et mendose scripta et interpolata fuisse arbitror, quorum complura ab Alexandrinis et Aristarcho correcta sunt, sat multa a Bentleio et aliis, et superesse etiamnunc nonnihil in quo nostrae aetatis industria et acumen apparere possit. Fecit doctus Editor operae pretium multamque perutilem supellectilem undique congestam et ordine digestam nobis paravit, eximium Homeri et interpretandi et emendandi subsidium et adiumentum. Sed (dicam enim libere et candide quod sentio) non laudo quod ei *„certum ac deliberatum est, ultra recensiones Alexandrinorum nullo pacto regredi"* ut scribit ad Iliad. Z. 493. Quid? in Aristarchi verba iurabimus et Aristarchi errores fovebimus potius quam Aristarchi exemplum sequemur et quidquid vitiosum est,

Digitized by Google

etiam si ab ipso Aristarcho profectus error est, strenue confutabimus et, si est sanabile mendum, etiamnunc emendabimus? Duplex est in Homero nostro mendorum genus. Insunt errores quidam antiquissimi ante Solonem nati, insunt et alia quaedam vitia *novicia*, ut ita dicam, aut post Aristarchum demum nata aut amissis observationibus Aristarcheis in Codicibus, qui nunc supersunt, renata. Multis enim indiciis satis constat Aristarcheae doctrinae et κρίσεως reliquias tantum superesse modo copiosas et luculentas, modo exiles et inopes, ut in bona parte Odysseae. Multarum ἀθετήσεων in Scholiis memoria intercidit, quas aliunde cognitas habemus, multaeque nunc circumferuntur lectiones deteriores, quas aut semidoctorum socordia aut incuria scribarum veris et antiquis supposuit. Ingens est versuum Homericorum numerus, ubi quae sit Alexandrina lectio (ut ita dicam) certis testimoniis extra omnem dubitandi controversiam positum est. Sed sunt alii non minore numero, in quibus vulgata lectio non alios testes et auctores habet quam Codicum, qui nunc supersunt, optimos, id est minime malos, quum omnes mendosi sint et vitiis omne genus cooperti. Quam multae sunt lectiones manifesto vitiatae in Marciano A., qui reliquorum omnium et antiquissimus est et fidelissimus testis! Ut uno exemplo defungar, liber, quo non est alius emendatior ullus, exhibet Θ. 505.

ἐκ πόλιος δ' ἄξΑσθε βόας.

et Θ. 545.

ἐκ πόλιος δ' ἄξΑντο βόας.

barbara tamen haec esse constat pro ἄξΘσθε et ἄξΟντο, ut et analogia demonstrat et Aristarchi testimonium liquido confirmat. Quid scribae? In Scholio ad vs. 505. recte scribunt: ὅτι οὐ μέλλοντα σημαίνει τὸ ἄξΘσθε, sed ad 545. immanem barbarismum cum reliquis verbis pugnantem invexerunt: τὸ ἄξΑντο οὐ μέλλοντα σημαίνει. Credemusne igitur istis Ψ. 739. δύσΑντο χιτῶνας sanum esse? Perinde barbara sunt ᾽ΑξΑντο et δύσΑντο. Δύσετο passim legitur et dubitabimus δύσΟντο rescribere, praesertim quum δύσΑντο testem nullum habeat antiquum, legaturque apud illos solos, qui et ἄξασθε et ἄξαντο dederunt nil mali suspicantes.

Indicabo nunc versum insiticium, quem olim Aristarchum expunxisse suspicor sed nunc amissa Aristarchi sententia temere

Digitized by Google

in contextum esse receptum. In Odyss. τ. 364. Theoclymenus ad procos ita dicit:

Εὐρύμαχ', οὔ τί σ' ἄνωγα ἐμοὶ πομπῆας ὀπάζειν.
εἰσί μοι ὀφθαλμοί τε καὶ οὔατα καὶ πόδες ἄμφω,
[καὶ νόος ἐν στήθεσσι τετυγμένος οὐδὲν ἀτειχής]
TOIC ἔξειμι θύραζε.

Quo refertur τοῖς in τοῖς ἔξειμι? Ad omniane quae praecedunt an ad πόδες ἄμφω? Non est, credo, dubia et anceps optio. Sed si ad πόδες ἄμφω refertur, nullo modo servari poterit inepte interpositus versiculus:

καὶ νόος ἐν στήθεσσι τετυγμένος οὐδὲν ἀτειχής.

XIII.

ARISTARCHI ERRORES.

Aristarchus, cuius numquam ne minima quidem suspicio de amissa antiqua consonanti litera ϝ in carminibus Homericis animum subiit, interdum ex huius rei ignoratione aut in constituenda lectione aut in indaganda sententia poëtae graviter lapsus est et in manifestos errores se induit. In Iliad. Θ. 526. quum esset in libris omnibus:

ἕλπομαι εὐχόμενος Διί τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν
ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσσιφορήτους.

Aristarcho placuit de suo reponere ϵΥΧομαι 'ϵΛΠόμενος. Audi Aristonicum: ἡ διπλῆ (περιεσιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἕλπομαι εὐχόμενος. οὐ κατὰ τὸν Ἕκτορα δὲ τὸν οὕτως ἐπηρμένον λέγειν· ἐλπίζω εὐχόμενος τοῖς θεοῖς· ἐπιεικὲς γάρ· τοὐναντίον γὰρ οἰκεῖον εὔχομαι ἐλπόμενος, καυχῶμαι ἐλπιδοποιούμενος ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. Perspicuum est in tali re Ζηνόδοτος γράφει significare hanc esse vulgatam librorum veterum scripturam, quam Aristarchus aut ex aliis libris aut etiam ex ingenio in aliam mutaverit. At nunc quidem eum ratio fugit. Quid sit Hectoris ingenio magis accommodatum (οἰκεῖον) liquido definiri non potest: suum quisque in talibus sensum sequitur, neque acuto homini umquam deficiet oratio, donec eum redarguat acutior alter. Nihil sic proficitur: sed

Digitized by Google

sola argumenta grammatica aut metrica rem extra omnem controversiam ponunt. Quoniam in versu heroico fieri non potest ut pro dactylo *creticus* substituatur, certum est εὔχομαι τελτέμενος ab antiquo cantore dici non potuisse.

In Iliad. Ξ. 235.

ἐγὼ δέ κέ τοι ϝιδέω χάριν ἤματα πάντα.

annotatur: Ἀρίσαρχος χάριν εἰδέω: αἱ δὲ δημώδεις εἰδέω χάριν. Unice vera est τῶν δημωδῶν scriptura leniter emendata (ἰδέω χάριν pro εἰδέω) et Aristarchus imprudens metrum pessumdedit. Mirum est etiam Aristarchi de tali compositione iudicium: nempe ἐγὼ δέ κέ τοι ἰδέω χάριν componendum erat cum locis huiuscemodi, ἐγὼ δέ Κ' ἄγω, et ἐγὼ δέ ΚΕ λαὸν ἀγείρω, de quibus infra dicemus, sed audi opinionem Aristarchi: ϜΕΔΕΙ δὲ ἤτοι εἰδείην ἵν' ᾖ τὸ ῥῆμα ἐνηλλαγμένον (*coniunctivus* PRO *optativo*: quid simplicius?) ἢ ϑΕΚ ΠΕΡΙCCΟΥ νοουμένου τοῦ ΚΕ ἐγὼ δέ σοι εἴσομαι χάριν. Nondum multi anni sunt ex quo eruditis complura *eleganter abundare* videbantur et alia contra *eleganter abesse*, ut sola naturae simplicitas aut dicendi veritas *inelegans* esse putaretur. Ubi vocula ΚΕ apud Homerum cum futuro iuncta est dici poterat παρέλκειν τὸ ΚΕ vel ἐκ περισσοῦ νοεῖσθαι, κεῖσθαι, τίθεσθαι, quia post Homerum nemo eam particulam *futuro* addebat, et apud Homerum perinde est additane sit an non sit. Sed ubi ὁμηρικῶς pro ἐγὼ δ' ἄξω, ἐγὼ δέ σοι χάριν εἴσομαι dicitur ἐγὼ δέ κ' ἄγω, ἐγὼ δέ κέ τοι ϝιδέω χάριν, quia ΚΕ prorsus necessarium est, παρέλκειν vel ἐκ περισσοῦ νοεῖσθαι nullo modo dici potest.

Ad Iliad. Ε. 787. (et Θ. 228).

Αἰδὼς, Ἀργεῖοι, κάκ' ἐλέγχεα, ϝεῖδος ἀγητοί.

annotavit Didymus: Ἀρίσαρχος δὲ κάκ' ἐλεγχέϵC. Optime legitur Δ. 242.

Ἀργεῖοι ϝιόμωροι, ἐλεγχέες, οὔ νυ σέβεσθε;

et Ω. 239.

Ϝέρρετε, λωβητῆρες, ἐλεγχέες, οὔ νυ καὶ ὑμῖν
Ϝοίκοι ἔνεσι γόος;

sed nunc sequens ϝεῖδος formam ἐλέγχεα postulat, quae alibi sine ulla suspicione legitur ut Ω. 260.

τοὺς μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται.

Digitized by Google

Iliad. ϵ. 791.

νῦν δὲ Ϝεκὰς πόλιος κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ μάχονται.

Aristarchus dedit *νῦν δ' ἔκαθεν πόλιος* contra linguae Homericae usum, namque *ϝέκαθεν* dicebant.

Iliad. Z. 170.

δεῖξαι δ' ἠνώγει Ϝῷ πενθερῷ, ὄφρ' ἀπόλοιτο.

Aristarchus scripturam veterem *ἠνώγει ᾧ* converterat in *ἠνώγϵIN*. Didymus: *οὕτως σὺν τῷ* N *ἠ ν ώ γ ε ι* N *Ἀρίσαρχος. ἠ ν ώ γ ε ε ν γάρ.*

Iliad. I. 73.

πᾶσά τοι ἔσθ' ὑποδεξίη πολέεσσι δ' ἀνάσσεις.

Didymus: *αἱ Ἀριςάρχου οὕτως εἶχον διὰ τοῦ* ΓΑΡ *π ο λ έ σ ι ν γ ὰ ρ ἀ ν ά σ σ ε ι ς. ἔχει δέ τι Ὁμηρικὸν καὶ ἡ διὰ τοῦ* Δϵ, *π ο λ έ ε σ σ ι δ' ἀ ν ά σ σ ε ι ς.* Aristarchus imprudens metrum iugulavit. Recte Bekker. edidit: *πολέσιν δὲ ϝανάσσεις.*

Iliad. I. 128 et 270.

δώσω δ' ἑπτὰ γυναῖκας ἀμύμονα ϝέργα ϝιδυίας.

vide ut nos libri ludificentur. Annotatur ad vs. 270. *οὕτως Ἀρίςαρχος* MϵTA *τοῦ* C *ἀμύμονA*C. et ad vs. 128. *ἡ διπλῆ ὅτι χωρὶς τοῦ* C *γραπτέον· οὐ γάρ ἐςι κατὰ τῶν γυναικῶν ἀλλὰ κατὰ τῶν ἔργων. ὕςερον δὲ ἐπὶ τῶν γυναικῶν·*

αἳ κάλλει ἐνίκων.

optima haec et verissima Aristarchus annotavit, sed audi quod continuo sequitur: *Ἀρίςαρχος* Δϵ *μετὰ τοῦ* C *ἀ μ ύ μ ο ν α* C. At, o bone, modo ipsum Aristarchum audivimus plane contrarium asserentem et peridoneo argumento probantem. Scribae nobis imponunt, qui bis *ἀρίςαρχος* scripserunt ubi *ἀριςοφάνης* scriptum oportuit. Coaluerunt in unum duae annotationes, altera Aristonici: *ἡ διπλῆ, ὅτι — αἳ κάλλει ἐνίκων.* altera Didymi: *Ἀριςοφάνης μετὰ τοῦ* C, et sic iterum ad vs. 270. repone. Si Zenodotea fuisset lectio *ἀμύμονA*C in Scholiis legeretur: *ἡ διπλῆ περιεςιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κτέ.* Vide mihi nunc in quantum errorem se implicuerit la Roche, quo iudice: *„fallitur Aristonicus Aristarcho ἀ μ ύ μ ο ν α tribuens.“* Itaque nunc quidem Aristarchum *ἀναίτιον αἰτιάωνται*, sed contra graviter lapsus est Odyss. Γ. 246. ubi retinuit lectionem veterem:

Digitized by Google

ὥστε μοι ἀθανάτΟΙC ἰνδάλλεται εἰσοράασθαι.

spreta vera scriptura ab Aristophane reperta ἀθάνατΟC. Metri labes post amissum δίγαμμα vitiosas scripturas pariebat. Legebant tamen omnes Iliad. Ψ. 460. ἄλλος δ' ἡνίοχΟC ἰνδάλλεται. Sine causa haerebant namque olim fuerat:

ὥϛε μοι ἀθάνατος ϝινδάλλεται εἰσοράασθαι.

et: ἄλλος δ' ἡνίοχος ϝινδάλλεται, et Odyss. τ. 224.

ἀλλὰ καὶ ὥς ϝερέω ὥς μοι ϝινδάλλεται ἦτορ.

et Iliad. P. 213. Hector

βῆ ῥα μέγα ϝιάχων, ϝινδάλλετο δέ σφισι πᾶσι
τεύχεσι λαμπόμενος μεγαθύμου Πηλεΐωνος.

ubi antiqua scriptura erat λαμπόμενος Πηληιάδεω Ἀχιλῆϛ, deinde vulgata est recepta, sed neutra Aristarcho probabatur, qui ratus ϝινδάλλετο esse idem quod ἐῴκει, ὁμοῖος ἦν (ut in ἀθανάτΟΙC ϝινδάλλεται) genitivis dativos supposuit ϝινδάλλετο — μεγαθύμῳ Πηλεΐωνι. Recte me iudice et Aristophanis scriptura ἀθάνατΟC ϝινδάλλεται recepta est, et Aristarchea μεγαθύμῳ Πηλεΐωνι non est recepta.

XIV.

ΟΙ ΜΕΤΑΧΑΡΑΚΤΗΡΙCΑΝΤЄC.

Libri veteres, unde Zenodotus primus omnium suam Homeri διόρθωσιν concinnavit, exarati erant γράμμασιν Ἀττικοῖϛ sive ἀρχαϊκοῖϛ, qualibus Athenienses ante Euclidem in omni genere documentorum utebantur, quaeque post receptam litteraturam Ionicam ἡ παλαιὰ γραμματική aut ἡ ἀρχαία γραμματική appellari solebant

Zenodotus igitur quum τὰ Ἀττικὰ γράμματα transscriberet εἰϛ τὰ Ἰωνικά, (quod μεταχαρακτηρίζειν dicitur, id est τοὺϛ Ἀττικοὺϛ τῶν γραμμάτων χαρακτῆραϛ εἰϛ τοὺϛ Ἰωνικοὺϛ μεταγράφειν) videtur in ea re nonnullos commisisse errores, quos partim Aristophanes deprehendit, alios Aristarchus, alios Critici post Aristarchum. Supererant et alia quaedam menda hinc orta, quae Bekkerus abstersit nec desunt alia nonnulla nostrae aetatis Criticis quique post venturi sunt abstergenda. In Odyss. α. 254 ferebatur vetus scriptura haec:

Digitized by Google

ἦ δὴ πολλὸν ἀποιχομένου Ὀδυσῆος ΔΕΤΕΙ.

ubi Criticus antiquus annotavit: μήποτε ἄμεινον ἦ διὰ τοῦ Η γράφειν (ΔΕΤΗΙ). καὶ ἔστιν οἷον τῆς ἀρχαίας γραμματικῆς ἔν τι ΚΑΙ ΤΟΤΤΟ τῶν ὑπολελειμμένων. Visne scire cuius haec sit animadversio? Colliges id ex loco Porphyrii in *Quaestionibus Homericis* cap. VIII, qui ex Alexandro Cotyaensi haec ad verbum descripsit: ὁ δὲ βέλτιστος Ἀριστοφάνης κἀκεῖνο τὸ ἐν ταῖς παραποταμίαις (Iliad. Φ. inscribitur ἡ παραποτάμιος μάχη) λεγόμενον·

θρῴσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαλύξει
ἰχθὺς ὅς κε φάγῃσι Λυκάονος ἀργέτα δημόν.

(Φ. 126.) δείκνυσιν ὡς ἡμαρτημένον ὑπολείποιτο ἐκ τῆς παλαιᾶς γραμματικῆς. οὐ γὰρ χρὴ τὸ ΩC κε φάγῃσιν ἀκούειν ὡς ἄρθρον ὑποτακτικὸν μᾶλλον δὲ ἀντ' ἐπιρρήματος παρειλῆφθαι τὸ ὡς ἢ μᾶλλον συνδέσμου αἰτιώδους. δηλοῦται γὰρ ΙΝΑ φάγῃ. Nonne perspicuum est eiusdem hominis utramque observationem esse iisdem verbis enunciatam? Quod in priore Aristophanis annotatione legitur: ἕν τι ΚΑΙ ΤΟΤΤΟ τῶν ὑπολελειμμένων declarat Criticum saepius alibi antiquae scripturae menda eiusdemmodi deprehendisse. Huc pertinet vetus Scholion ad Euripidis *Phoenissas* 682. quod sine controversia ex Aristophanis Commentariis manavit, ut pleraque omnia bonae frugis et pererudita Scholia Euripidea Aristophani debentur. Quum esset in libris:

σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν.

Aristophanes σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν censuit esse scribendum: πρὸ ἄρχοντος γὰρ Εὐκλείδου (inquit) μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων τοῖς βράχεσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο τῷ Ε ἀντὶ τοῦ Η καὶ τῷ Ο ἀντὶ τοῦ Ω. — μὴ νοήσαντες δὲ — ἐτάραξαν τὸ νόημα. Eiusdem generis observatio legitur ad Odyss. α. 52.

Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος.

coniecit nescio quis ὀλοόφρΩN esse scribendum et annotavit: ἐγέγραπτο κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ΟΛΟΟΦΡΟΝ (pro ὀλοόφρΩN). εἶτά τις μὴ νοήσας προσέθηκε τὸ ΟC. et ad Odyss. λ. 275. τῇ ἀρχαίᾳ συνηθείᾳ ἐγέγραπτο ΜΕΤΕΡ ἀντὶ τοῦ ΜΗΤΗΡ. τοῦτο ἀγνοήσας τις προσέθηκε τὸ Α. et dedit μητέρα.

Addam similem Aristarchi animadversionem, ad Iliad. Λ. 104.

ὦ πότ' Ἀχιλλεὺς — δίδῃ μόσχοισι λύγοισιν·

Digitized by Google

adscribitur ex Aristonico: *ἡ διπλῆ περιεσιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει* ΟΝ (pro Ω). *μήποτε δὲ πεπλάνηται γεγραμμένου τοῦ Ο ὑπ' ἀρχαϊκῆς σημασίας ἀντὶ τοῦ Ω προσθεὶς τὸ* Ν. Pro *σημασίας* in Mnemos. 1873. pag. 37. corrigebam *συνηθείας*, immemor Lehrsii *de A. S. H.* pag. 372. qui apposite comparavit Aristarchi notam in Scholio ad Pindar. *Nem.* I. 34:

λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλΟC ὕδωρ καπνῷ Φέρειν.
καταλείπεται δὲ τῇ ἀρχαίᾳ σημασίᾳ τὸ ἐσλΟC. ἡ γὰρ ἀντίστροφος ἀπῄτει τὸ Τ (ἐσλΟΤC, quod a metro postulatur hodieque legitur.) Itaque *σημασίας* non erat tangendum sed 'ΤΠ' *ἀρχαϊκῆς σημασίας* vitiose dictum est pro 'ϵΠ' *ἀρχαϊκῆς*. Diu post Aristarchum Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεύς ex eiusdem rei observatione restituit locum in Iliad. Ξ. 241.

τῷ κεν ἐπισχοῖϵC λιπαροὺς πόδας.
τῷ ἐπίσχοιμι (inquit) *ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ἐπίσχοις*, ΤΩΙ *δὲ ἐπισχοίην* ΤΟ (sic scrib.) *ἐπισχοίης. καὶ ἴσως ἔδει οὕτως ἔχειν.* ΠΑΡϵΦΘΑΡΗ *δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων.*

Etiamnunc ex diligenti huius rei observatione crisis carminum Homericorum multis modis adiuvari potest. In promtu semper habendum in quo genere vitiorum *οἱ μεταχαρακτηρίσαντες* impegerint potissimum, et sic saepius aut vera lectio affulgebit aut emendatio confirmabitur. Confundi poterant et confusae sunt vocales breves ac longae ϵ — ϵΙ — Η, Ο — ΟΥ — Ω, ϵΙ — ΗΙ et ΟΙ — ΩΙ. Quod Homero semel et iterum reddidimus *πόλιν* ΤΡΩΙΗΝ (Τρῳὴν) pro Τροίην, ubi Aristarchus *τρισυλλάβως* contra analogiam Τροΐην reponebat, vides quae sit veteris corruptelae origo et causa. Erat enim in libris vetustis ΤΡΟΙϵΝ.

Editur nunc Iliad. Η. 238.

νωμῆσαι βῶν Ἀζαλέην.

Didymus: *νωμῆσαι βῶν: οὕτως αἱ Ἀριστάρχου* ΒΩΝ *σὺν τῷ* Ν, *ἡ Ἀριστοφάνους* ΒΟΥΝ. *τινὲς δὲ ἔξω τοῦ* Ν ΒΩ *καὶ μήποτε πιθανῶς ἀντὶ τοῦ* ΒΟΑ. In Scholio Victoriano est: *ἐν τοῖς παλαιοῖς ἐγέγραπτο* ΒΟΝ, *ὅπερ οὐκ ἐνόησαν οἱ διορθωταί*, id est qui Homericas *διορθώσεις* ediderunt Zenodotus, Aristophanes, Aristarchus. Quod igitur erat in libris vetustissimis ΒΟΝ est aut *βοῦν*, ut Aristophanes legebat, aut *βῶν*, ut Aristarchus. Utra scriptura est potior? Sine controversia Aristophanea *βοῦν*. Quare? quia *βοῦς* et apud Homerum passim et apud omnes Athenienses

Digitized by Google

habet semper et ubique accusativum *βοῦν*. Sed audi Bekkerum: „*βῶν Aristarchus (id est βοέην βοῆν)*, *βοῦν Aristophanes*, *βῶ Herodianus*." Ergo *βῶν* ex *βοῆν*, idque ex *βοέην* contractum esse putabat. Sed primum Homerus non aliter dicere potuit quam *βοέην* et *βοείην*. Βοῆ Atticorum est ut *λεοντῆ*, *παρδαλῆ*, *ἀλωπεκῆ*, *κυνῆ*, quae formae Ionibus non sunt in usu, sed *παρδαλέη*, *ἀνθρωπέη*, *κυνέη* similiaque. Deinde semel contractum *βοῆν* non iterum contrahi potest in *βῶν*, qualis est error Kantii, qui ex *νοούμενα* fecit *numena*, quod barbarum est. Praeterea Homericum *βοέη* contractionem Atticam in *βοῆ* non admittit propter interpositam consonantem. Ut enim Homerica sunt *πλέῳ πλόος εὐπλοίη*, et *ῥέῳ ῥόος*, et *χέῳ χόος τοινοχόος χρυσοχόος*, et *θέῳ θοός*, *πνέῳ πνόος* et *πνοιή*, sic *βοός*, *βοΐ*, *βόες*, *βόας bovis*, *bovi*, *boves*, habent *τὸ δίγαμμα*. Itaque *βοέη* et *βοείη* non magis contrahi possunt quam *εὐπλοίη* aut *χρυσοχόος* aut alia eiusdemmodi sexcenta. Eadem opera confutatur futilis Herodiani coniectura *βῶ* pro *βόα*: quia neque *βόα* Graecum est et, si quammaxime esset, *βόα* ob mediam consonantem in unam syllabam coalescere nequit. Itaque Aristarcheum *βῶν* nullo fundamento nixum corruit, et unice verum est Aristophaneum *βοῦν ἀζαλέην*, quod undique tutum est. Βοῦς enim Ὁμηρικῶς plane idem significat quod *ἀσπίς*, *σάκος*, *βοέη* et *βοείη*. Quemadmodum optime dicitur Iliad. M. 137.

οἳ δ' ἰθὺς πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον BOAC ATAC
ὑψόσ' ἀνασχόμενοι ἔκιον μεγάλῳ ἀλαλητῷ.

eodem modo in singulari optime habet *νωμῆσαι* BOTN *ἀζαλέην*, et *βῶν* nihil aliud est quam *σφάλμα τῶν τὴν ἀρχαίαν γραφὴν* BON *κακῶς μεταχαρακτηρισάντων*.

Ex eodem igitur fonte manarunt et alii errores, quos partim Bekkerus eximere conatus est, sed parum feliciter. Nempe quod hac observatione fretus *ἀφίη*, *προΐη*, *ἀνίη*, *μεθίη*, *ἐτίθη*, *τίθη*, *ἐδίδω*, *δίδω* formis vulgaribus in — ΕΙ et — ΟΥ substituit fefellit eum opinio, ut alio loco demonstravimus. Et quod particulae ΜΕΝ veluti bellum indixit ubicumque per metrum licebat ΜΗΝ reponens in plerisque locis veterem loquendi usum ultro vitiavit, ut de industria suo loco ostendemus.

Sed supersunt alia apud Homerum mendose scripta, quae ex

Digitized by Google

librorum veterum τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασιν exaratorum lectionibus veram formam recuperare tandem poterunt.

Proferam igitur nunc locos Homeri ubi ΟΥ et Ω inter se confusa fuerunt. Editur Iliad. Π. 363.

ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε, σάΩ δ' ἑρίηρας ἑταίρους.

et Φ. 238.

τοὺς δ' ἔκβαλλε θύραζε — ζωοὺς δὲ σάΩ.

eadem forma est imperativi Odyss. ν. 230.

ἀλλὰ σάΩ μὲν ταῦτα, σάΩ δ' ἐμέ.

et ρ. 595.

αὐτὸν μέν σε πρῶτα σάΩ καὶ Φράζεο θυμῷ
μή τι πάθῃς.

Haec est vulgata et antiquis testibus stabilita lectio. Hesychius: CΑΩ: σῶζε, σῶσον. Apollonius *Lex. Hom.* CΑΩ.

ἀλλὰ σάω μὲν ταῦτα, σάω δ' ἐμέ.
ἀντὶ τοῦ σῶζε.

Sed quae tandem, quaeso, esse potuit forma eadem imperfecti et imperativi CΑΩ? Nempe ἐν τοῖς παλαιοῖς ἐγέγραπτο CΑΟ, παρεφθάρη δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων, qui σάΩ scripserunt quum σάΟΥ deberent. Erat verbum Epicum σαοῦν pro σώζειν, cuius plurimae formae passim in Homeri carminibus leguntur, σαώσεις, σαῶσαι, σαωθῆναι cet. Imperativi aoristus est σάωσον Iliad Λ. 827.

ἀλλ' ἐμὲ μὲν σὺ σάωσον ἄγων ἐπὶ νῆα μέλαιναν.

et Odyss. δ. 765.

τῶν νῦν μοι μνῆσαι καί μοι Φίλον υἷα σάωσον.

Satis, credo, perspicuum est aoristo σάωσον praesens σάου respondere et imperfectum σάου:

ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε, σάΟΥ δ' ἑρίηρας ἑταίρους.

Nisi vetustissimi erroris origo tam liquido pateret, haesitaverit aliquis et tam vetustam scripturam convellere vix ausit. Nunc labem manifestam veluti oculis cernimus manibusque tenemus.

Male confunduntur in Homeri Editionibus δύΟ et δύΩ. Vetus scriptura ΔΤΟ pro re nata in brevem vocalem aut in longam exibat. Peccatur igitur ubi δύο secundam syllabam habet positione productam, veluti Iliad. Ο. 324. δύω κλονέουσι, et Φ. 269 et 614. δύω χρυσοῖο τάλαντα, et Odyss. κ. 102. δύω κρίνας,

Digitized by Google

et μ. 73. δύω σκόπελοι et sic saepius alibi. Homerica consuetudo palam fit Odyss. ε. 388.

ἔνθα δύΩ νύκτας δύO τ' ἤματα κύματι πηγῷ
πλάζετο.

solae metricae rationes utra sit ubique scriptura vera demonstrant. Itaque in vetere oraculo ad Iliad. E. 64. legendum:

τίπτε δύΩ βασιλῆες ὁ μὲν Τρώων ὁ δ' Ἀχαιῶν
οὐκέθ' ὁμὰ Φρονέοντες ἐμὸν δόμον εἰσανέβητε;

Credo Homerum Atheniensem forma Attica usum fuisse Odyss. E. 260. ubi nunc editur:

ἐν δ' ὑπέρας τε κάλOTC τε πόδας τ' ἐνέδησεν ἐν αὐτῇ.

toties enim vidi κάλῳ, κάλῳς, κάλως male in κάλοι, κάλοις, κάλους depravata, ut mihi subnata sit olim suspicio perantiquam scripturam ΚΑΛΟC male descriptam fuisse in κάλους quum κάλως oportuisset. In Epicratis fragmento apud Athen. pag. 782. F. in Codice Marciano est:

καὶ τοὺς κάλους ἔκλυε καὶ χάλα πόδα.

recte recepta est Valckenarii emendatio κάλΩC. Obiter emenda versum Aristophanis in *Equitibus* 756.

νῦν δή σε πάντα δεῖ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ.

namque proverbium est πάντα ΔΗ κάλων ἐξιέναι, ut καλὰ ΔΗ παταγεῖς, ut in Euripidis *Medea* 280.

ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων.

Itaque poëta dixerat:

νῦν ΔΘΙ σε πάντα ΔΗ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ.

Ex κάλως formatur καλΩΙδιον, non καλώδιον, ut est in fragmento Eupolidis apud Eustathium pag. 1535, 18.

σὺ δὲ τὰ καλώδια Ταῦθ' ἁρκυώρει.

nullum est enim ὑποκορισικόν in — ΩΔΙΟΝ exiens aut in — ΑΔΙΟΝ, sed in — ώδιον, — ᾴδιον, καλῴδιον, ζῴδιον, κρεᾴδιον, ἐλᾴδιον et similia. In — ΤΔΙΟΝ tantum I omittitur, ἰχθύδιον, βοτρύδιον cet.

In versiculo Odysseae π. 44. et alibi.

ἦσ', ὦ ξεῖν', ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἔδρην.

suspicor τὰ Ἀττικὰ γράμματα ΗΘCO male descripta esse reponendumque:

ἦσο, ξεῖν', ἡμεῖς δέ. κτέ.

Digitized by Google

Eiusdemmodi de causa Odyss. δ. 523, natum esse arbitror:

ἀσπασίΩC ἴδε γαῖαν.

credebant in ἀσπάσιOC ultimam metri indicio longam fuisse. Ex quo τὸ δίγαμμα rediit melior lectio emergit haec:

ἀσπάσιOC ϝίδε γαῖαν.

similiter θ. 450 pro

ὃ δ' ἄρ' ἀσπασίΩC ἴδε θυμῷ.

verum videtur ἀσπάσιOC ϝίδε. et v. 33 pro

ἀσπασίΩC δ' ἄρα τῷ κατέδυ Φάος ἠελίοιο

requiritur dativus ἀσπασίΩI, ut in

ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη.

Ξ. 108. Eiusdemmodi mendum exemerim et ex Iliad. Σ. 270.

ἀσπασίΩC γὰρ ἀφίξεται Ἴλιον ἱρήν.

ubi ἀσπάσιOC reponendum. cf. Θ. 488. K. 35. Φ. 607. λ. 430.

In his omnibus librorum testimonia nil prosunt, quia ἐν τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασι utrumque eodem modo scribitur ACΠACIOC, quod utrum ἀσπάσιος esset an ἀσπασίως suo arbitratu οἱ μεταχαρακτηρίζοντες constituebant.

Ex eodem fonte manavit confusio inter OI et ΩI: in antiquissimis enim Homeri libris utraque diphthongus eodem modo scribebatur OI, quique εἰς τὰ Ἰωνικὰ γράμματα carmina μετέβαλον suas opiniones secuti modo OI servabant, modo in ΩI producebant. Huc pertinet forma ᾠνοχόει et ἐῳνοχόει, quarum haec legebatur Λ. 598, et ο. 141, nunc Bekkerus utrobique ϝοινοχόει reposuit, sed idem Iliad. Δ. 3, νέκταρ ἐῤῥωνοχόει edidit et Odyss. υ. 255, ἐῤῥωνοχόει δὲ Μελανθεύς. Debebat constare sibi et ἐροινοχόει revocare.

Multo gravius peccatum est in Odyss. Γ. 472.

οἶνον ἐνοινοχοεῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσιν.

namque praepositio in ϵNοινοχοεῦντες vitiose abundat neque ullus ei locus est. Est tamen ἐνοινοχοεῦντες pervetus lectio Alexandrina. Scholion est ad Λ. 470. ἀρχαῖον ἔθος οἰνοχοεῖν τοὺς νέους οἰνοχόει δ' υἱὸς Μενελάου. (ο. 141.)

ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄροντο οἶνον ϵNοινοχοεῦντες.

et ad I. 470. σύνηθες οὕτω πολλὰ λέγειν τῷ ποιητῇ

ποδάνιπτρα ποδῶν.

οἶνον ϵNοινοχοεῦντες.

Digitized by Google

Tamen quia praepositio nullo pacto retineri potest Bekkerus scripsit:

Ϝοῖνον Ϝοινοχοεῦντες,

sed faciliore negotio sanari malum sic potest ut versus multo modulatior exeat, nempe:

Ϝοῖνον ἐϝοινοχοεῦντες.

ut literula ε de more τὸ δίγαμμα praecedat, ut in ἐϝελδόμενοι, ἐϝεισάμενος, sim.

Si quod est vocabulum Homericae linguae, in quo nemo dubitat τὸ δίγαμμα inesse, profecto Ϝοῖνος id est. Sua enim quisque lingua vernacula illius literulae in hoc nomine usum retinet. At vel sic tamen in illo peccatur. Iliad. H. 472.

ἐνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κάρη κομόωντες Ἀχαιοί.

non est tamen ulla dubitatio quin verum sit Ϝοινίζεσθαι. Quamquam in re certa testibus non est opus, unum tamen disertum producam, Θ. 506.

ϝοῖνον δὲ μελίφρονα ϝοινίζεσθε.

quod non minus est evidens indicium quam in admirabili versu:

ὣδέ σΦ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε ϝοῖνος.

Quid igitur faciemus? Cogites de eliminanda particula ἄρ' ut legatur ἔνθεν ϝοινίζοντο, sed neque suaves sunt hi numeri nec τὸ ἀσύνδετον recte habet. Ergo emendabimus:

ἔνθ' ἄρα ϝοινίζοντο.

ut apud Homerum ἔνθ' ἄρα tritissimum est: neque adeo adverbio ἔνθεν nunc est locus. Quum antiquitus esset ἔνθ' ἄρα οἰνίζοντο intolerabilis χασμωδία induxit aliquem ut vulgatam supponeret.

Eadem opera vs. 467.

νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέϚΑCαν οἶνον ἄγουσαι.

restitue Homeri linguam scribendo: παρέϚΑΝ Ϝοῖνον ἄγουσαι. Naves vino onustae non *appulerant*, sed illo ipso tempore *appulerunt*: TUM VERO (ἔνθ' ἄρα) concurrunt omnes vinum emturi.

Ut in ἐϝοινοχόει male longa vocalis scripta est pro brevi, sic et in ϝώκεον.

ι. 200. ϝώκει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι.

Ξ. 116. ϝώκεον δ' ἐν Πλευρῶνι.

Υ. 218. ὑπωρείας ϝώκεον πολυπίδακος Ἴδης.

ι. 400. ϝώκεον ἐν σπήεσσιν.

Digitized by Google

B. 668. *τριχθὰ δὲ ῥώκηθεν κατὰφυλαδόν.*
ἐγέγραπτο ἐν τοῖς παλαιοῖς OIκει, OIκεον, OIκηθεν, quod unice verum est.

Restat in Homericis unum mendum ex eadem confusione natum: *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασι* littera O aut pro OT ponitur ut in TOΔEMO aut pro Ω ut in TOIΔEMOI. Confusa haec sunt, ut suspicor, in Odyss. λ. 298. et ω. 199.

καὶ Λήδην εἶδον τὴν ΤυνδαρέOT παράκοιτιν.
οὐχ ὡς ΤυνδαρέOT κούρη κακὰ μήσατο ἔργα.

Erat in libris veteribus TTNΔAPEO, idque ΤυνδάρεΩ scribi debuerat, ut constanter ab Atticis poëtis notissimus heros appellatur. Homerus etiam in his formis cum civibus suis Atheniensibus conspirat. Ut in Attica promiscue Μενέλαος et Μενέλεως dicitur, sic in Odyss. υ. 321. χ. 212. 327. est Δαμασορίδης Ἀγέλαος, sed de eodem χ. 131. et 247. dicitur:

τοῖς δ' Ἀγέλεως μετέειπεν.

similia sunt Πηνέλεως, Πηνέλεων (N. 92.) Πηνελέω ἑκάεργος (Ξ. 489.) et B. 572. *υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.* et Δ. 327.

εὖρ' υἱὸν Πετεῶο Μενεσθῆα πλήξιππον.

In Πηνέλεως erat aliqua lectionis discrepantia: in multis libris est Ξ. 489. Πηνελέοιο, et ad N. 92. annotatur: Πηνέλεων: *διὰ τοῦ* O Ἀριστοφάνης ΠηνέλεON. Non est ulla dubitatio quin sibi Aristophanes in eo nomine scribendo constiterit: itaque Πηνέλεος quoque et Πηνελέοιο scribebat, et Attica forma est ab Aristarcho recepta. Nunc quoque *οἱ μεταχαρακτηρίσαντες* turbarunt. Erat ΠENEΛEOC et ΠENEΛEOIO et hinc dissensus. Eadem vetus scriptura ΠENEΛEOIO arguit aliam lectionis labem, quae etiam sine hoc indicio deprendi potuisset. Nempe *σὺν τῷ ἰῶτα* scribi debebat Πετεῷο, Πηνελέῳο: est enim terminatio — *οιο* producta prima vocali *ἀττικιστί*. Promiscue Πηνέλεω — Πηνελέῳο, Πετεώ — Πετεῷο, Τυνδάρεω et Τυνδαρέῳο dici poterat. Quid autem aliud est Ἀττικοῖς γράμμασι scriptum ΠENEΛEOIO quam Πηνελέῳο.

Cur autem forma Τυνδάρεος et Τυνδαρέου damnanda est? Quia formis Atticis omnibus in — EΩC et — EΩN exeuntibus respondent formae in — AOC et — AΩN, veluti Ἀμυθέων — Ἀμυ-

Digitized by Google

θάων, Ἀλκμείων — Ἀλκμάων, Ἀγέλεως — Ἀγέλαος, νεώς — ναός, μετάορος (μετήορος) — μετέωρος cet.

Itaque si ΤυνδάρεΩC est Atticum (quod nemo dubitat) Ionicum est non Τυνδάρεος sed aut Τυνδάραος aut Τυνδάρηος (ut Ἀμφιάρεως — Ἀμφιάρηος), quod nemo vidit et nemo videbit.

Si quis in Homero legendo hoc aget plura de genere hoc reperturus est, unde aut melior lectio elici possit aut discrepantis scripturae origo pateat. In Iliad. O. 635. libri discrepabant in αἶεν ὁμΟϛιχάει et ὁμΟΤ ϛιχάει. annotatur: ὁμοϛιχάει: συμπορεύεται. βάρβαρον δέ φησιν εἶναι αὐτὸ Διονύσιος. Facile credimus: ἐγέγραπτο δὲ ἐν τοῖς παλαιοῖς HOMO.

XV.

ϜΗΙΔϵΑ.

Scio apud Homerum est ϝοῖδα et *sciebam* ϝήδεα. In formis perfecti ϝοῖδα nulla est varietas neque discrepantia neque dissensio. Ϝοῖδα habet ϝοῖσθα et ϝοῖδε (dualis ϝίϛον exempla non occurrunt) et ϝίδμεν, ϝίϛε et ϝίσασιν et in imperativo ϝίσθι et ϝίϛω. Omnes hae formae, quae analogiam certam sequuntur, certam et exploratam habent fidem et testimoniis utuntur extra omnem controversiam positis. In plusquamperfecto ϝήδεα sunt librorum et grammaticorum vitia et errores. Discernenda igitur sunt vera et genuina a falsis et vitiosis. Probae et antiquae formae hae sunt:

Ϝήδεα et ante vocalem ϝήδε'.

Ϝήδης et ϝήδησθα.

Ϝήδεε, ϝήδει et ante vocalem ϝήδε' aut ϝήδειν.

dualium formae apud Homerum non leguntur, et in plurali sola tertia ϝίσαν comparet. Homericae igitur formae Atticis sunt simillimae.

Homerus.	Attici.
ϝήδεα et ante vocalem ϝήδε'	ᾔδη
ϝήδης, ϝήδησθα	ᾔδησθα
ϝήδεε, ϝήδει et ante	ᾔδει et ante
vocalem ϝήδε' aut ϝήδειν	vocalem ᾔδειν.

Digitized by Google

Dualis est in Attica in secunda et tertia ἦστην.

Pluralis in prima et secunda ἦσμεν et ἦστε.

Tertia pluralis apud Homerum est ἴσαν, in Attica ἦσαν.

Imperativus est apud Homerum ἴσθι, ἴστω, in Attica ἴσθι, ἴστω.

Optativus in Attica est εἰδείην, apud Homerum ϝειδείην.

Coniunctivus in Attica εἰδῶ, εἰδῇς, εἰδῇ, εἰδῶμεν, εἰδῆτε, εἰδῶσιν, apud Homerum ϝιδέω, ϝιδέῃς, ϝιδέῃ et in plurali correpta vocali ϝείδομεν et ϝείδετε.

Infinitivus est in Attica εἰδέναι, apud Homerum ϝίδμεν et ϝίδμεναι.

Participium apud Athenienses est εἰδώς, εἰδυῖα, εἰδός et συνειδός, apud Homerum ϝειδώς, ϝειδότε, ϝειδότες et ϝιδυῖα, ϝιδυίῃσι πραπίδεσσι.

Futurum est apud Homerum ϝείσομαι et ϝειδήσω, in Attica sine digammate εἴσομαι et εἰδήσω.

Ϝήδεα apud Homerum (ut πεποίθεα, ἐτεθήπεα, ἠνώγεα) legitur Ξ. 71.

ϝήδεα μὲν γὰρ ὅτε πρόφρων Δαναοῖσιν ἄμυνεν.

et elisa ultima ante vocalem Θ. 366.

εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ϝήδ' ἐνὶ Φρεσίν.

et δ. 754. ϝήδ' ἐγὼ τάδε πάντα, et ν. 340. ϝήδ' ὁ νοσήσεις.

Secundae personae exemplum est α. 337.

πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια ϝήδης.

et τ. 93.

πάντα γὰρ εὖ ϝήδησθ' ἐπεὶ ἐξ ἐμεῦ ἔκλυες αὐτῆς.

In tertia persona sunt multa vitia et errores. Certa analogia et perpetuus omnium usus requirunt ϝήδεε, ϝήδει et ante vocalem ϝήδε' aut ϝήδειν. Plusquamperfecta ὑπερδισύλλαβα apud Homerum sexcenties exeunt in — ϵI aut in — ϵIN si sequitur vocalis: ἀνώγει, ἀρήρει, βεβήκει, ἀμφιβεβήκει, βεβλήκει, γεγήθει, γεγόνει, δεδήει, εἰληλούθει, τετρώκει, τετώργει, ὀλώλει, ὀπώπει, ὀρώρει cet. Solum ϝήδεα putatur habere ϝήδH pro ϝήδϵI, sine lege, sine more, contra analogiam et usum. Sine offensione legunt omnes N. 355.

ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνϵI καὶ πλείονα ϝήδH.

quasi non utrumque γεγόνει et ϝήδει eiusdem plane formae esset et analogiae. Forma soluta ϝήδεε (ἤδεε) nonnullis locis salva evasit, ut B. 409.

Digitized by Google

ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.

et B. 832. et Λ. 330.

ἤδεε μαντοσύνας οὐδὲ οὓς παῖδας ἔασκεν.

et P. 402.

οὐδ' ἄρα πώ τι Ἤιδεε Πάτροκλον τεθνηκότα.

et alibi. Suspiciosus locus est ψ. 29.

Τηλέμαχος δ' ἄρα μιν πάλαι ἤδεεν ἔνδον ἐόντα.

namque loci omnes ubi necessarium Ϝ omissum est summo iure aut corrupti aut a διασκευασταῖς interpolati esse iudicantur. Ϝοῖδα Homericum est, non οἶδα: itaque et ϝήδεεν non ἤδεεν. Itaque scribendum B. 38.

νήπιος οὐδὲ τὰ ϝήδε' ἃ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα.

pro τὰ ϝήδη. et B. 409. ϝήδεε γὰρ κατὰ θυμόν, pro ϝήδη. et Λ. 741.

ἦ τόσα Φάρμακα ϝήδε' ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

pro ϝήδη ὅσα. et Υ. 466.

νήπιος οὐδὲ τὸ ϝήδε' ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλεν.

pro ϝήδη ὅ. et Σ. 404.

οὐδέ τις ἄλλος

ϝήδεεν οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.

pro ϝήδειν, quia Homerus in prima hexametri sede ubi libera optio est dactylum magis amat quam spondeum, veluti ἤτεε pro ἤτει et sim. et β. 122.

τάων οὔτις ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείῃ

ϝήδε', ἀτὰρ μὲν τοῦτο κτέ.

pro ϝήδη ἀτάρ. Omnino enim forma ϝήδη et ab Homerico constanti usu abhorret et ab analogia redarguitur. Ex — ϵA nascitur — H, ut in Atticis ἐπεπόνθη, ἐκεχήνη, ἐπεποιήκη, ᾄδη etc. sed ex — ϵϵ necessario — ϵI nascitur perinde apud Homerum Atheniensem et apud Homeri cives posterioris aetatis Sophoclem et Aristophanem et omnes, qui τῇ ἀρχαίᾳ Ἀτθίδι utebantur. Itaque ϝήδη in tertia nusquam ferendum reponendumque aut ϝήδεε aut ϝήδει, veluti A. 70. ὃς ϝήδει τά τ' ἐόντα. B. 213. ἄκοσμά τε πολλά τε ϝήδϵI. et E. 64. θέσφατα ϝήδει. 326. ἄρτια ϝήδει. Z. 351. ὃς ϝήδει. Λ. 330. ϝήδεε μαντοσύνας. P. 402. ϝήδεε Πάτροκλον τεθνηκότα. Υ. 115. ϝήδειν ἰΦθίμην ἄλοχον. β. 17. μυρία ϝήδει. 108. ἦ σάφα ϝήδει. ι. 189. ἀθεμίστια ϝήδει. ρ. 317. περιϝήδει. ψ. 220. εἰ ϝήδειν ὅ μιν αὖτις. et ω. 144. ἦ σάφα ϝήδει,

Digitized by Google

quibus locis omnibus apud Bekkerum ῥήδη nunc legitur, quod perinde est vitiosum ac si quis pro γεγήθει, ὀπώπει, ὀλώλει, ὀρώρει vellet γεγήθH scribere et ὀπώπη, ὀλώλη, ὀρώρη contra analogiam et contra usum.

Duobus apud Homerum locis comparet forma ἠτείδης et ἠτείδη. X. 280.

οὐδ' ἄρα πώ τι Ϝεκ Διὸς ἠτείδης τὸν ἐμὸν μόρον.

et ι. 206.

οὐδέ τις αὐτὸν Ἠτείδη δμώων.

quae quo pacto nata sit perspicuum est. Nempe in lingua Homerica vocabulis a digammate inchoantibus cantorum arbitratu Ϝ praefigitur ϝείκοσι ἑτείκοσι, ϝέδνα ἔτεδνα, unde ἀνέτεδνος pro ἄτεδνος, et sic ἑτεισάμενος, ἐτέλδομαι, ἐτέλπεται, ἐτέλσαι, ἐτέργω multaque alia in Homerico sermone tritissima sunt. Itaque et ῥήδης et ῥήδει assumunt literulam ἐῥήδης, ἐῥήδει, et ὑγρὸν digamma ob numeros poëticos geminatum (ut in ἔτταδεν) ἐττῥήδης et ἐττῥήδει protulit, unde quum carmina post longum temporis intervallum ex cantantium ore exciperentur et literis non suis describerentur, natae sunt formae ex tribus longis constantes ῆῆδει an ἠείδει an ἠείδη omnes perinde vitiosae, quoniam antiqua et vera forma ἐττῥήδει neque Atticis literis neque Ionicis scribi poterat.

In imperativo ϝίϛω et in optativo ϝειδείην et in infinitivo ϝίϜμεν et ϝίδμεναι et περιϝίδμεναι omnia sana et certa sunt et l gibus parent. In ε. 206. εἰ μὴν ϝειδείης σῇσιν Φρεσί. Bekkerus perperam, ut saepius alibi, μήν de suo substituit pro μέν. Retento μέν et expuncta inutili litera σῇσI Φρεσί scriptum oportuerat.

Neque in participiis ulla est controversia. Passim ϝειδώς legitur et ϝειδότε et ϝειδότες et prima correpta ϝιδυῖα ut ϝικυῖα, quae omnia rectissime habent.

In coniunctivo primum Homerico more longae vocales corripiuntur. ϝειδῶ habet in prima ϝείδομεν, ut in notissimo

ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ ἵνα ϝείδομεν ἄμφω.

ut ἴομεν pro ἴωμεν, βείομεν, ϛείομεν et sim. et sic in secunda ϝείδετε, ut Θ. 18. ἵνα ϝείδετε πάντες. Sed est praeterea alia coniunctivi forma, in qua correpta prima est et resoluta secunda, ut pro ϝειδῶ, ϝειδῇς, ϝειδῇ dicatur ϝιδέω, ϝιδέῃς, ϝιδέῃ et in prima plurali ϝιδέωμεν pro ϝειδῶμεν aut ϝείδομεν. Luculentum

Digitized by Google

huius formae exemplum sine ullo vitio aetatem tulit Ξ. 235.

ἐγὼ δέ κέ τοι ϝιδέω χάριν.

ubi scriptor Atticus dixisset: ἐγὼ δέ σοι χάριν εἴσομαι, ut Euripides in *Andromeda* a Scholiasta laudatus:

ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν;

Ad hanc lucem facile est emendare locos ubi antiquum ϝιδέϝς, ϝιδέϝ et similia in vulgatam formam εἰδῆς aut ἴδῃς conversum est. Itaque Θ. 406.

ὄφρ' εἰδῇ γλαυκῶπις ὅταν ϝῷ πατρὶ μάχηται,

corrige ὄφρα ϝιδέϝ, et N. 499.

ἐναντίος ἴσασ' ἐμεῖο
ὄφρα ϝίδῃς οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω.

verum est ut *scias*, sentias, experiaris, ὄφρα ϝιδέϝς. et O. 32.

τῶν σ' αὐτὸς μνήσω
ὄφρα ϝίδῃς ἦν τοι χρεὼ μὴ Φιλότης τε καὶ εὐνή.

imo vero ut *scias*, intelligas, ὄφρα ϝιδέϝς et ι. 348.

τῇ, πίε τοῖνον,
ὄφρ' εἰδῇς οἷόν τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθει.

scrib. ὄφρα ϝιδέϝς. et π. 236.

ἀλλ' ἄγε μοι μνηςῆρας ἀριθμήσας κατάλεξον
ὄφρ' εἰδέω ὅσσοί τε καὶ οἵτινες ἀνέρες εἰσίν.

Bekkerus ipse restituit ὄφρα ϝιδέω. et Φ. 112.

μηδ' ἔτι τόξου
δηρὸν ἀποτρωπᾶσθε τανυςύος ὄφρα ϝίδωμεν.

ut *sciamus* quid rei sit, ὄφρα ϝιδέωμεν. et Φ. 336. iterum:

ἀλλ' ἄγε οἱ δότε τόξον ἐΰξοον ὄφρα ϝιδέωμεν.

non ut vulgo ϝίδωμεν. Denique χ. 234.

καὶ ϝίδε ϝέργον,
ὄφρα ϝίδῃς οἷός τοι ἐν ἀνδράσι δυσμενέεσσι
Μέντωρ Ἀλκιμίδης εὐεργεσίας ἀποτίνειν.

quis ferat: *vide ut videas*, sed scribendum ϝίδε ϝέργον ὄφρα ϝιδέϝς.

In plusquamperfecto semel Bekkerus imprudens digamma neglexit α. 176.

ἐπεὶ πολλοὶ ἴσαν ἀνέρες ἡμέτερον δῶ.

sed ἴσαν est *ibant*, sententia et metrum postulant πολλοὶ ϝίσαν, ut ϝίδμεν, ϝίϛε et ϝίσασιν apud Homerum sunt perpetua.

Duplex futurum ϝειδήσω et ϝείσομαι sine ulla varietate passim legitur H. 226.

Digitized by Google

XVIII.

ἘΔΗΔΟΤΑΙ.

Odyss. χ. 56.

ὅσσα τοι ἐκπέποται καὶ ἐδήδοται.

Neque Homerica forma neque omnino Graeca est ἐδήδοται. Athenienses ἐδήδοκα dicebant et κατεδήδοκα, et passive κατεδήδεσμαι et κατηδέσθην. Vitiose Hesychius Κατεδέδασαι: καταβέβρωται pro κατεδήδεσαι. Qua forma Poëta usus sit colligendum ex docta annotatione apud Etymologum pag. 316, 25. Ἐδήδαται: εἰ μὲν διὰ τοῦ Α ὡς Ἀρίσαρχος καὶ ἄλλοι ἔσι πληθυντικόν οἷον

ὅσσα τοι ἐκπέποται καὶ ἐδήδαται.

ἐὰν δὲ διὰ τοῦ Ε ἐνικόν. Ingrata admodum et molesta singularis numeri et pluralis in eadem re copulatio. Potior est igitur forma ἐδήδεται, ut ἐλήλαται, ἀρήροται, ἀλήλεται (ex ἀλεῖν), ὁμώμοται et sim.

XIX.

ἈΠΑΤΙΜΑΝ MENDOSA FORMA.

Editur Iliad. N. 115.

οὕνεκ' Ἀπητίμησε ποδώκεα Πηλεΐωνα.

sed compositum ἀπατιμᾶν et ratio et usus reiiciunt, quum ἀτιμᾶν et ἀτιμάζειν passim eo sensu legantur. Quid est facilius quam emendare:

οὕνεκ' Ἄρ' ἠτίμησε.

ut H. 140.

οὕνεκ' ἄρ' οὐ τόξοισι μαχέσκετο.

et Λ. 79.

οὕνεκ' ἄρα Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι.

et N. 461.

οὕνεκ' ἄρ' ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκεν.

et Ω. 607.

οὕνεκ' ἄρα Λητοῖ τισάσκετο καλλιπαρῄῳ.

Digitized by Google

PLATONICA.

SCRIPSIT C. G. COBET.

...OR LIBR...

AD PLATONIS QUI FERTUR ALCIBIADEM PRIOREM.

Estne ὁ Ἀλκιβιάδης ὁ πρότερος Dialogus a Platone scriptus? Non arbitror.

Causas si requiris primum venit in mentem Martialis, cuius hoc notum epigramma est:

Non amo te, Sabidi, nec possum dicere quare;
hoc tantum possum dicere: non amo te.

Quoties hunc Dialogum relego semper sentio et intelligo non mihi cum Platone rem esse, sed cum aliquo Platonis amatore et admiratore et imitatore, qui, ut omne imitatorum genus, ὡς ἀπόγραφον πρὸς ἀρχέτυπον δευτερεύει.

Scitus et venustus homo est et plenus iocorum, quibus te oblectat exhilaratque,

τὰ δὲ τοῦ Πλάτωνος σκώμματα
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Plato quos contemnit vel odit tectius urbaniusque dictis aculeatis pungit, noster γυμνῇ τῇ κεφαλῇ λοιδορεῖται. Audi modo pag. 118 B. ἄττεις πρὸς τὰ πολιτικὰ πρὶν παιδευθῆναι. πέπονθας δὲ τοῦτο οὐ σὺ μόνος ἀλλὰ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν πραττόντων τὰ τῆσδε τῆς πόλεως. et pag. 119. A. δοκοῦσί μοι οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες ἐκτὸς ὀλίγων ἀπαίδευτοι εἶναι. Durius etiam pag.

Digitized by Google

120. B. *οἳ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσιν ἔτι τὴν ἀνδραποδώδη (φαῖεν ἂν αἱ γυναῖκες) τρίχα ἔχοντες ἐν τῇ ψυχῇ ὑπ' ἀμουσίας καὶ οὔπω ἀποβεβληκότες ἔτι δὲ βαρβαρίζοντες ἐληλύθασι κολακεύσοντες τὴν πόλιν ἀλλ' οὐκ ἄρξοντες.* Haeccine a Platone profecta esse putemus! *οἱ νῦν πολιτευόμενοι σχεδόν τι ἅπαντες ἀπαίδευτοί εἰσι καὶ ἀνδράποδα καὶ βάρβαροι καὶ κόλακες.* Cratino haec sunt quam Platone digniora. Neque multo mitior est in singulos, quos *ὀνομαστὶ κωμῳδεῖ*. Omitto Midiam *τὸν ὀρτυγοκόπον* hominem nequam ac nihili; sed vide quam urbane Periclis filios perstringat et Cliniam Alcibiadis fratrem natu minorem pag. 118. D. *τὼ Περικλέους υἱέε ἠλιθίω ἐγενέσθην*, et post pauca: *τί δ' ἂν Κλεινίαν λέγοις μαινόμενον ἄνθρωπον*; Aristophanem te audire putes, non Platonem *τὸν εὐσχήμονα, τὸν ἀεὶ σεμνολογοῦντα*, qui dictis pungere et urere quemlibet improbum salsissime poterat, sed ea ipsa de causa convicia huiuscemodi et maledicta iacere non solebat. Hunc ipsum locum Dialogi auctor, quisquis est, a Platone sumsit ex *Protagora* pag. 319. E. Vide nunc vir viro quid praestet. De Periclis filiis verus Plato ita dixit: *περιῐόντες νέμονται ὥσπερ ἄφετοι ἐάν που αὐτόματοι περιτύχωσι τῇ ἀρετῇ*, Plato personatus: *ἠλιθίω ἐγενέσθην*. De Clinia Plato ipse: *Κλεινίαν τὸν Ἀλκιβιάδου τουτουὶ νεώτερον ἀδελφὸν ὁ Περικλῆς — καταθέμενος ἐν Ἀρίφρονος ἐπαίδευε. καὶ* (leg. *καὶ ὃς*) *πρὶν ἓξ μῆνας γεγονέναι ἀπέδωκε τούτῳ οὐκ ἔχων ὅτι χρήσαιτο αὐτῷ*. Imitator contra: *Κλεινίας μαινόμενος ἄνθρωπος*. Viden quid inter hominem urbanum et venustum et elegantem intersit et protervum conviciatorem? Sumsit imitator et alios a Platone locos, quo ipso indicio arguitur. Plato enim sua repetere non solet in tanta rerum et sententiarum et orationis copia et ubertate: sed sterile imitatorum ingenium alieno ornatu tamquam floribus hortulos suos exornabat. Quale est quod de Pericle dicitur pag. 118. D. *Περικλῆς τίνα ἐποίησε σοφὸν ἀπὸ τῶν υἱέων ἀρξάμενος*; et quae sequuntur. A Platone haec sunt in *Gorgia* pag. 515. E. et in *Menone* pag. 94. B. ubi eadem aliquanto melius lepidiusque dicta videbis. Certabant inter sese Socratici in hac materie elaboranda, quo pacto Socrates Alcibiadis iuveniliter exsultantis fastum et arrogantiam contuderit. In hac palaestra Antisthenes et Aeschines et Euclides et Phaedo se exercuerunt. Perierunt sine vestigio reliqua et nihil praeter nomen dialogorum superest, *ὁ*

Digitized by Google

Ἀντισθένους Ἀλκιβιάδης, ὁ Εὐκλείδου et reliquorum. Ex solo Aeschinis *Alcibiade* luculentum fragmentum servatum est apud Aristidem *ὑπὲρ τῶν τεττάρων* Tom. II pag. 292 sqq. Dindorf. et pag. 369. ubi rectissime Aristides Platonem increpat (namque *Alcibiadem* Platonis esse Dialogum et Aristides et omnes olim opinabantur) his verbis: *αἰτιασάμενος γὰρ τὸν Ἀλκιβιάδην ἀμαθίᾳ συνοικεῖν — κατασκευάσας κἀνταῦθα ὁδόν τινα αὐτῷ κατὰ τοῦ Περικλέους πειρᾶται κἀκείνῳ τὴν αὐτὴν αἰτίαν περιάπτειν οὐδὲν προκαλυπτόμενος ἀλλ' ὡς τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο οὔτε γράμματα οὔτε νεῖν εἰδότα ἐλέγχειν ἀξιῶν.* Dedecebat, inquit, Socratem *πρῶτον μὲν περὶ συγγενοῦς πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην βλασφημεῖν καὶ ἐπιτρόπου.* Non oportebat (ita pergit) Periclem vituperari hunc in modum apud adolescentulum *μὴ ὅτι Περικλέους ῥᾳδίως ἂν ὑπερφρονήσαντα ἀλλὰ τοιοῦτον ὥσθ' ὅ γ' Αἰσχίνης φησὶ περὶ αὐτοῦ ὅτι κἂν τοῖς δώδεκα θεοῖς ἤδισα ἐπετίμησεν. τοσοῦτον αὐτῷ φρονήματος περιῆν καὶ τοῦ μηδένα μηδενὸς ἄξιον εἶναι νομίζειν.* Quanto melius, inquit, Socrates apud Aeschinem nimios adolescentuli spiritus fregit: non vituperat coram illo Themistoclem neque omnes perinde qui remp. capesserent *nihil scire* affirmat, *οὐδαμῶς· ἀλλ' ἀναγκάζει κλάειν θέντα τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τὰ γόνατα ἀθυμήσαντα.* Vere omnia, sed an nihil horum Platonem sensisse putemus, apud quem aliis locis Alcibiadis insolentia ac protervitas a Socrate tam festive quam acriter confutatur, in *Symposio* nominatim et semel iterumque sine nomine in libris *de Republica?* Sed Plato, opinor, vacat omni reprehensione, et, si quid est in ea re peccatum, is hanc culpam debet solus sustinere qui nunc sub Platonis nomine latet.

Dicendi genus, quo imitator utitur, Atticum est, purum, tersum, elegans, sed ut omnes tum loquebantur sine illis verborum et sententiarum luminibus, quibus Platonis dictio splendet. Vitium dicendi sat manifestum unum certe deprehendas pag. 111. D. *ἱκανὸν δέ σοι τεκμήριον ὅτι οὐκ ἐπίστανται οὐδὲ κρήγυοι διδάσκαλοί εἰσι τούτων.* Φιλόμηρος est Dialogi auctor et in Homeri verbis ludere et iocari solitus, ut in *ἐν Λακεδαίμονι δίᾳ* et *εὐπρόσωπος ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως.* cf. Mnemos. 1874 pag. 259. sed in *κρήγυος* lapsus est et subinepte vocabulum sibi incognitum posuit sensu ficticio. Κρήγυος semel apud Homerum legitur noto loco: quid significaret docti divi-

Digitized by Google

nabant magis quam sciebant. Audi Aristarchum ad Iliad. A. 106. *ὅτι ἅπαξ εἴρηται τὸ κρήγυον καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθές ἀλλ' ἀγαθόν· ἀντιδιαστέλλει γοῦν ἐπὶ τό „αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα"*. Recoctum est postea *τὸ κρήγυον* ab iis, qui libellos pseudo-Pythagoreos supposuerunt, in quorum fragmentis apud Stobaeum saepius legitur. Qui Platonem bene noverunt non facile inducent in animum pro *ἀγαθοὶ διδάσκαλοι* putide et affectate *κρήγυοι διδάσκαλοι* ab ipso dici potuisse.

Ut Plato est in temporum notatione negligens admodum et omnia miscere solitus, cf. Mnemos. 1874. pag. 115. sic contra qui *Alcibiadem* conscripsit in hac parte diligentissimus esse reperietur.

Nulla potest esse de Alcibiadis aetate dubitatio ex iis quae Platonis imitator de ea re indicavit. Pater Alcibiadis Clinias in proelio cecidit anno 447. *ἐν Κορωνείᾳ ἐπὶ ἄρχοντος Τιμαρχίδου*. Reliquit duos filios maiorem Alcibiadem biennio ante natum, et minorem Cliniam anniculum. Itaque Alcibiades natus anno 449. quum in Asia interficeretur anno 404. *quadragesimum quintum* annum aetatis agebat. Confirmantur haec egregie Dialogo Platonico, ubi inducitur Alcibiades adolescentulus *undeviginti annorum* vivo Pericle et in florentissima rep. summa apud omnes auctoritate pollente. Quadrant haec omnia exactissime in annum 430; namque sequenti anno pestilentia grassata Athenis est et Pericles excessit e vita. Aetas Alcibiadis his locis cognoscitur pag. 123 C. *ὁ Ἀλκιβιάδης ἔτη οὐδέπω γεγονὼς σφόδρα εἴκοσιν*, et pag. 110. A. *πέρυσιν ἐζήτεις τε καὶ οὐκ ᾤου εἰδέναι; — τρίτον δὲ ἔτος καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον οὐχ οὕτως; — ἀλλὰ μὴν τό γε πρὸ τούτου παῖς ἦσθα*. Sexto abhinc anno 425 Alcibiades *παῖς ἦν* annorum *quatuordecim*, nunc *ἔτη οὐδέπω γεγονὼς σφόδρ' εἴκοσιν* cogitat *propediem* (*μάλα ὀλίγων ἡμερῶν* pag. 105. B) verba facturus ad populum prodire. Ridetur ab Aristophane *ἐν τοῖς Δαιταλεῦσιν* anno 427.

παρ' Ἀλκιβιάδου τοῦτο τἀποβήσεται.

tertio post anno, aetatis vigesimo secundo. Alcibiades *ἐστρατήγησε* primum *τριάκοντα γεγονὼς ἔτη* (nec ante licebat) anno 419 teste Thucydide V. 52. *Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου στρατηγὸς ὢν Ἀθηναίων ξυγκαθίστη τὰ περὶ τὴν ξυμμαχίαν*. Vides omnia undique congruere nec ullum esse dubitationi locum, ut nihil sit tri-

Digitized by Google

buendum Cornelii Nepotis testimonio in vita cap. X. *annos circiter* quadraginta *natus diem obiit supremum.* Manifesto enim constat Alcibiadem circiter *quadraginta quinque* annos tum natum fuisse, siquidem recte anno 430 adolescentulus annorum XIX illa cum Socrate confabulans inducitur.

Difficile est statuere circa quae tempora huiuscemodi Dialogorum Platonicorum imitationes primum prodierint. Mortuo dudum Platone natae sunt et tamen perveteres necesse est fuisse, quandoquidem nemo Criticorum veterum ullam fraudis suspicionem concepit, ne Aristophanes Byzantinus quidem, quem in digerendis Platonis Dialogis operam posuisse accepimus a Diogene Laërtio III. 61.

Quantivis pretii est in hanc rem testimonium Galeni Tom. XV. pag. 105. Kühn. *πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς ἐπὶ κτήσει παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγέγραπτο σύγγραμμα· λαμβάνειν δ' ἀρξαμένων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς σύγγραμμα παλαιοῦ τινὸς ἀνδρὸς οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον.* Quid igitur meruisse putemus si quis novum Platonis Dialogum aut Demosthenis orationem novam attulisset?

Saepe tamen miratus sum Alexandrinos Criticos, qui in poëtis tam acutum cernebant, tam hebetes et obtusos esse potissimum in Demosthene et Platone, ut illius Orationes, huius Dialogos manifesto spurios et tam splendida nomina mentientes sine ulla suspicione in ordinem reciperent, *Alcibiadem Secundum*, *Hipparchum*, *Anterastas*, *Theagem*, *Hippiam utrumque*, *Clitophontem*, *Minoem*, in quibus omnibus fraus perpluit.

Nunc locos quosdam in *Alcibiade* male habitos in integrum restituere conabimur.

Alcibiad. pag. 104. A. *οὐδενὸς φὴς ἀνθρώπων ἐνδεὴς εἶναι εἰς οὐδέν· τὰ ΓΑΡ ὑπάρχοντά σοι μεγάλα εἶναι [ὥστε μηδενὸς δεῖσθαι] ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν.* Verba *ὥστε μηδενὸς δεῖσθαι* et inepte abundant post *γάρ* et arcte coniungenda moleste disiungunt. Melius etiam senties in rectae orationis forma: *οὐδενὸς ἀνθρώπων ἐνδεής εἰμι εἰς οὐδέν· τὰ γὰρ ὑπάρχοντά μοι μεγάλα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν.* Quam fatuum esset his interponere *ὥστε*

Digitized by Google

μηδενὸς δεῖσθαι. Praeterea alieno loco posita haec sunt, namque post τὰ ὑπάρχοντά σοι inseri debuerant.

Alcibiad. I. pag. 104. B. προσθήσω δὲ καὶ ὅτι τῶν πλουσίων· δοκεῖς δέ μοι ἐπὶ τούτῳ ἥκιστα μέγα φρονεῖν. Quod in ὅτι τῶν πλουσίων intelligendum putant οἶει εἶναι, id nullo pacto ex superioribus verbis repeti potest, quod locum inspicienti statim unicuique apparebit. Socrates dixisse videtur: ὅτι ϵΙ (εἶ) τῶν πλουσίων, *esse te in divitum numero*, ut εἶ γὰρ τῶν φίλων, *es in amicorum numero*, et similia passim.

Pro μέγα φρονεῖν in omnibus libris praeterquam in optimo omnium Bodleiano legitur μεγαλοφρονεῖν, quam formam Atticis inauditam saepissime Graeculi ἐκ τῆς συνηθείας substituere assolent.

Alcibiad. pag. 104. D. ἀκούσει ἄρα μου προθύμως εἴπερ ὡϹ ϔϕης ἐπιθυμεῖς εἰδέναι τί διανοοῦμαι. Attici constanter dicebant ἔφησθα, ut ἦσθα, ἧεισθα, οἶσθα, ᾔδησθα. Itaque ἔφης mendosum est et ὡς φής reponendum. Praecedens ὡϹ peperit errorem.

Alcibiad. I. pag. 104. E. οὐ γάρ τοι εἴη ἂν θαυμαστὸν εἰ ὥσπερ μόγις ἠρξάμην οὕτω καὶ μόγις παυσαίμην. Huius loci vitium ex rectae orationis forma continuo deprehendetur et sanabitur: ἴσως γὰρ ὥσπερ μόγις ἠρξάμην οὕτω καὶ μόγις — quid? an ἐπαυσάμην? Non hercle, sed παύσομαι. Emenda igitur παυσϴΟΙμην.

Alcibiad. I. pag. 105 A. ἡγεῖ — ἐνδείξΑσθαι Ἀθηναίους ὅτι ἄξιος εἶ τιμᾶσθαι — καὶ τοῦτο ἐνδειξάμενος μέγιστον δυνήσϴεσθαι ἐν τῇ πόλει. Quemadmodum ε et αι in omnibus libris optimis pessimis temere inter se ubique confunduntur, eodem modo terminationes — ϴεσθαι et — Ασθαι solent inter se μυριάκις mutare locum vel cum foedissimo barbarismo, ἴσασθαι, ἀφίξασθαι, δήξασθαι, τεύξασθαι, ἀφέξασθαι caeterisque *omnibus*, quae habent aoristum *secundum* forma a futuro diversum. Colligas ex huius rei perpetua observatione in tali re libris nihil omnino esse credendum, sed in quoque loco quid verum sit ex sententia verborum constitui oportere, ut h. l. *arbitraris te Athenien-*

Digitized by Google

eibus DEMONSTRATURUM, ergo: *ἡγεῖ ἐνδείξεσθαι Ἀθηναίοις*. Sed est hoc tam simplex ut eruditis plerisque minime placeat. Ergo mordicus retinent menda librorum, et quid in tali loco inter *ἡγεῖ ἐνδείξασθαι καὶ ἐνδειξάμενος μέγιστον δυνήσεσθαι* intersit malunt *φιλοσοφοῦντες καὶ λεπτολογοῦντες* indagare. Audi nunc quid ex hac venatione domum retulerint. *„aoristus significat rem statim et continuo adolescentuli iudicio eventuram; futurum id quod sit perduraturum"*. Equidem semper *ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἀκούσω δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι*. Nihil horum ex scriptorum lectione aut ex linguae usu animadversum vel observatum habent, sed pro re nata ea comminiscuntur ac fingunt de nihilo, quae et cum rei natura et cum linguae Graecae certa ac perpetua consuetudine pugnant. Utrumque et *ἐνδείξασθαι* et *δυνήσεσθαι* eiusdem *adolescentuli iudicio* dictum est, qui *statim et continuo* opinatur fore ut *et* demonstret civibus suis esse se honore dignum *et* plurimum in civitate possit. Sitne id perduraturum an non sit, quae est *adolescentuli* indoles et natura, nihil cogitat nec scire laborat. Quo magis quis multorum Codicum lectiones excusserit eo magis sentiet intelligetque quam sint istiusmodi *λεπτολογίαι* inanes ac futiles, et recuperata aliquando iudicandi sanitate ac libertate, ubi *futuri* temporis notio necessaria est *ἐνδείξεσθαι*, ubi *aoristi ἐνδείξασθαι* a Platone scriptum esse compertum et exploratum habebit reiectis spretisque omnium *ψευδομαρτύρων* testimoniis.

Alcibiad. I. pag. 105. c. *τί δὴ οὖν, ὦ Σώκρατες, τοῦτ' ἐστί σοι πρὸς* TON *λόγον, ὃν ἔφησθα ἐρεῖν δι' ὃν ἐμοῦ οὐκ ἀπαλλάττει*; Bodleianus *πρὸς λόγον* et *δι' ἐμοῦ*. Recta hae lectiones ducunt ad veram scripturam: *ἐστί σοι πρὸς λόγον, ὃς ἔφησθα ἐρεῖν* ΔΙΟ *ἐμοῦ οὐκ ἀπαλλάττει*; Non meminerunt quid esset *πρὸς λόγον, οὐδὲ πρὸς ἕνα λόγον*, et sim. ut in *Alcibiade* II. p. 147. b. *ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν δοκεῖ πρὸς λόγον εἰρηκέναι*. cui Socrates: *καὶ μάλα γε πρὸς λόγον*. Coniuncta erant *σοὶ, ὃς ἔφησθα ἐρεῖν „tibi, qui te dicturum aiebas* quamobrem a me non discederes".

Sunt sciolorum additamenta alia aliis vetustiora et in novis apographis nova semper pristinis addebantur. Itaque sunt quaedam antiquissimis quos nunc habemus testibus longe antiquiora,

Digitized by Google

sunt etiam alia nonnulla recentia ac novicia post scriptum Parisinum A et Bodleianum demum nata, quae horum ipsorum indicio redarguuntur.

In *Alcibiade* I. pag. 105. E. Bodleianus servat hanc scripturam: *ὥσπερ γὰρ σὺ ἐλπίδας ἔχεις ἐν τῇ πόλει, οὕτω κἀγὼ παρὰ σοὶ ἐλπίζω μέγιστον δυνήσεσθαι*, quae verba et eleganter composita et luce clariora sunt. Exortus est nescio quis, qui superioris loci memor post verba *ἐν τῇ πόλει* inseruit [*ἐνδείξασθαι ὅτι αὐτῇ παντὸς ἄξιος εἶ, ἐνδειξάμενος δὲ οὐδὲν ὅ, τι οὐ παραυτίκα δυνήσεσθαι*], quo panno in textum recepto aegra sunt omnia: soluta est et corrupta compositio et laborat sententia: nihil est praeterea ΈΝ *τῇ πόλει ἐνδείκνυσθαι* et *οὐδὲν ὅ, τι οὐ* (id est *πάντα*) *δύνασθαι* non est idem quod *δύνασθαι μέγιστον*. Spuria esse haec et insiticia Bodleianus liber declarat et absque illo fuisset poterat fraus a sedulo Platonis lectore certis indiciis deprehendi. Huiusmodi autem interpolationis exemplum *ἀναντίλεκτον* iuniores potissimum et natura paullo timidiores optime admonere poterit ut caveant et hoc agant ne putida magistellorum emblemata pro Platonicis legant habeantque, et meminerint id quod verissime dixit Martinus Schanz (*Stud. z. Geschichte des Platon. Textes* pag. 30): *„Die Hauptaufgabe des Platocritikers wird immer die sein, die vielen unechten Zusätze auszuscheiden"*.

Admoveamus igitur et ipsi manum operi et periculum faciamus an forte alienae manus additamentum deprehendere possimus latitans in lepido dicto Socratis pag. 113. C. *τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη· σοῦ τάδε κινδυνεύεις ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, οὐδ' ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων ἀλλὰ σύ, ἐμὲ δὲ αἰτιᾷ μάτην*. Nemo haec neque olim legebat neque nunc legit quin continuo meminerit versiculi Euripidei:

Ἱππόλυτον αὐδᾷς; — σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ κλύεις.

sive apud Gallicum poëtam:

Hippolyte! grands Dieux! — c'est toi qui l'as nommé.

quod tam splendide quam perspicue dictum est. Quis igitur vel mediocris scriptor his addidisset insipidam interpretationem hanc: ΟΤΔ' *ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων ἀλλὰ σύ*. Fac idem in sermone Gallico: laudato Racinii versiculo adde huiusmodi quid, cuius aures ea sustinebunt audire? Suntne fortasse illi in scribendo castiga-

Digitized by Google

tiores et delicatiores quam Athenienses? *πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ.* Reddamus igitur censeo sciolo, quisquis est, suam annotatiunculam et dictum Socratis pristino nitore splendebit.

Neque tamen heri aut nudius tertius fatuum hoc emblema in Platonis Codices irrepsit. Audi Aristidem a Valckenario laudatum *ὑπὲρ τῶν τεττάρων* Tom. II. pag. 387. Dind. *ὥςε τὸ τοῦ Εὐριπίδου γίγνεται „σὺ λέγεις ταῦτ' οὐκ ἐγώ".* Idem Tom. II. pag. 17. dixerat: *ὥςε εἰ μὲν βούλει τὸ τοῦ Εὐριπίδου καὶ τὸ σαυτοῦ* (cum Platone loquitur) *νὴ Δία συμβαίνει „σοῦ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις."* Bis respicit Platonis in *Alcibiade* locum, quo de agimus, et apparet ubi dicit: *σὺ λέγεις ταῦτ' οὐκ ἐγώ* huiusmodi quid apud Platonem scriptum fuisse. Sed mendosos et interpolatos iam vivo Aristide Platonis libros fuisse et alibi sedulo ostendimus et in sqq. novis exemplis stabiliemus.

Alcibiad. pag. 110. A. *καὶ τἀληθῆ ἀποκρίνου ἵνα μὴ μάτην οἱ* ΔΙΑλογοι *γίγνωνται.* Scribendum *οἱ λόγοι.* Unum tantum est inter Socratem et Alcibiadem colloquium (*διάλογος*), sed omnia quae inter se loquuntur de more *οἱ λόγοι* appellantur.

Alcibiad. I. pag. 113. B. *οἶει δὴ καιν' ἅττα δεῖν ἀκούειν* [*ἀποδείξεις τε ἑτέρας*] *ὡς τῶν προτέρων οἷον σκευαρίων κατατετριμμένων καὶ οὐκέτ' ἂν σὺ αὐτὰ ἀμπίσχοιο, εἰ μή τίς σοι τεκμήριον καθαρὸν καὶ ἄχραντον οἴσει.* Ad *καιν' ἅττα* adscripsit aliquis *ἀποδείξεις ἑτέρας.* Recte interpretatur, quisquis est, sed erant haec in margine relinquenda. Perit enim omnis venustissimae comparationis lepor et gratia, in qua argumenta, quibus quis ante usus sit, comparantur cum veste detrita, quam quis *induere* (*ἀμπίσχεσθαι*) recusat postulatque ut sibi pura ac nitida alia afferatur. Praeterea bis idem inepte dicitur *καιν' ἅττα ἀποδείξεις* TΘ *ἑτέρας*, quasi vero haec essent inter se diversa.

Alcibiad. pag. 114. D. *Ἴθι δὴ νῦν ἐπειδὴ τοῦ αὐτοῦ φαίνεται πολλούς τε καὶ ἕνα πείθειν ἐν ἐμοὶ ἐμμελέτησον.* Non multum a vero aberravit Buttmannus *ἐν ἐμοὶ ἑνὶ μελέτησον* reponens. Sed compositum *ἐμμελέτησον* integrum ac necessarium est. Lepidissime enim *ἐμμελετᾶν τινι* et similia dicuntur qui *auditorem nacti apud eum quasi apud iudicem quid valeant dicendo ostendant*,

Digitized by Google

ut in *Phaedro* pag. 228. E. *ἐγώ σε πάνυ μὲν φιλῶ, παρόντος δὲ καὶ Λυσίου ἐμαυτόν σοι ἐμμελετᾶν παρέχειν οὐ πάνυ δέδοκται.* Nempe sic *ἐμμελετᾶν τινι* tirones et inexercitati dicuntur, quos audire tam iucundum est atque nunc *τοὺς ἐμμελετῶντας ἡμῖν* in arte musica. Saepe in huiusmodi compositis ludit Cicero ad Atticum scribens, veluti VII. 7. 7. *ἐμπολιτεύομαί σοι iam dudum et facerem diutius nisi me lucerna desereret.* id est *quid de rep. sentiam apud te expono.* Sic IV. 16. 10. *Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι possum,* id est *vobis audientibus in philosophia exercere me possum.* Sic et VII. 11. 2. *Libenter enim in his molestiis ἐνσχολάζω σοι.* et I. 14. 4. *Di boni! quomodo ἐνεπερπερευσάμην novo auditori Pompeio!* Numquam in his praepositio a verbo divellitur, neque pro *ἐμμελετῶ σοι* quisquam *ἐν σοὶ μελετῶ* dicit.

Itaque Platoni reddamus censeo: *ἐνὶ ἐμοὶ ἐμμελέτησον.* Salsissime sic iubetur Alcibiades apud *unum* auditorem quid persuadendo valeat experiri.

Ex his facile est emendare locum Libanii Tom. III. pag. 46. (*ὁ Σωκράτης*) *ἐὰν ἴδῃ νέους πρὶν ὥραν ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδῶντας ἐπιλαμβάνεται, κατέχει, τοῖς κοινοῖς Μελετᾶν οὐκ ἐᾷ.* imo vero *'ΕΜμελετᾶν*, ut Athenienses dicuntur apud Thucydidem *μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιεῖσθαι.* id est *ἐμμελετᾶν τοῖς κινδύνοις.*

Alcibiad. pag. 120. A. *πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς καὶ τοὺς Περσῶν τὸν ἀγῶνα ἡγούμενός σοι εἶναι.* Satis erat cum *uno* rege Persarum contendere. Lege. *βασιλέας καὶ* TON *Περσῶν.* Plato et Platonis imitatores *βασιλῆς* dicebant et *βασιλέας*, non *βασιλεῖς.*

Alcibiad. pag. 120. B. *οὔκ, ὦγαθέ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοτροφον ἀποβλέπειν καὶ ἄλλους τοιούτους.* Superest docta Boëthi ad hunc locum annotatio ex eius libro *Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων* a Photio descripta et in suum Lexicon recepta v. *Ὀρτυγοκόπος: παιδιά τις —. λέγει οὖν ἐν Ἀλκιβιάδῃ· „οὔκ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν δεῖ σε ἀποβλέποντα τὸν ὀρτυγοκόπον καὶ τοιούτους ἄλλους". ἐμφαίνων* (rectissime Porsonus pro *ἐν Φαιδωνι*) *ὅτι οὐ πρὸς τοὺς τυχόντας ὁ ἀγών ἐστι, πρὸς δὲ τοὺς ἀρίστους· διόπερ οὐ ῥᾳθυμητέον.*

Digitized by Google

Reperta est igitur manus ipsa Platonis: *πρὸς Μειδίαν δεῖ σε ἀποβλέπειν τὸν ὀρτυγοκΟΠων*. Ex Platonis *Alcibiade* Athenaeus haec affert pag. 506. c. *τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου Κλεινίαν μαινόμενον ἄνθρωπον ἀποκαλεῖ καὶ τοὺς τοῦ Περικλέους υἱοὺς ἠλιθίους, Μειδίαν τε ἀρτυγοκόπον καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον εὐπρόσωπον μὲν εἶναι, δεῖν δὲ αὐτὸν ἀποδύντα θεωρεῖν*. Sic enim Athenaei locus scribendus videtur. Quod continuo Athenaeus tamquam ex *Alcibiade* affert: *ὀφθήσεται γάρ, φησὶ, περίβλεπτον ἄξίωμα περικείμενος κάλλους οὐκ ἀληθινοῦ*, est vetus Scholion additum verbis: *δεῖν δὲ αὐτὸν ἀποδύντα θεωρεῖν*, quo in textum recepto multum venustatis dicto detrahitur, sed nullum est eius vestigium in Codicibus nostris.

Ad Aristophanis *Aves* vs. 1297.

Μειδίας δ' ἐκεῖ
ὄρτυξ ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ ἦκεν ὄρτυγι.

annotavit vetus Scholiasta: *Ἀμμώνιος ᾠήθη Μειδίαν ὄρτυγα καλεῖσθαι γελοίως διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι καὶ ἐν γύρῳ τοὺς ὄρτυγας κόπτειν· δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης Περιάλγει·*

χρησὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.

Supplendum est: *Ἀριστοφάνης (ἐν Δαιταλεῦσι, Πλάτων) ἐν Περιάλγει*. Photius v. *Ὄρτυγας: συνέλλοντες οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι τὸ υ. καὶ τὸν ὀρτυγοκόμον* (scrib. *ὀρτυγοκόπον*) *βραχέως. δηλοῖ Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν*. Schol. Luciani ad *Lexiph.* *ὁ δὲ Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν*. Pollux denique IX. 107. sq. multis docet quid sit *ὀρτυγοκοπεῖν* (vitiose Photius in v. *Ὀρτυγοσκοπεῖν*) et *ὀρτυγοκόπος*, et quae sint *ὄργανα ὀρτυγοκοπικά*.

Perspicuum est ex his *Μειδίαν τὸν ὀρτυγοκόπον* antiquam esse lectionem, ut vel unius Boëthi auctoritate constat. Sed *ἡ ἀπορουμένη λέξις* in aliam notiorem conversa est. In Platonis Comici fragmento scribendum:

μὴ κατὰ Μειδίαν
TON *ὀρτυγοκόπον*.

Qui *Alcibiadem* scripsit faceti ingenii homo sedulo Comicos trivit eorumque dicta et sales suis verbis lubens inserit, quod est a Platonis gravitate alienum. Cf. pag. 121. c. *ἡμῶν δὲ γενομένων τὸ τοῦ κωμῳδοποιοῦ „οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρ' αἰσθάνονται"*.

Alcibiad. pag. 112. E. *εἰ δὴ τῷ ὄντι γε καλόν τι ἔργον ἀποδεί-*

Digitized by Google

ξΑσθαι διανοεῖ καὶ ἄξιον σαυτοῦ τε καὶ τῆς πόλεως. Versabar olim in eo opinionis errore ut verbum διανοεῖσθαι cum futuro iunctum in suspicionem vocarem. Meliora docuit I. M. STAHL in *Quaestt. Grammaticis ad Thucydidem pertin.* pag. 9. qui primum certos testes produxit Thucyd. IV. 115. πῦρ ἐνήσειν διενοοῦντο IV. 121. διενοοῦντο οἴσειν VII. 56. διενοοῦντο κλήσειν. VIII. 55. διενοοῦντο βοηθήσειν. VIII. 74. διανοοῦνται — εἴρξειν. et Herodotum VII. 207. οὕτω διενένωντο ποιήσειν. Simul docuit διανοεῖσθαι in tali re τῷ μέλλειν esse ἰσοδύναμον atque hinc pariter cum futuro componi. Verissime omnia. Iam tu vides apud Platonem quoque ἐπιδείξεσθαι διανοεῖ, id est μέλλεις ἐπιδείξεσθαι unice verum esse et restituendum.

Eadem compositionis forma utitur Herodotus, cui pro διανοεῖσθαι consuetum est dicere ἐν νόῳ ἔχειν, ut I. 86. ἐν νόῳ ἔχων — κατηγιέειν. VIII. 7. ἐν νόῳ ἔχοντες — ἐπιθήσεσθαι. VIII. 8. ἐν νόῳ εἶχε — αὐτομολήσειν. IX. 93. ἐν νόῳ ἔχων ἀντικατασήσειν ἄλλα. Sic et apud Homerum saepius μέμονα cum futuro iunctum videbis.

Quod bis scribi debuerat semel tantum scriba posuit in *Alcibiad.* pag. 120. E. ΣΩ. οὐκοῦν τοὺς εὖ φύντας ἐὰν καὶ εὖ τραφῶσιν οὕτω τελέους γίγνεσθαι πρὸς ἀρετήν; ΑΛ. ἀνάγκη: Supplendum — πρὸς ἀρετὴν (ἀνάγκη); ἀνάγκη.

Alcibiad. pag. 121. C. ἐπειδὰν δὲ γένηται ὁ παῖς ὁ πρεσβύτατος, οὗπερ ἡ ἀρχή, πρῶτον μὲν ἑορτάζουσι πάντες — εἶτα εἰς τὸν ἄλλον χρόνον ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βασιλέως γενέθλια ἅπασα θύει [καὶ ἑορτάζει] ἡ Ἀσία. Manifestum emblema vides. ΘΥΕΙ ΚΑΙ ἑορτάζει ita dicitur quasi aliquid discriminis interesset; sed quod Attici θύειν dicebant in θύειν γάμους, γενέθλια et sim. id sequiores ἑορτάζειν appellabant. Per iocum dicitur:

χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον.

quia est plane idem, sed quis serio dicat: χρῆσόν μοι μάκτραν ΚΑΙ κάρδοπον?

Alcibiad. pag. 123. B. ἐπεί ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβηκότων ΠΑΡΑ βασιλέα. Qui haec levi coniectura de Xenophonte dici opinantur, non satis attenderunt quid esset

Digitized by Google

ΠΑΡΑ *βασιλέα ἀναβαίνειν*. quod aut de legatis ad Regem missis ponitur, aut si quis alius privatim Regis conveniendi causa Susa profectus esset. Cyrus et Xenophon ἘΠΙ *βασιλέα ἀνέβησαν*. Nihil huiuscemodi in *Anabasi* legitur. Xenophon, qui omnia quae in itinere vidit, etiam minutiora, diligenter narrare solet, profecto si vidisset memoriae id prodere non neglexisset.

Alcibiades pag. 124. C. *ὁ ἐπίτροπος ὁ ἐμὸς βελτίων ἐστὶ καὶ σοφώτερος ἢ* [Περικλῆς] *ὁ σός*. Quum Plato dedisset *σοφώτερος ἢ ὁ σός*, sciolus aliquis tutoris nomen in margine adscripsit. Periclem fuisse Alcibiadis tutorem tribus locis Dialogi auctor iam commemoraverat. pag. 104. B. *ξυμπάντων δὲ μείζω οἶει σοι δύναμιν ὑπάρχειν Περικλέα τὸν Ξανθίππου, ὃν ὁ πατὴρ ἐπίτροπον κατέλιπε σοί τε καὶ τῷ ἀδελφῷ*. et pag. 118. B. *πλὴν — τοῦ σοῦ ἐπιτρόπου Περικλέους*, et tertium pag. 122. A. Videtur id esse satis, ut nunc quidem Periclis nomen omitti potuerit, quo magis appareat oppositio in *ὁ ἐπίτροπος ὁ ἐμὸς σοφώτερος ἢ ὁ σός*.

Alcibiad. pag. 124. D, ubi dixerat Socrates: *ἐπιμελείας δεόμεθα μᾶλλον μὲν πάντες ἄνθρωποι ἀτὰρ νώ γε καὶ μάλα σφόδρα*. Alcibiades quaerit: *τί ἂν οὖν ποιοῖμεν; ΣΩ. οὐκ ἀποκνητέον οὐδὲ μαλθακιστέον, ὦ ἑταῖρε*. In his vitium inest evidens et tralaticium in libris. Vera lectio est *τί οὖν ποιῶμεν*; id est *τί οὖν δεῖ ἡμᾶς ποιεῖν*; quod genus loquendi passim in libris interpolatum videmus et magna vis exemplorum expromi facile possit. Optimum factu est indicare locos compluscules, ubi idem mendi genus Criticorum aciem fugit.

In Aristophanis *Avibus* vs. 172.

τί ἂν οὖν ποιοῖμεν; οἰκίσατε μίαν πόλιν.

scribendum esse *τί οὖν ποιῶμεν*; Dindorfio probare non potui, qui vulgatam retinuit, quamquam additus *imperativus οἰκίσατε* rem certam praestabat.

Thesmoph. 70.

τί οὖν ἐγὼ δρῶ; — περίμενε.

vs. 212.

πῶς οὖν ποιήσω; — τοῦτον κλάειν κέλευε.

vs. 635.

τί οὖν ποιῶ; — ἀπόδυσον αὐτόν.

Digitized by Google

vs. 652.

ἄγε δή, τί δρῶμεν; τουτονὶ Φυλάττετε.

vs. 925.

τί δρῶ; — μέν' ἥσυχος.

Plut. 1197.

ἐγὼ δὲ τί ποιῶ; — τὰς χύτρας — Φέρε.

Av. 1640.

τί δαὶ ποιῶμεν; ὅ, τι; διαλλαττώμεθα.

Non est in his et similibus passim ambiguum quin coniunctivus requiratur. Sic et apud Platonem quod sequitur *οὐκ ἀποκνητέον οὐδὲ μαλθακιστέον, ὦ ἑταῖρε*, tantum non clamat verum esse; *τί οὖν ποιῶμεν*; id est *τί οὖν ποιητέον*; Nunc demum recte respondetur: *οὐκ ἀποκνητέον*. Sed in ipso *ἀποκνητέον* mendum inest. Caeteri libri omnes *ἀπορητέον* servant, Bodleianus solus *ἀποκνητέον*. Et *ἀπορητέον* quidem nihil est, sed geminata litera *οὐκ ἀπορρητέον* verum videtur, id est *οὐ χρὴ ἀπειπεῖν*, *non debemus animum despondere*, inquit.

Ut hoc loco *τί οὖν ποιῶμεν* vitium concepit, sic et alibi apud Platonem in ea re similiter peccatum, veluti in libro *de Legibus* X. pag. 885. C. *τί οὖν δὴ δρῶμεν ἂν ἢ καὶ λέγοιμεν πρὸς αὐτούς*; respondetur: *ὦγαθέ, ἐπακούσωμεν αὐτῶν πρῶτον*. Estne igitur manifestum scribi oportere: *τί οὖν δὴ δρῶμεν ἢ καὶ λέγωμεν*; similiter in *Symposio* pag. 214. A. *πῶς οὖν, Φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη, ποιοῦμεν; οὕτως οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι οὔτ' ἐπᾴδομεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ διψῶντες πιόμεθα*; suadente sententia corrigendum: *πῶς οὖν ποιῶμεν — λέγωμεν — ἐπᾴδωμεν*; ut post pauca emendate scribitur: *ἀλλὰ τί ποιῶμεν*; Optime in talibus cum coniunctivo futurum copulatur:

Φεύγωμεν ἢ μένωμεν ἢ τί δράσομεν;

Ad tuendam vulgatam Stallbaumius ad pag. 175. A. admovet aut aliena aut corrupta. In libro *de Rep.* pag. 377. B. *πῶς δὴ λέγομεν*; et pag. 530. D. *συγχωροῦμεν ἢ πῶς ποιοῦμεν*; sunt *interrogantis*, non *deliberantis*, et pag. 461. B. omnes libri servant *ἢ πῶς ποιῶμεν*; rectissime.

Alcibiades pag. 133. C. *ἔχομεν οὖν εἰπεῖν ὅ τι ἐστὶ τῆς ψυχῆς ΘΕΙΟτερον ἢ τοῦτο περὶ ὃ τὸ εἰδέναι τε καὶ Φρονεῖν ἐστίν*; — *οὐκ ἔχομεν*. — *τῷ θείῳ ΑΡΑ τοῦτ' ἔοικεν αὐτῆς*. Est in argumen-

Digitized by Google

tatione labes ac vitium: *τοῦτο τῆς ψυχῆς θειότατόν ἐστιν· τῷ θείῳ* ΤΑΡΑ *τοῦτ' ἔοικεν.* Quae pars animi *divina maxime* ESSE dicitur, eam propterea concludit *divinae naturae* SIMILEM esse. Sed imponit nobis vetus scribendi error. Pro *θειότερον* in Bodleiano est *νοώτερον.* Sed *νοώτερον* nihil est: itaque correctores excogitant aliquid quod caeteris verbis sat commode aptari possit. In Codice Vaticano et in Veneto Π. (qui ambo ex Bodleiano descripti et propterea nulli usui sunt) substituit nescio quis *νοϵΡώτερον,* quod est vocabulum diu post Platonis mortem natum. In aliis libris alius *θειότερον* coniecit perinde infeliciter. Erat antiqua lectio ΚΩΤϵΡΟΝ. Quid hoc verbi est? dicat aliquis. ΚC quid sit et ΚΤ, ΚΩ, ΚΝ, Κϵ nemo nescit. Hoc compendii genus in vocabulis *μυριολέκτοις* usitatum etiam in eorum compositis et derivatis in usu est. Ut *ἄνθρωπος* ΑΝΟC scribitur sic et *Φιλάνοσ* pro *Φιλάνθρωπος* et *Φιλανότερος* pro *Φιλανθρωπότερος.* Similiter ut *κύριος* ΚC scribitur sic et *κώτερον* est *κυριώτερον,* atque haec ipsa est Platonis manus: *ἔχομεν οὖν εἰπεῖν ὅ τι ἐστὶ τῆς ψυχῆς κυριώτερον ἢ τοῦτο;* planissime ut pag. 130. D. *οὐ γάρ που κυριώτερόν γε οὐδὲν ἂν ἡμῶν αὐτῶν φήσαιμεν ἢ τὴν ψυχήν.*

Periit necessarium participium in *Alcibiad.* pag. 135. C. *οἶσθα οὖν πῶς ἀποφεύξει τοῦτο τὸ περὶ σὲ νῦν;* imo vero: *τὸ περὶ σὲ νῦν* ΝΟΝ; quod quisque sentiet abesse non posse.

Alcibiad. pag. 135. D. *κινδυνεύσομεν μεταΒαΛεῖν τὸ σχῆμα, ὦ Σώκρατες, τὸ μὲν σὸν ἐγώ, σὺ δὲ τοὐμόν.* Sine controversia est emendandum *μεταΛαΒεῖν.* Μεταλαμβάνειν est *alterum deponere ut sumas alterum.* Parasitus apud Eupolidem Athen. pag. 236. B.

ἱματίω δέ μοι δύ' ἐσὸν χαρίεντε τούτω,
οἷν μεταλαμβάνων ἀεὶ θάτερον ἐξελαύνω
εἰς ἀγοράν.

Xenophon *Cyrop.* IV. 5. 4. *ἐλοῦντο καὶ, ἢν γὰρ παρεσκευασμένα, ἱμάτια μεταλαβόντες ἐδείπνουν.* Plato *de Rep.* pag. 434. A. *τέκτων σκυτοτόμου ἐπιχειρῶν ἔργα ἐργάζεσθαι ἢ σκυτοτόμος τέκτονος τὰ ὄργανα μεταλαμβάνοντες τἀλλήλων,* et passim.

Saepe eo sensu verbo *μεταλαμβάνειν* additur *καινόν, ἄλλο,*

Digitized by Google

ἕτερον, vel praepositio ἀντί, ut apud Thucydidem I. 120. τὸν πόλεμον ἀντ' εἰρήνης μεταλαμβάνειν. In hoc verbo scribae passim peccant pro μεταλαβεῖν notius sibi μεταβαλεῖν substituentes. Duobus locis apud Euripidem pro μεταΒΑΛὼν ἄλλους τρόπους et ὄνομα μεταΒΑΛὼν καινόν emendavimus μεταΛΑΒών in *Var. Lect.* pag. 572. Eodem modo Platoni reddendum μεταΛΑΒεῖν τὸ σχῆμα τὸ μὲν σὸν ἐγώ, σὺ δὲ τοὐμόν. *Deposita mea persona sumam tuam, itemque tu meam.* Μεταβάλλειν id est *in aliam formam convertere* ab huiusmodi re alienum est, et μεταβάλλω τὸ σὸν σχῆμα ἐγώ est plane sensu vacuum.

Quamquam Dialogi auctor in caeteris rationem temporum diligenter servavit, erravit tamen in eo quod scripsit pag. 118. c. λέγεται (ὁ Περικλῆς) οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου σοφὸς γεγονέναι ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι καὶ Πυθοκλείδῃ καὶ Ἀναξαγόρᾳ· καὶ ΝΤΝ ϹΤΙ τηλικοῦτος ὢν Δάμωνι ξύνεσιν αὐτοῦ τούτου ἕνεκα. Primum compositionis labem corrige reponendo: ἀλλ' (ἄλλοις τε) πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι καὶ Πυθοκλείδῃ καὶ Ἀναξαγόρᾳ. Fallitur autem quod putat Periclem anno 430, uno anno ante mortem, Damonis consuetudine usum esse. Diu ante Damon in exsilium ierat. Plutarchus in *Pericle* cap. IV. ὁ Δάμων — ὡς μεγαλοπράγμων καὶ φιλοτύραννος ἐξωστρακίσθη, et constans erat fama Periclem non aetate provectum sed iuvenem Damonis praeceptis esse institutum. In Platonis Comici fabula (apud Plut. l. l.) Damon agebatur in scena quaerebatque ex eo aliquis:

πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ἀντιβολῶ· σὺ γάρ
ὥς φασι Χείρων ἐξέθρεψας Περικλέα.

Damonis ob philosophiam Atheniensibus invisi exsilium commemoraverat etiam Polycrates ἐν τῇ τοῦ Σωκράτους κατηγορίᾳ, quem Libanius non nominatum ἐν τῇ τοῦ Σωκράτους ἀπολογίᾳ sic refutat Tom. III. pag. 56. Δάμων δὲ εἰ μὲν ἠδίκει καλῶς ἐκβέβληται, εἰ δὲ ἐσυκοφαντεῖτο κρεῖττον ἦν μηδ' ἐκεῖνον τοῦτο παθεῖν ἢ δι' ἐκεῖνον καὶ Σωκράτην. καίτοι φησὶν (Polycrates) ἐπ' ἐλάττοσιν αἰτίαις ἐξελαθῆναι τὸν Δάμωνα· τοῦτον γὰρ μηδ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αἰτίαν τοῦ καταλύειν τὸν δῆμον λαβεῖν ὥσπερ τὸν νυνὶ κρινόμενον.

Melius pro Damone Protagoram nominasset, quocum constat

Digitized by Google

Periclem brevi ante mortem *συμφιλοσοφῆσαι*. Testimonium dicet ipse Periclis filius Xanthippus apud Plutarch. in *Pericle* cap. XXXVI.

Difficile est non subridere in *Alcibiad.* pag. 121. B. ad haec: (*τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέων*) *αἱ γυναῖκες δημοσίᾳ φυλάττονται ὑπὸ τῶν ἐφόρων ὅπως εἰς δύναμιν μὴ λάθῃ ἐξ ἄλλου γενόμενος ὁ βασιλεὺς ἢ ἐξ Ἡρακλειδῶν*. Ephori, credo, rerum suarum sat agebant et in nota Lacaenarum licentia non poterant impotentium matronarum mores regere aut pudicitiam tueri, etiam si nihil aliud agerent. Nemo id melius sciebat quam Alcibiades, qui *Τίμαιαν τὴν Ἄγιδος γυναῖκα τοῦ βασιλέως οὕτω διέφθειρεν ὥστε καὶ κύειν ἐξ Ἀλκιβιάδου καὶ μὴ ἀρνεῖσθαι καὶ τεκούσης παιδάριον ἄρρεν ἔξω μὲν Λεωτυχίδην καλεῖσθαι, τὸ δ' ἐντὸς αὐτοῦ ψιθυριζόμενον ὄνομα πρὸς τὰς φίλας καὶ τὰς ὀπαδοὺς ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἀλκιβιάδην εἶναι*, teste Plutarcho in *Alcibiade* cap. XXIII. cf. vita *Agesilai* cap. III. et Athenaeus pag. 535. B.

Plato ipse Lacaenarum mores melius noverat neque Timaeam reginam ex Alcibiade peperisse nesciebat. Aliquamdiu post natum imitatorem ea omnia fugiebant.

Unum superest: ad pag. 121. D. de Alcibiadis nutrice scholion est: *αὕτη Λάκαινα τὸ γένος ἦν Λανικὴ καλουμένη*. Corruptum nomen emenda ex Plutarcho (quem et in aliis Scholiasta sequitur vid. ad pag. 122. B.) in *Alcib.* cap. I. *Ἀλκιβιάδου δὲ καὶ τίτθην γένος Λάκαιναν Ἀμύκλαν ὄνομα — ἴσμεν, ὡς Ἀντισθένης* (in *Alcibiade*) *ἱστόρηκεν*. ΑΜΤΚΛΑ in *Λανικὴ* corruptum est.

SCHOLIUM AD PLATONEM CORRECTUM.

Ad *Sophistam* pag. 259. D. *ἀμφηγέπῃ*: — *λέγεται δὲ καὶ ἀμοιγέποι καὶ ἀμοσέποι*. Emenda: *ἀμωσγέπως καὶ ἀμοθενΓΘΠΟΘΘΝ καὶ ἀμουγέπου καὶ ἀμΟCΘγέποι*. Ex his *ἀμωσγέπως* et *ἀμφηγέπῃ* leguntur passim apud omnes, *ἀμοθενγέποθεν* semel et iterum apud Platonem, *ἀμουγέπου semel* apud Lysiam, *ἀμοσεγέποι* nusquam mihi lectum est.

C. G. C.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT C. BADHAM.

Thucyd. VI. 1. *καὶ τοσαύτη οὖσα ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα.* En novum exemplum participii pro infinitivo positi, sed unde ortum sit videor mihi satis probabiliter explicare posse. Si in antiquo libro paulo evanidiores factae erant literae ΗΠΕΙΡΟΥCΘΑΙ vel *ἠπειροῦσθαι* facile fieri potuit ut scriba hoc pro *ἤπειρ̄ οὖσα* haberet. Cum *διείργεται τὸ μὴ ἠπειροῦσθαι* cf. Eurip. *Phoen.* 1175.

οὐδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργαθεῖν Διός
τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων Περγάμων ἑλεῖν πόλιν.

Praeterea pro *ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ* legendum suspicor *εἰκοσισταδίῳ μάλιστα μέτρῳ*, quod praebent tres Codices, qui tamen perperam *ἐν* retinent.

VI. 2. *καὶ ἡ χώρα ἀπ' Ἰταλοῦ βασιλέως τινὸς Σικελῶν τοῦνομα τοῦτο ἔχοντος οὕτως Ἰταλία ἐπωνομάσθη.* Locus non eiusmodi est in quo postquam plura quae praecesserant memorata sunt, quid ex his ortum sit narratur; nam tum quidem *οὕτω δὴ Ἰταλίᾳ ἐπωνομάσθη* recte diceretur. Quod si *οὕτω* proprio sensu intelligatur nullus erit voci Ἰταλία locus. Caeterum valde inelegans videtur *ἀπ' Ἰταλοῦ τοὔνομα τοῦτο ἔχοντος*. Quemadmodum autem Ἰταλία e praegressis satis commode subauditur, sic etiam nomen Ἰταλός non necesse erat memorari, quippe quod ex Ἰταλία quivis intelligere possit. Igitur rescribendum censeo: *καὶ ἡ χώρα ἀπὸ βασιλέως τινὸς Σικελῶν τοὔνομα τοῦτο ἔχοντος οὕτως ἐπωνομάσθη.*

Digitized by Google

Ibid. καὶ τὰ κράτιστα τῆς γῆς ᾤκησαν ἔχοντες ἐπεὶ διέβησαν ἔτη ἐγγὺς τριακόσια πρὶν Ἕλληνας ἐς Σικελίαν ἐλθεῖν. Pro ᾤκησαν ἔχοντες exspectares vel ᾤκησαν vel ἔσχον, nam perinde est utrum dicatur; ambobus simul uti non licet. Deletis καί et ᾤκησαν, quorum alterum ex altero ortum est, participium ἔχοντες ex praecedente enuntiatione pendebit; quod recte fieri senties si in his causam mutati insulae nominis contineri animadverteris.

VI. 4. Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ ΠΡΟδόντος τὴν χώραν καὶ καθηγησαμένου. Incredibile est regem in semet ipsum coniurasse et suum agrum peregrinis *prodidisse*. Παραδόντος rescribendum videtur.

Ibid. πρὶν δὲ ἀναστῆναι ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν ἢ αὐτοὺς οἰκῆσαι Πάμιλλον πέμψαντες Σελινοῦντα κτίζουσιν καὶ ἐκ Μεγάρων τῆς μητροπόλεως οὔσης αὐτοῖς ἐπελθὼν ξυγκατῴκισεν. Praeterquam quod οἰκῆσαι in οἰκίσαι mutandum est, caetera criticorum auxilium implorant, nisi forte credimus eundem virum, quicumque fuerit, primo Megarenses adortum mox eorundem in colonia condenda socium fuisse. Propius ad veram lectionem accessit Codex A. qui pro ἐπελθών praebet ἐπελθόν. Quippe hoc ex compendiosa scriptura ortum est ἓπ ἐλθόν. Sic infra legitur: ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατενείματο (male vulgo — αντο) τὴν γῆν.

VI. 6. ἐφιέμενοι μὲν τῇ ἀληθεστάτῃ προφάσει τῆς πάσης ἄρξειν. Haec facile corriges collato germano loco in cap. 8. τῆς Σικελίας ἁπάσης μεγάλου ἔργου ἐφίεσθαι. Expellamus igitur ἄρξειν, ne quis postea hoc exemplo utatur, quo nobis futurum post verba cupiendi *ferri posse* persuadeat.

VI. 9. νομίζων ὁμοίως ἀγαθὸν πολίτην εἶναι ὃς ἂν καὶ τοῦ σώματός τι καὶ τῆς οὐσίας προνοῆται. Haec cum praecedentibus ita cohaerent ut orator quae dixerat clarius explicet, caveatque ne malam in partem accipiantur. „De vita mea non timeo, neque tamen quemquam eo peiorem civem fore arbitror quod et vitae et bonorum suorum aliquam rationem habeat." Sed huiusmodi iuncturae participium νομίζων nequaquam inservit. Quem enim alium sensum sic nude posita vox habere potest nisi eum qui huc non pertinet, sc. *quia existimo*. Quare legendum coniicio: ἧσσον ἑτέρων περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀρρωδῶ. νομίζω δ' ὁμοίως

Digitized by Google

κτἑ. Parenthetice dicta sunt omnia a νομίζω usque ad προνοῆται, nam ὅμως δἑ κτἑ. ad ea quae de se professus est referenda esse quivis videat.

Ibid. καὶ μὴ τοῖς ἑτοίμοις περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μελλόντων κινδυνεύειν. Delenda videntur καὶ μελλόντων.

VI. 10. καὶ οἴεσθε ἴσως τὰς γενομένας ὑμῖν σπονδὰς ἔχειν τι βέβαιον, αἳ ἡσυχαζόντων μὲν ὑμῶν ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται (οὕτω γὰρ ἐνθένδε τε ἄνδρες ἔπραξαν αὐτὰς καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων). Nicias ipse eius pacis auctor fuerat, quam nunc ὀνόματι tantum esse confitetur; et quod gravius est se aliosque curavisse dicit ut essent eiusmodi, οὕτω γὰρ ἔπραξαν αὐτάς. Quod si quis obiiciet οὕτω non ad ὀνόματι sed ἡσυχαζόντων referri oportere, eam ipsam sententiam lubenter sequerer nisi obstaret quod οὕτως ad proxime praegressum quivis lector relaturus est. Itaque aut noster orationem ita constituit ut alius ex verborum ordine sensus existeret, alius ex rei natura duceretur, aut ὀνόματι non scripsit. Et quo tandem consilio scriberet? nam Niciae rationem prorsus labefactat. Iubet illos ἡσυχάζειν, et pacem τῆς ἡσυχίας pretium pollicetur. Si ὀνόματι adiecisset id ipsum quod pollicebatur falsam imaginem et nihili faciendam confessus esset. Expulsis ὀνόματι σπονδαί omnia plana et ad persuadendum apta fient: καὶ οἴεσθε ἴσως τὰς γενομένας ὑμῖν σπονδὰς ἔχειν τι βέβαιον· αἳ ἡσυχαζόντων μὲν ὑμῶν ἔσονται, οὕτω γάρ κτἑ.

VI. 11. Σικελιῶται δ' ἄν μοι δοκοῦσιν ὡς γε νῦν ἔχουσι καὶ ἔτι ἂν ἧσσον δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακόσιοι. In his ὡς γε νῦν ἔχουσι de statu praesenti Graecarum in Sicilia civitatum intelligenda sunt. Huic opponitur qui futurus esset εἰ ἄρξειαν αὐτῶν οἱ Συρακόσιοι. cf. infra: νῦν μὲν γὰρ κἂν ἔλθοιεν ἴσως κτἑ. Si hoc verum est sequitur corruptam esse orationem et aut abundare aliquid aut deesse aut de suo loco motum esse. Verba ὡς γε νῦν ἔχουσι pro insiticiis habere non ausim; cur enim quisquam talia insereret? Si ἤ inseras alius locus quaerendus erit in quo commode stare possint ἢ ὡς γε νῦν ἔχουσι, nam ante ἧσσον δεινοί praesertim intercedente καί manere nequeunt. Nisi fallor post δεινοί collocata et per se melius intelligentur nec reliquorum commissuram interrumpent.

Ibid. ᾧ γὰρ ἂν τρόπῳ τὴν ἡμετέραν μετὰ Πελοποννησίων ἀφέλωνται, εἰκὸς ὑπὸ τῶν αὐτῶν καὶ τὴν σφετέραν διὰ τοῦ αὐτοῦ

Digitized by Google

καθαιρεθῆναι. Sensu vacua sunt ὑπὸ τῶν αὐτῶν et τὴν σφετέραν in Atticorum consuetudinem peccat. Abest particula ἄν unde abesse non debet. Διὰ τοῦ αὐτοῦ sive neutrius generis esse statuas sive τρόπου subaudias Graeca non sunt. Lege: ᾧ γὰρ ἂν τρόπῳ τὴν ἡμετέραν μετὰ Πελοποννησίων ἀφέλωνται εἰκὸς ἀπόντων αὐτῶν κἂν τὴν ἰδίαν τῷ αὐτῷ καθαιρεθῆναι.

Ibid. διὰ τὸ παρὰ γνώμην αὐτῶν πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε τὸ πρῶτον περιγεγενῆσθαι, καταφρονήσαντες ἤδη καὶ Σικελίας ἐφίεσθε. Si quis haec ita capiat διὰ τὸ περιγεγενῆσθαι αὐτῶν παρὰ γνώμην postquam hucusque processit in aeternum subsistat necesse est dum unde πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε pendeat anquirit. Sin ex integro ordinem verborum investiget, statuatque πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε ad παρὰ γνώμην referre, mirabitur cur αὐτῶν a suo περιγεγενῆσθαι ita distractum fuerit, ut ea ipsa dissociet quae coniungenda esse putet. Una ratio est qua se nosque ex his turbis evolvat, nempe resecto περιγεγενῆσθαι. Τὸ παρὰ γνώμην αὐτῶν est *Lacedaemoniorum insperatus rerum status* πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε τὸ πρῶτον *cum eo* (felici horum successu) *comparatus quem primo metuebatis.* Mox quid sibi velit τὰς διανοίας κρατεῖν non assequor. Neque vero τῆς διανοίας legendo multum profeceris, nam quid est *consilia hostium superare?* Magis ad rem esset τηρήσαντες nam hoc quomodo fieri possit explicare pergit. Sed aliorum iudicium exspecto.

Ibid. δι' ὀλιγαρχίας. quid ad rem paucorum imperii mentio ubi Segestanos cum Lacedaemoniis comparat? τῶν ἐν Σικελίᾳ dixisse videtur, ut longinquum esse bellum significaret. Contra Lacedaemonii δι' ὀλίγου ἐπιβουλεύουσιν. Accedit quod insolentius dictum est *per paucorum imperium*, nam etsi eiusmodi civitatis forma aptior est ad insidias struendas, duriusculum videtur de illa tamquam instrumento ad insidias struendas loqui.

VI. 12. οἷς τό τε ψεύσασθαι καλῶς χρήσιμον. Exspectares potius τὸ ψεύσασθαι χρησίμως καλόν. Sed inter χρήσιμα illa etiam πταίσαντας τοὺς φίλους ξυναπολέσαι recensetur. Hoc quidem facere fortasse Segestanos non pudebat sed non adeo vecordes erant ut in lucro ponerent. Thucydidem credo καλόν dedisse, quod nescio quis in margine satis negligenter per χρήσιμον interpretatus est. Postea omissam ut putabant vocem ita receperunt ut καλόν in καλῶς mutare coacti sint. Pro αὐτῶν non αὐτοί verum ἀφ' ἑαυτῶν correxerim.

Digitized by Google

Ibid. ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς. Vel dignitate vel lucro vel utroque homines ad honores petendos impelluntur. In Alcibiade utramque cupiditatem esse innuit; sed priorem utpote rem notissimam satis erat indicare, alteram tamquam minus manifestam nec tamen negligendam profert: διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ τι. Et prior quidem insimulatio nullo argumento indigebat; „vult θαυμασθῆναι quod nemo nescit." altera in adolescente et in homine minime avaro cur suspicaretur ostendere debebat. Quamobrem διὰ τὴν πολυτέλειαν adiecit. Si vero et magnitudinem τῆς πολυτελείας ex re omnibus nota declarare potuisset hoc quoque telo in adversarium uti debebat. Et profecto usus est, sed librarii effecerunt ut hodie nusquam appareret. Scilicet verba ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας si post πολυτέλειαν legantur intellectu facilia erunt, et quo consilio dicta fuerint ipsa declarabunt; ubi nunc posita sunt et inepta sunt et Graecitati repugnant. Quid enim? an Alcibiades imperium petebat ut *ex alendis equis* gloriam assequeretur? Scilicet inter negotia imperatoria Hieronicorum equorum posteros et quidquid generosi sanguinis in Sicilia hinniebat conquirere et domum mittere constituerat. Quod ad Graecitatem attinet ἀπό cum materia, qua quid perficitur, recte construitur velut in ἀπὸ χρημάτων et si qua sunt similia, sed ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας θαυμάζεσθαι non minus barbarum est quam ἀπὸ τῆς σοφίας ἐπαινεῖσθαι.

Ibid. νομίσατε δὲ τοὺς τοιούτους τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν τὰ δὲ ἴδια ἀναλοῦν. οὓς ἐγὼ ὁρῶν νῦν ἐνθάδε τοιούτῳ ἀνδρὶ παρακελευσὰς καθημένους φοβοῦμαι κτλ. Haec ita coniungenda et emendanda sunt. Vulgo inter ἀναλοῦν et οὕς, quae ita composita sunt ut nihil intercedere patiantur, libri omnes sententiam maxime ἀπροσδιόνυσον exhibent: καὶ τὸ πρᾶγμα μέγα εἶναι καὶ μὴ οἷον νεωτέρῳ βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι. Atqui ne senioribus quidem committi vult sed prorsus omitti. Qui vero nuperrime dixit ἄλλως τε καὶ νεώτερος ὢν ἔτι ἐς τὸ ἄρχειν eadem iterando nihil efficit nisi ut impotentiam suam arguat. Pro τῷ αὐτῷ ἀνδρί nemo est quin videat reponendum esse τοιούτῳ. Adolescentes prodigi et gloriae appetentes *sui simili* favebant. Παρακελευσοὺς καθημένους esset „sedentes quia Alcibiades illos adhortatus erat." Atqui sine Alcibiadis cohortatione sedis-

Digitized by Google

sent. Nunc certo consilio sedent, nempe ut Alcibiadi animum addant (*παρακελευσαὶ κάθηνται*) et quia hoc tum ipsum fiebat Nicias ipse *τοῖς πρεσβυτέροις ἀντιπαρακελεύεται*. Mox coniicio: *μὴ καταισχυνθῆναι εἴ τώ τις παρακάθηται τῶνδε, ὅτῳ δόξει μαλακὸς εἶναι μηδ' ὅπερ αὐτοὶ παθεῖν κτἑ.* *Καταισχυνθῆναι ὅπως μὴ δόξει* non est Graecum; quod si *παρακάθηται* cum *ὅπως* coniungas ne hoc quidem Graecum est et his coniunctis inutile additamentum esset *ἢν μὴ ψηφίζηται πολεμεῖν*. Nam qui fautoribus Alcibiadis assidet *ne imbellis videatur* satis declarat qua ex parte suffragium laturus sit. *Ὅπερ ἂν αὐτοὶ πάθοιεν* de re certa et prope iam perfecta dici non potest.

VI. 14. *εἴπερ ἠγεῖ σοι προσήκειν κήδεσθαί* TE *τῆς πόλεως καὶ βούλει γενέσθαι πολίτης ἀγαθός*. Lege *κήδεσθαί* TI.

VI. 15. *ὧν καὶ ἐς τἆλλα διάφορος τὰ πολιτικὰ καὶ ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη*. Dele *ἐπεξήγησιν* putidam *τὰ πολιτικά*.

Ibid. *ἐλπίζων Σικελίαν τε δι' αὐτοῦ καὶ Καρχηδόνα λήψεσθαι*. Si hoc ad *στρατηγῆσαι* pertinet, scribendum erit *δι' αὐτό*. Sed gravius malum hic latere suspicor.

VI. 16. Lege, ut alias monui, *καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια δοκοῦσα εἶναι, παρὰ φύσιν ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε πρέπουσιν ὁμιλήσασα καὶ ὀργῇ πίσιν παρασχομένη ἔπεισεν*, et mox: *οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ μονίμοις κατασκευαῖς*.

Scribebam Sidniae
a. d. x. Kal. April.

LYSIAE LOCUS EMENDATUS.

Scholiasta ad Platonis *Gorgiam* pag. 469. D. *ὑπὸ μάλης*, inquit, *πάντες οἱ παλαιοὶ προφέρονται ἐνικῶς — πληθυντικῶς δὲ οὐ μάλας λέγουσιν ἀλλὰ μασχάλας. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιστολῇ· καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας δασείας*. Dabisne mihi Lysiam scripsisse *τὴν μὲν* KΦΑλὴν *ψιλὴν ἔχεις*? *Κεφαλήν* scribitur compendiose ἣ cum terminatione *-ην*.

C. G. C.

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT C. G. COBET.

XX.

FUTURA HOMERICA ET ATTICA

ELISO C.

Quod diximus in artis infantia magistrorum tamquam puerorum παίγνια quaedam et ludibria fuisse ἀντιφράσεις et ἀντιπτώσεις et ἀποκοπάς et ἐναλλαγάς omne genus *numeri*, *generis*, *temporis*, ut magna gravitate quasi esset aliquid saepe diceretur: *singularis pro plurali*, aut: *masculinum pro feminino*, aut: *praesens pro futuro*, ea ne Aristarchus quidem omnia aspernatus est ac derisit, ut digna erant, sed et ipse in eosdem laqueos quamquam multo rarius quam caeteri induit sese pronuntiatque suum: ἐνεσὼς ἀντὶ μέλλοντος, *praesens pro futuro*, quasi esset ea res simplicissima. Audiamus ipsum. Iliad. B. 286.

οὐδέ τοι ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν.

ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἐναλλαγὴν τοῦ χρόνου ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐκτελέσουσιν. Iliad. I. 156.

καί τοι ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας.

ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἤλλακται τελέουσιν ἀντὶ τοῦ τελέσουσιν. Iliad. O. 351.

ἀλλὰ κύνες ἐρύουσιν.

ἡ διπλῆ ὅτι ἐνεστῶτι ἀντὶ μέλλοντος κέχρηται. Iliad. Λ. 454.

ἀλλ' οἰωνοὶ ὠμηστὴ ἐρύουσιν.

Digitized by Google

scholion: ἐρύουσιν: προπαροξύνεται. ἐνήλλακται γὰρ ὁ ἐνεσὼς χρόνος ἀντὶ τοῦ μέλλοντος. οὕτω καὶ Ἀρίσαρχος. Idem versus bis legitur Iliad. Λ. 365 et Τ. 452.

ἦ θήν σ' ἐξανύω γε.

annotatur ad Λ. 365. τὸ ἀνύω Φυλακτέον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόνου. ἐνεσὼς γάρ ἐστιν ἀντὶ μέλλοντος. et ad Τ. 452. τὸ δὲ ἀνύω βαρυτόνως ἀναγνωστέον. ἔστι γὰρ ἐνεσὼς ἀντὶ μέλλοντος.

Iliad. Χ. 67.

κύνες — ὠμηστὴ ἐρύουσιν,

ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἤλλακται ἀντὶ τοῦ ἐρύσουσιν. Odyss. Ζ. 174.

οὐ γὰρ ὄΐω

παύσεσθ' ἀλλ' ἔτι πολλὰ θεοὶ τελέουσι πάροιθεν.

annotatur: τελέσουσιν εἰς τὸ μετέπειτα. ad Iliad. Π. 129. ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω scholion est: ἐνεσὼς σημαίνων μέλλοντα. — οὕτω καὶ τὸ ἐρύουσιν. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσαρχος. Odyss. Μ. 383.

εἰ δέ μοι οὐ τίσουσι βοῶν ἐπιείκελ' ἀμοιβήν,

δύσομαι εἰς Ἀΐδαο καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω.

scholion: τὸ φαείνω ἐνεστῶτός ἐστιν ἀντὶ τοῦ μέλλοντος.

Vehementer miror Aristarchum quoque in hoc opinionis errore esse versatum ut crederet et pro *futuro* tempore *praesens* substitui posse, et illas formas *praesentis* temporis esse: sed disertis Aristonici et Herodiani testimoniis difficile est non credere.

In omnibus his formis lingua Homerica ad amussim cum vetere Attica dialecto conspirat. In quibus verbis ε non in η producitur, si est antepenultima *longa*, σ in futuro non eliditur, ut in ἐπαινέσομαι, αἰδέσομαι, ἀρκέσω, νεικέσω et ἀχθέσομαι., quorum αἰδέσεται et νεικέσω et ἀρκέσει Homerica sunt. Contra ubi brevis est antepenultima, σ *ubique* summa constantia omittitur. Γαμεῖν habet futurum γαμέω Iliad. Ι. 388.

κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο.

et vs. 391. οὐδέ μιν ὥς γαμέω. et Odyss. Ο. 522.

μέμονέν τε μάλιστα

μητέρ' ἐμὴν γαμέειν καὶ Ὀδυσσῆος γέρας ἔξειν.

Τελεῖν habet futurum τελέω, ἐκτελέω, τελέεσθαι ὄΐω. Odyss. Β. 256.

τελέει δ' ὀδὸν οὔποτε ταύτην.

Odyss. Σ. 388.

ἦ τάχα τοι τελέω κακόν.

Digitized by Google

Odyss. Δ. 664.

Φάμεν δέ οἱ οὐ τελέεσθαι.

Odyss. Ψ. 284.

τὰ δέ μοι Φάτο πάντα τελεῖσθαι.

Iliad. Ψ. 96.

πάντα μάλ' ἐκτελέω καὶ πείσομαι.

Iliad. K. 105. *οὔ θην — ἐκτελέει*, et Δ. 161. *ἐκ δὲ καὶ ὀψὲ τελεῖ*, et H. 353. *ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι*, et Odyss. K. 27. *οὐδ' ἄρ' ἔμελλεν ἐκτελέειν*, et alibi passim.

Καλεῖν habet futurum *καλέω*. Iliad. Γ. 383. *Ἑλένην καλέουσ' ἴεν* et N. 413. *ὄφρ' ἂν ἐγὼ ἔλθω — καλέουσα*, et Odyss. T. 213. *αὐτὸς καλέων δεῦρ' εἴσεται*, et saepius.

Μάχομαι nunc ex Grammaticorum praescripto habet *μαχήσομαι*, non desunt tamen certa indicia antiquae formae *μαχέσμαι*, unde *μαχέσσομαι* productum. Superest futurum *μαχέομαι* Iliad. B. 365. *κατὰ σφέας γὰρ μαχέονται*, et reponendum est Iliad. A. 344.

ὅππως οἱ παρὰ νηυσὶ σόοι μαχέΟΝΤΑΙ Ἀχαιοί.

pro *μαχέοιντο*, quod a Thierschio apud Bekkerum occupatum video. Μαχεῖσθαι est Iliad. T. 26.

εἰ γὰρ Ἀχιλλεὺς οἷος ἐπὶ Τρώεσσι μαχεῖται.

Essetne *μαχήσομαι* an *μαχέσσομαι* scribendum dissentientibus libris antiquis Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est. Vid. ad Iliad. A. 298.

Κορέννυμι habet futurum *κορέω*. Iliad. N. 831.

ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Iliad. Θ. 379.

ἦ τις καὶ Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

et P. 241.

ὅς κε τάχα Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Δάμνημι habet futurum *δαμῶ δαμόω*, *δαμᾷ δαμάᾳ*. Iliad. A. 60.

Ἀτρεΐδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὄΐω
ἂψ ἀπονοσήσειν εἴ κεν θάνατόν γε Φύγοιμεν,
εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.

ubi *δαμᾷ* futurum esse loci compositio declarat, idque hi loci confirmant. Iliad. X. 271.

ἄΦαρ δέ σε Παλλὰς Ἀθήνη ἔγχει ἐμῷ δαμάᾳ.

et Z. 368.

Digitized by Google

οὐ γὰρ οἶδ' ἢ ἔτι σθῖν ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις
ἢ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν.

Ἀντιάζω habet futurum (ἀντιῶ) ἀντιόω. Iliad. M. 368. et N. 752.

αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι καὶ ἀντιόω πολέμοιο.

Iliad. Τ. 125.

πάντες δ' Οὐλύμποιο κατήλθομεν ἀντιόωντες
τῆσδε μάχης.

Odyss. A. 25.

ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε
ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.

Odyss. Γ. 436.

ἦλθε δ' Ἀθήνη Ἰρῶν ἀντιόωσα.

Odyss. Ω. 56.

μήτηρ ἐξ ἄλσος ἦδε σὺν ἀθανάτῃς ἀλίῃσιν
ἔρχεται οὔ παιδὸς τεθνηότος ἀντιόωσα.

Itaque vehementer suspectum est Odyss. X. 28.

ξεῖνε, κακῶς ἀνδρῶν τοξάζεαι, οὐκέτ' ἀέθλων
ἄλλων ἀντιάσεις.

pro ἀντιάᾳς.

Κρεμάννυμι habet futurum κρεμῶ κρεμόω.

Iliad. H. 83.

καὶ κρεμόω προτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.

Priscum verbum ϵΩ (ἐῶ) idem quod κορέννυμι *satio*, *saturo*, habet futurum ἐῶ, ἐόω. Iliad. N. 315.

οἵ μιν ἄδην ἐόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο.

et Odyss. E. 290.

ἀλλ' ἔτι μέν μίν φημι ἄδην ἐάᾶν κακότητος.

nam sic utroque loco scribendum pro ἐλόωσι et ἐλάαν, ut alibi ostendam.

Ἐλαύνω habet futurum ἐλῶ, ἐλόω.

Odyss. H. 318.

σὺ μὲν δεδμημένος ὕπνῳ λέξεαι, οἱ δ' ἐλόωσι γαλήνην.

Vetus verbum πέρνημι, *vendo*, habet futurum περῶ, περόω, περάαν, et aoristum ἐπέρασσα. Iliad. Φ. 454.

σοὶ μὲν ὅδ' ἠπείλησε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
δήσειν καὶ περάᾶν νήσων ἐπὶ τηλεδαπάων.

Et haec quidem Homero cum Atticis communia sunt, nisi quod nonnulla horum Atticis non sunt in usu, ut δαμῶ et ἐῶ

Digitized by Google

[illegible] Iterum manus apud Athenaeum tricesima [illegible]. [illegible]. [illegible]. [illegible]. [illegible], [illegible]. [illegible]. [illegible]. quae nunc non aeque mihi videntur Athenaeo [illegible]. quibus accedunt Hermes inscriptus [illegible], [illegible], [illegible]. [illegible] et [illegible], [illegible] et ex [illegible]. [illegible] pauca quaedam alia eandem omnia analogiam sequuntur.

Tertia de genere hac disputatio dicitur C in futuro servare, ξω, ξει, ξει [illegible] formae praeterea ἔσσω, ἀκούσσομαι et πρόσσομαι, ἀκουσσόμεσθα. Sed ξω, ξεις et ξει nusquam mihi lecta sunt. Ἀκούσεται est Π Ὀδύσσ. Ε. 151.

αἶψα γὰρ εἴσω — ἐλάσσω — ἐλάσσαι τ' ἀμφιέσσε.

Formae ἔσσω Ὀδύσσ. Χ. 401.

ἀμφὶ δὲ λαῖτμος ἔσσεται.

cur non sit hic habenda ratio infra ostendam. Κατασβέσει semel legitur in Aristophanis *Lysistrata* vs. 375.

τοῦτο τί δῆτα κατασβέσεις; τάχ' αὐτὸ δείξει.

et in antiquo oraculo apud Herodotum VIII. 77.

ἢν δίκη σβέσσει κρατερὸν πῦρ Καρὸς Ἄρεος νέου.

et bis apud Aeschylum *Septem* vs. 556. τίς κατασβέσει δίκη; et *Agamem.* 952. τίς δέ νιν κατασβέσει; neque usquam alibi futurum σβέσω mihi visum est.

Verbum χεῖν habet in Attica futurum χέω, χεῖς, χεῖ ut multis exemplis demonstravimus in *Var. Lectt.* pag. 123. 263 et 607. Apud Homerum futurum est χεύω. Compone mihi hosce duos ex Odyssea locos A. 289.

εἰ δέ κε τεθνηῶτος ἀκούσῃς μηδ' ἔτ' ἐόντος,
σῆμά τέ οἱ χεῦαι καὶ ἐπὶ στέρεα στερεῖξαι
πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε καὶ ἀνέρι μητέρα δοῦναι.

et B. 220.

εἰ δέ κε τεθνηῶτος ἀκούσω μηδ' ἔτ' ἐόντος,
σῆμά τέ οἱ χεύω καὶ ἐπὶ στέρεα στερεῖξω
πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω.

vides ter aoristum in *futurum* converti: χεῦαι — στερεῖξαι — δοῦναι in χεύω — στερεῖξω — δώσω, itaque vel hinc manifestum est formam χεύω *futuri* temporis notionem habere. Annotatur ad B. 222. χεύω: Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ὁροάνδου χείω γράφει, καὶ Ἀρίσαρχος, Ἡρωδιανὸς δὲ χεύω, ἵν' ᾖ ἐνεστὼς ἀντὶ τοῦ μέλ-

Digitized by Google

λοντος. Rectissime Dindorf. correxit: Ἀρίσαρχος δὲ καὶ Ἡρωδιανὸς χεύω, tum expuncto articulo scribe: ἵν' ᾖ ἐνεσὼς ἀντὶ μέλλοντος.

Ecce iterum *praesens pro futuro*. Quid diceres si scriptum esset: καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐζω, et contenderet aliquis optime sic scribi, namque esse *praesens pro futuro?* Si foret in terris rideret Aristarchus et κτερεΐξω reponeret. Sed cur, quaeso, minus ineptum est *praesens pro futuro* in χεύω quam in κτερεΐζω? Dindorf. de χεύσω cogitavit, ut Odyss. A. 291 est duplex lectio χεῦαι et χεῦσαι. Sed in formis antiquis ubi subest digamma aut *simplex*, ut in ἀλέαιτο, ἀλέασθαι, aut *duplex*, ut in ἀλεύατο, ἄλευαι, σεύατο, ἔχευα, addi C non potest. *Prorsus barbara* sunt χεῦCαι pro χεῦαι, et ἄλευCαι pro ἄλευαι. Perinde est ac si quis ἀττικιεῖ vellet ἔχεCα dicere pro ἔχεα. Quod autem Dindorf. opinatur „χεύομεν *futuri significatione dictum esse etiam* Iliad. H. 336.

τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες."

fugit eum ratio. Inspectus locus statim patefaciet omnes esse coniunctivi aoristos κυκλήσομεν — κατακήομεν — χεύομεν — δείμομεν — ποιήσομεν — ὀρύξομεν, quod si forte in caeteris ambiguum esset possit, in κατακήομεν et δείμομεν res est manifesta.

Praeterquam in his tria sunt apud Homerum verba in -ύω penultima brevi, ubi C *constanter* in futuro eliditur, ut in γαμέω, τελέω, καλέω caeterisque.

Ϝερύω, id est ἕλκω, habet ubique *futurum* ϝερύω et in forma media ϝερύεσθαι. eademque est ratio in *futuris* ἀνύω, ἐξανύω et τανύω, ἐντανύω. Inspice poëtam, λαβὲ τὸ βιβλίον. Iliad. O. 351.

ἀλλὰ κύνες ϝερύουσι.

Λ. 454. ἀλλ' οἰωνοὶ ὠμησταὶ ϝερύουσιν. Iliad. X. 67. κύνες — ὠμησταὶ ϝερύουσιν. P. 234. ἕλπετο θυμὸς Νεκρὸν ὑπ' Αἰαντος ϝερύειν. Ξ. 422. ϝελπόμενοι ϝερύεσθαι.

Futurum ἐξανύω bis legitur Iliad. Λ. 365. et Τ. 452.

ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας.

ad utrumque locum annotatur: ἔστι δὲ ἐνεσὼς ἀντὶ μέλλοντος.

Tertium futurum est τανύω et ἐντανύω. Odyss. Φ 174. ἀλλ' ἄλλοι τανύουσιν, et vs. 92.

οὐ γὰρ ὄΐω

ῥηϊδίως τόδε τόξον ἐϋξοον ἐντανύεσθαι.

Digitized by Google

sed *ecce* apparet forma *ἐστανύσσεν* Odyss. Φ. 97. et 127.

ἐάλτεν Νεφρὸν ἐστανύσσεν δαϊκτάσιόν τε σίηρα.

Quid faciemus? Quis audebit C expungere *ὅτως τὸ ἀφαιρεῖς φυλαχθῇ*? Timidiores in tali re Critici esse solent et audax facinus videtur contra libros decernere. Ergo testem idoneum producam. Prodest ipse Aristarchus ad Iliad. X. 67. *ἐρύεσσιν*: *ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἤλλακται ἀντὶ τοῦ ἐρύσσυσιν καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ „νεφρὸν ἐστανύσσIN" ἀντὶ τοῦ ἐστανύσσεν.* Iam non est ulla amplius, ut opinor, dubitatio.

Homerus igitur, ut Attici omnes, in his *constanter* C elidebat formasque pro re nata contrahebat aut non contrahebat: perinde dicebat *τελέει* et *τελεῖ*, *τελέεσθαι* et *τελεῖσθαι*, *ἀλέεσθαι* et *τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται*. Prominae ponit *δαμᾷ* et *δαμάᾳ* similiaque, ut res et numeri ferebant. *κομίζω* habet *κομιῶ* Odyss. O. 546. *τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ*. verbi *κτερίζω* futurum est *κτερῶ* Iliad. Σ. 334. *σῷ σε κρὶν κτερίῳ*. et *κτερεῖσι* Iliad. Λ. 455. *κτερεισῦσί γε δῖοι Ἀχαιοί*. et X. 336. *τὸν δὲ κτερεισῦσιν Ἀχαιοί*. Sic *δεικίζω* habet futurum *δεικιῶ*. Iliad. X. 256.

οὐ γὰρ ἐγὼ σ' ἔτι δηθὰ δεικιῶ.

sic et *ἀγλαεῖσθαι* dixit Iliad. K. 311. et *ἐπαγλαεῖσθαι* Iliad. Σ. 133. omnia plane ut Athenienses solebant.

Sed idem Homerus, qui ex his omnibus formis C removet, aliis locis in iisdem C non eximit, sed geminat. Qui *καλέω* dicit idem *προκαλέσσεται* ponere solet. Ex *ἕλλυμι* simul *ὀλέω* nascitur et *ὀλεῖται*, simul *ὀλέσσεις*, *ὀλέσσει*. Odyss. B. 49. *βίοτον δ' ἀτὸ πάμπαν ὀλέσσει*. Bis dixit *γαμέω*, sed semel Iliad. I. 394.

Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.

Qui semper *ἐρύειν*, *ἐρύουσιν*, *ἐρύεσθαι* dicit, idem dixit Iliad. K. 44. *ἦ τίς κεν ἐρύσσεται ἠὲ σαώσει*. et T. 311.

ἦ κέν μιν ἐρύσσειε ἢ κεν ἐάσειε.

Vidimus futurum esse *ἀνύω*, *ἐξανύω*, sed nihilominus ponitur et Odyss. π. 373. *ἀνύσσεσθαι τάδε ἔργα*.

Saepe *τελέω* dixit sed Iliad. Ψ 559. *ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ τελέσσω*.

Ergo si *ἔσσω* futurum est, ut supra vidimus, nondum id argumento est futurum *ἀμφιέσω* esse oportere, ut in *εἵματά τ' ἀμφιέσω*, namque eadem forma futuro *ἀμφιέω* respondere potuisset.

Digitized by Google

Formae antiquae et sincerae, in quibus C elisum est, apud Homerum quidem et librorum meliorum consensu et veterum Grammaticorum testimoniis tam firmiter sunt stabilitae, ut iis librorum deteriorum scripturae, quae subinde apparent, *τελέσει*, *τελέσουσι*, *κορέσεις*, *κορέσει*, *ἐρύσουσι* nihil nocere possint. *Ἐντανύσειν* quod solum erat reliquum nunc et ipsum eliminatum est. Sed quas sordes ex Homero sedulo omnes eluimus, eae apud alios pertinaciter haerent vitio Graeculorum antiquas formas ex inscitia interpolantium. Qui Homero obtrudebant *κορέCεις* et *κορέCει*, iidem duobus locis Herodotum hac macula inquinarunt I. 212. *ἦ μέν σε ἐγὼ καὶ ἄπληστον ἐόντα αἵματος κορέCω*, et cap. 214. *σὲ δ' ἐγώ, κατάπερ ἠπείλησα, αἵματος κορέCω*. Nil dissentiunt libri, sed *futurum* *κορέCω* barbarum est et utrobique *κορέω* reponendum. Futurum *συγκαλέειν* evasit III. 74. sed tamen in bono libro *συγκαλέCειν* apparet.

Quae futura apud Herodotum ex — *άσω* orta sunt perpetuo contracta videbis I. 97. *οὐκ ἔφη δικAN ἔτι· οὐ γάρ οἱ λυσιτελέειν — δι' ἡμέρης δικάζειν*. I. 199. *ἀποδοκιμᾷ*. VIII. 68. *διασκεδᾷς*, et passim *ἐλᾷς*, *ἀπελᾷς*, *ἐλᾶν*, *ἐλῶν* et sim. Hinc optime emendavit Iacobsius Eusebium Ionicum scriptorem apud Stob. *Floril.* 46. 41. *χρὴ εἰδέναι πάντα τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδίκαν*, coniecerat aliquis *καταδικάζειν*, rem acu tetigit Iacobsius *καταδικᾶν* reponens.

Contra apud scriptores Atticos passim videbis formas sequiores *τελέσω*, *διατελέσω*, *καλέσω*, *ἐγκαλέσω*, *συγκαλέσω*, vel barbaras ut *κομίσουσιν*, aequissimo animo ab Editoribus ferri, quasi nihil omnino dubitationis haberent. In poëtis Atticis credo huiuscemodi mendorum vestigia iam nusquam superesse, sed apud Oratores multa supersunt et apud Platonem et caeteros. Saepius observabis genuinas formas intactas evadere ubicumque non continuo appareat *futuri* temporis notionem iis inesse, sed ubi futurum esse Graeculi sentiunt statim formis antiquis illas substituunt, quibus ipsi et aequales omnes perpetuo uti solebant. Multa saepius huius rei exempla et documenta protuli in *Var. Lectt.* pag. 242. et in *Nov. Lectt.* pag. 63 et 438 et plura aliquando praesertim ex Demosthene et Platone proferre in animo est.

Unum addam. Sol iratus Odyss. M. 383. ita minatur:

Digitized by Google

δύσομαι εἰς Ἀΐδαο καὶ ἐν νεκύεσσι Φαείνω.

antiquum obtinent Grammatici, qui nobis occinunt suum: τὸ Φαείνω ἐνεστῶτός ἐστι ἀντὶ τοῦ μέλλοντος, scrib. ἐνεστὼς ἐστὶ ἀντὶ μέλλοντος, *praesens pro futuro*, quasi nihil ea res dubitationis haberet. Sed apud nos satis constat neque Homerum neque alium quemquam ubi *futurum* sit necessarium inepte *praesens* ei substituere. In ceteris forma verbi magistris imposuit, ut τελέσσω, ἐρύσσω, γαμέω, καλέω. In Φαείνω nulla est dubitatio quin sit ea *praesentis* temporis forma. Futurum est apud Homerum Φανέω, Φανέει, Φανεῖ, Φανεῖσθαι. Odyss. M. 230.

ἔσθιε γάρ μιν ἔδεγμαι πρῶτα Φανεῖσθαι.

et Iliad. T. 104.

ἔνθα Φόωσδε μογοστόκος Εἰλείθυια Ἐκφανεῖ.

Quid multa? In Homeri loco vitium latet facili negotio eximendum. Ad id deprehendendum opem ferat Homerus ipse Iliad. Π. 129.

δύσεο τεύχεα θᾶσσον, ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω.

ubi annotatur: ἀγείρω: ὁμοίως τῷ ἀγείρω (leg. ἀγερῶ). ἐνεστὼς γάρ ἐστι σημαίνων μέλλοντα. ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων παρεθέμεθα.

ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα (Il. A. 184.)

ἥ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἰκάνει (Iliad. H. 124).

οὕτω καὶ τὸ ἐρύσσειν ἔχει. οὕτω δὲ καὶ Ἀρίσαρχος. Herodiani haec sunt, qui multo plus eruditione quam iudicio valebat. Vide mihi ut misceat omnia: ἐρύσσειν est *futurum*: ἰκάνει *praesens* est quod sententia postulat: *adest* malum ac dedecus Achivorum, et in ἐγὼ δέ Κ' ἄγω, et ἐγὼ δέ ΚΕ λαὸν ἀγείρω, potentialem voculam ΚΕ plane neglexit. Praeterea apparet quam nihil excerptis Herodiani de Aristarcho sit credendum. οὕτω δὲ καὶ Ἀρίσαρχος, inquit. Aristarchi sententia apud Aristonicum haec est: ad Il. A. 184. ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἄγω ἀντὶ τοῦ ἄγειμι. et Il. Π. 129. ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἀγείραιμι. Ad hanc lucem facile est emendare:

δύσομαι εἰς ἈΐδΕΩ καί Κ' ἐν νεκύεσσι Φαείνω.

planissime ut Iliad. A. 184.

πέμψω, ἐγὼ δέ Κ' ἄγω,

futurum et ΚΕ cum *coniunctivo* ut plane ἰσοδύναμα composuit. Ubi semel in καί Κ' ἐν νεκύεσσι negligentia Κ' intercidit, statim tralaticium εἰς ΑΪΔΑΟ irrepsit.

Digitized by Google

Addam duo exempla eiusdem compositionis certa et indubitata. Quemadmodum dixit: *ἐγὼ δέ* K*Ε λαὸν ἀγείρω*, et: *ἐγὼ δέ* K' *ἄγω*, et *καί* K' *ἐν νεκύεσσι φαείνω*, sic et in Odyss. P. 418. legitur:

ἐγὼ δέ K*Ε σε κλείω κατ' ἀπείρονα γαῖαν.*

et Iliad. Ξ. 235.

ἐγὼ δέ K*Ε τοι τιδέω χάριν ἤματα πάντα.*

id est, ut Atheniensis dixisset: *ἐγὼ δέ σοι χάριν εἴσομαι ἀεί.*

DIONYSIUS HALIC. (Tom. VI. pag. 759.)

ὅταν δὲ εἰς τὴν περιττολογίαν καὶ τὸ κάλλιON εἰπεῖν — ἄμετρον ὁρμὴν λάβῃ, corrige *καὶ τὸ καλλιεπεῖν.*

Ibid. pag. 764. *ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ ἐγγὺς τῆς θείας ἐληλΤΘότι φύσεως*. non sic Graeci dicere solebant sed *ἐγγὺς ἐληλΑΚότι.*

Ibid. pag. 927. *οὐκ ἐπαχθεῖς μόνον εἰσὶν ἀλλὰ καὶ δυσχεῖς ἑαυτοῖς ἐμβαλούμενοι τὸν παρὰ τῶν πολλῶν φθόνον.* Leg. *ἐΚΚαλούμενοι*. id est *excitantes, moventes*, ut apud Aeschinem *de F. L.* pag. 28, 12. *ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν ὀργὴν ἐκκαλέσασθαι βούλεται*, et saepius apud alios.

C. G. C.

GALENUS.

(Tom. VIII. pag. 653.)

γέρων σεμνὸς ἐνενηκοντούτης· ὦ τᾶν [ὦ τέκνον], ἔφη, ἐκλελυμένος — σφυγμὸς ἂν εἴη. Interpolatum est *ὦ τέκνον*. Saepius Graeculi ad Atticum *ὦ τᾶν* similia adscribunt. Sine mendo legitur supra pag. 583. *σὺ δ', ὦ τᾶν, οὕτως ἄρα τὴν τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν ὑπερτετίμηκας ὥσε μηδ' ἐπιτρέπειν μηδενὶ μηδὲ τοὐλάχιστον αὐτῆς παρακόπτειν;*

C. G. C.

Digitized by Google

ANNOTATIONES SELECTAE AD LIBANIUM.

SCRIPSIT C. G. COBET.

LIBANII Sophistae Orationes. — recensuit Io. IACOBUS REISKIUS. 1791.

Multa sunt et egregia Reiskii de Libanio merita. Reiskius in re grammatica et metrica, ut inter omnes constat, plumbeus plerosque omnes aequalium et qui post nati sunt superabat sanitate mentis, iudicii acumine, ingenii sollertia et ἀγχινοίᾳ, qua boni Critici censentur. Plurimos scriptores Graecos legerat et ediderat, sed tumultuaria opera semper ad finem properans et ab aliis ad alios transiens ἀχάθμητος, ὄρνις πετόμενος, οὐδέποτ' ἐν ταὐτῷ μένων. Ita ferebat et ingenium viri et (quod peius erat) tempora. Numquam habet doctrinam paratam et immemor eorum quae ante legisset, aut etiam edidisset, multa inemendata reliquit, quae certa correctione poterant restitui, si unde haec sumta essent commode fuisset recordatus. Verum ubicumque sana ratione et iudicio res obtineri potest inter optimos Criticos numerandus. Praeterea candidum Reiskii pectus et τὸ φιλελεύθερον καὶ φιλαληθὲς καὶ τὴν παρρησίαν quis non diligit et amat? Est interdum paullo acrior et asperior, sed quis non aequo animo id ferat in Reiskio, cuius magnum ac ferocem animum et vitae calamitates et adversariorum iniuriae perpetuo fodicabant? Populares quidam mei olim in Reiskium iniquiores fuerunt, τὸ δ' εὖ νικᾷ: nam quis est hodie qui Reiskium non admiretur et Dorvillium non contemnat? Quondam ὁ μὲν Ἴρος

Digitized by Google

ἦν, ὁ δὲ Μίδας, sed opes dilabuntur, virtus est aeterna.

Selectas quasdam ad Libanium Reiskianum annotationes delibans ex ipsa rei natura multos Reiskii errores refutare cogar, quod ita faciam ut ubicumque res ferat eiusdem *κατορθώματα* appareant. Percurram libero pede Libanii orationes, et si quid repperi quod certum et *ἐναργές* esse videretur paucis expediam.

Libanius Tom. I. pag. 7. *εὖ μέντοι τοῦτό γε οἶδα ὡς νῦν ἂν ἦν ἐν ἑτέρῳ ἀτραπῷ βίου τοῦ πατρός μοι προβάντος εἰς πολιάν· ἀντεξετάζων δή τις τὰ νῦν* (τὰ del.) *παρόντα ἐκείνοις· βουλῆς λέγω φροντίσιν ἢ δίκαις ἢ καὶ νὴ Δία γε Φόνοις ἀρχῶν.* Mendosum est *Φόνοις* et res est sine *caedibus* aut cruore restituenda. „*Si pater meus*, inquit, *vixisset usque ad senectutem, ego nunc aut Senator essem aut causas orarem aut magistratum gererem.*" Quomodo haec sententia revocari poterit? Facillime: scrib. *ἢ καὶ νὴ Δία γε ΘΡόνοις ἀρχῶν.* Quam facile *θρ* et *Φ* inter se confundantur ostendet Bastius in *Comm. Palaeogr.* pag. 737. *Θρόνοι* apud Libanium sunt aut Magistratuum aut Rhetorum. Commemorantur sexcenties, sed satis est unum ex omnibus locum proferre I. pag. 102. ubi deplorat discipulorum immaturam mortem, *ὧν οἰχομένων ἐζημίωνται μὲν βουλαὶ καὶ διοικήσεις πόλεων, ἐζημίωνται δὲ δίκαι λόγων τῷ δικαίῳ συμμάχων ἐσερημέναι, ἐζημίωνται δὲ ΘΡΟΝΟΙ, ὧν τοὺς μὲν Ἑρμῆς, τοὺς δὲ ἐφορᾷ Θέμις.* Enumerantur omnia eadem quae in priore loco *βουλαί, δίκαι, θρόνοι*, ut nulla supersit dubitatio.

Libanius Tom. I. pag. 108, 15. *παρεκάλει δὲ τοὺς τῶν ἐδῶν τούτους καταγελῶντας τοὺς τοῦ Οὐρανίου κληρούχους — τἀμὰ ζηλοῦντας ὁρᾶσθαι.* de Christianis loquitur. Sed quid est *τοὺς τοῦ Οὐρανίου κληρούχους*? Reiske: „*videtur hic Uranius episcopus aut presbyter Antiochenus fuisse.*" Episcopus Uranius perinde est *τοῦ πονηροῦ κόμματος* et de nihilo fictus atque ille Simonideus Uranius. Una litterula has turbas dedit. Libanius scripserat *τοὺς τοῦ οὐρανοῦ κληρούχους coelicolas* aut *coeli colonos* ioco eos appellans, qui semper *de coelo* piorum, id est Christianorum, domicilio crepabant. Libanius II. pag. 179 sq. *εἰπάτω γάρ μοί τις τῶν τὰς μὲν πυράγρας καὶ σφύρας καὶ ἄκμονας ἀφέντων, περὶ δὲ οὐρανοῦ καὶ τῶν τὸν οὐρανὸν ἐχόντων ἀξιούντων διαλέγεσθαι.*

Digitized by Google

Libanius Tom. I. pag. 352, 10. laudibus extollens amoenitatem τῆς Δάφνης de ea dicit: ἣ καὶ Ῥωμαίων ὅσους θεατὰς ἔλαβε νενίκηκε πείσασα μηκέτι τὴν ΓΑΛΙΛΑΙΑΝ ὑμνεῖν ὡς ἀήττητον τὰ τοιαῦτα. O stolidam lectionem τὴν Γαλιλαίαν, quasi Romani prae caeteris omnibus locis amoenis *Galilaeam* admirarentur. Sine mora reponendum τὴν ΙΤΑΛΙΑΝ. Italia ut nunc *Italia la bella* dicitur, sic olim Ἰταλία ἡ καλή dicebatur, et erat olim aliquanto quam nunc et naturae et artium admirandis abundantior. Libanius I. pag. 559. προσλαβὼν μὲν Ἰταλίαν ΤΗΝ ΚΑΛΗΝ, προσλαβὼν δ' Ἰλλυρίους τοὺς μαχιμωτάτους. Hanc igitur Romani solam laudantes caetera contemnebant. Plinius in exitu *Historiae Naturalis*: „*Ergo in toto orbe et quacumque coeli convexitas vergit* pulcherrima est omnium *rebusque merito principatum naturae obtinens* Italia."

Praeterea scribe ὅσους θεατὰς ἔλαβεΝ ΗΙΡηκε, *cepit.*

Explebo lacunam apud Libanium I. pag. 464. εἶπον ἄν σοι Ξέρξην — ἰδόντα Θεμιστοκλέα τὸν ἔχθιστον ὡς φίλον καὶ τῷ μὴ λαβεῖν δίκην προσθέντα τὸ καὶ δοῦναι δωρεὰς Λάμψακον Μυοῦντα Μαγνησίαν Μέγαρα τὰσ πρεσβ ἐκείνας ναυμαχίας. Non credo regem Persarum *Megara* quoque Themistocli donasse, sed sic scribendum: ΜΘΤΑ τὰς ΠΘΡΙΒοήτους ἐκείνας ναυμαχίας.

Libanius Iuliani necem deplorans Tom. I. pag. 508, 10. irascitur Diis immortalibus; τίνα μέντοι, τίνα θεῶν αἰτιατέον; ἢ πάντας ὁμοίως; namque omnes assidue colebat Deos atque Deas: οὐ γὰρ τοὺς μὲν εὐώχει τοὺς δ' ὑπερέβαινεν — ἀλλ' ὅσους οἱ ποιηταὶ παρέδοσαν πατέρας τε καὶ παῖδας θεούς τε καὶ θεὰς ἄρχοντάς τε καὶ ἀρχομένους ἅπασιν ἔσπενδέ τε καὶ τοὺς ἀπάντων ἐνεπίμπλη βωμοὺς ἀρνῶν καὶ βοῶν. Deinde excandescit et Deos insectatur: οἱ δὲ (θεοὶ) οὕτως ἄρα ἦσαν δίκαιοι ὥσε πολλῇ μὲν ἡσιαθέντες κνίσῃ, λαμπρὰ δὲ ὑποσχόμενοι — τελευτῶντες τά τε ἄλλα συνέχεαν καὶ αὐτοῦ προσαπέσησαν. Tum acerbissime ita pergit: ἀμείνων ἄρα ἦν ΛΟΓΙΣΜΟΣ ὁ τέως καταγελώμενος, ὃς πόλεμον ὑμῖν ἀράμενος πολύν τε καὶ σφοδρὸν καὶ ἄπαυστον ἔσβεσε μὲν πῦρ ἱερὸν, ἐπέσχε δὲ θυσιῶν ἡδονήν, — ἀλλ' ὅμως ὁ Σαλμωνεὺς ἐκεῖνος ἢ Λυκοῦργος καὶ πρός γ' ἔτι Μελητίδης (οὐδὲ γὰρ νοῦ μετεῖχεν οὐδὲ πολὺ βελτίων τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς ἦν ἢ τῶν πηλίνων.)

Digitized by Google

τεσσαράκοντ' ἔτη κατέσχεν ἣν ἐλωβᾶτο γῆν καὶ μόλις ποτὲ ἀπῆλθε νόσῳ, quibus deinde opponit Iuliani merita et virtutes et brevissimum imperium. In his ΛΟΓΙCΜΟC manifesto corruptum est. Haec omnia de *homine* dicuntur, deque *certo* homine, nempe de Constantio, cui Iulianus successerat. De ea re dubitabit nemo qui locum relegerit. Omnia Constantii vitia et scelera apertissime describuntur: νεὼς — πόρνοις ἐνοικεῖν ἔδωκε. Constantius id fecerat teste Libanio multis locis. Constantinus enim opes templorum rapuit sed sacrificia reliquit, quae sustulit Constantius (Liban. II. pag. 163.) Quod scribit pag. 509, 10. νεκροῦ τινὸς θήκην εἰς τὸν ὑμέτερον ἐγκατέςησε κλῆρον, non „*Christum notat*", ut Reiskius opinatur, sed *de Babylae cadavere* dictum est, quod Constantius in Antiochino templo condi iusserat. Constantius erat *eunuchorum suorum mancipium* et nomine princeps, summa imperii penes illos erat (Liban. II. pag. 163.). Hinc illud: καὶ πρός γ' ἔτι Μελητίδης, οὐδὲ γὰρ νοῦ μετεῖχεν. Itaque de Constantio illa omnia dici certum est. In λογισμός latet igitur Constantii mentio, quam quo pacto inde eliciamus quaerendum est. Non nomine hominem sed maledicto designaverat. Quid ergo dixerat? Nempe: ἀμείνων ἄρα ἦν 'Ο ΛΟΙΜΟC, ὁ τέως καταγελώμενος, ὃς πόλεμον ὑμῖν ἀράμενος — ἐπέσχε πῦρ ἱερόν. Notum est convicium ὁ λοιμός, ut ὁ φθόρος, ὁ ὄλεθρος. Perinde est ac si dixisset τὸ κάθαρμα, ut apud auctorem orationis κατ' Ἀριςογείτονος (Demosth. pag. 794, 5.) ὁ Φαρμακός, ὁ λοιμός, ὃν οἰωνίσαιτ' ἄν τις μᾶλλον ἰδὼν ἢ προσειπεῖν βούλοιτο. Hinc sumsit ὁ Ἀντιαττικιςής in Bekkeri *Anecd.* pag. 106, 1. Λοιμός: οὐκ ἐπὶ τοῦ λοιμικοῦ πάθους ἀλλ' ἐφ' οὗ ἡ συνήθεια τάσσει. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριςογείτονος. Erat nomen illo sensu apud sequiores pervulgatum. Mitto reliquos testes, Libanius solus prodeat Tom. II. pag. 265, 15. πέμψον ἄνδρα — οὐδὲν ἐοικότα τῷ ΛΟΙΜΩΙ τούτῳ.

Fortasse scrupulus residere aliquis videbitur in verbis: τεσσαράκοντα ἔτη κατέσχεν ἣν ἐλωβᾶτο γῆν, namque multum abesse ut Constantius per annos *quadraginta* in imperio fuerit. Evellet hunc scrupulum Henricus Valesius ad Ammian. Marcell. XXI. 15. (Constantius) *abiit e vita III. Non. Octobrium imperii vitaeque anno* quadragesimo *et mensibus paucis.*

Digitized by Google

Tom. I. pag. 622, 12. inducitur Iulianus post mortem ad flentes amicos ita dicens: *τὴν ἐμὴν ὑμεῖς ὀδυρόμενοι πλησὴν καὶ τὸν ἐν νεότητι θάνατον εἰ μὲν τὸ συνεῖναι θεοῖς χεῖρον ἡγεῖσθαι* (leg. *ἡγεῖσθε*) *τοῦ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ εὖ Φρονεῖτε. εἰ δ' οὐκ οἴεσθέ μοι ταύτης μεταδεδόσθαι τῆς χώρας πάντ' οὐ μόνον ἀγνοεῖτε.* Saepissime compendiolum syllabae *-ον* accentui gravi simile male omissum (ut in *δέ* pro *δέον*) aut perperam additum (ut in *Πελοποννασιςίον* pro *Πελοποννασις*) errores peperit. Libanius dixerat: *πᾶν τοὐμὸν ἀγνοεῖτε.* Felix vitium veterem crasin *τοὐμόν* incolumem servavit.

Libanius II. pag. 181, 16. *οὐ τοίνυν τῇ Ῥώμῃ μόνον ἐφυλάχθη τὸ θύειν, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ Σαράπιδος τῇ πολλῇ τε καὶ μεγάλῃ καὶ πλήθος κεκτημένῃ νεῶν, δι' ὧν κοινὴν ἁπάντων ἀνθρώπων ποιεῖ τὴν τῆς Αἰγύπτου Φοράν. αὕτη δὲ ἔργον τοῦ Νείλου. τὸν Νεῖλον δὲ ΘΕΣΤΙΑΙ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἀρούρας πείθοντα,* ΤΩΝ *οὐ ποιουμένων ὅτε τε χρὴ καὶ παρ' ὧν οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐθελήσειεν.* Narrat Libanius sacrificiorum usum et urbi Romae concessum fuisse sub Theodosio et Alexandriae, ne neglectis sacrificiis solemnibus Nilus agros rigare recusaret. Sed ultima pars loci mendosa est. Quo refertur *ὧν* in *ὧν οὐ ποιουμένων ὅτε τε χρὴ καὶ παρ' ὧν*? Nempe ad *ἱερά* quod in vitiosa scriptura latet. Emenda igitur: *τὸν Νεῖλον δὲ ΙΕΡΑ ΘΕΣΤΙ ΤΑ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἀρούρας πείθοντα. „Sacrificia sunt* (inquit) *quae Nilum impellunt ut se supra arva effundat*, quae nisi suo tempore et per quos assolet fiant, Nilus ipse agros rigare nolit". Putemusne sanum hominem serio id credere aut dicere? Caeterum Christiani illo tempore non erant multo his saniores, in his ipse Constantinus, flagitiosus ac sceleratus princeps, et peior etiam filius Constantius, qui ambo mox a Libanio summo iure increpantur.

Criminatus erat Polycles nescio quis apud Libanium Iulianum principem, quod uxorem veneno interemisset. Excandescit ille et maledicum hominem magna verborum asperitate insectatur. *Ἐλπίδιος μὲν* (inquit. Tom. II. pag. 320) *ὢν Ἐλπίδιος οὐδὲν οὐδενὶ τοιοῦτον ἐπέταξεν. — ὁ δὲ* (Iulianus) *ἐν τοῖς βωμοῖς συνεχῶς, ὁ τῶν οὐΔῶν ἐξηρτημένος, ὁ καὶ τῇ γαςρὶ θεραπεύων τοὺς θεούς, οὗτος ὃ καὶ ἐννοῆσαι δυσσεβὲς ἔδρα; καὶ ἦν ἔσπειρε* * * *.

Digitized by Google

Quid sit legendum pro *οὐδῶν* colliges ex Dione Chrysostomo XXXI. pag. 569. Reisk. *καὶ τῷ βωμῷ προσελθόντας καὶ τῶν οὐλῶν θιγγάνοντας καὶ τἆλλα ποιοῦντας ὡς ἐφ' ἱερουργίας.* et ex ipso Libanio Tom. II. pag. 175, 1. *βωμοῦ δὲ οὐδενὸς τὸ αἷμα δεχομένου οὐδὲ μέρους οὐδενὸς καομένου οὐδὲ οὐλῶν ἡγουμένων οὐδὲ σπονδῆς ἀκολουθούσης.* Lacuna in fine loci facili negotio sic expletur: *καὶ ἦν ἔσπΕΙΡΕ (ταύτην ἀπέκτΕΙΝΕ)*;

Libanius III. pag. 190, 4. *ἀλλὰ καλεῖ μὲν ἐπὶ τράπεζαν ἐκεῖνος, πολλοὶ δὲ οἱ τοῦτο ποιοῦντες καιροὶ καὶ ἄνευ γε τῶν καιρῶν πολλάκις ὁ τρόπος. πολλοῖς ΓΕ ἥδιόν 'ΕCTIN "ΑΝ ἥ τισιν ΑΙΤιᾶσθαι.* Emenda: *πολλοῖς ΓΑΡ ἥδιον 'ΕCTIAN ἥ τισιν 'ΕCΤιᾶσθαι.* Mirum est quam saepe *ἐϛιᾶσθαι* in Libanii libris in *αἰτιᾶσθαι* absurde sit conversum. Pauca exempla vide: IV. 99. *μέχρι τίνος ἐϛιᾶται*; alii *αἰτιᾶται*. IV. 298, 16. *ἐκ τῶν ὑμετέρων ὑμᾶς ἐϛιώντων*, alii *αἰτιώντων*. IV. 365. 17. *αἰτίαν ἔσχον Αἰτιόδωρος καὶ Φανόμαχος*, emenda *Ἐφιόδωρος* ex Thucyd. II. 70. Libanius III. 113, 9. *δμοῦ μὲν ἀξιούντων αἰτιᾶσθαι.* Reiske: „*sententia postulat aut ἐϛιᾶσθαι aut καλεῖσθαι.*" Non est dubia optio. III. pag. 119, 8. *τιμὴ γὰρ τοῖς πατράσιν ἡδεῖα καὶ τοὺς παῖδας τοῦτον αἰτιᾶσθαι τὸν τρόπον*, sine mora reponendum *ἐϛιᾶσθαι.* Sine mendo legitur III. 129, 13. *πάντας ἐϛιᾶν τοὺς συνδίκους.*

Libanius III. pag. 198, 8. *Φέρεις οὗτος τις δεῦρο βαδίζοντος λαβόμενος ἤρετο· σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν ταύτην ποιῇ τὴν ὁδόν*; Lenissima correctione restituetur Libanii manus: *Φέρ' εἴ σού τις δεῦρο βαδίζοντος —*, tum *τί Παθὼν ταύτην ποιΕΙ τὴν ὁδόν*;

Pag. 202, 8. *σοὶ δ' οὐ καλὸν πρὶν ὅσον ἄξιον διατρῖψαι παρ' ἡμῖν 'ΑΡΑΒΙΟΙC φανῆναι.* Manifesto mendosum est *Ἀραβίοις.* De Anaxentii urbe patria sermo est. Dicit eum si re infecta in patriam redierit *civibus* suis ingratum venturum, *οὐ γὰρ ἡδέως ὄψονται τὸν οὕτως ἐπανήκοντα.* De una civitate haec dici certum est. Quae est illa civitas? Colligi potest ex pag. 208, 10. *ἀντίθες — τήν τε ἐξάξουσάν σε παρ' ἡμῶν μετ' εὐφημιῶν ἡμέραν τήν τε εἰς τὴν τῆϛ Ἰοῦς πόλιν* (Tyrum) *εἰσάξουσαν* [*ἡμέραν* del.] Ergo Anaxentius Antiochia patriam repetens Tyrum venturus

Digitized by Google

erat. Iam tu vides in Ἀραβίοις unam literulam esse mendosam et Ἀραδίοις rescribi oportere. Quis nescit nobilem et opulentam Ἄραδον? Phrynichus apud Hesych. v. Γλυκερῷ Σιδωνίῳ·

Σιδώνιον ἄχυ λιπόντες
καὶ δροσερὰν Ἄραδον.

sic enim felicissime emendarunt vulgatam:

καῖδρος ἐρανάδαρον.

Libanius ipse commemorat Tom. II. pag. 144. Λαμπάδιον καὶ Φιλόδημον καί τινας ἑτέρους τῶν ἐν Ἀράδῳ πολιτευομένων.

Libanius III. pag. 204, 5. τίς ἔσῃ ψηφίσματι καὶ γνώμῃ κοινῇ πρὸς ΤΟΡΟΝ ἀγόμενος; Scripserat Libanius πρὸς Θρόνον *ad cathedram*. Rhetorum et Sophistarum θρόνοι sexcenties apud Libanium commemorantur. Confusa sunt Θ et Ο et periit lineola -ον significans.

Pag. 204, 13. ταῦτα — μάλιστα μὲν ὁ σὸς πατὴρ ἐπίδοι, — εἰ δ' οὖν καὶ φθαίη τῶν ταῦτΑ ΛΑλούντων οὐκ ἀπορήσει. Vitium est in λαλούντων. Certum est requiri participium *futuri* temporis, neque ulla est dubitatio quin *nunciandi* verbum desideretur: *non deerunt*, inquit, *qui haec ad eum referant*. Viden ταῦτ' ΑΓΓΕλούντων antiquam et veram lectionem esse?

Libanius III. pag. 288, 15. καὶ τίς σοι τοῦ σοφοῦ τούτου διδάσκαλος; ἢ ὅσπερ καὶ ἑτέροις ἐκεῖνος ὁ Λίβυς ὁ ΙΕρὸς εἶτα Μίδας; Peius etiam in alio ἱερεύς. Sed homo nequissimus neque *sacerdos* erat neque *sacer*. Erat una litera minus quam ΙΕρός, nempe ὁ Ἶρος εἶτα Μίδας. Olim mendicus et egens deinde ditissimus factus est. Nomen Ἶρος in proverbium abiit, ut dives Κινύρας, Μίδας, Κροῖσος, Καλλίας appellabatur.

Pag. 245, 21. Φέρε γὰρ οἶμαι κελεύοι λελουμένον καὶ πεπωκότα χωρεῖν εἰς τὸ διδασκαλεῖον. πείσομαι; Leg. Φέρε γὰρ ΕΙ ΜΕ κελεύοι.

Libanius III. pag. 248, 7. ἀναπηδήσας γάρ, φησὶν, εἰ φανείης ΤΙΜήσει τὴν κεφαλήν. πάνυ γε. καὶ γὰρ ἄλλας μυρίας καὶ κομιδῇ τινας ὀλίγους οἶδα τοὺς οὐ τοῦτο λαβόντας. Nihil est τιμᾶν τὴν κεφαλήν. Corrig. ΦΙΛήσει *osculo te excipiet*.

Digitized by Google

Pag. 260, 19. *οὕτω γὰρ αἰσχύνης ἐστὶ τὸ πρᾶγμα μεσὸν ὥς' οὐχ ὁρώμενος ὁ τῷ τάπητι περιπεσὼν καταγελᾶται μόνον ἀλλὰ κἂν εἰς οὓς ἀφίκηται, γραφόντων ἐν τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκουόντων τὸ πραττόμενον.* Longa Reiskii annotatio nihil loco profuit, qui una omnium simplicissima correctione emendari potest: erat *κἂν εἰς* OTC *ἀφίκηται*: legerunt *οὕς* sine sensu, at tu scribe *εἰς οὕς* et omnia plana sunt: *καταγελᾶται οὐ μόνον ὅταν τις αὐτὸν ἴδῃ ἀλλὰ καὶ ὅταν περὶ αὐτοῦ τις ἀκούῃ.* Opponuntur *ὁρώμενος* et *ἂν εἰς οὓς ἀφίκηται*, id est *ἀκουόμενος.* Similia sunt apud Libanium Tom. I. pag. 195. *ἕως εἰς ὦτα τοῖς βασιλεῦσιν ἀφίκοιτο.* et Tom. I. pag. 279. *πᾶσιν ἀνθρώποις εἰς ἀκοὴν ἐρχόμενον τοὔνομα χάριν τινὰ κομίζον ἔρχεται.*

Libanius III. pag. 348, 14. *καὶ τοὺς ὑποτελεῖς Φόρου κελεύεις ἐν οἷς ἡνίκα ἐκράτουν* 'ΕΞΟΝ *ταῦτα μελετᾶν ἐν ᾧ τὴν τοῦ κρατεῖσθαι μετειλήφασι τάξιν.* Reiskii longa annotatio incertiorem te relinquet quam eras dudum. Non repperit mendi sedem neque quidquam profecit. Vitiosum est *ἐξόν* et clara lux affulgebit si *'ΕΖΩΝ* reposueris: *ἐν οἷς ἡνίκα ἐκράτουν ἔζων.* Idem est *ἐν οἷς ἔζων* et *ἃ ἐμελέτων*, et sic omnis est sublata difficultas.

Libanius III. pag. 428, 14. *ἐνθυμεῖσθε τίνα γνώμην ἔξειν εἰκὸς τοὺς* 'ΑτρΕΙΔΑC *διδομένους τοὺς ὀψὲ δουλεύειν μανθάνοντας.* Reiske *Ἀτρείδας* sanum putat sed pro *διδομένους* reponit *δεδεμένους* *vinctos „sed quinam sint illi* Atridae, *quos hic ait a Philippo vinctos esse haud commemini. Succurrit quidem Olynthios quosdam a Demosthene dici coactos fuisse vineam Philippi fodere in pedicis. Sed suntne Olynthii* Atridae? *Videntur fuisse, siquidem colonia Peloponnesiaca fuit Olynthus.*" Quid? an omnes ex Peloponneso coloni sunt *Atridae?* An Libanius quum vellet dicere *τοὺς Ὀλυνθίους* maluit eos *τοὺς Ἀτρείδας* appellare?

ἀλίκον ἐντὶ τὸ τύμμα καὶ ἀλίκον ἄνδρα δαμάσδει!

Lenissima correctione lux ex tenebris affulgebit. *δεδομένους* sanissimum est sed *τοὺς Ἀτρείδας* sine mora hinc expellendos censeo. Nihil est facilius si unde haec sumta sint commode memineris. Audi Demosthenem *de F. L.* pag. 439. 3. *συντυχεῖν γὰρ ἀπιὼν Ἀτρεσίδᾳ παρὰ Φιλίππου πορευομένῳ καὶ μετ' αὐτοῦ γύναια καὶ παιδάρια. — αὐτὸς δὲ θαυμάσας ἐρέσθαι τινὰ*

Digitized by Google

erat. Iam tu vides in *'ΑραΒίοις* unam literulam esse mendosam et *'ΑραΔίοις* rescribi oportere. Quis nescit nobilem et opulentam *Ἄραδον*? Phrynichus apud Hesych. v. *Γλυκερῷ Σιδωνίῳ·*

Σιδώνιον ἄσυ λιπόντες
καὶ δροσερὰν Ἄραδον.

sic enim felicissime emendarunt vulgatam:

καῖδρος ἐρανάδαρον.

Libanius ipse commemorat Tom. II. pag. 144. *Λαμπάδιον καὶ Φιλόδημον καί τινας ἑτέρους τῶν ἐν Ἀράδῳ πολιτευομένων.*

Libanius III. pag. 204, 5. *τίς ἔσῃ ψηφίσματι καὶ γνώμῃ κοινῇ πρὸς* ΘΟΡΟΝ *ἀγόμενος*; Scripserat Libanius *πρὸς Θρόνον ad cathedram.* Rhetorum et Sophistarum *θρόνοι* sexcenties apud Libanium commemorantur. Confusa sunt Θ et Ο et periit linecla *-ον* significans.

Pag. 204, 19. *ταῦτα — μάλιστα μὲν ὁ σὸς πατὴρ ἐπίδοι, — εἰ δ' οὖν καὶ φθαίη τῶν ταῦτΑ ΛΑλούντων οὐκ ἀπορήσει.* Vitium est in *λαλούντων*. Certum est requiri participium *futuri* temporis, neque ulla est dubitatio quin *nunciandi* verbum desideretur: *non deerunt*, inquit, *qui haec ad eum referant.* Viden *ταῦτ' ΑΓΓΕλούντων* antiquam et veram lectionem esse?

Libanius III. pag. 288, 15. *καὶ τίς σοι τοῦ σοφοῦ τούτου διδάσκαλος; ἢ ὅσπερ καὶ ἑτέροις ἐκεῖνος ὁ Λίβυς ὁ Ἱερὸς εἶτα Μίδας*; Peius etiam in alio *ἱερεύς*. Sed homo nequissimus neque *sacerdos* erat neque *sacer*. Erat una litera minus quam *Ἱερός*, nempe *ὁ Ἶρος εἶτα Μίδας*. Olim mendicus et egens deinde ditissimus factus est. Nomen *Ἶρος* in proverbium abiit, ut dives *Κινύρας, Μίδας, Κροῖσος, Καλλίας* appellabatur.

Pag. 245, 21. *Φέρε γὰρ οἶμαι κελεύοι λελουμένον καὶ πεπωκότα χωρεῖν εἰς τὸ διδασκαλεῖον. πείσομαι*; Leg. *Φέρε γὰρ ΕΙ ΜΕ κελεύοι.*

Libanius III. pag. 248, 7. *ἀναπηδήσας γάρ, φησὶν, εἰ φανείης* ΤΙΜήσει *τὴν κεφαλήν. πάνυ γε. καὶ γὰρ ἄλλας μυρίας καὶ κομιδῇ τινας ὀλίγους οἶδα τοὺς οὐ τοῦτο λαβόντας.* Nihil est *τιμᾶν τὴν κεφαλήν.* Corrig. *ΦΙΛήσει osculo te excipiet.*

Digitized by Google

Pag. 260, 19. *οὕτω γὰρ αἰσχύνης ἐστὶ τὸ πρᾶγμα μεσὸν ὥς' οὐχ ὁρώμενος ὁ τῷ τάπητι περιπεσὼν καταγελᾶται μόνον ἀλλὰ κἂν εἰς οὓς ἀφίκηται, γραφόντων ἐν τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκουόντων τὸ πραττόμενον.* Longa Reiskii annotatio nihil loco profuit, qui una omnium simplicissima correctione emendari potest: erat *κἂν εἰς* OTC *ἀφίκηται*: legerunt *οὕς* sine sensu, at tu scribe *εἰς οὕς* et omnia plana sunt: *καταγελᾶται οὐ μόνον ὅταν τις αὐτὸν ἴδῃ ἀλλὰ καὶ ὅταν περὶ αὐτοῦ τις ἀκούῃ.* Opponuntur *ὁρώμενος* et *ἂν εἰς οὕς ἀφίκηται*, id est *ἀκουόμενος*. Similia sunt apud Libanium Tom. I. pag. 195. *ἕως εἰς ὦτα τοῖς βασιλεῦσιν ἀφίκοιτο.* et Tom. I. pag. 279. *πᾶσιν ἀνθρώποις εἰς ἀκοὴν ἐρχόμενον τοὔνομα χάριν τινὰ κομίζον ἔρχεται.*

Libanius III. pag. 348, 14. *καὶ τοὺς ὑποτελεῖς Φόρου κελεύεις ἐν οἷς ἡνίκα ἐκράτουν* 'ΕΞΟΝ *ταῦτα μελετᾶν ἐν ᾧ τὴν τοῦ κρατεῖσθαι μετειλήφασι τάξιν.* Reiskii longa annotatio incertiorem te relinquet quam eras dudum. Non repperit mendi sedem neque quidquam profecit. Vitiosum est *ἐξόν* et clara lux affulgebit si ˇΕΖΩΝ reposueris: *ἐν οἷς ἡνίκα ἐκράτουν ἔζων.* Idem est *ἐν οἷς ἔζων* et *ἃ ἐμελέτων*, et sic omnis est sublata difficultas.

Libanius III. pag. 428, 14. *ἐνθυμεῖσθε τίνα γνώμην ἔξειν εἰκὸς τοὺς* 'ΑτρΕΙΔΑC *διδομένους τοὺς ὀψὲ δουλεύειν μανθάνοντας.* Reiske *Ἀτρείδας* sanum putat sed pro *διδομένους* reponit *δεδεμένους* *vinctos „sed quinam sint illi* Atridae, *quos hic ait a Philippo vinctos esse haud commemini. Succurrit quidem Olynthios quosdam a Demosthene dici coactos fuisse vineam Philippi fodere in pedicis. Sed suntne Olynthii* Atridae? *Videntur fuisse, siquidem colonia Peloponnesiaca fuit Olynthus.*" Quid? an omnes ex Peloponneso coloni sunt *Atridae?* An Libanius quum vellet dicere *τοὺς Ὀλυνθίους* maluit eos *τοὺς Ἀτρείδας* appellare?

ἀλίκον ἐντὶ τὸ τύμμα καὶ ἀλίκον ἄνδρα δαμάσδει!

Lenissima correctione lux ex tenebris affulgebit. *δεδομένους* sanissimum est sed *τοὺς Ἀτρείδας* sine mora hinc expellendos censeo. Nihil est facilius si unde haec sumta sint commode memineris. Audi Demosthenem *de F. L.* pag. 439. 3. *συντυχεῖν γὰρ ἀπιὼν Ἀτρεσίδᾳ παρὰ Φιλίππου πορευομένῳ καὶ μετ' αὐτοῦ γύναια καὶ παιδάρια. — αὐτὸς δὲ θαυμάσας ἐρέσθαι τινὰ*

Digitized by Google

τῶν ὁδοιπόρων τίς ἄνθρωπός ἐστι. — ἐπειδὴ δὲ ἀκοῦσαι ὅτι Ἀτρεστίδας παρὰ Φιλίππου τῶν Ὀλυνθίων αἰχμάλωτα ταῦτ' ἔχων ἀπέρχεται δεινὸν αὐτῷ τι δόξαι καὶ δακρῦσαι. Nunc emersit vera lectio τοὺς Ἀτρεστίδᾳ δεδομένους, et ridemus scribas, qui pro ΑΤΡΕCΤΙΔΑΙ nobis Ἀτρειδας supposuerunt. Eadem opera corrige locum Tom. IV. pag. 318, 20. οὐκ ἀναμίξω σε τοῖς Ὀλυνθίοις αἰχμαλώτοις — οὐδὲ Ἀδραστίδᾳ σε χαριοῦμαι, imo vero οὐδὲ Ἀτρεστίδᾳ.

Reiskiano ἀποτεύγματι lubens opponam eiusdem κατόρθωμα Tom. III. pag. 350, 14. ἵνα τὸν λόγον ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ξενοχωρίας εἰς παιδείαν ἐξαγάγῃς. In aliis est εἰς παιδιάν perinde ineptum. Feliciter Reiske: εἰς ΠΕΔίον. Vide mihi crescentem in libris labem: ex πεδίον· παιδίον factum est, ex παιδίον παιδιάν, ex παιδιὰν παιδείαν. De sententia verborum nemo cogitabat.

Pag. 351, 13. ταῦτα μὲν αὐτοῖς ἀφίημι τοῖς ΤΑ μετέωρΑ φροντιστοῖς. Est operae pretium apud Reiskium videre sanam rationem cum malesana eruditione pugnantem „φροντίζειν, inquit, *regit accusativum, et substantiva interdum loco genitivi cum eo casu coniunguntur, quem verba ipsorum primitiva adsciscunt.*" Sed φροντίζειν regit genitivum, ut opinor, et si quammaxime accusativum regeret, tamen οἱ τὰ μετέωρα φροντισταὶ pro τῶν μετεώρων perabsurde esset dictum. Sentit et Reiskius: „*ego tamen novi*, inquit, *Libanium — ab eiusmodi duris et insolitis constructionibus abhorrere.*" Libanius usus est vocabulo novo lepido et ad Aristophanis morem formato: αὐτοῖς ἀφίημι τοῖς μετεωροφροντισταῖς. Aristophanes ludens finxit vocabula μετεωροφένακες et μεριμνοφροντισταί. Ad haec exempla Libanius ἔπαιξε suum μετεωροφροντιστάί, quod quum Graeculi non caperent primum μετέωρΑ deinde ΤΑ μετέωρα dederunt.

GALENUS. (Tom. VIII. pag. 651. Kühn).

ταῦτ', ὦ πρὸς θεῶν, πότερον θαυμαστά τις ἢ λῃρήματα φήσει; Emenda ex Aeschinis *Ctesiphontea* pag. 77, 28.: πότερον θαύματΑ τις ἢ Ῥήματα φήσει;

C. G. C.

Digitized by Google

ADVERSARIA CRITICA AD ARISTOPHANEM.

SCRIPSIT C. G. COBET.

Acharn. 4.

Φέρ' ἴδω, τί Δ' ἥσθην ἄξιον χαιρηδόνος;

non est hic locus voculae δέ, quam metri causa inseruit nescio quis immemor τί et ὅτι et περί hiatum non facere. Sic et vs. 701. pro

πρὸς τάδε τί ἀντερεῖ Μαρψίας;

libri omnes τίC ἀντερεῖ exhibent sine sensu. Vid. ad vs. 105. In *Equitt.* 1089.

χὤτι Γ' ἐν Ἐκβατάνοις δικάσεις λείχων ἐπίπασα.

optime Dindorf. γ' expungi iussit.

Acharn. 85.

εἶτ' ἐξένιζε παρετίθει δ' ἡμῖν ὅλους
ἐκ κριβάνου βοῦς.

Ravennas: ἐξένιζε καὶ παρετίθετ' ἡμῖν. Athenaeus: ἐξένιζε παρετίθει θ' ἡμῖν. Natura rei ducit ad:

εἶτ' ἐξένιζε παρατιθεὶC ἡμῖν.

Acharn. 101.

ξυνήκαθ' ὃ λέγει; — μὰ τὸν Ἀπόλλω 'γὼ μὲν οὔ.

Athenienses dicebant ξυνεῖτε, non ξυνήκατε. Leg. ξυνίεθ' ὃ λέγει; In tali re *praesenti* tempore utendum, ξυνιεῖς; μανθάνεις; ὁρᾷς; ἀκούεις; ἆρ' αἰσθάνει; ἆρα συνθάνεσθε; et sim.

Digitized by Google

Post pauca vs. 105.

οἶμοι κακοδαίμων, ὡς σαφῶς. — τί δ' αὖ λέγει;

Sententia manifesto postulat: τί ΟΤΝ λέγει; „quid dicit *igitur?*" si tam perspicuum est, ut tu ais.

Acharn. 147.

καὶ τὸν πατέρ' ἠντιβόλει βοηθεῖν τῇ πάτρᾳ.

Athenienses dicebant ἠντεβόλει, ut ἠμφεγνόει, alia. Aelius Dionysius apud Phot. v. Ἠνείχετο καὶ ἠνώχλει καὶ ἠκηκόει καὶ ἠντεβόλει· κοινὸν τῶν Ἀττικῶν ἰδίωμα. Scribae etiam hic *repugnante loci sententia* ἠντιβόλει dederunt. Quid putemus alibi designasse? Idem mendum est in *Equitt.* 667.

ὁ δ' ἠντιβόλει γ' αὐτοὺς ὀλίγον μεῖναι χρόνον.

In Aristophanis fragmento apud Athen. pag. 525. A. edunt:

ἐπηκολούθουν κἠντιβόλουν προσκείμενοι.

quamquam admoniti ab Etymologo pag. 112, 52. qui postquam ex Pindaro (Olympion. XIII. 43) ἀντέβολησεν attulit et ex Homero Π. 847.

τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐτείκοσιν ἀντεβόλησαν.

ita pergit: τὸ δὲ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀμφιαράῳ διὰ τοῦ ε ἠντεβόλησε δύο κλίσεις ὑπέσχη. Quicumque admirabilem Atheniensium in dicendi usu constantiam et sciolorum in formis vulgaribus substituendis levitatem longo usu cognitam habet dabit mihi ubique revocandas esse formas veteres ἠντεβόλουν, ἠντεδίκουν, ἠμφεγνόουν, ἠμφεσβήτουν, ut ubique sine mendo legitur ἠνειχόμην, ἠμπειχόμην, ἠνώχληκα, παρηνώχλημαι. Aelius Dionysius l. l. diversa miscere videtur cum ἠνείχετο, ἠνώχλει, ἠντεβόλει componens ἠκηκόει, quod nihil huc facit: sed aut ἠντεδίκει aut ἠμφεσβήτει a doctissimo ἀττικιστῇ scriptum fuisse arbitror.

Acharn. 176. in Ravennate legitur:

χαῖρ' Ἀμφίθεε. — μήπωγε πρὶν ἂν ϛῶ τρέχων.

Editores sequuntur Brunckium transponentem μήπω πρὶν ἄν γε, sed μήπωΓε in tali re necessarium est et non movendum. Periit una literula: scrib.

μήπωγε πρὶν ἂν Ϛεϛῶ τρέχων.

quod nunc video olim a Meinekio esse repertum. Nempe in oratione elliptica Γε semper additur, ut in μὴ σύ γε, μὴ 'μοί

Digitized by Google

γε et sim. Omittitur γε in caeteris: μήπω μ' ἐρώτα, μήπω φοβηθῇς.

μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Considera mihi hos locos. Aeschyl. *Prom.* 631.

μήπω γε· μοῖραν δ' ἡδονῆς κἀμοὶ δίδου.

Sophocl. *Philoct.* 1409.

μήπω γε, πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων
ἀΐῃς μύθων, παῖ Ποίαντος.

Aristoph. *Equitt.* 1100.

μήπωγ', ἱκετεύω σ', ἀλλ' ἀνάμεινον.

et iterum vs. 960.

μὴ δῆτά πώ γ', ὦ δέσποτ', ἀντιβολῶ σ' ἐγώ,
πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσῃς τῶν ἐμῶν.

et in *Nubibus* 196.

μήπωγε, μήπωγ', ἀλλ' ἀναμεινάντων.

et vs. 266.

μήπω, μήπωγε πρὶν ἂν τουτὶ πτύξωμαι.

sic et Plato in *Protagora* pag. 311. A. μήπωγ', ὦγαθέ, πρῲ γάρ ἐστιν, ut correximus olim pro μήπω, ὦγαθέ, [ἐκεῖσε ἴωμεν]. et in *Phaedro* pag. 242. A. μήπωγε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ.

Sic igitur Aristophanes quoque dixerat:

μήπωΓϵ πρὶν ἂν ἐςῶ τρέχων.

Acharn. 307.

πῶς δ' ἔτ' ἂν καλῶς λέγοις ΑΝ, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἄπαξ;

Ravennas alterum ἄν omittit. Rectissime. Poëta dederat:

πῶς δ' ἔτ' ἂν καλῶς λέγοις ϵΠείπερ ἐσπείσω γ' ἄπαξ;

Ἐπείπερ *quandoquidem* apud Atticos frequens. Aeschylus *Agam.* 854.

νίκη δ' ἐπείπερ ἕσπετ' ἔμπεδος μένοι.

Acharn. 395.

ἔνδον ἔς' Εὐριπίδης;
οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐςὶν εἰ γνώμην ἔχεις.

Dindorf. τε addidit: οὐκ ἔνδον ἔνδον Τ' ἐςιν. Nondum poenitet olim correxisse:

οὐκ ἔνδον ΩΝ ἔς' ἔνδον.

„*quamquam foris est tamen est intus, si sapis.*"

Digitized by Google

Acharn. 430.

οἶδ' ἄνδρα Μυσὸν Τήλεφον. — ναὶ Τήλεφον.

si articulo foret locus, οἶδα τὸν ἄνδρα, optime se res haberet: nunc quia non est aut οἶδ', οἶδα verum est, aut ἐγῷδα, Μυσὸν Τήλεφον. Utraque dicendi forma est in Comoedia perfrequens.

Acharn. 512.

κἀμοὶ γάρ ἐσιN ἀμπέλια κεκομμένα.

corrigendum: ἐσι Τἀμπέλια *viticulae meae.* hanc enim vim additus articulus habet.

Acharn. 883.

πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπάδων κορᾶν,
ἔκβαθι τῷδε κἠπιχάριτται τῷ ξένῳ.

repone: ἔκβαθι τυῖδε, quae forma Boeotis cum Aeolensibus communis erat.

Acharn. 956.

πάντως μὲν οἴσεις οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλ' ὅμως
κἂν τοῦτο κερδάνHIC ἄγων τὸ Φορτίον,
εὐδαιμονήσεις συκοφαντῶν γ' οὕνεκα.

poëta dederat: κἂν τοῦτο κερδανЄIC id est κερδανεῖς κἂν τοῦτο, sed putabant magistri κἂν κερδάνῃς coniungenda esse.

Acharn. 979.

οὐδέποτ' ἐγὼ Πόλεμον οἴκαδ' ὑποδέξομαι,
οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται,
ξυγπαταπλινεὶς ὅτι παροίνIOC ἀνὴρ ἔφυ.

sine controversia vitiosum est παροίνιος pro πάροινος positum, neque quidquam prodest Elmsleii suspicio παροινικός, quod est eiusdem farinae. Simplicissimum est corrigere: ὅτι πάροιNOC ἀνὴρ ἔφυ, ut sit pro paeone creticus, ut in vs. 986.

τὰς χάρακας ἥπτε πολὺ μᾶλλον ЄN τῷ πυρί.

Passim in libris pro ἀνήρ, ἄνθρωπος, ἀδελφός, ἀγών sim. scribi solet ἀνήρ, ἄνθρωπος cet. saepissime violato metro. Ἀνήρ in tali re est fere pronominis loco, ut de Themistocle dictum:

σοφὸς μὲν ἀνὴρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν.

et in *Vespis* 269.

Digitized by Google

ἡγεῖτ' ἂν ᾄδων Φρυνίχου· καὶ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ·
Φιλῳδός.

Apud Diogenem Laërtium I. 92. iocoso errore scribitur: οἰκέτην πάροινον μὴ κολάζειν. δοκεῖν γὰρ μεθύειν. Dubites utrum praeceptum absurdius sit an praecepti ratio. Leg. οἰκέτην παρ' οἶνον (inter pocula) μὴ κολάζειν. δοκεῖν γὰρ ΑΝ μεθύειν. Ad eandem formam correxerim locos in Stephani Thesauro allatos, ubi nunc ὄρχησιν πάροινον et λήρησιν πάροινον legitur. Πάροινος, παροινία et παροινεῖν constanter dicuntur de protervitate et petulantia, quae ex ebrietate nascitur.

Acharn. 1184.

ὦ κλεινὸν ὄμμα, νῦν πανύστατόν σ' ἰδών
λείπω φάος ΓΕ ΤΟΤΜΟΝ, οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ.

Agnoscisne in γε τοὐμόν magistellorum stilum? Genuinum videtur:

λείπω φάος τόδ', οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ.

Cf. *Equitt.* 1243.

Acharn. 1195.

ἐκεῖνο δ' αἰακτὸν ἂν γένοιτό μοι,
Δικαιόπολις ἄν μ' ἴδοι τετρωμένον
κἄτ' ἐγχανεῖται ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν.

neque compositio verborum neque metrum recte habet. Restitues utrumque scribendo:

Δικαιόπολις ΕΙ μ' ἴδοι τετρωμένον
κἄτ' ἐγχάνΟΙ ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν.

Coniungenda erant: ἐκεῖνο δ' αἰακτὸν εἴ με Δικαιόπολις ἴδοι τετρωμένον.

AD EQUITES.

Equitt. 72.

ποίαν ὁδὸν ΝΩ τρεπτέον καὶ πρὸς τίνα.

certa loquendi consuetudo requirit ΝΩΙΝ, ποίαν ὁδὸν νῷν τρεπτέον.

Digitized by Google

Equitt. 101.

ὡς εὐτυχΩC ὅτι οὐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν
κλέπτων τὸν οἶνον.

Soloeca haec oratio est et ab usu Atticorum abhorrens. Corrig. ὡς εὐτύχΗσ' ὅτι. Plato in *Hippia Maiore* pag. 285. B. ναὶ μὰ Δία, ὦ Ἱππία, εὐτύχηκάς γε ὅτι Λακεδαιμόνιοι οὐ χαίρουσιν ἄν τις αὐτοῖς ἀπὸ Σόλωνος τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους καταλέγῃ.

Equitt. 163.

τὰς σίχας ὁρᾷς τὰς τῶνδε τῶν λΑῶν;

Homerica forma cedat Atticae λΕῶν. ut in notissimo ἀκούετε λεώ.

Equitt. 298.

νὴ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀγοραῖον
κἀπιορκῶ ΓΕ Βλεπόντων.

βλεπόντων in Attica fere est idem quod ὄντων, ζώντων, ut apud Euripidem:

τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα, τοῦτο δὲ βλέπει.

Aristophanis locus compositum requirit

κἀπιορκῶ γ' 'ΕΜβλεπόντων.

Equitt. 312.

ὅσις ἡμῶν τὰς Ἀθήνας ἐκκεκώΦΗκας βοῶν.

Certa Graecitatis lex et analogia perpetua postulat ἐκκωΦοῦν, ut ἐκτυΦλοῦν, non ἐκκωΦεῖν, quod quum Graeculi sero nati usu recepissent scripturas veteres de more ad suam συνήθειαν componere coeperunt. Vid. Porson. ad Eurip. *Orestem* 1279.

ἆρ' ἐς τὸ κάλλος ἐκκεκώΦΩται ξίΦη;

Reddamus igitur et Aristophani suum ἐκκεκώΦΩκας βοῶν.

Equitt. 344. Ravennas exhibet: καλῶς γ' ἂν οὖν COI πρᾶγμα errore pervulgato pro CΤ. Perperam Dindorf. καλῶς γ' ἂν οὖν ΤΙ.

Post pauca mendum latet in lepidissimo loco:

εἴ που δικίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου μετοίκου
τὴν νύκτα θρυλῶν καὶ λαλῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς σεαυτῷ,
ὕδωρ τε πίνων κἀπιδεικνὺς τοὺς φίλους Τ' ἀνιῶν,
ᾧου δυνατὸς εἶναι λέγειν. ὦ μῶρε, τῆς ἀνοίας.

Digitized by Google

Furcillis expelle molestam copulam et lege: *κἀπιδεικνὺς τοὺς φίλους ἀνιῶν*. Non enim coniuncta sunt *ἐπιδεικνὺς καὶ ἀνιῶν*. Repone secundam personam et perspicue apparebit:

ὕδωρ τε πίνεις κἀπιδεικνὺς τοὺς φίλους ἀνιᾷς.

recitando orationem dicitur homo *amicos suos enecare*, *καὶ τῇ ἐπιδείξει τοὺς φίλους ἀποκναίων*.

Vera et lepida lectio temere spernitur in *Equitt.* 400.

εἴ σε μὴ μισῶ γενοίμην ἓν Κρατίνου κῴδιον.

Quid sibi vult in tali re ἕν? Nihil prorsus. *in* unum *vellus me converti velim*, ineptum, credo, est. Sed poëta dixerat: *γενοίμην* 'ΕΝ *Κρατίνου κῴδιον*. Similia passim ab indoctis Graeculis vitiari ostendimus in *Nov. Lectt.* pag. 154 sq. Emergit vetus scriptura ex Scholiasta: *γενοίμην οὖν εἰς τὴν οἰκίαν Κρατίνου κῴδιον ὥςε μου κατουρεῖν ἐκεῖνον*, qui melius dixisset *ἐν τῇ τοῦ Κρατίνου οἰκίᾳ*.

Equitt. 415.

ἀπομαγδαλίας ὥσπερ κύων; ὦ παμπονηρέ, πῶς οὖν
κυνὸς βορὰν σιτούμενος μαχεῖ σὺ κυνοκεφάλλῳ;

Κυνοκέφαλλος (quod cum Grammaticorum pace dictum esto) perinde est *τοῦ πονηροῦ κόμματος* ac si quis *κεφαλλή* pro *κεφαλή* dicere vellet. Esse lectionem hanc veterem Phrynichus et Photius testantur, (*Κυνοκέφαλλον ἐν τοῖς δύο λλ λέγουσιν· οὕτως Ἀριστοφάνης*) sed probam esse et sanam his testibus minime est opus credere. Facili transpositione Aristophanes loquetur ut populares omnes solebant:

κυνὸς βορὰν σιτούμενος κυνοκεφάλῳ μαχεῖ σύ;

Equitt. 418.

ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους 'ΕΠΙλέγων τοιαυτί.

Ravennas et Venetus *λέγων* servant, non *ἐπιλέγων*, quod supplevit nescio quis metri causa sententiae securus. Correxerim:

ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους 'ΑΝ λέγων τοιαυτί.

ut sexcenties *ἄν* praesertim cum imperfecto ponitur de ea re, quam quis *identidem* facere soleat. Itaque una opera turpe mendum eximes e loco vicino vs. 423.

καὶ ταῦτα δρῶν ἐλάνθανόν Γ'· εἰ δ' οὖν ἴδοι τις αὐτῶν.

Digitized by Google

potuitne ineptius ΓΘ *σοιβῆς δίκην* interponi *πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ*? Nunc quoque poëta dederat:

καὶ ταῦτα δρῶν ἐλάνθανον ΑΝ.

Equitt. 421.

ὦ δεξιώτατον κρέας, σοφῶς γε προὐνοήσΩ
ὥσπερ ἀκαλήφας ἐσθίων.

Barbarum est, opinor, *προὐνοησάμην* in Attica pro *προὐνοήθην*, ut *διενοήθην*, *ἐνενοήθην* sim. Erat ΠΡΟΤΝΟΗΘΗCΩCΠΕΡ *προὐνοήθης ὥσπερ*, unde scriba alias res agens *προὐνοήσω ὥσπερ* extudit. Eiusdemmodi barbarismus maculat lepidissimum odarion in Anacreontеis:

βρέφος εἰμί, μὴ ΦόβηCAI.

omnes enim qui Graece loquebantur dicebant: *μὴ Φοβηθῇς*, et *ἐφοβησάμην* barbarum est.

Equitt. 465.

οὔκουν μ' ἐν Ἄργει ΟΙΑ πράττει λανθάνει.

Sic libri omnes. Recepta est Porsoni coniectura: *οὔκουν ἐν Ἄργει μ' οἷα πράττει*, sed lenior correctio meliorem dabit sententiam hanc:

οὔκουν μ' ἐν ἈργείΟΙC Α πράττει λανθάνει.

Equitt. 476.

ὑμῶν ἁπάντων τὰς ξυνωμοσίας ἐρῶ
καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐν τῇ πόλει.

Quid facit ad rem quod eos ait coetus nocturnos *in urbe* inire? Neque *ἐν τῇ πόλει* eo sensu dicitur, sed *ἐν ἄστει*. Corrigendum:

καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς TAC *Ἐν πόλει.*

in *arce* eos clam de nocte concilia habere criminatur. Quis nescit *πόλιν* sine articulo de *arce* perpetuo dici, ut in *Equitt.* 1092.:

καὶ μοὐδόκει ἡ θεὸς αὐτὴ Ἐκ πόλεως ἐλθεῖν.

et passim alibi?

Equitt. 518.

ὑμᾶς τε πάλαι ΔΙΑγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας.

Corrumpit dicti sententiam ΔΙΑ perverse additum. Suspicor a poëtae manu profectum esse: *ὑμᾶς τε πάλαι ΔΗ γιγνώσκων*,

Digitized by Google

ut in *Avibus* 921.

πάλαι, πάλαι δὴ τήνδ' ἐγὼ κλήζω πόλιν.

Equitt. 569.

οὐ γὰρ οὐδεὶς πώποτ' αὐτῶν τοὺς ἐναντίους ἰδών
ἠρίθμησεν, ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν ἀμυνίας.

pro οὐ γὰρ οὐδείς in Veneto est οὐδεὶς γάρ, in quo latet vera lectio aliquanto acrior: οὐδϵ εἷς γάρ.

Equitt. 596.

πολλὰ γὰρ δὴ πράγματα ξυνδιήνεγκΑν μεθ' ἡμῶν.

observavi Aristophanem in prima persona ἤνεγκΟΝ dicere et ἠνέγκομεν, in secunda ἠνέγκΑC et ἠνέγκατε. Idem in εἶπον animadverti, cuius secunda persona est εἶπας et εἴπατε. Videbis in *Thesmoph.* 743.

ἤνεγκΟΝ. — ἤνεγκΑΣ σύ;

et in *Ecclesiaz.* 190.

χαρίεντά γ' ἄν
ἔδρασας εἰ ταῦτ' εἶπΑC ἐν τῇκκλησίᾳ.
Β. ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπΟΝ.

Itaque nunc quoque scribendum ξυνδιήνεγκΟΝ.

Equitt. 616.

νῦν ἄρ' ἄξιόν γε πᾶσίν ἐστιν ἐπολολύξαι.

emenda vitiosum accentum et scribe ἐπολολῦξαι, cuius rei haec ratio est: quidquid verborum exit in — άζω, — ίζω et — ύζω habet vocalem in paenultima brevem praeterquam in iis, quae *sonum* aut *vocem* aliquam edere significant, ut (κράζω) κέκραγα, αἰάζω, ἀλαλάζω, κρίζω, κρῖξαι, κέκριγα, (τρίζω) τέτριγα, σίζω, γρύζω, μύζω, ἰύζω, λύζω, ὀτοτύζω, ὀλολύζω, in quibus omnibus paenultima producitur, ut apparet in γρῦξαι. Ex ὀλολύζω nascitur ὀλολυγή, ut ex οἰμώζω οἰμωγή. Productam esse υ ostendit Homerus Iliad. Z. 301.

αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.

et Aristophanes *Av.* 222.

θεῖα μακάρων ὀλολυγά.

et aliis locis. Sic et ὀλολυγών dicitur paenultima longa.

Hoc quoque his omnibus verbis commune est ut habeant fu-

Digitized by Google

turum mediae formae *οἰμώξομαι*, *γρύξομαι*, *κεκράξομαι*, *ὀτοτύξεσθαι μακρὰ τὴν κεφαλήν* Aristoph., *ὀλολύξεται πᾶν δῶμα* Eurip.

Itaque et *σῖζον* scribendum pro *σίζον* *Equitt.* 930. Obiter haec verbo attigit Elmsley ad *Medeam* vs. 463.

Equitt. 655.

ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν ΕΙCηγγελμέναις
εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ.

Ravennas: *ἀγαθαῖσιν ἠγγελμέναις.* Qui metri causa *εἰσηγγελμέναις* supplevit non meminerat in qua re *εἰσαγγέλλειν* stabilem sedem haberet. Corrig. *ἀγαθαῖσι* ΤΑΙC *ἠγγελμέναις.*

Equitt. 698.

ΚΛΕΩΝ.

οὗτοι μὰ τὴν Δήμητρά γ', εἰ μή σ' ἐκφάγω
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗC.

εἰ μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δέ γ' εἰ μή σ' ἐκπίω,
κἄτ' ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρραγῶ.

Soloecum est *μὰ τὴν Δήμητρά* ΓΕ, sed nihilo melius est quod Dindorf. recepit de Reisigii coniectura *μὰ τὴν Δήμητρ' ϝΕΤ' εἰ.* Praeterea immanis est soloecismus in *εἰ μή σ' ἐκφάγω*, *εἰ μὴ 'κφάγῃς* et *εἰ μή σ' ἐκπίω.* In talibus *εἰ* cum *coniunctivo* compositum Graecum non est, sed aut scribarum error aut imperiti correctoris *παραδιόρθωσις.* Equidem Aristophanem dedisse arbitror: *μὰ τὴν Δήμητρ' ἐὰν μή σ' ἐκφάγω*, et *ἢν μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δέ γ' ἢν μή σ' ἐκπίω.* Fert enim linguae natura et perpetua Atticorum consuetudo ut ubi sit in apodosi *futurum* in protasi sit aut *εἰ* cum *futuro*, aut *ἐάν*, *ἤν* cum *coniunctivo.* Exemplorum plena sunt omnia, et sicubi in libris *εἰ* cum coniunctivo iunctum reperitur error est manifestus. In *Equitt.* 805. Dindorfius edidit:

εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψΗΙ
καὶ χῖδρα φαγὼν ἀναθαρρήσΗΙ καὶ ϛεμφύλῳ ἐς λόγον ἔλθΗΙ,
γνώσεται οἷων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου.

felicem et certam Hirschigii emendationem repudians, qui semel reperto *χῖδρα φαγὼν — καὶ ϛεμφύλῳ ἐς λόγον ἐλθΩΝ* pro *ἔλθΗΙ* certissime emendavit: *εἰ δέ ποτε — διατρίψΕΙ* et *ἀναθαρρήσΕΙ.*

Digitized by Google

Plane cernimus vitii originem et progressum. Dederat aliquis *καὶ ϛεμΦύλῳ ἐϛ λόγον ἔλθΗΙ* pro *ἐλθών*, quo facto futura *διατρίψει καὶ ἀναθαρρήσει* ad sq. *ἔλθῃ* nescio quis accommodavit.

Equitt. 728.

τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆϛ θύραϛ;
τὴν εἰρεσιώνην μου κατϵσπαράξΑτε.

transpositis duabus literulis scribe *κατΑσπαράξϵτε*. Non est factum, sed metuit ne fiat, ut in *Acharn.* 284.

Ἡράκλειϛ, τουτὶ τί ἐϛι; τὴν χύτραν συντρίψετε.

et aliis locis.

Equitt. 790.

εἴ ΠΟΤ ΤΙϹ ἀνὴρ ἐΦάνη τῷ δήμῳ μᾶλλον ἀμύνων,
ἢ μᾶλλον ἐμοῦ ϛε ΦιλῶΝ.

sententiae repugnat *που*, *sicubi*, nam de solis Athenis cogitatur. Quod sententia postulat: *si* umquam *quisquam*, ita repone: *εἰ ΠΩΠΟΤ' ἀνὴρ ἐΦάνη*, ut in *Vesp.* 1226.

οὐδεὶϛ πώποτ' ἀνὴρ ἔγεντ' Ἀθήναιϛ.

Equitt. 804.

ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκηϛ καὶ τῆϛ χρείαϛ ΚΑΙ μισθοῦ πρόϛ ϛε κεχήνῃ.

Quid sit *ὑπ' ἀνάγκηϛ* et *ὑπὸ χρείαϛ* perspicuum est, sed *ὑπὸ μισθοῦ* sensu caret. Emenda: *καὶ τῆϛ χρείαϛ ΤΟΤ μισθοῦ.*

Equitt. 810.

οὔκουν δεινὸν ταυτί ϛε λέγειν δῆτ' ἔϛ' ἐμὲ καὶ διαβάλλειν
πρὸϛ Ἀθηναίουϛ ΚΑΙ τὸν δῆμον;

Interestne igitur aliquid inter *διαβάλλειν πρὸϛ Ἀθηναίουϛ* et *πρὸϛ τὸν δῆμον*? Nihil prorsus. Revoca igitur solemnia verba *πρὸϛ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων*, ex vs. 765.

περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι
βέλτιϛοϛ ἀνήρ.

aut vs. 831.

μιαρώτατοϛ ὢν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων.

Equitt. 821. in libris est:

παῦ' οὑτοϛὶ καὶ μὴ ϛκέρβολλε πονηρά.

Simplicissimum est corrigere: *παῦ' οὑτΩϛί.*

Digitized by Google

Pannum inepte assutum resecandum censeo in *Equitt.* 804.

ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πέπουθας·
ὅταν μὲν ἡ λίμνη κατασῇ λαμβάνουσιν οὐδέν,
ὅταν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν.
[αἱροῦσι· καὶ σὺ λαμβάνεις ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς.]

Esse ea verba supervacanea et frigide adiecta dabis, credo, mihi: sed sunt eadem vitiosa, namque *αἱρεῖν* de *captura ἀττικιστί* non dicitur, ut in aenigmate Homerico:

ἅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, τὰ δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

et *ἢν ταράττῃς* perverse dicitur pro *ὅταν ταράξῃς*. Scholion est utcumque in numeros redactum.

Iterum annotatiuncula irrepsit in textum in *Equitt.* 911.

ἐγώ σε ποιήσω τριη —
ραρχεῖν [ἀνακλίσκοντα τῶν
σαυτοῦ] παλαιὰν ναῦν ἔχοντ',
εἰς ἣν ἀναλῶν οὐκ ἐφέ —
ξεις οὐδὲ ναυπηγούμενος.

Solebant, opinor, *τριήραρχοι* omnes *ἀναλίσκειν τὰ ἑαυτῶν*, eoque ineptius haec praemittuntur quia continuo sequitur:

εἰς ἣν ἀναλῶν οὐκ ἐφέξεις.

Equitt. 934.

σπεύδειν ὅπως τῶν τευθίδων
ἐμπλήμενος φθαίης ἔτ' εἰς
ἐκκλησίαν ἐλθϵIN.

φθαίης ἐλθεῖν manavit ex vitiosa Graeculorum *συνηθείᾳ*. Veteres constanter dicebant *φθαίης ἐλθΩN*.

Equitt. 973 in Ravennate est:

ἥδιϛον Φάος ἡμέρας
ἔϛαι τοῖς παροῦσι καὶ
τοῖσιν ἀΦικνουμένοισιν,
ἢν Κλέων ἀπόληται.

metrum sarciunt alii aliter. Mihi praeplacet:

ἥδιϛον Φάος ἡμέρας
ἔϛαι τοῖς Τϵ παροῦσι καὶ
τοῖσιν ϵICαΦικνουμένοις,
ἢν Κλέων ἀπόληται.

Digitized by Google

Frequens est verbum *εἰσαφικνεῖσθαι* de peregrinis Athenas aut in alias urbes adventantibus. Plato in *Menone* pag. 92. E. *πολὺ δὲ μάλιστα πάντων (μαίνονται) αἱ πόλεις ἐῶσαι αὐτοὺς (τοὺς σοφιστὰς) εἰσαφικνεῖσθαι καὶ οὐκ ἐξελαύνουσαι.*

Equitt. 1045.

ἓν οὐκ ἀναδιδάσκει σε τῶν λογίων ἐκών
ὃ μόνον σιδηροῦν τεῖχός ἐστι καὶ ξύλον,
ἐν ᾧ σε σώζειν τόνδ' ἐκέλευσ' ὁ Λοξίας.

Primum δέ inserendum, ἓν Δ' οὐκ ἀναδιδάσκει σε. Deinde quid est ὃ μόνον? Dindorfius μόνον ὅ, sed neque ἓν μόνον sic disiungi possunt et pro ὃ requirit usus ὅ, τι. Suadente sententia correxerim:

ὅ, τι ΤΟ σιδηροῦν τεῖχός ἐστι καὶ ξύλον,
ἐν ᾧ σε σώζειν τόνδ' ἐκέλευσ' ὁ Λοξίας.

necessarium esse articulum quivis videat et propter ἐν ᾧ, et quia significat *murus aheneus*, quem Apollo dixit, quemadmodum vs. 1023. *ἐγὼ μέν εἰμ' Ὁ κύων.* nempe *περὶ οὗ λέγει ὁ χρησμός.* Erat, credo, in vetusto libro lacunula Ο*** ΣΙΔΗΡΟΥΝ; quam nescio quis imperite explevit.

Equitt. 1168.

ἐγὼ δὲ μυσίλας μεμυσιλημένας.

imo vero: *ἐγὼ δὲ μυσίλας ΓΕ*, quod est in talibus necessarium, ut vs. 1105.

ἐγὼ δὲ μαζίσκας γε διαμεμαγμένας.

Saepe ex Ravennate γε excidit iugulato metro. Ne longe abeas inspice vs. 1154. et 1171.

Contrario errore scribitur vs. 1347.

τὰ δ' ὦτά Γ' ἄν σου νὴ Δί' ἐξεπετάννυτο
ὥσπερ σκιάδειον καὶ πάλιν ξυνήγετο.

Quid tandem sibi vult γε in huiusmodi loco? Plane nihil, sed ineptissimum in modum abundat. Expellamus igitur sic ut rescribamus:

τὰ δ' ὦτά σου νὴ ΤΟΝ Δί' ἐξεπετάννυτο.

(Continuabitur.)

Digitized by Google

AD STOBAEI FLORILEGIUM.

SCRIPSIT C. G. COBET.

IOANNIS STOBAEI FLORILEGIUM
recognovit AUGUSTUS MEINEKE. Lipsiae 1855.

(*continuantur ex Tom. II. pag.* 112.)

Est operae pretium iunioribus, in quibus criticae facultatis igniculi insint, in Dii Pythagorei fragmento (*Floril.* 65, 16—17.) diligenter animadvertere et quam flagitiose corruptis Stobaei Codicibus utamur et quam certae et *ἐναργεῖς* emendationes ex his mendosis verborum laciniis elici possint. Ponam sub uno conspectu: in libris est: *τίς ἀγωγὰ βιοτᾶς ὄντως ναμερτὲς εὐδαίμων ζωά*; Valckenarius *ναμερτέως* reposuit et glossema *ὄντως* delevit. Codices: *οἱ εὐεργετήξαντες χάριν ἔχοντι*, Meinekius *οἱ εὖ ἔρξαντες*. vulgata nata est ex *ευερξαντεσ*. Codices: *τοῖς τὰν ὥραν αὐτῶν βΑλλομένοις ὀπωρίξασθαι*, Koenius *δηλομένοις* coniecit; melius Toupius *βΟλλομένοις*. Codices: *πόθως ὑπὸ νομοθέταν τοιόσδε ἅπαντασ εἴτε λόγος*, felicissime Koenius: *ποθ' ὡς ὑπὸ νομοθέτΑ τοιόσδε ἀπανΤΑCΕΙΤΑΙ* (*ἀπαντασεῖται*) *λόγος*. Codices: *Φυλακᾶς τε καὶ τὰ ἐπιμελείας*, Meinekius optime: *καὶ ταμελείας*. Erat *ταμελείας*. Codices *ποτοκέλλουσιν*, Ruhnkenius *ποτοπτίλλουσιν*. Supersunt alia nondum reperta: manifesto enim corrupta sunt *ὡς ἕνι μασσότερον* et *τουτέως οὖν εὐδαίμονας οἶδα τῇ ἔμμεν δοκεῦντι* et *χαίρω ἐπὶ τἀμχυτοῦ εὐμορΦίᾳ τῷ καὶ ἀτρεκᾶς ἀγάλλεσ θι*, quae ab aliis fortasse posthac sanabuntur. Una

Digitized by Google

est in hoc loco emendando commissa παραδιόρθωσις in verbis καθάπερ τὰ ζώφυτα περὶ τὸν πρῶτον καιρὸν τᾶς αὐξήσιος, ubi Meinekius pro ζώφυτα in textum recepit ζωῦφια, sed ζωῦφια sunt κώνωπες, ἐμπίδες et si quae aliae sunt bestiolae de genere hoc, quarum *in primo incremento* magnam rationem haberi aut solere aut oportere quis serio dixerit? Fortasse excidit aliquid in hunc modum restituendum: ποτιβλέπων ἅπαντα τὰ νέα φυλακᾶς τε καὶ ταμελείας δεόμενα καθάπερ τὰ ζώϊα· καὶ τὰ φυτὰ περὶ τὸν πρῶτον καιρὸν τᾶς αὐξήσιος.

Duo alia sunt in eodem fragmento vitia quae semel deprensa corrigi possunt. In severa legislatoris ad libidinosos homines oratione nunc legitur: ἐγών, ὦ κράτιστοι ἀνδρῶν, — ὑπέλαβον μὴ παρέργως δεῖν αὐτῶν με φυλάσσειν τὰν ἀσθένειαν. Ain' vero? ὦ ΚΡΑΤιστοι ἀνδρῶν. imo vero *prorsus contrarium* ὦ ΚΑΚιστοι. Deinde iudex ita pergit dicere: ὑμεῖς (leg. ὑμὲς) δέ γ' οἱ ὁριγνῆσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς — οὐχ ὅτι χάριτος ἢ τιμᾶς ἀλλὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσι δικαίως ἐσὲ ἄξιοι τυγχάνεν. Scripserat: δίκαιΟΙ ἐσε τυγχάνεν. Ubi δίκαιοι in δικαίως depravatum est nescio quis ἄξιοι addidit de suo. Quam inepte dictum sit δικαίως εἰμὶ ἄξιος τιμωρίας τυγχάνειν unusquisque sentiet.

Esse illa Pythagorea omnia spuria et supposita constat inter omnes. Auctores sunt homunciones sequioris aetatis neque rerum priscarum neque verborum valde periti. Magna pompa vocabulorum et formarum Doricarum induti incedunt, sed si quis est paullo perspicacior facile sub leonina pelle latentem asinum deprehendet. Dius e. c. graviter ita dicit: οἱ εὖ ἔρξαντες χάριν ἔχοντι ὅτι καὶ (dele καὶ) ὑπέμειναν εὖ παθὲν ΠΑΡ' αὐτῶν. Decrepitae Graecitatis est dicere εὖ πάσχειν παρά τινος, et nescire et non sentire cur ὑπό τινος sit necessarium. Sed Graeculi nil sentientes etiam πληγὰς λαβεῖν παρά τινος rectissime dici opinabantur.

Nullo negotio expletur lacuna 67, 20 pag. 4, 24: πότερα προσήκει ἕκαστον ..... ποιεῖν καὶ τὰ τῶν πέλας; ex vicinis apparet excidisse: πότερα προσήκει ἕκαστον (τὰ ἑαυτοῦ μόνον) ποιεῖν Ἢ καὶ τὰ τῶν πέλας;

Post pauca pag. 6, 1. οὐδὲ μήτηρ ἢ πατὴρ νοῦν ἔχων οὐδεὶς ἀξιοῖ Φίλτερος τῶν ἑαυτοῦ τέκνων τῶν συνεζευγμένων γάμῳ. Na-

Digitized by Google

tura rei ducit ad: *ἀξιοῖ φίλτερος* ΘΙΝΑΙ ΤΟΙC *ἑαυτοῦ τέκνοις τῶν συνεζευγμένων γάμῳ.*

In sqq. pag. 10. 2. *οὐ μὲν δὴ πολυτελεῖς οἶκοι καὶ* 'ΟΡθόστρωτοι *τοῖχοι — κάλλος ἐστὶν οἰκίας*, imo vero ΛΙθόστρωτοι *τοῖχοι.*

In fine fragmenti pag. 15, 7. *οὐ κακῶς καὶ ὁ κωμικὸς ἐπιτ*ΘΜΝΘΙ * * *

σχολαστής ἐστι· δεῖ δ' οἶμαι γαμεῖν
τὸν ἐπιμελῆ καὶ δυνατὸν οἰκονομεῖν ὄχλον
πλείω.

ἐπιφωνήσας·

τὸν ἀμελῆ μᾶλλον ἐπιθυμοῦντα δὲ
σχολῆς, ἵν' ἔχων οἰκονόμον ἀδεῶς περιπατῇ.

corrigendum et supplendum arbitror ad hunc modum: *ὁ κωμικὸς ἐπιτ*ΙΜΑΙ (*τῷ εἰπόντι·*)

Egregie emendavit Meinekius 67, 25. pag. 13, 16. locum, quem in nostra tempora et nostros mores scriptum putes: *ἐν ἐνίαις πόλεσιν — ἅμα τῇ ἐπὶ τὸ καταφερὲς ῥάθυμον* (dele *ῥάθυμον*) *ἐπικλίσει καὶ τὸ γαμεῖν τῶν χαλεπωτάτων εἶναι δοκεῖ, τὸν* ΔΗ ΘΘΟΝ *ἐξουσίαν διδόντα πρὸς ἀκολασίαν — ἰσόθεον νομίζουσιν.* Palmaria est Meinekii correctio *τὸν* Δ' 'ΗΙΘΘΟΝ (ΒΙΟΝ), *vitam coelibem*, quae apud nostrae aetatis Athenienses *la vie de garçon* dici solet et item *fortunatissima* (*ἰσόθεος*) existimari. Eadem opera Meinekius Alexidi reddidit 68, 2.

τίς δῆθ' ὑγιαίνων νοῦν τ' ἔχων τολμᾷ ποτε
γαμεῖν διαπραξάμενος ΗΙΘΘΟΝ *βίον;*

pro vulgata *ἥδιον βίον*, nisi quod sententia et metrum articulum requirunt *διαπραξάμενος* ΤΟΝ *ἥθεον βίον.* Simul apparet vitiose vulgo apud Platonem et alios *ἠίθεος* scribi solere. Homerica haec forma est

παρθένος ἠϊθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν.

In Attica *ἥθεος* dicebant et *λῆζομαι* et *ἠών* et *ἆξαι*, quae a scribis fere constanter in *ἠίθεος*, *λῃΐζομαι*, *ἠϊών* ET *ἀΐξαι* resolvuntur, quae sunt omnia Homerica et Ionica et in Atheniensium libris ubique corrigenda. In Stobaei libris ΤΟΝΔΗΙΘΘΟΝ in *τὸν δὴ θεόν* proclivi errore conversum est, et ΗΙΘΘΟΝ ΒΙΟΝ quid esset nesciens corrector nescio quis, Musis iratis, *ἥδιον correxit.*

Digitized by Google

In Floril. 70, 12. pag. 30, 26. diligenter exponit Nicostratus quibus indiciis corporis et animi indoles cognoscatur et ita scribit: *αἱ γὰρ δὴ ὄψεις αἱ χρηταὶ ἔχοιεν ἄν τι* ΠΛΕΙCΤΟΝ *τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς*, pro absurdo *πλεῖστον* Meineke *πιστόν* substituit, sed sententia requirit non *fiduciam*, sed *argumentum*, *indicium*, *notam*, quamobrem correxerim *ἔχοιεν ἄν τι* CHMEION, ut paucis interpositis legitur *ταυτὶ μὲν οὖν τὰ σημεῖα οὐ παρθένοις ἄρα* (scrib. *μόνον* pro *ἄρα*) *καὶ γυναιξὶν ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς πρόσεστι τοῖς ἀνδράσι*. Paullo ante dixit: *ὅστις δὲ μωρίᾳ εὐήθης* [*τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ*] *ταῖς κόραις ἀναπέπταται· ὄνων ὀφθαλμοὶ καὶ προβάτων τοιοῦτοι*. In his primum expunxerim *τοῖς ὀφθαλμοῖς καί* et quod reliquum est *ταῖς κόραις* converterim in accusativum *τAC κόρAC ἀναπέπταται* id est *τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχει ἀναπεπταμένους* antiquo et Attico more dictum. Tum vehementer suspectum: *ὅστις δὲ μωρίᾳ εὐήθης*, quia enim *εὐήθης* dicitur *ἀττικισί* pro *ἀνόητος*, *ἠλίθιος*, *μωρός* inepte additum *μωρίᾳ* deleverim. Nunc demum omnia habent optime: *ὅστις δὲ εὐήθης τὰς κόρας ἀναπέπταται· ὄνων ὀφθαλμοὶ καὶ προβάτων τοιοῦτοι*. Quod statim post Nicostratus *ἀττικισί* scripserat *συμβουλεύων αὐτὸ μεταΘEIN* pro *διώκειν*, de more in *μεταθεῖναι* corruptum est. Vera scriptura a Wyttenbachio olim reperta in ordinem recipi meruerat.

Sine sensu legitur in Floril. 73, 28.

κακίων ἄλοχος κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

renascetur sententia ubi ex Clemente Alex. suppleveris:

πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος,

et quia *κακίων* certo usu paenultimam producit reponendum:

πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς XEIPΩN *ἄλοχος*,
κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

quae Euripide digna sententia est.

Menander 73, 40. dixisse putatur:

καίτοι τί λογίζομ' ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν
χάριν παρὰ γυναικὸς κομιεῖσθαι; μὴ μόνον
κακόν τι προσλάβοιμι καὶ κάλλις' ἔχει.

quis credat poëtam Atticum quamquam in metricis paullo ne-

Digitized by Google

gligentiorem potuisse senarium tam immodulatum et elumbem procudere qualis est illorum secundus. Transponamus igitur:

χάριν κομιεῖσθαι παρὰ γυναικός.

In Antiphanis versiculis 74, 9. Meineke edidit:

τί Φής; λαθεῖν ζητῶν τι πρὸς γυναῖκα σὺ
ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα; καὶ τί τοῦτο διαΦέρει
ἢ πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ Φράσαι;

in libris est *πρὸς γυναῖκ' ἐρεῖς*. Σύ a sententia loci alienum est. Correxerim *πρὸς γυναῖκα* CHN *ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα*, id est *narrabis uxori tuae?*

In longo fragmento *Φίντυος τᾶς Καλλικράτεος θυγατρός* 74, 61. pag. 65, 1. *δεῖ λευχείμονα ἧμεν καὶ ἁπλοϊκάν· — ἐσσεῖται δὲ τοῦτο αἶκα μὴ ΔΙΑΦανέεσσι μηδὲ ΔΙΑποικίλοις μηδὲ ἀπὸ βόμβυκος ὑΦασμένοις χρᾶται τοῖς περὶ τὸ σῶμα.* Delenda est praepositio in *ΔΙΑποικίλοις*, quam peperit *παρήχησις*, multorum in describendo errorum notissima causa. Praecedit *ΔΙΑΦανέεσσι* idque scriba *ἔναυλον ἔχων* sequenti adiectivo *ποικίλοις* molestam praepositionem affingit. Nobis omnibus in longo describendi labore idem saepius evenire solet et ex huius rei observatione multis locis sic depravatis parata emendatio est. Proferam unum ex Luciani *Somnio* § 4. ubi omnes adhuc sine offensione legimus: *ἀγανακτησαΜΕΝΗC δὲ τῆς μητρὸς καὶ πολλὰ τῷ ἀδελΦῷ λοιδορησαΜΕΝΗC ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθεν ἐκάθευδον*, sed sine controversia barbarum est *ἀγανακτεῖσθαι*, non minus quam *χαίρομαι*. Semper et ubique et locis innumeris *ἀγανακτεῖν* legitur, et bis in hoc ipso brevi libello § 3. *ὁ δὲ ἀγανακτήσας.* et § 14. *τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει*, et credemus Thomae Magistri stupori *semel* omnino Lucianum *ἀγανακτησαμένης* scripsisse? *Παρήχησις* in *λοιδορησαμένης* hunc quoque errorem peperit: itaque reddamus censeo Luciano suum *ἀγανακτησάCHC.*

In Nicostrati loco 74, 64. pag. 68, 7. *cave*, inquit, *ne vetulas ad uxorem tuam admittas: αὗται γὰρ — ὡς δὴ ἔμπειροί τοῦ βίου ὑποθήκας τινὰς ἀκολάσους ὑποτίθενται ὅτι τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλο ἐσὶν ἢ ὅσα ἄν τις Φάγῃ καὶ ὅσα ἄν τις πίῃ κἀκεῖνα ᾽ΗΔΗ ὅσα ἂν τούτοις ἕπηται* [*μοιχεῖαι καὶ ἀκολασίαι*]. Lege *κἀκεῖνα δὴ ὅσα*

Digitized by Google

ἂν τούτοις ἔπηται expuncto insulso additamento μοιχεῖαι καὶ ἀκολασίαι. Scilicet nequissimarum vetularum haec oratio est, quibus satis erat dicere ὅσα ἂν τούτοις ἔπηται et rei turpitudinem sic verbis velare.

In Floril. 74, 65. λεκτέον οὖν πρὸς αὐτὴν — ὡς ὅ τι δήποτέ ἐστιν ἡ πίστις ἡ ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτο οἴχεται ἀπὸ σοῦ. Nihil est ἡ πίστις ἡ ἐξ ἀνθρώπων, expuncto articulo scribendum: ὅ τι δήποτέ ἐστιν ἡ πίστις, ἐξ ἀνθρώπων τοῦτο οἴχεται Ὑπὸ σοῦ.

In Floril. 76, 10. Euripides eos improbat qui quum liberos ex se natos non haberent alienos adoptarent:

ᾧ γὰρ θεοὶ διδῶσι μὴ ΦΥΝαι τέκνα
οὐ χρὴ 'γκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον ἀλλ' ἐᾶν.

repone primum ΦΥCαι pro Φῦναι, deinde pro ἐγκαλεῖσθαι quod in libris est τλεῖσθαι quid in se contineat cogita. Ἐγκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον nihil est. Nauckius γοᾶσθαι coniecit, quod et sine ullo teste dicitur. nec habet Graecum colorem. Praeterea pugnant haec omnia cum poëtae sententia: nam qui *liberos alienos adoptant* neque *cum diis expostulant* (ἐγκαλοῦσι πρὸς τὸ θεῖον) neque *lamentantur* (γοῶνται). In Stobaei libris saepe plus adiumenti est ad verum reperiendum in loci sententia quam in corruptis literarum laciniis. Sententia suadet ut scribatur:

οὐ χρὴ ΜΑΧΕCΘΑΙ πρὸς τὸ θεῖον ἀλλ' ἐᾶν.

agnoscimus in his argutias Euripideas: *Si cui Di non dederunt liberos procreare, θεομαχεῖ* et Deorum voluntati adversatur quando alienos liberos adoptat. Fides esto penes auctorem.

Apud Menandrum 76, 11.

αὐτὸς γὰρ οὐδεὶς οἶδϵ ΤΟΤ ποτ' ἐγένετο.

emendandum est οἶδ' ΌΤΟΤ ποτ' ἐγένετο.

In Floril. 76, 15. ἐνορέω ἐν παίδων κτήσι πολλοὺς μὲν κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ εὐθΗλέοντα καὶ ταῦτα λεπτά τε καὶ ἀσθενέα. Bonum factum quod pater eius, qui haec scripsit, aliter senserit. Pro εὐθηλέοντα, quod nihil est, reponunt εὐθηνέοντα, quod hoc loco est nihili. Requiritur participium significans εὐφραίνοντα, et suspicor εὐθυμέοντα verum esse ut in eiusdem scriptoris fragmento 83, 25. ἐν τῷ ξυνῷ τὰ τελεύμενα

Digitized by Google

οὐκ ἀνιᾷ ὥσπερ ἰδίᾳ οὐδὲ εὐθυμέει τὰ ἐπικτώμενα ἀλλὰ πολλῷ ἧσσον. Contraria sunt *ἀνιᾷ — εὐθυμέει* ut *λυπεῖ — εὐφραίνει.* Aeschylus apud Platonem *de Rep.* pag. 283. B.

παιᾶν' ἐπευφήμησεν εὐθυμῶν ἐμέ.

quod manifesto significat *εὐφραίνων ἐμέ.* Hoc igitur lenissima mutatione reponendum censeo.

In eiusdem fragmento 76, 16. *ὅτεῳ χρήματά ἐϛι, παῖδα ποιήσασθαι ἐκ τῶν φίλων ἐμοὶ δοκέει ἄμεινον εἶναι,* multum a vero Meinekius aberravit *„scripsit opinor* (inquit) *Democritus ὅτεῳ χρήμη ἐϛὶ παῖδα ποιήσασθαι, wer das Bedürfniss hat Kinder zu besitzen."* Festinanti haec optimo seni exciderunt, ut multa alia sunt festinationis in Meinekii ad Stobaeum annotatione indicia. Est aliquid inter *παιδοποιεῖσθαι* et *παῖδας ποιήσασθαι*: neque hoc neque illud est *Kinder zu* besitzen. In *Miles Glorioso* Periplectomenes cum Palaestrione sic confabulatur;

Licuit uxorem dotatam genere summo ducere,
Sed nolo mihi oblatratricem in aedis intromittere.
PAL. *Cur non vis? nam procreare liberos lepidum est opus.*
PER. *Hercle vero,* (verum) *liberum esse id multo est lepidius.*

Cicero in lepida epistola (ad Fam. IX. 22): „Liberis dare operam *quam honeste dicitur! etiam patres rogant filios: eius operae nomen non audent dicere."* *παιδοποιεῖσθαι* hoc est, sed *παῖδα ποιεῖσθαι* et *ποίησις* et *ποιητός* quis nescit *μυριόλεκτον* esse *in adoptando?* Democritus videtur hoc dixisse: *„Si cui sunt opes, at liberi non sunt, ex amicorum filiis aliquem adoptare satius esse arbitror,* quam in orbitate vitam transigere et bona alienis relinquere." Itaque expleta lacuna rescripserim: *Ὅτεῳ χρήματά ἐϛι,* (ΠΑΙΔϵϹ δ' *οὐκ εἰσί*) ΠΑΙΔΑ *ποιήσασθαι ἐκ τῶν φίλων ἐμοὶ δοκέει ἄμεινον εἶναι.*

In Floril. 77, 9.

οὐ δὴ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει;
ἅπαν τὸ χρηϛὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.

sunt haec inter duos dividenda, quorum alter indignabundus quaerit:

Ὁ δὴ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει;

cui respondet alter:

Digitized by Google

ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.

Similiter verba Euripidis 88, 3. dispescenda sunt inter duos interlocutores, quorum alter rogat:

ἡμῶν τί δῆτα τυγχάνεις χρείαν ἔχων;

cui respondet alter:

πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.

In Floril. 77, 11. ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ, neque Meinekius neque Nauckius in Tragicorum Fragmentis animadverterunt φυῇ, φυῇς, φυῶσι formas esse vitiosas Graeculorum. Ut ἔδυν habet δύσιμι et δύω, δύῃς, δύῃ, δύωσιν, sic ἔφυν φύσιμι, et φύω, φύῃς, φύῃ, φύωσιν. Ex vitiosa sequiorum forma ἐφύην, φυῆναι, φυείς formabatur coniunctivus φυῶ, φυῇ, φυῶσιν. Multos ea forma nunc maculat locos Tragicorum, Platonis, Demosthenis et aliorum. Idem vitium est 101, 23. in verbis: ὅταν ἐκδυῇ τὸ γῆρας pro ἐκδύῃ. Pro ἐκδῦναι et ἐνδῦναι Graeculi ἐκδύσασθαι et ἐνδύσασθαι dicebant et ἀποδύσασθαι pro ἀποδῦναι, et formae ἐκδύῃ, ἐνδύωσιν, ἀποδύῃς leguntur tantum apud sedulos Atticorum imitatores.

Locus in Platonis *Legibus* pag. 930 E. ét in Platonis Codicibus ét in Floril. 79, 34. duplici emblemate maculatus est. Editur: πατὴρ οὖν ὅτῳ καὶ μήτηρ — μηδεὶς διανοηθήτω ἄγαλμα αὐτῷ ποτε τοιοῦτον ἐφέσιον ἵδρυμα (ἐν οἰκίᾳ) ἔχων μᾶλλον κύριον ἔσεσθαι· ἐὰν δὴ κατὰ τρόπον γε [ὀρθῶς] αὐτὸ θεραπεύῃ ὁ κεκτημένος. Pro ἐν οἰκίᾳ Plato σεμνῶς πάνυ maluit ἐφέσιον dicere et pro ὀρθῶς, ut saepius alibi, κατὰ τρόπον. Quum utrumque manifestum additamentum olim expungi debere admonuissem, doctus Platonis editor annotavit: *„neque plane idem significat utrumque et alterum alteri ἐκ παραλλήλου positum est."* Cogitet mihi aliquis quid intersit inter ἐφέσιον — ἐν οἰκίᾳ et κατὰ τρόπον — ὀρθῶς. Et ipse credo haec ἐκ παραλλήλου olim posita fuisse, sed κατὰ τρόπον in textu et ὀρθῶς in margine. Scatere libros *de Legibus* huiuscemodi glossematis futilissimis satis inter Criticos constat. Sunt emblemata in omnibus Platonis scriptis, sed prae caeteris levia ac puerilia τοὺς Νόμους commaculant. Hoc ipsum ὀρθῶς quam puerile est! Platonis lectorem admonere κατὰ τρόπον quid sit nonne ineptum?

Digitized by Google

In fragmento Πεμπέλου Θουρίου Πυθαγορείου 79, 52. *σεμνὸν γάρ τι καὶ θείας Φύσιος* ΠΕΠαμένον *ἀμῖν τὸ τῶν Φιτυσάντων ἵδρυμά ἐστι*, mendosum est *πεπαμένον*. Forma antiqua *πέπαμαι*, id est *κέκτημαι*, passim apud veteres legitur, Solonem, Pindarum, Tragicos omnes. Xenophon ea forma saepius utitur a Spartanis accepta: hinc *πᾶμα*, *παμοῦχος*, *ἐπιπαματίς*, *πάτωρ*, *πολυπάμων*, *βουπάμων* multaque alia nata sunt. Sed *πεπᾶσθαι*, ut *κεκτῆσθαι*, accusativum postulat, neque quis recte dicitur „divinam naturam *possidere*." Redde Pempelo verbum vetus *θείας Φύσιος* ΈΠΑΜΜΕΝΟΝ, cuius duo tantum exempla aetatem tulerunt. Herodotus I. 119. *ὅσαι μέν νυν εἰδεός τε ἐπαμμέναι εἰσὶ καὶ μεγάθεος*, et VIII. 105. *ὅκως κτήσαιτο παῖδας εἴδεος ἐπαμμένους — ἐπώλεε ἐς Σάρδις*, est igitur *θείας Φύσιος ἐπαμμένον divina natura* PRAEDITUM.

Quam reddidimus in *Var. Lectt.* pag. 608 Euripidi futuri formam *πεπάσεται*, id est *κεκτήσεται*, in hisce:

εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίου κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν ΠΕΠάσεται,

pro ΠΕΙΡάσεται, eadem forma usus est Pempelus in sqq. *αἶνα δεόντως τις χρῆται πατέρι καὶ ματέρι — πάντων ποτὶ θεοφιλῆ μοῖραν* ΠΕΠΑΣΕΤΑΙ *ἀγαλμάτων κυριώτατα*.

In Floril. 79, 53. pag. 98, 14. Hierocles ita dicit: *si quid forte peccaverint parentes — ἐπανορθωτέον μὲν — ἀλλ' οὐ μετ' ἐπιπλήξεως μὰ Δία. — ἀνιαραὶ γὰρ τοῖς τηλίκοις καὶ μάλιστα αἱ* 'ΕΚΤΕΝΩΣ *νουθετήσεις*. Ultima sensu vacua sunt: *admoneri*, inquit, *aetate provectioribus semper est odiosum*, SED MAXIME — — quid? *si* a suis liberis *admonentur*. Itaque scrib. *καὶ μάλιστα αἱ* 'ΕΚ ΤΕΚΝΩΝ *νουθετήσεις*. Praeterea scribe *τοῖς τηλικοῖσΔΕ*.

Post pauca in libris est: *φέρει δὲ ἐπὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῖς καὶ τὸ τῶν νοητικωτέρων εἶναι δοκούντων ὑπὲρ αἰτημάτων ἅπτεσθαί ποτε τοὺς παῖδας ὥστε καὶ πόδας Ὑπονίψαι καὶ κλίνην στρέσαι καὶ παρασῆναι διακονουμένους*. Vitium in *νοητικωτέρων* duo Critici conati sunt corrigere, tertius correxit. Gesnerus enim *δουλικωτέρων* coniiciebat, *οἰκετικωτέρων* Bentleius. Sententiam loci restituerunt, non antiquam scripturam, quam feliciter Koenius repperit hanc: *τὸ τῶΝ ΘΗτικωτέρων εἶναι δοκούντων*. Absurdum *ὑπὲρ αἰτημάτων* certa correctione Gesneri in *ὑπΗρΕτημάτων* conversum. Unum superest; nempe initio *ἐπὶ τήν* delere et *εὐθυμίαν* pro

Digitized by Google

ἐπιθυμίαν reponere oportet. Nunc omnia clara luce splendent, *Φέρει δὲ εὐθυμίαν αὐτοῖς καὶ τὸ τῶν θητικωτέρων εἶναι δοκούντων ὑπηρετημάτων ἅπτεσθαί ποτε τοὺς παῖδας.* Denique pro *πόδας ὑπονίψαι*, quod nemo umquam dixit, emenda *Ἀπονίψαι*, quod in ea re dicebant omnes. In sqq. scribe *εὐφραίνοιντο γὰρ* (ἂν) *οὐκ ὀλίγως — διακόνοις χρώμενοι τοῖς σφετέροις* ΤΘΚΝοις pro inepto *ἔργοις*.

In Floril. 80, 1. *τῶν δὲ φιλοσοφησάντων ἔνιοι εὑρεῖν φασὶ τὸ θήραμα τῆς σοφίας, οἱ δὲ* ΑΚΜΗΝ [*ἔτι*] *ζητεῖν*. Recentiores pro *ἔτι* dicebant *ἀκμήν*. Lobeck. ad Phrynich. p. 123. et sic *ἔτι* in margine adscriptum est. *Ἀκμήν* pro *ἔτι* in *Anabasin* IV. 3. 26. vitio irrepsisse suspicor, quemadmodum in Isocratis libros irrepserat mendum pag. 1. c. *σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς*, sed Urbinas nunc quoque salutem attulit: COI *μὲν ἀκμ*Η *φιλοσο*ΦΕΙΝ. Polybio et qui post fuerunt *ἀκμήν* usitatum erat.

In Floril. 80, 5. *Θαλῆν — ἐμπεσόντα εἰς* ΤΟ ΒΑΡΑΘΡΟΝ *ἡ θεράπαινα δίκαια παθεῖν ἔφη*. non fuit tam gravis optimi philosophi casus: inciderat *in foveam εἰς* ΒΟΘΡΟΝ.

In Floril. 80, 7. ita corrigendum: *τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς φιλοσόφοις τὰ μὲν πρὸς ἡμᾶς, τὰ δὲ* ΜΗ *πρὸς ἡμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ἡμᾶς. — μὴ πρὸς ἡμᾶς δὲ τὰ διαλεκτικά·* ΜΗΔΕΝ *γὰρ συμβάλλεσθαι πρὸς ἐπανόρθωσιν βίου. — ἀδύνατα γὰρ ἐγνῶσθαι* (ΚΑΙ del.) *οὐδὲ παρέχειν χρείαν*. In libris est ΜΗΔΕ *πρὸς ἡμᾶς* et ΜΗ *γὰρ συμβάλλεσθαι*.

In sq. fragmento Eusebii 80, 8 scrib. *θεοὶ* ΕΙ *ἔασι οὐ χρὴ δίζΗσθαι* pro *ὅτι* et *δίζεσθαι*.

Philemonis versiculi sunt 81, 9. de usu literarum:

οὐχὶ μόνον οὗτος εὖρε πῶς λαλήσομεν
αὐτοῖς ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων ΧΡΟΝΟΝ.

non de *temporis*, sed de *loci* intervallo in tali re sermo esse solet: quamobrem emenda *πολὺν ἀπ' ἀλλήλων* ΤΟΠΟΝ.

In Floril. 82, 11. Meinekius festinans futilem Menagii suspi-

Digitized by Google

cionem recepit in textum. In libris est: *Ἀρίστων ἔλεγεν ἐοικέναι τὴν διαλεκτικὴν τῷ ἐν ταῖς ὁδοῖς πηλῷ· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐκεῖνον χρήσιμον ὄντα καταΒΑΛΛΕΙΝ τοὺς βαδίζοντας*, ubi *καταβάλλει* significat ut passim *καταπεσεῖν ποιεῖ*, homines in lubrico luto fallente vestigio *prolabuntur*, dialecticorum argutiae disputantes de loco deiiciunt. Menagius *καταπάττειν* coniecit, quod eo sensu, quo Gallicum verbum *crotter*, Graecis auribus inauditum est. Neque dialecticus, ut opinor, *inquinat* adversarium vel *maculat*.

In Floril. 82, 13. *Κρηνεάδης τὴν διαλεκτικὴν ἔλεγε πουλύποδι ἐοικέναι*, legendum esse *τοὺς διαλεκτικούς* ex sqq. apparet.

Euripides Floril. 83, 6.

δεινόν τι τέκνων φίλτρον ϒΕΘΗΚΕΝ
θεὸς ἀνθρώποις.

vitium est in *ἔθηκεν* neque per metrum licet *ἐνέθηκεν* reponere. Quid igitur faciemus? Usus est Euripides multo meliore verbo quam *ἐντιθέναι*, nempe *ἐνιέναι*, ut *ἐνῆκε μένος*, *θάρσος*, multaque similia dicuntur pro *ἐνεποίησεν*. Sic igitur Euripides quoque dixerat: *δεινόν τι φίλτρον* 'ΕΝΗΚΕΝ.

In Floril. 83, 25. *ἅμα μὲν γὰρ πολλῷ ΦειΔΟτεροι γίνονται ἐς τὰ χρήματα κτέ*. nullum umquam fuit Graecis adiectivum *Φειδός*. Emenda *ΦειΔΩΛότεροι*.

Nota est et frequentissima apud Graecos verborum compositio: *οὐ γὰρ δὴ* — ΜΕΝ — ΔΕ ΟΤ. Reponenda est 84, 20 pag. 127, 14 ubi sic scribendum: *οὐ γὰρ δὴ ζῷα μὲν ἄγρια — τιθασὰ γίγνεται*, — *ἄνθρωπος* ΔΕ *οὐχ ὅπως ἀδελφὸς ἀλλὰ κἂν μηδὲν προσήκων τύχῃ* ΟΤ ΤΩΙ *παντὶ μᾶλλον ἐπιμελείας ἀξιούμενος μεταΒΑΛΕΙ πρὸς τὸ ἡμερώτερον*. Vulgata lectio est: *οὐχ ὅπως δὲ ἄνθρωπος ἀδελφὸς ἀλλὰ — οὕτω παντὶ μᾶλλον — μεταβάλλει*.

Apud Musonium 84, 21 supplendus est articulus in his: *κακῶς εἰδότες* (eleganter pro *ἀγνοοῦντες*) *ὅσῳ κρεῖττον* (ΤΟ) *πολλοὺς ἔχειν ἀδελφοὺς* ΤΟΤ *πολλὰ ἔχειν χρήματα*.

Post pauca editur: *τί δ' ἄν τις παραβάλλοι* [*καλόν*] *εὐνοίᾳ τῇ*

Digitized by Google

γε ἀδελφῷ εἰς ἀσφαλείας λόγον; Scribe παραβάλοι et καλόν repone in margine. Sententia est: τί εὐνοίας ἀδελφοῦ ἀσφαλέστερον; non τί καλὸν — ἀσφαλέστερον; Placuit lectori sententia et adscripsit de more καλόν. Cf. Mnemos. 1873. pag. 363.

In Hieroclis loco 84, 23. pag. 135, 20. ὡς ἂν καὶ τὰ τῆς ἡλικίας παρΗκηι, emenda παρϵΙκηι. Saepe παρείκειν eo sensu dicitur praesertim a Platone, saepius παρείκειν in παρήκειν depravatur, ut apud Stobaeum Floril. 43, 149. εἰς ὅσον δὴ δύναμις παρήκει, imo vero παρείκει. Similiter 85, 21. pag. 151, 31. pro εἰ δὲ παρήκοι emendavit Meinekius παρείκοι.

Euripides 85, 2.

ταιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾶν,
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,
τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ.

Erat lacuna πρόσπολον * * *, stipes explevit ἐᾶν sine sensu et contra metrum. Verum repperit Dobraeus πρόσπολον ΝϵΜϵΙΝ.

Egregia est et palmaris Meinekii emendatio, qua multas leves et futiles coniecturas redemit in Floril. 85, 16. Edebatur: τὰ περισσὰ τὸν νομοθέταν δεῖ περικόπτειν καὶ περιτέμνειν, ὡς ἀγαθὸν γεωργὸν τὰ φύλλα μὴ ἀνιέντα. Felicissime ex φυλλαμηανιεντα elicuit φυλλομανίοντα. Φυλλομανεῖν, ut ὑλομανεῖν et καθυλομανεῖν, *luxuriare* (id est *frondibus ac foliis exuberare*) notissima verba sunt, et propria in tali re vocabula *resecare* et *amputare*, περιτέμνειν καὶ περικόπτειν, ut nulla superesse possit dubitatio. Non minus feliciter in Philostrati *Vit. Sophist.* pag. 628 pro τὸν ἑαυτοῦ λόγον τέως ὑΠομϵνοῦντα ἐκόλασε reperta est vera lectio ὑΛομΛνοῦντα. Paene oculis cernimus indoctum scribam pro ΦΤΛΛΟΜΑΝΙΟΝΤΑ, quod quid esset nesciebat substituentem φύλλα μὴ ἀνιέντα.

In Floril. 85, 17. scrib. ἄρχϵΙ τὸ θῆλυ τῆς φύσιος — ἄρχϵΙ τῆς γυναικός, ἄρχϵΙ ἀρχάν — πολιτικὰν ἄρχϵΙ, quater in vulgatis ἄρχῃ scribitur, quod nihili est.

In epistola Ionica Περικτυόνης Πυθαγορείας 85, 19 in libris

Digitized by Google

est *συντιθῇ ψύθη καὶ δόλους ἀνδρὶ καὶ ψεύδεα κατὰ πάντων*, Meinekius dedit: *συντιθέει δόλους ἀνδρὶ καὶ ψύθεα κατὰ πάντων*, recte, nisi quod *συντιθεῖ* Iones dicebant, non *συντιθέει*.

Post pauca editur: *ὁκόσαι γὰρ πολυτελέα πάντα ἐσθίουσι καὶ πίνουσι — ἐς ἁμαρτίην ἕτοιμοι — ἔς τε λέχεα καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἀδικοπραγϵϵC* Non est vocabulum Graecum *ἀδικοπραγής* et vitio natum hoc unico loco apparet. Corrig. *καὶ ἐς τAC ἄλλAC ἀδικοπραγIAC*. Deinde scribe *κάλλος τὸ ἐκ Φρονήσιος — ἀνδάνει τῇσι γϵνομένῃσι εὖ* pro *γIνομένῃσι*, et pro: *ἢν δὲ μὴ ἔῃ ἐπιζητέειν οὐ ποιέει* restitue *οὐ* ΠΡϵΠϵI.

Absurdo errore scribitur *τάπερ λελAχαται*. Meinekius „*mira forma pro λέλαχε*." Minime gentium: quod paullo ante in singulari numero dixerat *ταῦτα μὲν λελέχθω* nunc in plurali Ionice posuit *τάπερ λελϵχαται*, *quae dicta sunt*.

In Codicibus Ms. *αχ* et *εχ* distingui non possunt, unde *ἄχθος* et *ἔχθος* et sim. toties confusa videbis.

Bona uxor, inquit, *ἄνδρα Φιλέουσα — οἶκον τὸν σύμπαντα* ΦIΛϵϵI, imo vero *'ΩΦϵΛϵϵI*, quod apud Homerum *οἶκον ὀφέλλειν* dicitur.

In Hieroclis loco 85, 21. *τῇ δὲ γυναικὶ τὰ περὶ τὴν ταλασίαν καὶ* CITO*πονίαν*, quod editur *σιτοπονίαν* nihil est, at tu duabus literulis transpositis scribe *'ICTOπονίαν*. *Cibum parare* aut *panes coquere* pistoris est vel coqui, mater familias lanam facit et *telam texit*, *ἰσοπονεῖ*. Cf. Mnemos. 1873. pag. 1. Eadem verba componit Clemens Alex. *Paedag.* p. 269. *ταλασίαι καὶ ἰσοπονίαι — καὶ οἰκουρία οὐδαμοῦ*. et quod in Stephani Thesauro affertur *ἰσοπολία* manifesto errore scriptum est pro *ἰσοπονία*.

Recurrit idem mendum in sqq.: *ὥϛε μὴ τῆς ταλασίας κοινωνεῖν μόνον ἀλλὰ καὶ — CITOΠONIAC ἅψασθαι*, imo vero *'ICTοπονίας*.

Notabilis est scribarum error et alibi passim commissus et 85, 21. pag. 151, 29. *νεᾶνις οὖσα καὶ μηδέπω τετρυμένη κυοφορίαις* sic recte Meinekius: in libris est *μηδ' ὅπως* pro *μηδέπω* et pro *τετρυμένη* vitium triplex *τετρημένη* et *τετριμμένη* et *τετρυμμένη*. Fere ubique *τετρῦσθαι* et *τετρυμένος* sic depravari solet: etiam saepe in *τετρυχῶσθαι* conversum videbis. Multi iam

Digitized by Google

loci correcti sunt: alii adhuc medicam manum exspectant. Plato *de Legibus* pag. 807 B. *προσήκει δὲ ἀργῷ καὶ ῥᾳθύμως καταπεπι-ασμένῳ ζῴῳ σχεδὸν ὑπ' ἄλλου διαΡπασθῆναι* (leg. *διαCπασθῆναι*) *ζῴου τῶν σΦόδρα τετρυχωμένων μετ' ἀνδρείας τε ἅμα καὶ τῶν πόνων*, in libris est *τετρυμμένων*, *τετρυΦωμένων*, *τετρυχωμένων* et *τετρΤΜένων*, quod unice verum est. *Τετρυμένος* autem non est *viribus exhaustus*, ut Editori videtur, namque id pugnat cum loci sententia, sed „virtute ac laboribus *exercitus et induratus*."

In Astydamantis fragmento 86, 3. ex librorum absurda scriptura hac:

ἕνεκα τῶν ἐσιν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα.

acutissime Porsonus restituit *ἐν ἑκατόν ἐσιν ἔργον εὑρεῖν*, sed duobus vocabulis transpositis legendum:

ἐν ἑκαΤΟΝ ἔρΓΟΝ ἐσὶν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα,
κεἰ τοῦτον οἱ ζητοῦντες εἰσὶ μυρίοι.

Saepius in fragmentis libri *περὶ εὐγενείας* 86, 25. scribitur vitiose *τοὺς ἔκπαλαι πλουσίων* pro *ἐκ πάλαι πλουσίων*. Rem conficit locus pag. 159, 13. *οὐ τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι*. Non animadvertit Meinekius et etiamnunc *ἔκπαλαι* retinuit. Post pauca pro *ὀρθῶς ἔΦη λέγειν* corrige: *ὀρ-θῶς, ἔΦη, λέγΘIC*.

Euripides 88, 5.

ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
ἔλαμψε· κρεῖσσόν τ' ἐσὶ πλουσίου γάμου.
πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον.

addita praepositione et expleta lacuna poëtam scripsisse arbitror: *ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν ΔIέλαμψε*, tum:

πένης γὰρ (ΩΝ ΟΔ') οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον.

Notum est quam nihil tribuendum sit lemmatis apud Stobaeum. Comicorum Atheniensium fragmenta Epicharmo tribuuntur, et quae manifesto Tragicorum sunt, Comicorum nomina praeferunt. Nihil est tamen facilius quam Comicorum versicu-

Digitized by Google

los a Tragicorum grandiloquentia et numeris discernere. In Floril. 90, 1. Menandri nomine haec feruntur:

τοὺς εὖ γεγῶτας καὶ τεθραμμένους καλῶς
κἂν τοῖς κακοῖς δεῖ λόγον ἔχειν εὐφημίας.

quasi vero Menander aut de populo aliquis forma γεγώς, γεγῶτας uti umquam potuerit, qua soli Dii immortales et heroës utuntur. Fuerunt qui versiculum in Floril. 69, 1.

ὅταν γὰρ ἅλοχον εἰς δόμους ἄγῃ πόσις.

comici poëtae esse crederent. Nemo de populo umquam dixit ἅλοχος, neque δάμαρ, sed γυνή, nemo εἰς δόμους sed οἴκαδε, nemo ἄγῃ sed ἄγηται, nemo πόσις sed ἀνήρ. Innumera sunt de genere hoc, quibus cothurnata oratio a populari Comicorum sermone certis indiciis discernitur.

Sophocles 89, 8.

ἀλλ' ἀξίως ἔλεξας οὐδὲ ΜΕΝ πικρῶς.

quis credat ΜΕΝ in ea verborum compositione sanum esse? Verum videtur: οὐδ' 'ΕΜΟΙ πικρῶς: *oratione usus es*, inquit *et te digna neque* mihi *acerba*.

In Floril. 90, 1.

τὸ μωρὸν αὐτῷ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἔνι.
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακΟΥϹ.

Scribendum una litera minus: φιλεῖ — εἶναι κακΟϹ. Est enim φιλεῖ idem quod εἴωθε, non σύνηθές ἐστιν.

In Theognidis loco 91, 2.

οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχΟΙ 'Ραδαμάνθυος αὐτοῦ,
πλείονα δ' εἰδεΙΗ Σισύφου Αἰολίδεω.

natura rei *secundam* in tali argumento personam requirit ἔχοις et εἰδείης. Vera haec lectio apud Theognidem incolumis servata est.

Ex Sophoclis 'Αλεάδαις Stobaeus affert 91, 27.

τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης.
τυραννίδος θακοῦσιν ΑΙϹχίσην ἕδραν.

pugnat aperte αἰσχίσην cum poëtae sententia divitias extollentis, quas amicos, honores, *gratiam* apud reges parere prae-

Digitized by Google

dicat. Ergo dixerat Ἀγχίσην ἕδραν, ut apud Aeschylum est ἵκταρ ἥμενοι Διός.

In Floril. 95, 12. Καλλιμάχου·

αἰεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.

Callimachi manus melius servata est in Etymol. Magn. v. Μικκός σημαίνει τὸν μικρόν. Καλλίμαχος·

τοῖς μικκοῖς μικκὰ διδοῦσι θεοί.

In lepido fragmento Τέλητος 97, 31. pag. 213, 14. τί διαφέρει μὴ ἔχειν τροφὴν ἢ τοιαύτην ἔχειν ἣς οὐ μὴ γεύσηται . . .— ἰχθῦς καὶ περιστέρια ἢ Αἰγυπτίῳ κύνα ἢ Ἕλλησι κρανίον ἀνθρώπου; Scribendum et supplendum fere ad hunc modum: — ἧς οὐ μὴ γεύσηται (τις οἷον εἴ τις παραθείη Σύρῳ) ἰχθῦς καὶ περιστέρια κτέ. Notum est in Syria *pisces et columbas* pro Diis coli.

In eodem fragmento pag. 216, 17. οὔτε τῆς ἀρχῆς ἀπορῆναι προαιροῦνται οὔτε τὰ καθ' ἑαυτοὺς λιτότερον ἐξάγουσιν· εἶτα ἀναγκάζονται πολλὰ ὧν βούλονται, scribendum λιτότερον ΔΙάγουσιν et inserta negatione πολλὰ ὧν ΟΥ βούλονται, id est πολλὰ δεινὰ καὶ χαλεπά.

In Philemonis versiculo 98, 3.

εὐφραινόμεσθ' ἔλαττον ἢ λυπούμεθα.

scribendum ἐλάττω' ἤ, verba *gaudendi* et *dolendi* habent adiectiva neutrius generis in plurali numero χαίρειν, ἥδεσθαι, εὐφραίνεσθαι et λυπεῖσθαι, ἀνιᾶσθαι et sim. πολλά, ὀλίγα, σμικρά, μεγάλα et sim. ut in *Aeharnensibus*:

ἥσθην δὲ βαιὰ, πάνυ δὲ βαιά, τέτταρα.

In Dionysii fragmento 98, 30.

εἰ δ' ἀξιοῖς σοι μηδὲν ἀλγεινόν ποτε
μηδὲν ἔσεσθαι, μακαρίως ἔχεις φρενῶν.

frustra quaero quid lateat in μηδὲν ἔσεσθαι, quae verba fortasse temere suppleta nullum antiquae scripturae indicium aut vestigium servant. Lepide tyrannus dixit et urbane μακαρίως ἔχεις φρενῶν pro μωρὸς εἶ, ἀνόητος εἶ, planissime ut apud Horatium est:

o te, Bolane, cerebri felicem.

Digitized by Google

Euripidis locus est 98, 40.

οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
ὀρθῶς 'Αθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δρασέον.

si esset in Codice lacuna ὀρθῶς * * ρήσαντ' quid suppleres? Ex praec. κανόνι facile colligas ὀρθῶς ΜΕΤΡήσαντ' εἰδέναι restitui oportere. Scatent Stobaei libri mendis sic natis. Quis credat Stobaeum scribere potuisse 98, 62. ὁ δὲ θεὸς γλυκὺν ΤΕΤΞΑC τὸν αἰῶνα ΔΥCΞΥΝΕΤΟC ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών, pro γεύσας et φθονερός? Ecquid absurdius excogitari potuit quam ὁ θεὸς εὑρίσκεται δυσξύνετος ἐών?

Apud Hippodamum 88, 71. γενόμενα γὰρ ἀέξεται τὰ πράγματα καὶ ἀεξηθέντα ἀκμάζει καὶ ἀκμάσαντα γηράσκει καὶ [τέλος] ὕστατα φθείρεται, expunge manifestum emblema.

In sqq. lacuna certo supplemento sarciri potest. Editur: τοὶ μὲν γὰρ πρῶτοι ἀτυχέες ἐόντες ἐκτήσαντο, τοὶ δὲ δεύτεροι εὐτυχέες γενόμενοι .... διέφθειραν. Corrig. ΓΕΝΟΜΕΝΟΙ (ἀπέλαυσαν, τοὶ δὲ τρίτοι ἄφρονες ΓΕΝΟΜΕΝΟΙ) διέφθειραν.

Fieri non potest ut Philemon scripserit 99, 22.

Ἀγαθὴ γὰρ ἡ λύπη καθ' αὑτῆς ἀναπλάσαι
ἀτεχνῶς διπλάσια τῆς ἀληθείας κακά.

Si nemo Graecorum in tali re ἀγαθός ponit umquam, sed omnes constanter δεινός usurpant, necesse est Philemonem quoque dedisse ΔΕΙΝΗ γάρ.

Eiusdem generis mendum imponit nobis 99, 25. παροιμία.

ὅπου τις ἀλγεῖ κεῖσε καὶ ΤΟΝ ΝΟΥΝ ἔχει.

non sic sed multo lepidius et γραφικώτερον ex vitae usu dicebat populus:

ὅπου τις ἀλγεῖ κεῖσε καὶ ΤΗΝ ΧΕΙΡ' ἔχει.

In *Floril.* 100, 6. in libris est:

ὃς δὲ κενημερὴ νεφέλῃ λελυσμένος ὅσσε
ἀσχάλλῃ ὀδύναις,

emendandum est:

ὃς δέ ΚΕ ΛΗμερῇ νεφέλῃ ΕΙΛΥΜΕΝΟC ὅσσε,

ut apud Homerum est νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους et βοέαις εἰλυμένω ὤμους et multa alia his similia. Meinekii πεπυκασμένος neque

Digitized by Google

reliquiis veteris scripturae satis accommodatam est et in alia re sedem habet.

Quam vetusta menda Codicibus nostris inoleverint passim Stobaeus declarat, qui in suis libris olim repperit eadem vitia quae nunc comparent in nostris. In Floril. 100, 28 affertur ex Platonis *Symposio* (pag. 185. E.) *λαβών τι τοιοῦτον οἷῳ* KIN*ήσαις ἂν τὴν ῥῖνα πτάρε.* Absurdum est *κινήσαις* pro KN*ήσαις*, *movere* nasum pro *titillare*. Erat tamen ea labes in libris ante multa saecula quam nostri Codices scripti sunt.

